
Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

~~R-2-1~~

D 2/10

Digitized by Google

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΣΥΝΟΔΙΚΟΝ
SIVE
PANDECTÆ
CANONUM
SS. APOSTOLORUM,
ET
CONCILIORUM
AB
Eccleſia GRÆCA receptorum;

NEC NON

Canonicarum SS. PATRUM Epiſtolarum:

Unà cum SCHOLIIS ANTIQUORUM ſingulis eorum annexis,

Et SCRIPTIS aliis huc ſpectantibus;

QUORUM PLURIMA

E

BIBLIOTHECÆ BODLEIANÆ

Aliarumque MSS. Codicibus nunc primum edita: reliqua cum iiſdem MSS. ſummâ fide & diligentiâ collata.

Totum Opus in duos TOMOS diviſum

GUILIELMUS BEVEREGIUS Eccleſiæ Anglicanæ Presbyter,

Recenſuit, Prolegomenis munivit, & Annotationibus auxit.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO.
Sumptibus GUILIELMI WELLS & ROBERTI SCOTT Bibliop. *LOND.*

M. DC. LXXII.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI & DOMINO D.
GILBERTO
PROVIDENTIA DIVINA
ARCHIEPISCOPO
CANTUARIENSI
TOTIUS ANGLIÆ PRIMATI & METROPOLITANO,

Et Auguſtiſsimo Principi CAROLO II. M. Britanniæ,
Franciæ & Hiberniæ Regi
A SECRETIORIBUS CONSILIIS.

AMPLISSIME PRÆSUL,

HAC tempeſtate, quando nihil fere placet niſi quod novitate commendatur, priſcæ Eccleſiæ jura in medium produxiſſe, ingratum prorſus videbitur Opus, & proinde aut ſupprimendum penitus, aut validiſsimo aliquo Patrocinio protegendum.

Hæc ſerio recolenti, animo meo protinus obverſaris, EMINENTISSIME PRÆSUL; Quis enim ſacros Eccleſiæ Canones pro dignitate tueri poterit, niſi qui ipſe doctiſsimus juxtà & ſanctiſsimus, mente illos complectitur, authoritate fovet, moribus exhibet; Præſidio demum ſuo ſub auſpiciis Auguſtiſsimi Principis

Ψηφιοποιήθηκε από την Goog

Principis, non illos modo, ſed & ipſam Britannici Orbis Eccleſiam quà quà patet, protegit & moderatur?

Quin & alio nomine Clementiæ veſtræ debetur hoc Opus, in cujus Laribus, THEATRO *nimirum illo, quo nihil pulchrius uſpiam, nihil magnificentius Sol videt, natum eſt atque in lucem editum: Ita certè ceu mancipium* Οἰκογενὲς *Glebæ Veſtræ ſe adſcriptitium geſtit; & origines ſuas, non tam agnoſcit, quam imputat jactitatque.*

Nec quidem ſinè numine aliquo contigiſſe reor, TYPOGRAPHEUM SHELDONIANUM, *cognominis ſibi molis æmulum, & (quæ inexhauſtæ à quâ utrumque fluxerat munificentiæ indoles eſt) geminum munus, Pandectis hiſce imbui primum & dedicari.*

Succedet deinceps, prælo obſtetricante, longo ordine SS. Patrum, Doctorum, Scriptorumque omnis generis erudita cohors, æternitatem ſuam SHELDONIANO *nomini, pariter ſacro, pariter æterno acceptam referens: In cujus felicitatis invidendam planè ſortem, me etiam aliquatenus perveniſſe duxerim, cui publica hæc & ſolennis data eſt occaſio, quâ clientelæ Veſtræ inſerar, & non modo apud præſens ſeculum, ſed & poſteros etiam memet profitear*

CLEMENTIÆ VESTRÆ

SERVUM HUMILLIMUM

ET OBSEQUIO OMNI

DEVINCTISSIMUM

ROB. SCOTT.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

PROLEGOMENA.

ETiamſi Eccleſia in Imperio ſit, unumque cum eo in ſingulis regnis caput commune habeat, reapſe nihilominus ab eo diſtinguitur, non ſecus atque anima à corpore; hoc enim medici, illa Theologi curæ committitur: proinde homo ex duabus iſtis conflatus partibus, commune eſt utriuſque regiminis ſubjectum, ſub diverſo tamen reſpectu, Imperio quidem quatenus ζῶον πολιτικὸν eſt, Eccleſiæ autem quatenus ζῶον ἀθάνατον, ſempiternæ ſcilicet fœlicitatis, vel miſeriæ capax. Enimvero homo convenientis ſibi ſocietatis ex naturâ appetens, iſtiuſmodi neceſſe eſt ſubjiciatur legibus, quibus talis ſocietas conſervetur; ad eam autem integrè conſervandam nihil amplius requiritur, quam ut caveatur, ne unus alteri noceat, ſed ſinguli ſibi invicem proſpiciant, & ſuum cuique tribuatur. Huic itaque rei ab Imperio conſultum eſt: quod propterea externis tantum hominum actionibus, per corporea ſcilicet exertis organa, advigilat, ut eæ nimirum ſuos intra limites ita coerceantur, ut nihil ex iis mali, ſed quantum fieri poteſt boni commodique, & aliis ſingulis & toti communitati emergat, ut ita quiſque ſe, & ſuis, & aliorum etiam ſocietate, quietè & tranquillè gaudeat. Verumenimvero homo non hominum tantum, ſed ipſius etiam Dei creatoris ſummique boni communione frui, eumque colere, & ad ſummam, quæ in creaturam conferri poteſt, fœlicitatem evehi ex naturâ comparatus eſt. Cùm is autem & veram erga Deum pietatem, & ſuam in eo beatitudinem neglectui habere plus nimio propenſus ſit; imprimis neceſſarium eſt, ut harum etiam rerum cura ei habeatur. Hæc autem Eccleſiæ concreditur: cui propterea, quoad ejus fieri poteſt, cavere incumbit, ut & debitus Deo omnipotenti honor à ſingulis exhibeatur, & ipſi ſuprema illa quibus nati apti ſunt gaudia conſequantur. Imperium igitur externis tantum hominum erga ſe invicem actionibus, Eccleſia omnibus eorum erga ipſum etiam Deum geſtibus intenta eſt: Illud corpora, hæc animas adminiſtrat. Chriſtiani, fateor, cives utrique ſubjiciuntur, ſed ei quatenus cives, huic quatenus Chriſtiani: & illud proinde præſentia tantum mala ab iis propulſare, hæc perpetua iis bona conciliare ſtudet. Vel ut ſummatim dicam, Imperium publicæ tantum in terris hominum quieti, Eccleſia æternæ etiam in cœlis eorum ſaluti conſulit.

II. Vel me tacente, nemo non videat quare hæc præmiſſa ſunt, & quid ex iis conſequetur. Ut enim ad præſcriptos Imperii conſequendos fines, leges ab eo ferantur neceſſe eſt, quibus ſinguli conſtringimur, & quarum ſervi omnes idcirco ſumus, ut liberi vivere poſſimus: ſic etiam Eccleſia præſtitutos ſibi fines nunquam aſſequetur, niſi ſuas habeat leges, quibus omnes teneantur, qui in ſpiritualem iſtam ſocietatem admiſſi ſunt. Et quidem inter Eccleſiaſticas haſce & civiles leges, non minus quam inter Eccleſiam ipſam & Imperium intereſt. Primo enim quantum ad pœnas iis annexas; leges civiles morte ſæpe puniunt, Eccleſiaſticæ nunquam, ut quibus vitam non eripere, ſed ſervare propoſitum eſt. Corpora ab utriſque caſtigantur, ſed ab illis externè, per verbera; ab his internè, per jejunia & luctus. Quinetiam leges Politicæ per publicam bonorum confiſcationem in delinquentes animadvertunt; Eccleſiaſticæ autem per depoſitionem, ſi Cle-

rici

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

rici sint, à gradu susceptо; sin laici, per segregationem à spirituali cœtu; & per anathemata iis inflicta: quæ sane talia sunt supplicia, quorum exigendi potestatem nullus unquam Imperator sibi arrogavit; nec jure arrogare potuit; siquidem omnis ista ligandi & solvendi potestas, in Apostolis solis & ipsorum successoribus ab ipso Deo, à quo omnis autoritas derivatur, sita sit, nullâ regum mentione factâ. Si autem de fide loquamur Christianâ, & legibus ad Ecclesiasticam spectantibus disciplinam, ipsi etiam Imperatores Christiani ingenuè multoties professi sunt, nihil sibi juris in istiusmodi sanciendis rebus tributum esse. Sic Constantinus Magnus, Valentinianus, Marcianus, Theodosius, aliique quorum verba alibi retulimus. Quin ipse etiam omnium peritissimus legum Imperator Justinianus, in eâ fuit sententiâ, leges nempe Civiles non præcedere debere, sed sequi Ecclesiasticas, idque sine dedignatione: *Secundum sacras*, inquit, *& divinas regulas, quas etiam nostræ sequi non dedignantur leges.* Novel. LXXXIII. Hinc est, quod etiamsi Imperatores multa de Ecclesiasticis personis & rebus in Constitutionibus suis ediderint, nihil tamen de novo constituerunt, sed ea tantum, quæ ab Ecclesiasticis synodis prius constituta fuerant, ipsi suâ etiam autoritate confirmarunt: Adeo ut quæcunque in Codice, aut in novellis, de personis, causisve Ecclesiasticis afferantur, ab Ecclesiasticâ aliquâ potestate antea sancita fuerint, quam illuc relata; ut ex singulorum istiusmodi locorum inductione cuivis canonici pariter atque Politici perito juris facile patebit. Quod etiam ex eo ulterius elucescit, quòd ad Ecclesiasticas, quæ emerserunt, dirimendas lites, & leges instituendas, ipsi etiam Imperatores concilia Ecclesiastica convocare soliti fuerunt. Sic enim Nicænum primum Oecumenicum à Constantino Magno; Constantinopolitanum à Theodosio seniore; Ephesinum à Theodosio juniore: & ut reliqua taceam, Chalcedonense à Marciano Imperatore congregatum est: Neque ullus ex *hisce* Imperatoribus causam aliquam à synodo, quam convocavit, discutiendam prius determinavit, quam ab ipsâ synodo judicata est. Quicquid autem à synodis Ecclesiasticis decretum est, à civili etiam potestate confirmari solenne fuit. Unde & omnes propemodum Canones qui hoc libro continentur, ab Imperatore Justiniano Rhinotmeto iis subscribente corroborati sunt. Nimirum Principes Christiani, ut ad Ecclesiæ præsidium, æque ac ad Imperii regimen, civilem sibi commissam habentes potestatem, eâ Ecclesiasticam per imperii sui provincias stabilire autoritatem, Canonicas tueri leges, & cavere ut Ecclesia pace sub suo fruatur patrocinio, & autoritatem ipsi concreditam libere exerceat, ex officio suo tenentur; ut veteres etiam Ecclesiæ Patres docuerunt. Et idcirco, etiamsi ipsi Imperatores inconsultâ Ecclesiâ Ecclesiasticas nunquam ferant leges, ut latæ tamen in imperio cujusque conserventur, ipsis etiam per civilem suam autoritatem providere incumbit.

III. Sed dicet forsitan nonnemo, quod multi sane nuper dixerunt, sacras scripturas Ecclesiæ regendæ sufficientes esse, ac propterea aliis ei non opus esse legibus, quam quæ conceptis verbis ibi promulgantur. Sed miror equidem quo tandem fato hic cuipiam primo in mentem venit, quod nec ullam rationis speciem præ se fert. Licet enim quicquid ad æternam uniuscujusque salutem necessario credendum est aut faciendum, summâ Dei omnipotentis misericordiâ, in sacris illis Eloquiis clarissimè revelatum fuerit: quantum tamen ad Ecclesiasticam spectat disciplinam, divina illa oracula non eo fine scriptis mandata sunt, ut istam in singulis determinarent. Hoc ex eo satis abunde constat, quod de hac re generalia tantum axiomata in sacris scripturis proponantur, è quibus etiam ut particulares determinationes deducantur, ibidem præcipitur. Exempli gratiâ, in decimo quarto capite primæ Epistolæ ad Ecclesiam Corinthiacam, ab infallibili Dei spiritu præscribitur, ut omnia fiant πρὸς οἰκοδομήν· item ut omnia διηρμένως, καὶ κατὰ τάξιν, fiant; cùm tamen non docetur, quomodo aliquid ad ædificationem fiat: neque definitur quid decorum sit, & regulare, neque quomodo aliquid decenter, & regulariter instituatur. Hæc itaque Ecclesiæ isti determinanda perspicuè relinquuntur: quæ etiam ut illa

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

illa determinet, diſerte hic præcipitur. Adeo ut nihil apertius eſſe poſſit, quam Spiritum Sanctum in his & ſimilibus ſacræ ſcripturæ locis dictandis, hoc tantum ſibi propoſuiſſe, ut generalia iſtiusmodi principia conſtitueret, è quibus particulares leges quotidie deducerentur: ſatis huic rei à ſe hoc modo proſpectum judicans, cum ipſe talem hominibus inſpirâſſet facultatem, qua ſpeciales regulas ex generalibus iſtis præceptis, prout occaſio poſtulaverit, efformarent. Et ſane cum ipſa etiam recta ratio à Deo ſit, quicquid per eam ex divinis illis præceptis colligitur, à Deo etiam eſt, æque ac ipſa illa præcepta à quibus colligitur: neque enim recta ratio aliquid ex iis colligere poteſt, quod ipſis non prius fuit à Deo inſitum. Et hujuſmodi quidem ſunt omnes Eccleſiaſticæ leges ritè conſtitutæ: quæ nimirum ſacris ſcripturis non tantum non repugnant, verum etiam iis pariter atque naturalis ipſius legis edictis ita fundantur, ut per rectam ex iis rationem elici poſſint. Et quæcunque hoc modo Eccleſiaſticæ ſanciuntur leges, ab illis neceſſe eſt, obſerventur, qui ei ſubjiciuntur poteſtati, qua ſancitæ ſunt.

IV. Quinetiam ubi iſta Eccleſiaſticas ſanciendi leges poteſtas reſideat, & quomodo ab ea ſanciendæ ſunt, ab ipſis ſacris ſcripturis haud obſcurè indigitatur. Nimirum in Actis Apoſtolorum traditur, quòd cum quæſtio in Eccleſia recens nata de circumciſione & lege Moſaica Gentilibus converſis imponenda exorta eſſet, ad hanc decidendam controverſiam, & legem de ea re ſanciendam Apoſtoli & ſeniores in ſynodo conveniebant, Συνήχθησ̃ δ̀ οἱ Ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου. Act. Apoſt. c. xv. ver. vi. Re in utramque partem deliberata, controverſia deciſa eſt, & Canon ſive lex Eccleſiaſtica ea de re ſancita, & in Epiſtola ſynodica promulgata, quod nimirum Gentilibus fidem Chriſtianam amplexis nihil amplius imponendum eſt, quam ut ab iſtis quæ immolata ſunt ſimulacris, & ſanguine, & ſuffocatis, & fornicatione abſtineant, ver. xxviii. xxix. Ubi primo obſervatum velim, abſolute & in ſe neutiquam neceſſarium fuiſſe, ut omnes Apoſtoli tunc temporis convenirent ad hanc determinandam quæſtionem, cum ſinguli eam determinare potuiſſent, ſiquidem unuſquiſque eorum infallibili in Eccleſiaſticis præſertim omnibus dijudicandis cauſis ſpiritu donatus fuerit. Unde obvium eſt cuipiam colligere, eos ad hanc methodum in iſto edendo ſtatuto cœlitùs directos fuiſſe, ut futuræ Eccleſiæ innoteſceret, quo pacto leges in ea ferendæ ſunt. Nimirum ut ii quibus in Eccleſia animarum cura committitur, Apoſtolorum & ſeniorum, qui ibi commemorantur, ſucceſſores, in unum congregati collatis omnium rationibus, illud pro lege ſtatuant, quod in Dei gloriam & animarum ſibi commiſſarum ſalutem magis conducere viſum fuerit. Nec opus eſt illud totidem verbis in ſacris ſcripturis contineatur. In Apoſtolica enim iſta ſynodo tam è providentia quam ſcriptura Divina diſputatum eſt: & Canon iſte Apoſtolicus ex iis quæ Deus pro Gentilibus fecerat, æque ac ex iis quæ Judæis præceperat, collectus. Namque S. Petrus primò oſtendit, ut Gentiles per ſuam Evangelii prædicationem ad Chriſtum converſi, & per ſpiritum ſanctificati fuerunt, vers. vii. viii. ix. Sanctus deinde Paulus & Barnabas declarant, quanta Deus miracula & prodigia inter gentes per ipſos ediderat. vers. xii. Quod S. Petrus demum aſſeruerat, S. Jacobus ſcriptis propheticis conſentaneum eſſe probat, vers. xv. xvi. Quibus itaque perpenſis, etiamſi nuſpiam Dominus diſertè imperaſſet, circumciſionem Gentilibus non imponendam eſſe, ipſi nihilo ſecius ſtatuunt ne imponatur, nimirum quod hoc ad Eccleſiæ ædificationem magis expedire viſum eſt. Hæc itaque forma eſt, atque ordo in controverſiis definiendis, & Eccleſiaſticis condendis legibus divinitùs præſcriptus, & ab Eccleſiâ propterea perpetuò obſervandus.

V. Hâc ipſis Apoſtolis præmonſtratâ viâ itum eſt etiam ab Apoſtolica ipſa & primitiva Eccleſia, licet diris adhuc perſecutionibus exagitata. Namque & tribus prioribus à Chriſti navitate ſeculis, frequentia paſſim celebrata fuerunt Epiſcoporum concilia, à quibus Eccleſiaſticæ, quæ emerſerunt, cauſæ judicatæ ſunt & leges conditæ, ut ex Tertulliano,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

liano, Cypriano, Euſebio, aliiſque conſtat. Et his quidem temporibus Canones, qui Apoſtolorum dicuntur, & Apoſtolici, conſtituti ſunt, & in codicem canonum Eccleſiæ primitivæ, qui primum in hoc opere locum obtinet, collecti, ſub finem ſcilicet ſecundi, vel ſaltem ſub initium tertii à verbo incarnato ſeculi, uti in præfatione ad annotationes in eoſdem canones probatum dedimus. Contra opinionem iſtam à nobis ibi aſſertam nihil hucuſque objectum audivimus, niſi quod unus ex iſtis canonibus contra Eunomianos conſtitutus videatur, qui non niſi quarto labente ſeculo exorti ſunt. Is eſt canon Apoſtolicus L. quo cautum eſt ne baptiſma unâ ſed tribus immerſionibus peragatur. Sozomenus autem tradidit, nonnullos aſſeruiſſe Eunomium, alios Theophronium Cappadocem & Eutychium Eunomii diſcipulos, primùm affirmaſſe, quòd ſacrum baptiſma non tribus ſed unâ tantum merſione peragendum eſt, in mortem nimirum Domini, Soz. Hiſt. Eccleſ. l. VI. cap. XXVI. Hæc itaque opinio iſti ferendo canoni occaſionem dediſſe videtur. Verum, ut huic doctiſſimi viri objectioni paucis hic ſatis fiat, licet hoc ipſum eſſe quod in dicto Apoſtolico canone prohibetur conceſſerim, minime tamen exinde conſequitur, iſtum canonem antea non conſtitutum fuiſſe. Primò enim Sozomenus hoc in loco de ſuis tantum diebus loquitur, vel iis ſaltem quibus Eunomius & diſcipuli ejus Theophronius & Eutychius extiterunt: adeo ut nihil amplius ex iſtis verbis probari poſſit, quam antiquum baptizandi ritum ab aliquo eorum iſtis diebus innovatum eſſe; Ac proinde etiamſi demus Eunomium, vel alium aliquem primùm iſtis temporibus aſſeruiſſe, baptiſma non in Trinitatem, ſed in mortem Chriſti, atque ideo non trinâ ſed unâ merſione peragendum eſſe, nihil tamen obſtat quin nonnullis retro ſeculis, ad quæ Sozomenus nequaquam reſpicit, idem ab aliis aſſertum fuerit. Quod etiam ex eo indubium redditur, quod longe ante Eunomium, Monarchiani, Praxeani, aliique complures hæretici Trinitatem denegarant: qui autem Trinitatem negant, trinam in baptiſmo merſionem admittere non poſſunt; quippe quæ tres diſtinctas in divina natura perſonas ſupponit, in quas ſingulas baptizatur. Quinetiam Tertullianus Praxean in Trinitatem non baptizaſſe, ac proinde nec trinam adhibuiſſe merſionem, haud obſcure indicat, ubi de Chriſto adverſus Praxean loquens, ait, *Et noviſſime mandans ut tingerent in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, non in unum.* Tertul. adv. Prax. cap. XXVI. Neque enim video quare iſta verba, *Et non in unum*, adderet, niſi vel Praxeas ipſe, vel alius ſaltem aliquis hæreticus, non in Trinitatem, ſed *in unum*, Chriſtum ſcilicet, vel ejus mortem baptizandum eſſe contenderit. Sed ne diutius in his immoremur, hoc tantum adjiciam, quod non tantum ex Tertulliani aliorumque veterum ſcriptorum teſtimoniis, verum etiam ex ipſis Sozomeni verbis, loco ſupra citato, certiſſimum eſt, trinam in baptiſmo merſionem diu ante Eunomium ab Eccleſia Catholica uſitatum fuiſſe, uſque adeo ut ab ipſis etiam Apoſtolis manaſſe viſum fuerit, & Sozomenus eam vocaverit πάνυ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων εἰσέτι καὶ ἐν πᾶσι φυλαττομένου ἔθους. Verum enimvero hoc nullibi in ſacris ſcripturis præceptum legitur. Præceptum eſt fateor, ut baptiſmus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti celebretur: ut baptizatus autem ter, ſemel videlicet ad nomen cujuſque perſonæ, in aquam immergatur, nuſpiam præſcribitur. Nec veri quidem ſimile videtur, talem ritum in ipſum baptiſmatis ſacramentum aliter introductum fuiſſe, quam ab aliqua Apoſtolicorum ſaltem virorum ſynodo, ut qui ſoli eum inſtituendi poteſtatem habuerint. Adeo ut hic ex iis potius nobis videatur canonibus, è quibus veneranda reliquorum antiquitas evincatur, quippe qui ab ipſis Eccleſiæ Chriſtianæ primordiis obtinuerit. Hinc itaque conſtat, quod ſi quid ponderis in iſto argumento concedatur, ſaltem non tanti eſt, ut alia omnia, quæ plurima ad noſtram adſtruendam opinionem accumulavimus, eo unico ſubvertantur. Sed venia huic digreſſioni impetrata, redeamus unde divertimus.

VI. Cæ-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

VI. Cæterum diſperſis tandem aliquando nigris perſecutionum nebulis, & læta per ſummam Dei miſericordiam Eccleſiæ indulta ſerenitate, multò frequentiora ubique terrarum coacta ſunt concilia, à quorum nonnullis reliqui, quos hoc opere exhibemus, canones conſtituti ſunt, aut confirmati. Prius autem quam de ſingulis agamus, locus exigit, ut pauca de conciliis in genere prælibemus: ut neminem fugiat, qualia fuerint concilia à quibus ſinguli Canones editi fuerunt. Conciliorum itaque duo fuerunt genera; Alia enim generalia, alia Particularia nuncupantur. Generalia ſunt ad quæ omnes totius Chriſtiani orbis Epiſcopi convocantur unde à S. Auguſtino, *Plenaria Concilia ex orbe univerſo*, non inepte appellata ſunt. Græci ea perpetuo vocant οἰκουμενικὰς συνόδους, hoc eſt, ſynodos ex toto ὑπ' οἰκουμένης, *terræ habitabilis* orbe collectas: licet vox οἰκουμένη etiam *Imperium Romanum* nonnunquam ſignificet, ut Luc. II. ver. 1. Ad conſtituendum autem hujuſmodi concilium, non opus eſt ut omnes totius orbis Epiſcopi eidem præſentes adſint, modo omnes accerſantur, ut adeſſe poſſint, ſi velint. Niſi autem omnes principalium quinque ſedium, Romanæ ſcilicet, Alexandrinæ, Antiochenæ, Conſtantinopolitanæ, & Hieroſolymitanæ Epiſcopi, vel per ſe, vel per Encyclicas Epiſtolas interſint, ea ſynodus Oecumenica, ſive generalis non habita eſt, præſertim poſtquam illi Patriarchæ audire cœperint. Neque etiam ullum eſt generale concilium, quod non Imperatoris juſſu, tam ex orientali, quam occidentali Eccleſia congregatum eſt. Sin hæc duo concurrant, ut Imperator orientis pariter atque occidentis concilium convocet, & celebriores illi Epiſcopi aliquo ex dictis modis interſint, illud Generale nominatum eſt Concilium, & univerſa Eccleſia ibidem congregata exiſtimatur. Hujuſmodi generalia Concilia, ſive Oecumenicas ſynodos, Romani plures, Græci octo tantum numerant, Nicænam I. ſub Conſtantino Magno, Conſtantinopolitanam I. ſub Theodoſio ſeniore, Epheſinam ſub Theodoſio juniore, Chalcedonenſem ſub Marciano, Conſtantinopolitanam II. ſub Juſtiniano, Conſtantinopolitanam III. ſub Conſtantino Pogonato, Nicænam II. Conſtantino & Matre ejus Irene imperantibus, & Conſtantinopolitanam IV. ſub Baſilio Macedone celebratam. Nonnulli nonam addunt ſub Andronico Palæologo & Joanne filio ejus adverſus Barlaam & Acondynum habitam: plerique autem eam ex Oecumenicarum ſynodorum numero potiore jure extrudunt. Particularia quæ dicuntur Concilia, in duas claſſes diſtribuantur. Sunt enim vel Provincialia, vel Dioœceſana. Concilia Provincialia ſunt, quæ in ſingulis provinciis ſub earum metropolitanis celebrantur. In cujuſque enim Metropolitani poteſtate ſitum eſt, omnes provinciæ ſibi ſubjectæ Epiſcopos ad concilium convocare: qui etiam ad locum quem Metropolitanus elegerit, convenire tenentur, ex undevicefimo ſynodi Chalcedonenſis, aliiſque canonibus hoc opere divulgatis. Concilia Dioœceſana ea vocamus, quæ poſt Patriarchas conſtitutos à quovis illorum ex omnibus dioœceſeos ſuæ provinciis coacta ſunt. Ut ſi Epiſcopus Antiochenus ex quindecim Orientis, quæ ſua eſt dioœceſis, concilium congreget, illud *Dioœceſanum* appellari meruit. Et ad hanc fere claſſem reducantur, quæ *Nationalia* dicuntur Concilia, quæ ex univerſis ſcilicet in natione aliqua conſtitutis provinciis ſub primate ſuo conflantur: ac propterea *Univerſalia* etiam, iſtius nimirum nationis reſpectu, nonnunquam audiunt. Cujus generis multa fuerunt in Africâ univerſalia dicta concilia, necnon in Galliâ, alibique. Sic etiam in Angliâ Nationalia ſæpe habuimus concilia, ex utrâque ſcilicet provinciâ, Cantuarienſi, & Eboracenſi convocata. Hiſce de variis Conciliorum generibus ſic prælibatis, proximo loco diſquirendum occurrit, à quibus, & qualibus Canones in hoc opere cum ſcholiis editi, primò conſtituti fuerint, aut confirmati, & quomodo in hoc corpus collecti ſunt.

VII. Primo itaque quarti æræ Chriſtianæ ſeculi quadrante propemodum elapſo, Oecumenicarum prima, & omnium poſt Apoſtolos celeberrima ſynodus, Conſtantini magni auſpiciis Nicææ coacta eſt; à quâ non modo vera de Chriſto fides contra Arium

 ex-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

expoſita, verum etiam viginti de Eccleſiaſticâ diſciplinâ canones ſanciti ſunt. Eodem etiam currente ſeculo nonnullæ provinciales ſynodi congregatæ ſunt: ut alias huc non pertinentes taceam, duæ, decem plus minus annis ante primam iſtam univerſalem, habitæ fuerunt, una Ancyræ, Neocæſariæ altera: è quibus illa XXV. hæc XIV. canones edidit, (licet in hoc opere XV. canones ſynodo Neocæſarienſi attribuantur, decimo tertio ſcilicet in duos diviſo.) Non diu poſt Nicænam, aliæ ſynodi Provinciales celebratæ ſunt, Gangrena, Antiochena, & Laodicena: quarum prima XX. altera XXV. & ultima LIX. canones condidit; Nam viceſimus primus canon ſynodo Gangrenæ hoc opere adſcriptus, non eſt proprie canon, ut in annotationibus ad eundem oſtendimus; & ſexageſimus Laodicenus, pars quinquageſimi noni à pleriſque habetur. Porro eodem ſeculo labente, anno ſcilicet CCCLXXXI. ſecunda Oecumenica ſynodus Conſtantinopoli celebrata eſt, à quâ non plures quam quatuor canones editi ſunt, quanquam hoc opere ſeptem ei attribuantur: ſed & illos quatuor plerique in tres contrahunt, quartum tertio conjungentes. Hic itaque omnes canones numero CLXVI. à duobus Oecumenicis & quinque provincialibus ſanciti conciliis in unum ſtatim corpus collecti ſunt, qui *Codex canonum Eccleſiæ univerſæ* dictus eſt. Et primum quidem codicem è pluribus non conſtitiſſe canonibus quam hic commemoratis, locupletem habemus teſtem Dionyſium Exiguum, qui in Epiſtola ad Stephanum, codici canonum Eccleſiaſticorum à ſe latine verſo præfixa, hæc habet, *Deinde regulas Nicænæ ſynodi, & deinceps omnium conciliorum, ſive quæ ante eam, ſive quæ poſtmodum factæ ſunt, uſque ad ſynodum centum quinquaginta pontificum, qui apud Conſtantinopolim convenerunt ſub ordine numerorum, id eſt, à primo capite uſque ad centeſimum ſexageſimum quintum, ſicut habetur in Græcâ authoritate, digeſſimus.* Ubi primò obſervetur hunc codicem à primo œcumenico concilio incepiſſe, & in ſecundo deſiiſſe, & deinde numerum canonum in eo collectorum fuiſſe CLXV. quem quidem numerum noſter ſupradictus CLXVI. unitate ſuperat. Sed ratio in promptu eſt. Nam Dionyſius Exiguus quartum & quintum canonum concilii Ancyrani pro unico habet, qui in omnibus Græcis codicibus diſtincte recenſentur. Verum ex eo quod iſte codex canonibus Conſtantinopolitanis terminatus fuerit, nec pluribus CLXV. vel CLXVI. conſtiterit, apertè conficitur, eundem collectum fuiſſe, ante tertiam Oecumenicam ſynodum, ſive Epheſinam; alioquin enim canones ab eâ etiam ſanciti in eundem haud dubie collecti fuiſſent. Hæc itaque prima canonum iſtorum, qui hoc opere publicantur, collectio, ex ſolis canonibus ſynodorum ſupradictarum, Nicænæ, Ancyranæ, Neocæſarianæ, Gangrenæ, Antiochenæ, Laodicenæ, & Conſtantinopolitanæ primæ, conflata eſt, idque ante quartum finitum ſeculum. Quiſnam iſtius fuerit collectionis autor, incertum eſt: ſed nihil certius quam eam diu in Eccleſiâ obtinuiſſe, priuſquam aliis canonibus aucta fuerit.

VIII. Quinto currente ſeculo, ſive anno Dom. CCCCXXXI. tertia generalis ſynodus contra Neſtorium Epheſi congregata eſt, cui octo hoc opere canones adſcribuntur: & adulto eodem ſeculo, ſive anno D. CCCCLI. quarta etiam Oecumenica ſynodus Chalcedone contra Eutychetem celebrata eſt; in cujus Actis codex canonum Eccleſiæ univerſæ, ſupra commemoratus laudatur, ut in annotationibus ad ſynodi Antiochenæ can. IV. & XVI. oſtenſum eſt; imo quidem primo ejuſdem ſynodi Chalcedonenſis canone, totus iſte codex univerſalis illius ſynodi autoritate confirmatur, ut ibidem probavimus. Hactenus enim etſi obtinuiſſet, (ut ab eo etiam apparet, quod ab hâc ſynodo citetur, & ſententia ſynodalis ex eo feratur) à nullo tamen generali ſynodo totus confirmatus fuerat. Poſtquam autem ſynodus hæc Chalcedonenſis canones in eo collectos confirmaverat, & ſic ſuos fecerat, adjunctam univerſalis concilii autoritatem habuit.

IX. Sexto demum à Chriſti natalitiis fluente ſeculo, Juſtinianus ſummam Imperii Romani tenuit. Hic autem decrevit, ut vim legum obtinerent omnes Eccleſiaſtici canones,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

nes, qui à ſanctis quatuor Oecumenicis conciliis prædictis, vel conſtituti fuerant, vel confirmati; ſcilicet à Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino, & Chalcedonenſi, Θεσπίζομεν inquit, πάντα τὰ ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντα κανόνας τοὺς περὶ τῆς ἁγίων πατέρων συνιόντων ἐκτυθέντας, ἤτοι ἐν Θεσσαλονίκῃ, τουτ' ἔστι τῆς ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι. Juſtin. novel. cxxxi. Unde colligimus priſco codici canonum Eccleſiæ univerſæ, iſtis ſaltem temporibus, Epheſinos etiam atque Chalcedonenſes canones adjectos fuiſſe, licet de ipſo temporis articulo quo adjecti ſunt, nihil habeamus. Quinetiam ſub eodem Imperatore duo doctiſſimi claruerunt viri, Dionyſius Exiguus & Joannes Antiochenus; è quibus ille æræ à Chriſti natalitiis computatæ inſtitutor, veterem codicem canonum Græcè ſcriptum in latinum ſermonem elegantiſſime tranſtulit, cui etiam præfixit canones Apoſtolicos quinquaginta, & ſubjunxit Chalcedonenſes canones XXVII. (quibus Græcos canones finitos aſſerit) necnon canones à concilio Sardicenſi XXI. & à concilio Carthaginenſi CXXXVIII. editos, ut ipſe teſtatur in Epiſtolâ ad Stephanum dicens, *Tum ſancti Chalcedonenſis concilii decreta ſubdentes, in his Græcorum canonum finem eſſe declaramus. Ne quid præterea notitiæ vestræ credat velle ſubtrahere, ſtatuta quoque Sardicenſis concilii, atque Africani, quæ latine ſunt edita, ſuis à nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta.* Ille autem non primus fuit qui Græcos iſtos Canones, Latinos fecit. Ipſe enim de antiquiori verſione meminit, ſub initium ejuſdem Epiſtolæ, dicens, *Quamvis chariſſimus frater noſter Laurentius, aſſiduâ & familiari cohortatione parvitatem noſtram regulas Eccleſiaſticas de Græco transferre pepulerit, confuſione credo priſcæ tranſlationis offenſus.* Unde palam eſt, ejus etiam diebus aliam fuiſſe, eamque priſcam Græcorum canonum tranſlationem, quæ eadem videtur atque eâ quæ ex vetuſtiſſimo MS. in Chriſtophori Juſtelli, de re canonicâ optime meriti, bibliothecâ in lucem non ita pridem emiſſa eſt; in quo Sardicenſes & Chalcedonenſes canones veteri codici adjuncti ſunt, ſed non item Apoſtolici & Africani. Porro eodem ſeculo & ſub eodem quo Dionyſius Exiguus Imperatore, claruit Joannes Scholaſticus presbyter Antiochenus, qui etiam ab eodem ad Thronum Conſtantinopolitanum Eutychii expulſi loco promotus eſt. Hic autem omnes canones ab Eccleſia Græca tunc temporis receptos, in quinquaginta titulos digeſſit. Quod eximium opus vocavit συναγωγὴ τῶν κανόνων, *collectionem canonum*, cui indicem præfixit omnium canonum, quos ipſe ad dicta quinquaginta capita reduxerat. Verum tam in iſto indice quam in ipſa collectione præter canones in priſco codice congeſtos, ille Apoſtolicos etiam, Sardicenſes, Epheſinos, Chalcedonenſes, & S. Baſilii nonnullos canones recenſet, idque hoc ordine, Apoſtolorum canones LXXXV. Synodi Nicænæ XX. Ancyranæ XXV. Neocæſarianæ XIV. Sardicenſis XXI. Gangrenæ XX. Antiochenæ XXV. Laodicenæ LIX. Conſtantinopolitanæ I^æ. VI. Epheſinæ VII. Chalcedonenſis XXVII. S. Baſilii LXVIII. Hos autem canones ille haud dubie in quinquaginta titulos non redegiſſet, niſi omnes in Græcorum nomocanonem antea recepti fuiſſent: quos propterea univerſos in Eccleſia Græca tunc dierum obtinuiſſe conſtat; etiamſi incertum ſit, utrum à concilio aliquo, an à privato viro antiquus codex reliquis iſtis canonibus adauctus fuerit.

X. Septimo autem ſeculo currente, & Juſtiniano ſecundo imperante, ſynodus in Trullo Conſtantinopoli habita, non modo eos omnes, quos Joannes Antiochenus in ſuum opus congeſſerat, verumetiam complures alios canones ſecundo ipſius canone confirmavit, nimirum canones concilii Carthaginenſis, necnon Conſtantinopolitani ſub Nectario Patriarcha C P. & Theophilo Alexandrino, in cauſa Agapii & Bagadii, cum uterque Epiſcopatum Boſtræ ſibi vendicaret, habiti: Item multorum Patrum canones, puta Dionyſii Alexandrini, Petri Alexandrini, Gregorii Neocæſarienſis ſive Thaumaturgi, Athanaſii Alexandrini, Baſilii Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi (cujus etiam

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

canones LXVIII. Joannes Antiochenus in ſuam collectionem retulit) Gregorii Nyſſeni, Gregorii Theologi, ſive Nazianzeni, Amphilochii Iconii, Timothei, Theophili, & Cyrilli Alexandrini, Gennadii Conſtantinopolitani, & unum denique canonem à concilio ſub Cypriano celebrato editum. Hi omnes in hoc opere exhibentur, Codex autem ex omnibus hiſce canonibus conſtitutus, prius collectus videtur, quam ab hac ſynodo confirmatus fuerit. A quo autem hujus ſynodi autoritate fultus eſt, in Eccleſia orientali diu ſolus obtinuit, unà cum canonibus numero CII. ab eadem ſynodo conſtitutis.

XI. Octavo deinde quaſi exeunte ſeculo, alia Nicææ coacta eſt ſynodus, quæ Græcis *Septima Oecumenica*, nuncupatur. Hæc etiam XXII. canones conſtituit, quorum primo ſex priorum univerſalium ſynodorum decreta confirmavit; Trullanos nimirum canones quintæ pariter atque ſextæ ſynodo adſcribens, neutra enim earum canones edidit, præter iſtos qui à ſynodo Trullana ſanciti ſunt, quæ propterea πενθέκτη, q. d. *Quiniſexta* Græcis paſſim appellatur. Canones igitur à Synodo iſta Trullana conſtitutos, una cum omnibus ab eadem confirmatis, ſecunda hæc Nicæna ſynodus ratos fecit. Qui autem ab eadem conditi ſunt canones, in nomocanonem idcirco relati videntur, quòd ab univerſali ſynodo editi crederentur: quicquid enim ab univerſali decretum eſt ſynodo, eo ipſo nomine religioſe obſervandum eſſe, Græci perpetuò judicarunt. In Baſilicis autem omnes etiam ſeptimæ hujuſce ſynodi canones legum vicem obtinere ſtatutum eſt. Θεσπίζομεν τοίνυν τῇ τάξει νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων ἑπτὰ συνόδων ἐκτεθέντας, ἢ βεβαιωθέντας, τοῦτ' ἔστι τῆς ἐν Νικαίᾳ. *Sancimus igitur ut ſacri Eccleſiaſtici canones legum vicem obtineant, qui à ſanctis ſeptem ſynodis conſtituti ſunt, aut confirmati, hoc eſt, Nicænâ &c.* Et recenſitis ſex primis Oecumenicis conciliis mox additur, Καὶ ὅτι πάσας ἡ ἐν Νικαίᾳ δ' ἀθέτησεν, ἐξ ἧς οἱ τῶν ἁγίων εἰκόνων λυτήναντες ἐξ ἴσου τοῖς προλαβοῦσιν αἱρετικοῖς ἀπεκηρύχθησαν τῆς θείας ἐκκλησίας. τῶν γὰρ προφηθέντων ἁγίων συνόδων τὰ δόγματα, καθάπερ τὰς θείας γραφὰς δεχόμεθα, καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν. *Ad ultimum, Nicæna ſecunda, in quâ illi qui adverſus ſanctas imagines furore perciti erant, pariter cum anterioribus hæreticis à Catholicâ Dei Eccleſiâ abdicati ſunt, Prædictarum enim ſynodorum decreta perinde ut divinas ſcripturas ſuſcipimus, & canones ut leges cuſtodimus.* Baſil. l. v. Tit. III. cap. II. Quæ eadem verba citantur etiam à Balſamone in nomocanonem Photii tit. I. cap. II. Quinetiam ipſe Photius in textu ibidem ait, Η γ'. διάταξις τῆς β'. πάλιν τῶν πεπρωμένων τοὺς τῶν ἑπτὰ συνόδων νόμους θέλει κρατεῖν, καὶ τὰ δόγματα αὐτῶν ὡς τὰς θείας γραφάς. *Conſtitutio* III. *tit.* II. *novellarum ſeptem conciliorum canones vult valere, eorumque dogmata tanquam ſacras ſcripturas.* Ubi Balſamon obſervat, Conſtitutionem III. tit. II. novellarum, eſſe novellam Juſtiniani CXXXI. poſitam in Baſilicis loco ſupra citato. Verum enimvero Juſtinianus ille pluſquam ducentis annis prius mortuus eſt quam ſeptima illa iſta ſynodus Nicææ celebrata fuerit; qui proinde nihil de iſta ſynodo conſtituere potuit. Sed & Juſtinianus in iſta novella quatuor tantum univerſalia concilia confirmavit, uti ex verbis ejus ſuperiùs laudatis manifeſtum eſt, quæ etiam eadem ſunt, quæ in ipſa Juſtiniani novella, ut in Baſilicis relata, leguntur, niſi quod ἑπτὰ pro πατέρων ſubſtituatur; & tres aliæ ſynodo quatuor illis addantur, quæ à Juſtiniano confirmatæ ſunt. Quæ quidem Juſtiniani novellæ interpolatio priùs facta videtur, quàm Βασιλικὴ ἔκθεσις, ſive, ut Græcis vocant, Βασιλικὰ vel à Leone Philoſopho perfecta fuerint, vel à patre ejus Baſilio inchoata. Namque Photius, etiamſi Baſilio iſto imperante claruit, non tamen è Baſilicis, ſed è tertia conſtitutione ſecundi tituli novellarum, iſtam conſtitutionem citat. Unde conſtat illam Juſtiniani novellam corruptam fuiſſe, & dicta trium iſtarum ſynodorum acceſſione exauctam, anteaquam in Baſilicis poſita fuerit. Quo autem pacto, quove jure tanta acceſſio dictæ novellæ adjecta eſt, nobis haud ſatis liquet: Ac proinde, neque compertum habemus, qua autoritate ſeptima iſta ſynodus una cum canonibus ab eâ ſancitis, con-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

confirmata eſt. Hoc tantum conſtat, canones ab ea conſtitutos in Græcorum nomocanonem ſtatim receptos fuiſſe, cum Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui minus quàm centum ab iſto concilio annis floruit, in nomocanone à ſe digeſto eos laudaverit.

XII. Nono denique fluente ſeculo, Photius Patriarchatum Conſtantinopolitanum obtinuit; ſub quo duæ habitæ fuerunt ſynodi, una quæ *Prima & Secunda* dicitur, in templo S. Apoſtolorum, Altera in templo S. Sophiæ, ſive ſapientiæ: quarum illa XVII. hæc III. canones expoſuit, quibus additis nomocanon abſolutus eſt. Additi ſunt autem ab ipſo Photio, ſub quo editi, idque primùm in nomocanone ab ipſo elaborato, ut colligere eſt ex ipſius præfatione in eundem nomocanonem, in bibliotheca juris canonici veteris ex MS. noſtro Bodleiano edita, ubi de ſuo ipſius opere loquens, ait, περὶ τούτου ὁ λόγος μοὶ ἔσται ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ δευτέρᾳ συνόδου ἐκείνης τῆς ἁγιωτάτης καὶ πρώτης ἐν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ποιησαμένης τὴν περιστομένων ἀκροατήριον ἐτυπώσατο. ἀλλ' ἡ μὲν πρὸ τούτου σύνοδος ἐπὶ κοινῇ τῆς ἐκκλησίας ὁμονοίᾳ συγκροτηθεῖσα, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐπισφραγίσασα, αἱρετικὸν ὁμοῦ πᾶν καὶ φρονηματικὸν ἀποβαλεῖσα πλάνον, καὶ τούτους τοῖς τῶν ἀδελφῶν συνέταξεν. *Præterea verò eos etiam canones complectitur, quos poſtea prima & ſecunda ſynodus Conſtantinopolitana in venerando Apoſtolorum templo celebrata, motâ ac ventilatâ quâdam controverſiâ ſancivit, necnon etiam quos illa ſynodus conſtituit, quæ communi Eccleſiæ concordiâ poſtmodum habita eſt, quæque Nicænam ſynodum confirmavit, omnem verò hæreticum atque ſchiſmaticum errorem ſuſtulit. Hos inquam eodem quo ſimilium ſynodorum canones ordine collocavit.* Poſtquam itaque Photius canones hoſce à duabus ſynodis ſub ſe celebratis editos in nomocanonem ſuum congeſſiſſet, Eccleſia orientalis iſtos ab eo uſque tempore tanquam partem canonici ſui juris perpetuò habuit, quo factum eſt, ut iſti etiam inter alios hoc opere recenſeantur, quo omnes canones à ſynodo aliquâ conſtituti aut confirmati, & ab Eccleſiâ Græcâ recepti, quique hucuſque commemorati ſunt, exhibentur. Hîc autem inſuper obſervandum eſt, inter Photii & Zonaræ ætatem primum canonum horum ordinem aliquantulum immutatum eſſe, ut concilia nimirum Oecumenica priori in loco, ordine quodque ſuo, omnia collocentur, cum non modo Concilii Trullani, ſed & Photii diebus ſynodi provinciales, Ancyrana, Neocæſarienſis, Gangrena, Antiochena, & Laodicena ante omnes Oecumenicas, præter Nicænam primam, juxta veterem codicem collocatæ fuerint.

XIII. Cùm hoc canonici Græcorum juris corpus omnibus hoc modo numeris ſuis abſolutum, omneſque Eccleſiaſticæ cauſæ ex canonibus in illud collectis per totam Græciam dijudicatæ fuiſſent; poſtea de ipſis canonibus, & eorum autoritate nunquam controverſum eſt, ſed tantum de verâ ipſorum interpretatione. Quo factum eſt, ut complures è doctiſſimis viris & juris canonici peritiſſimis, multum ſtudii & laboris in iis interpretandis impenderint. Hoc ſtudiorum genus, duodecimo præcipuè ſeculo, in Oriente viguit, quo currente tres Eruditiſſimi viri, Theodorus Balſamon, Joannes Zonaras, & Alexius Ariſtenus claruerunt, qui omnes egregiam huic rei canonicæ operam dederunt. Horum itaque ſingulorum ſcholia in hoc libro exhibemus, idque ea methodo, ut ſinguli canones trium iſtorum Interpretum commentaria ſibi annexa habeant. In quibus tamen diſponendis ordinem temporis, quo quiſque ſcripſit, non obſervamus, ſed Theodorum Balſamonem, qui tempore poſtremus fuit, primo in loco conſtituimus, nimirum ob ſummam ejus in hiſce ſtudiis autoritatem, & maximam in Eccleſiâ dignitatem; Nam Patriarcha fuit, uti mox oſtendemus. De ſingulis autem hiſce Scholiaſtis, quos edimus ordine quem in libro occupant, ratio pariter atque conſuetudo poſtulat, ut nonnihil hoc loco præmittamus.

XIV. Theodorus Balſamon Conſtantinopoli oriundus eſt. Ipſe enim ſe Conſtantinopolitanum appellat, in alterâ interpretatione duodetriceſimi canonis Chalcedonenſis,

* * *

dicens,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

dicens, Ἐγὼ δὲ Κωνσταντινοπολίτης ὢν ἀκραιφνέστατος, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως μέρος γεγονώς, *Ego verò, cùm Conſtinntinopolitanus civis ſim integerrimus, & ſanctiſſimi throni Conſtantinopolitani pars factus.* Unde ſimul colligitur eum in iſtâ Eccleſiâ primò ordinatum fuiſſe. Nimirum Diaconus, Nomophylax, atque etiam Chartophylax iſtius Eccleſiæ fuit, ut patet ex inſcriptione Conſtitutionum Eccleſiaſticarum quas ipſe collegit, quæ in Codice M S. Nicolai Peireſcii ſenatoris Aquiſſextienſis à Carolo Annibale Fabroto in notis ad eaſdem conſtitutiones citato, ſic ſe habet, Θεοδώρου Διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας νομοφύλακος, καὶ χαρτοφύλακος, καὶ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν τοῦ Βαλσαμῶνος, τοῦ μετὰ χρόνους ἱκανοὺς γεγονότος πατριάρχου θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας, *Theodori Diaconi ſanctiſſimæ Dei Eccleſiæ nomophylacis & Chartophylacis, & primi Blachernarum Balſamonis, poſt aliquot verò annos Patriarchæ Theopolis magnæ Antiochiæ.* Quæ eadem ferè habentur & in inſcriptione hujus operis mox citandâ. Quinetiam à Philotheo Patriarchâ in refutatione execrationum ab Harmenopulo ſcriptarum ὁ σοφὸς νομοφύλαξ appellatur. Ipſe etiam ſe Chartophylacem fuiſſe in ſcholiis ad primum ſynodi Nicænæ 1. canonem teſtatus eſt, his verbis, Καὶ ὅτι ὁ χαρτοφυλακικὸν ἐπέργων ὀφφίκιον καὶ μετὰ ὁ πατριαρχεύσας. E quibus ultimis verbis ſe Patriarcham etiam fuiſſe fidem facit; Antiochiæ ſcilicet, quam Patriarchalem ſedem eum occupâſſe Iſaacii Angeli diebus, qui imperare cœpit anno Domini CIↃCLXXXV. ex Nicetæ Choniatæ annalibus diſcimus; qui memoriæ tradidit, ut dictus Imperator in animo habens Doſitheum Patriarcham Hieroſolymitanum ad ſedem Conſtantinopolitanam Leontii expulſi loco promovere, & certior factus hoc contra canones eſſe, ad Balſamonem Antiochenum, utpote jure canonico exercitatiſſimum ſe contulerit, de hac re conſulturus, Εἰδὼς δὲ τοὺς κανόνας τοῦτο μὴ συγχωροῦντας, μέτεισιν ἀσφαλῶς ἐπὶ διάπυρα ἐπὶ θρόνου τοῦ θεοῦ πόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας, Θεόδωρον τὸν Βαλσαμῶν, ἄνδρα ἐκεῖνο τοὺς τότε πάντας ὄντα νομικώτατον. *Quod cum canones non permittere ſciret, ad Theodorum Balſamum thronum Dei civitatis magnæ Antiochiæ adminiſtrantem, virum eâ ætate ſupra omnes alios juris conſultiſſimum ſubdolè accedit.* Et paucis interjectis ſcribit, ut idem Imperator cum Balſamone colloquens ſimulaverit ſe eum voluiſſe Antiochiâ Conſtantinopolim transferre. Καὶ τοιαῦθ' ἕτερα φρενιασικῶς παροδυναβαλόμενος, ἐπήγατο πάλαι μὲν βούλεσθαι μετενεγκεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας εἰς τὸ οἰκουμενικὸν ἀξιωτάτον ὡς λύχνον τῆς τῶν νόμων τηλαυγείας πάμφωτον. *Hæc & id genus alia non ſine queſtu præfatus ſubjunxit, olim fuiſſe ſibi in animo illum ex Antiochenâ Eccleſiâ ad Oecumenicam dignitatem, ut illuſtrem legalis puritatis lucernam transferre.* Nicet. Choniat. in Iſaac. Angel. lib. 11. E quibus ſimul conſtat quanti nominis atque in jure canonico authoritatis Theodorus hic Antiochenus tum dierum fuerit: Qui nihilominus ad thronum ſibi commiſſum nunquam accedere potuit, Latinis tunc temporis Antiochiam tenentibus, ac propterea omnia Eccleſiaſtica, quæ ad Patriarchatum ſuum pertinebant negotia Conſtantinopoli adminiſtrare coactus eſt.

XV. Hunc porro Theodorum Balſamonem jure canonico paritur ac civili inſtructiſſimum fuiſſe, non tam ex aliorum teſtimoniis, quàm ex ſuis ipſius operibus conſtat. Multa ſiquidem compoſuit, quæ omnia ad Juriſprudentiam ſpectant. Hic enim autor fuit collectionis illius Conſtitutionum Eccleſiaſticarum, quæ ſub paratitlorum nomine à Joanne Leunclavio primo latinè edita eſt, & poſtea Græcè à Carolo Annibale Fabroto I C. ut idem Fabrotus in notis probavit. Plurimos etiam tractatus conſcripſit, ut de patriarcharum privilegiis; de duobus illis officiis Chartophylacis & primi Defenſoris; de quæſtione iſta, an unus & idem duabus conſobrinis conjungatur: de incenſis quæ à Patriarchâ dari ſolent eo die, quo catechеſis habetur; & de convocatione quæ fit ad ſacras monaſteriorum ædes per tria ſigna, qui omnes ſub meditatorum nomine ſeptimum librum Juris Græco-Romani à Johanne Leunclavio emiſſi conſtituunt. Scripſit etiam reſponſa ad lxiv. canonicas interrogationes à Marco Alexandrino Patriarcha ipſi propoſitas, quæ etiam in quinto dicti Juris-Græco-Romani libro extant. Horum proœmio iſtæ interrogationes factæ dicuntur, Imperante Iſaacio Angelo, & Georgio Patriarcha-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

archatum Conſtantinopolitanum tenente, menſe Februario, indictione XIII. Anno poſt incarnationem Domini CIↃCCIII. μηνὶ φεβρουαείῳ, ἰνδικτιῶνος ιγ'. ἔτει ἀπὸ τῆς σαρκώσεως τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ασγ'. Hæc autem ſibi non conſtant. Nam anno CIↃCCIV. a Venetis & Francis occupata eſt Conſtantinopolis. Verùm poſt Iſaacium, Alexius Angelus octo annos, & alius poſt eum Alexius, Ducas cognomine, aliquantiſper imperavit ante captam urbem; quinetiam poſt Georgium iſtum Xiphilinum Joannes Camaterus thronum Conſtantinopolitanum quinque annos & octo menſes adminiſtravit, priuſquam urbs à Latinis caperetur. Ac proinde ſi iſtæ interrogationes factæ fuerint ſub imperio Iſaacii, & patriarchatu Georgii, ante annum CIↃCCIII. factæ ſint neceſſe eſt. Neque etiam indictio convenit; iſto enim anno, non XIII. ſed VI. indictio currebat; in utroque itaque numero, & anni ſcilicet & indictionis, error admiſſus eſt. Nec video quomodo corrigatur, niſi pro ασγ'. ſcribatur, αρϛγ'. & ια'. pro ιγ'. Ut iſtæ nimirum interrogationes Balſamoni propoſitæ fuerint anno D. CIↃCXCIII. indict. XI. quo quidem anno Iſaacius Angelus imperium, & Georgius Xiphilinus Eccleſiam Conſtantinopolitanam gubernabat: quam facilis autem frequenſque ſit lapſus in Græcis deſcribendis numeris, neminem latet.

XVI. Inter omnia autem opera, quæ illuſtris hic in utroque jure princeps elaboravit, primum illud jure merito habetur, quo antiquos conciliorum patrumque canones interpretatus eſt, quodque his verbis inſcribitur, Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, τῶν τε ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἁλλά μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἅτινι μεταξὺ καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων· ἔτι δὲ καὶ διάλωσις τῶν ἐναργούντων νόμων, ἃ μὴ ἐναργοῦνται, τῶν ἀναπληρουμένων ἐν τοῖς δέκα καὶ τοῖς τέσσαρσι πρώτοις τοῖς κατ' ἀρχὰς τῶν κανόνων κειμένοις· προτεθεῖσα κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν Θεοδώρῳ τῷ βαλσαμῶνι τῷ ἁγιωτάτῳ τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακι, χαρτοφύλακι, καὶ πρώτῳ τῶν Βλαχερνῶν, τῷ Βαλσαμῶνι, τῷ μετὰ χρόνους ὠὰς πατριάρχῃ θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας καὶ πάσης ἀνατολῆς. *Expoſitio ſacrorum divinorumque canonum, ſanctorum celebratiſſimorumque Apoſtolorum & ſacrorum Oecumenicorum atque etiam provincialium ſive particularium conciliorum, reliquorumque ſanctorum Patrum: inſuper & declaratio efficacium atque inefficacium legum in quatuordecim titulis ante canones poſitis collocatarum; Elaborata juſſu Imperatorio atque Patriarchali, à Theodoro Balſamone, ſanctiſſimæ Dei magnæ Eccleſiæ Diacono, nomophylace, & Chartophylace, præfecto Blachernarum, qui etiam poſt aliquot annos Theopolis magnæ ſcilicet Antiochiæ & totius orientis Patriarcha factus eſt.* Hoc eſt eximium illud opus, quod totum hoc libro in publicum damus, niſi quod illam declarationem legum in titulo commemoratam, hoc eſt, nomocanonis Photii in quatuordecim titulos diſtributi, interpretationem prætermittere viſum eſt; partim quòd in bibliotheca veteris canonici juris non ita pridem edita eſt, & partim quod de legibus civilibus potiùs quàm de canonibus Eccleſiaſticis agit: unde & in ipſa hac canonum interpretatione, ubi de legibus politicis loquitur, ibique ſolùm, iſtam nomocanonis expoſitionem citat, ſub nomine τοῦ πρώτου συντάγματος. Ut in ſecundum canonem concilii Conſtantinopolitani, novellam citat κατεγραφῇ εἰς τὸν ἑρμηνείαν τοῦ ε'. κεφ'. τοῦ α'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος: hoc eſt, *in interpretatione quinti capitis primi tituli Nomocanonis Photii ſitam.* Quod παρὸν σύνταγμα propterea appellat, quòd iſte nomocanon ipſis canonibus præfigi, & unum cum iis volumen componere ſolitus fuerit; quod hîc lectorem præmonitum eſſe ſufficiat. Cùm autem in titulo ſupra laudato, hoc opus elaboratum dicatur κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν, hoc idcirco afferit, quòd illud aggreſſus eſt juſſu Manuelis Comneni Imperatoris & Michaelis Anchiali Patriarchæ Conſtantinopolitani; ut ipſe ſub initium præfationis ſuæ in nomocanonem Photii, quæ eadem & huic canonum interpretationi inſervit, teſtatus eſt, dicens, τοῦτο ἡμῖν ἐπιτάξαντος πρὸ τοῦ θεοφιλοῦς ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος ἁγίου Μανουὴλ Κομνηνοῦ καὶ τοῦ πανευφημοτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου τοῦ γενεθλίου ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ἀγχιάλου, τὸν ἱερὸν κανόνας κατασκέψασθαι, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς ἀσαφῆ καὶ τοῖς νόμοις ὃ δικῆ ἐναντιούμενα σαφηνίσαι

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

νίσαι ἐγ ἐρμηνεῦσαι. *Quapropter nos ſanè, ubi à divinitùs coronato ſancto noſtro Imperatore D. Manuele Comneno, & ſanctiſſimo domino noſtro & Oecumenico Patriarchâ D. Michaele Anchialo, qui philoſophorum princeps fuit, decretum eſſet, ut ſacros canones diligenter inſpiceremus, & quæ in illis obſcuriora eſſent, modoque aliquo legibus adverſari viderentur, declararemus, atque interpretaremur.* Ubi etiam obſervare licet, hoc ei opus impoſitum fuiſſe, prius quàm Patriarcha creatus eſſet, & cum adhuc officio aliquo in Eccleſia Conſtantinopolitana fungeretur: ſiquidem Patriarcham Conſtantinopolitanum Dominum ſuum appellet. Cœptum eſt igitur hoc opus Michaele Anchialo thronum Conſtantinopolitanum tenente; ſed non conſummatum eſt uſque ad Georgium Xiphilinum ad ſedem iſtam evectum anno Domini CIↃCXCI. plus minus. Huic enim Patriarchæ Balſamon præclarum hoc opus à ſe elaboratum dedicavit: & ad eundem carmina quædam dedicatoria conſcripſit, quæ Gentianus Hervetus ex codice Tiliano latinè vertit in hunc modum.

Theodori Patriarchæ Antiocheni ad Sanctiſſimum Patriarcham Dominum Georgium Xiphilinum, Carmen.

Perquam pias traditiones canonum
In vaſto ego mari tremens Atlantico
Pervaſi, ut Aſcræus Charybdin hoſpes trajicit,
Vel rubrum ut Pelagus Iſraelites ſenex,
Tuæ manus dextræ ſtabilitus gratiâ,
O Patriarcharum valde pium decus.
Unde bacilli myſtici calamo levans
Illorum inacceſſum itiner bifariam
Ipſe in duobus tradidi ſcripto libris,
Quæ canonicæ diſciplinæ ſunt opera.
Te rogo, qui bonis nites actionibus,
Et luce doctrinæ cunctos illuminas,
Hujus libri columna itineris ut ſies,
Ægyptiorum mores quidem exuſtulans,
Verùm in ſalutis viâ lucem porrigens.
Hæc tibi ſcribo Theodorus Balſamon,
Qui Patriarcha ſum religione inclytæ
Antiochiæ, atque adeo Orientis totius.

XVII. Egregium hoc opus à Patriarchâ Antiocheno non citiùs editum eſt, quam ſummo à pleriſque applauſu exceptum, licet nonnullos invenerit malevolos, qui illud vellicare ſtuduerant. Namque Conſtantinus Cabaſila Archiepiſcopus Dyrrachii hanc ad Joannem Epiſcopum Citri quæſtionem propoſuit. Αἱ τῶν μακαρίτου πατριάρχου Ἀντιοχείας Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμῶνος γεγονυῖαι ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ἐρωτήσεις Μάρκου τοῦ ὁσιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας δύσκριτά τινας παρεκβάσεις ποιούμεναι ἔν τε κανονικῇ καὶ νομικῇ διατάξει; δεῖ οὖν ταύτας προσέχειν; *A beatæ memoriæ Patriarchâ Antiochiæ, cognomine Balſamon, factæ reſponſiones ad interrogationes Marci ſanctiſſimi Alexandriæ Patriarchæ, comperiuntur quaſdam digreſſiones facere in canonicis & civilibus conſtitutionibus, an iis adhærendum ſit necnè?* Reſpondet Joannes, Ὁ ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ, ὁ Ἀντιοχείας, τείνων μᾶλλον ἐπὶ τὰς ἀκριβεῖς τῶν νομικῶν καὶ κανονικῶν νομοθετημάτων, καὶ παρὰ πᾶσιν ἐν τούτοις θαυμαζόμενος. Τὰ μέντοι συγγράμματα τούτου, ὅσα περὶ κανονικὰ καὶ νομικὰ λήμματα ἐξενήνοχε, οὐκ ἐν ὅλῳ πάσης ἀκριβείας ἐχόμενα καταφαίνονται, ὃ παραδόξου· ἀλλ' ὡσπερεί τι λήθης μᾶλλον καὶ παρορμήσεως προϊόντα, καί τινα καὶ ἐφ' ἑαυτὸν μεμιζόμενα. Ὃ οὐκ ἄλλος ἐφιστὰς τούτοις, οὐκ ἀπορήσει, θείσκων τῇ σαφείᾳ ἀκριβείᾳ τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα μὴ σωτηρίᾳ. Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶντος ἐκείνου πολλῶν τὸν Κωνσταντινουπόλεως νομοτριβουμένων ἀκήκοα ἐπιλαμβανομένων πολλῶν τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου γνωμοδοτημάτων, ὡς μὴ κατ' ἀξίαν ἐξετασθέντων, ἐν τε κανόσιν ἑρμηνείαις καὶ νόμοις, καὶ ἄλλοις τοιοῖς δὲ συντάγμασι. *Divinus ille vir, Antiochiæ Patriarcha, accuratè percallebat civiles & canonicas conſtitutiones, & ab omnibus in hiſce rebus celebratus fuit. Ejus autem ſcripta, quæ ad canonica & civilia lemmata edita ſunt, non in omnibus, quòd mirum eſt, accurationem habere cernuntur, ſed velut ex oblivione maximè & inconſiderantiâ procedentia; alibi etiam in ſeipſis diviſa. Nec de eo dubitet, qui diligenter conſiderârit, inveniens ejus ſcripta ſubtilitati viri non reſpondentia. Ego autem etiam illo vivo multos audivi*

Con-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Constantinopoli legisperitos, qui quasdam viri illius sententias reprehenderent, quòd non essent rectè prolatæ in canonum & legum interpretationibus, & aliis hujusmodi voluminibus. Et deinde addit eum oportere in jurisprudentia instructissimum esse, qui hæc commentaria evolvit. Sed, ut ut ab aliis sugillatus fuerit, ipso etiam Joanne Judice, Balsamon canonicas æque ac civiles constitutiones accuratè tenuit, & ab omnibus propterea celebratus fuit.

XVIII. Quantæ autem autoritatis Balsamon ipse, & hæc illius in canones commentaria Constantinopoli olim fuerant, ipse Philotheus Patriarcha clarè satis indicat; quippe qui in refutatione scriptarum ab Harmenopulo execrationum, hæc habet, τοῦτο γὰρ φησιν ὁ ζηλωτὴς νομοφύλαξ ὁ τοῖς ὁμοίοις σοι σπουδαστὴς Βαλσαμὼν, ὁ δὲ νόμοις τε καὶ κανόσι πολυμαθέστατος καὶ σοφώτατος, ὁ καὶ πατριάρχης Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ἀναδειχθεὶς ὕστερον· ὅπερ οὐδέ σε ἀγνοῆσαί φημι ἂν ἐγωγε ποτε σοφὸν ὄντα, καὶ σπουδαῖον τὰ τοιαῦτα, εἴπερ τινα. *Hoc enim tradit eruditus ille Nomophylax & consimilium tuis studiorum particeps Balsamon in legibus & canonibus summè instructissimus, & sapientissimus, qui & magnæ illius Antiochiæ Patriarcha tandem designatus est: id quod nec te quidem ignorare dicerem, virum doctum, & hujusmodi imprimis rerum studiosum.* Et paulo post, Ὁ τοίνυν προειρημένος πατριάρχης Ἀντιοχείας, ὁ σοφὸς Βαλσαμὼν, τοὺς ἱεροὺς ἐξηγούμενος κανόνας, τὰ δέ φησιν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἐξηγήσεως τῶν κανόνων τῆς ἐν Γαγγρᾷ Συνόδου. Ἡμῖν δὲ παρῆσται Σύνοδος. *Prædictus igitur Antiochenus Patriarcha, sapiens ille Balsamon, dum sacros exponit canones, hæc in præfatione expositionis canonum synodi &c.* Et deinde recitatis Balsamonis in synodum Gangrenam verbis, iisdem scilicet quæ in hoc opere loco ibi citato legas, illum in ea fuisse sententia asserit, quòd tomus synodalis, sub Constantino Porphyrogenneta Imperatore & Alexio Patriarcha factus, in usu esse desierit. Hoc enim ita esse ait, κατὰ τὸν σοφὸν Βαλσαμῶνα, ὅπερ ἐστὶν ἡμῖν ὁ σκοπὸς δεῖξαι, *secundum sapientem illum Balsamonem, quod nobis etiam propositum erat ostendere.* Nimirum ac si indubium illud redderetur, cùm sapiens ille Balsamon ita esse affirmaret. Quin & citantur Balsamonis scholia à Nicolao Hydruntino, in scholio è principio codicis Græci M S. Barberini, à Leone Allatio, de perpetua consensione Ecclesiæ occidentalis & Orientalis lib. cap. 1. xxi. laudato, ubi hæc habet, Εὗρον ἔτως ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῇ βίβλῳ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμῶνος πατριάρχου Ἀντιοχείας· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἑρμηνείᾳ τῶν νομοκάνονος ὅτως· Σὺ δὲ εὑρίσκων ἔν τισιν ἀντιγράφοις σφάλμα γραφικὸν ὃ περὶ Κελεστίνου (ἀπὶ γὰρ Κελεστίνου, Κελεστῖνος μέμνηται) μὴ προσσχῇς τοῖς ἔτω γεγραμμένοις. ὁ γὰρ Κελεστῖνος πάπας ἦν Ρώμης, ὀρθόδοξος, ὡς ἄνωθεν εἴρηται· ὁ δὲ Κελέστιος ὑμόφρων τοῦ Νεστορίου, ἤτοι αἱρετικὸς ἦν. *Et cum essem Constantinopoli, illud ita esse comperi in libro Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni; Ille enim dicit in suâ canonum expositione; Tu verò inveniens in nonnullis codicibus errorem scripturæ circa Celestini nomen (namque pro Celestio Celestinus insertus est) dictis scriptis ne animum advertas. Nam Celestinus papa erat Romanus, orthodoxus, ut supra dictum est: Celestius verò cum Nestorio sentiebat, sive hæreticus erat.* Quæ ipsa Balsamonis verba extant in scholiis ejus ad primum synodi Ephesinæ canonem. Matthæus Blastares etiam in alphabetico ipsius syntagmate, secundo hujus operis tomo nunc primum edito, hæc Balsamonis scholia non citat modo, sed & subinde transcribit. Quinetiam Isidorus Mercator, ad latinam suam canonum versionem exornandam, hisce commentariis usus est. Is enim suæ duodecimi canonis synodi Gangrenæ versioni hæc interserit, *Beros videtur Balsamon Episcopus Antiochenus hunc locum interpretans, vocare vestes ex serico contextas.* Et ita quidem Balsamonem vocem βήρυς interpretatum esse, ex scholiis ejus in dictum canonem eluceſcit.

XIX. A tempore autem quo consummata sunt doctissima hæc Balsamonis in nomocanonem Photii, & conciliorum, patrumque canones commentaria, quadringentos propemodum annos inter Græcos latuerunt, Latinis plerisque incognita: donec Gentianus Hervetus, Tridenti, cum concilium ibi haberetur, commorans, & accuratum eorum nactus exemplar à Joanne Tilio, Episcopo Briocensi, illud latinè vertit: Quæ ejus versio sine Græco textu, à Guilielmo Morelio Lutetiæ Parisiorum typis mandata fuit anno,

* * * *

Dom.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Dom. CIↃDLXI. Poſt multos antem annos bibliopolæ Pariſienſes Græcum quoddam conſecuti apographum, illud unà cum prædictâ Herveti verſione in publicam lucem emiſerunt, Lutetiæ Pariſiorum an. D. CIↃDCXX. Et hæc quidem editio, eaque ſola, ab eo uſque tempore doctorum manibus trita fuit. Verum enimvero licet ad iſtam exornandam editionem Pariſienſem, multa ex MSS. Vaticanis, & nonnulla ex codice hæredum Achillis Harlæi, primi in ſupremâ curiâ Pariſienſi præſidis, collecta fuerint; quamplurima tamen in ea doctis adhuc deſiderata ſunt. Multæ enim lacunæ in ipſo Græco textu relictæ ſunt, quæ à nullo exemplari Græco ſuppleri poterant: & ipſi editores ingenuè fatentur, ſe in nullum incidiſſe perfectum & expletum codicem Græcum, qui Latinam Herveti verſionem æquaret, quam nihilo ſecius adhibuerunt. Quo factum eſt, ut inter Græcum textum & latinam verſionem, quamplurimis in locis minime conveniat, cum exemplar, quo uſus eſt Gentianus Hervetus, nunc plura, nunc pauciora habuerit, quàm illud quod ejus verſioni adjunxerant. Et ubi totidem utrobique ſunt ſententiæ, ſenſus tamen hic atque ibi alius ſæpe deprehenditur.

XX. Cùm ìtaque Pariſienſis horum Balſamonis in canones commentariorum editio adeo mutila fuerit, atque imperfecta, ſummo rei canonicæ emolumento accidit, ut vetus admodum & completum eorundem exemplar in locupletiſſima noſtra bibliotheca Bodleiana Oxoniæ haberemus, quod quadringentis circiter abhinc annis, ut ex charta, characteribus, ligaturis, aliiſque iſtiuſmodi antiquitatis indiciis conjicimus, eleganti manu exaratum prælo tandem aliquando ſubjecimus, & publici hoc in opere juris fecimus. Neque enim fas erat, ut tam pretioſum juris canonici κειμήλιον in una bibliotheca diutiùs lateret: quo non modo omnes, quæ in priori fuerunt editione, lacunæ ſuppletæ ſunt; verumetiam alia quamplurima ibi deſiderata, hîc interſeruntur, & omnia ferè uſque adeo emendantur, ut vera Balſamonis Antiocheni in canones commentaria nunc primum in lucem emiſſa videantur.

XXI. Ad majorem tamen operis ornatum duobus aliis eorundem ſcholiorum codicibus MSS. uſi ſumus, Ætonienſi, & Amerbachiano; quorum illud Ampliſſimo Viro Richardo Alleſtry, SS. Theologiæ Profeſſori Regio in Academia Oxonienſi, & regalis collegii Ætoniæ conſtituti Præfecto acceptum ferimus: utpote qui curam adhibere dignatus eſt, ut variantes ex codice MS. in bibliotheca ejuſdem collegii repoſito lectiones colligerentur. Alter codex MS. quo adjuti ſumus, eſt vetuſtus ille & inſignis, qui in publicâ Academiæ Baſileenſis bibliothecâ extat, cui eum Clariſſimus vir Baſilius Amerbachius (à cujus nomine Amerbachianum appellamus) legato dedit anno Dom. CIↃDXCIII. quo inter alia, Balſamonis ſimul & Zonaræ in canones commentaria, nitido & vetuſto charactere deſcripta, continentur; ſed Zonarâ perpetuò Balſamoni præmiſſo. Hujus elegantis codicis uſum-fructum honoratiſſimi illius Academiæ Proceres ad hanc editionem adornandam permiſerunt nobis exhibendum per manum & induſtriam Doctiſſimi Viri Domini Joannis Rodolphi Wetſtenii, Filii, qui tanta fide, tanta diligentiâ MS. iſtum codicem cum Pariſienſibus Balſamonis & Zonaræ editionibus contulit, ut pares ei gratias referre nequaquam poſſimus; Neque nos ſolos, verùm & omnes omnino juris canonici ſtudioſos hoc ſingulari ipſius officio ſibi in æternum devinctos habebit. Omnes enim variantes lectiones exquiſitiſſimè collegit; & multa inſuper antiqua in canones ſcholia è codice iſto excripſit, quæ nec in Balſamonis, nec Zonaræ commentariis, nec alio, quantum ſcimus, codice habentur. Hoc ſanè dolendum eſt, quòd neſcio quo fato accuratæ iſtæ collectiones, per biennium fere in itinere hærentes, ſeriùs ad manus noſtras pervenerunt, quàm ut dicta ſcholia ipſi operis hujus corpori ſuis in locis interſeri poterant. Ne quis tamen de iis omnino hîc deſideratis conquereretur, ea omnia, latinè etiam à nobis verſa, annotationibus inſeruimus, ad eoſdem relata canones, quibus in codice Amerbachiano adſcripta ſunt. Ex variantibus autem lectionibus pro

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

pro comperto habemus, codicem iſtum Amerbachianum cum Bodleiano noſtro plerunque convenire, etiam ubi Pariſienſis editio ab utroque diſcrepat: adeo ut inter innumeras illas, quas clariſſimus vir, MS. Amerbachianum cum Pariſienſibus codicibus conferens, varias collegit lectiones, raro admodum ulla, notatu ſaltem digna, occurrat, quæ à codice noſtro hîc impreſſo diſſidet. Quod idem & de codice Ætonienſi dicendum eſt. Namque inter tres hoſce codices optimè convenit; quemadmodum in annotationibus multoties obſervare licet, ubi tres hoſce codices ſe invicem confirmantes ſæpe producimus. Inter eos autem & Pariſienſem editionem multum diſcriminis paſſim occurrit, & idcirco etiamſi Latinam Gentiani Herveti verſionem, quoad ejus fieri potuit, retinere eniteremur; eam tamem quamplurimis in locis immutare coacti ſumus, ut Græco eam textui à nobis edito adaptaremus. Et ubi Gentianus Hervetus ſenſum alicujus loci, quod ſæpe accidit, malè intellexit, vel ſaltem non bene expreſſit, nos verſionem ejus emendavimus, & emendationis iſtiuſmodi rationem in annotationibus ut plurimum reddidimus.

XXII. Hactenus de Balſamone, & eruditis ejus in canones commentariis: Sequitur Zonaras, qui ſub Alexio Joanne Comneno floruit, & ſummos in imperio Orientali honores geſſit: nam magnus Drungarius viglæ, & protoaſecretarius fuit, ſive primus à ſecretis. Poſt aliquot autem annos ſecularium pertæſus negotiorum, ad monaſticam vitam ſeceſſit, quam tranſigens, multa ſcripſit, quibus poſteros ſibi obligatos tenet. Primò enim univerſalem conſcripſit hiſtoriam à mundo condito uſque ad Alexii Comneni Imperatoris, ſub quo vixit, obitum, hoc eſt, uſque ad annum Domini CIↃCXVIII. Elegantem etiam orationem compoſuit, quæ inſcribitur, Ιωάννου τοῦ Ζωναρᾶ τοῦ γενομένου μεγάλου δρουγγαρίου τῆς Βίγλης καὶ πρωτασηκρήτης λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῶν γυναικῶν ἐκρυσιν μίασμα ἡγουμένους. *Joannis Zonaræ, magni quondam Drungarii Viglæ, & primi à ſecretis oratio ad eos, qui naturalem ſeminis effluxum immunditiem exiſtimant.* Extat in Juris-Græco-Romani lib. v. Quinetiam majorum juſſu & amicorum ſuaſu compulſus, canonico Græcorum juri interpretando egregiam operam navavit, quod eruditum opus à ſe conſcriptum ſic inſcripſit; Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν, καὶ λοιπῶν ἁγίων πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ, τῷ γενομένῳ μεγάλῳ Δρουγγαρίῳ τῆς Βίγλης, καὶ πρωτασηκρήτης. *Expoſitio ſacrorum divinorumque canonum, tam ſanctorum & venerandorum Apoſtolorum, quam ſacrarum Oecumenicarum ſynodorum, ſed & localium ſive particularium, reliquorumque ſanctorum Patrum, elaborata per Joannem Zonaram Monachum, qui fuit olim magnus Drungarius Viglæ, & primus à ſecretis.* Ipſi autem operi hanc præfationem præmiſit, quam ſuo loco prætermiſſam hîc apponere viſum eſt. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτεῖ καὶ σωφρονεῖν ποιεῖ, πρὸς ὃ καὶ θεῖόν φησιν ὁ προφήτης, καὶ θεοπάτωρ Δαβίδ. λόγος δὲ τοῦ θεοῦ εἰκότως ἄν τις καὶ τὰ τῶν θείων Ἀποστόλων καὶ πατέρων νομίσαιτο διατάγματα, ἐπεὶ τῷ θείῳ πνεύματι ἐσκευασμένοι σκηνοι ταῦτ' διετάξαντο. Εἴ τις οὖν ποιήσαιτο τὴν τῶν ἱερῶν κανόνων σαφήνειαν, καὶ τούτων τὴν διάπτυξιν δηλώσειε, φωτὸς οὖν δι' ἁπλότητα καὶ ἀπλαστίαν ἠθῶν νηπιάζουσας, καὶ μὴ πεφυκότας τοῦ βάθους ἐξικνεῖσθαι τῶν κανόνων τῶν ἱερῶν. Διὰ ταῦτά μοι εὔχρηστον τῷ ἔργῳ, ὡς εἰς ὠφέλειαν ἴσως ἐσομένῳ πολλοῖς, καὶ ὡς δυνάμεως ἐκάστῃ διδασκαλῇ τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων, καὶ σεπτῶν πατέρων, μᾶλλον μέντοι, ὡς ἂν δοίη θεός, ἐξαίρετος ποιητὸν καὶ σωτηρίου μνημόνιον ἐξήγησιν. Μή τις δέ μοι καταγνοίη προπετείας· ἃ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχέας, ἀλλὰ προσκληθεὶς ὑπέκυψα, καὶ τῷ πόνῳ δίδωκα ἐμαυτόν, ἵνα μὴ δι' ἀπροσίαν κατακριθῶ. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis; Hæc Deo dicit propheta, & divinus pater David. Porro Dei ſermones meritò quis & probabiliter dixerit eſſe divinorum Apoſtolorum patrumque præceptiones, quia divino ipſi afflati doctique ſpiritu hoc inſtituerunt. Si quis igitur elucidationem ſacrorum canonum fecerit, eorundemque ſententiam reſerans declarârit, his quidem certè lumen intulerit, qui per ſimplicitatem morumque ruditatem ſunt velut infantes, haud dum ſatis apti in ſacrorum canonum profunditatem penetrare. Propterea mihi ſumendum fuit hoc opus in manus, ut uſui fortaſſe futurum multis, ut etiam pro meâ virili ſit unaquæque ſacrorum Apoſtolorum patrumque venerandorum*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

dorum disposítio nota, Maximè quidem, prout dederit ipse Deus, peculiarem compendiosamque faciens enarrationem. Nullus autem me condemnet insolentiæ vel temeritatis. Nec enim meâ sponte labori manus admolior; sed rogatus obsecundavi, negotioque me dedi, ne propter inobedientiam coarguerer.

XXIII. In hisce autem scholiis in canones componendis, Zonaræ aliud atque Balsamoni propositum fuit. Hic enim civilis æque ac canonici juris consultissimus, utriusque concordiam persequitur, apparentes discrepantias componit, & canonicas quæstiones à se motas multoties solvit. At Zonaras è contra ipsis canonum verbis & sensui interpretandis strictè adhæret, raro admodum ad civiles leges digrediens. Hinc fit, quòd Balsamon totum Zonaræ commentarium totidem nonnunquam verbis transcribat; superfluum nimirum judicans, alia Zonaræ dictis addere, cum nihil in tali canone occurrat, de quo ex legibus politicis & imperialiabus constitutionibus disputatio instituatur, hoc est, nihil quod ad suum propositum pertineat. Subinde etiam Zonaræ interpretationem celato nomine perstringit; neque ullibi ejus mentionem facit, præterquam in commentariis ad Epistolam canonicam sancti Athanasii ad Ammum, ubi eum vocat ὑπερφυέστατον ἐκεῖνον Ζωναρᾶν, *summe excellentissimum illum Zonaram*, eumque dictam Epistolam σοφῶς καὶ ὑπερδεξίως, καὶ ὡς οὐκ ἄν τις κρείττονος, *Sapienter, & peraptissimè, atque ita ut nemo melius*, interpretatum esse affirmat.

XXIV. Quinetiam Matthæus Blastares Zonaræ scholia subinde citat, nomine etiam ejus nonnunquam iis præfixo, ut lit. E. cap. XI. Εἰ μήπως τις εἴποι, ὁ ὑπερφυὴς δὲ τοῦτό φησι Ζωναρᾶς, *Ne forte dixerit quispiam, Insignis autem hoc dicit Zonaras*, scilicet in syn. Chalced. can. 28. Alias rarò invenimus hæc Zonaræ commentaria ab antiquiori aliquo laudata; nisi quod Anonymus quidam à Leone Allatio, de perpetuâ consentione Ecclesiæ occidentalis & orientalis lib. II. cap. X. citatus, hæc de iis habeat. Τελευταῖος δὲ πάντων ἐστὶν ὁ Θαυμασὸς Ζωναρᾶς μοναχὸς Ἰωάννης τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἑπτὰ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν σαφέστατα καὶ διλαβέστατα ἐξηγησάμενος, καὶ ὑδαμοῦ τὸν πάπαν ὡς ὀρθόδοξον ὠνόμασεν· μᾶλλον δὲ καὶ τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν αὐτὸν τοὺς ὅρια πατέρων παραβαίνοντας, καὶ ἀθετοῦντας τοὺς θείους κανόνας. *Omnium verò postremus, & admirabilis ille Joannes Zonaras Monachus, divinos sacrosque Canones sanctorum & perillustrium Apostolorum, & septem sanctarum Oecumenicarum synodorum, & omnium sanctorum patrum nostrorum, clarissimè & pijssimè interpretatus, nullo in loco Papam orthodoxum vocavit: sed eos potiùs, qui terminos patrum transmovent, & sacros canones pervertunt, anathemati subjecit.* Ex quo tamen uno testimonio satis abunde constat, quanti hæc canonum expositio à Joanne Zonarâ elaborata, apud Græcos suos æstimata fuerit.

XXV. Quod ad priores horum Zonaræ in canones commentariorum editiones spectat, primò quidem scholia ejus in canones Apostolorum sola latine versa & in lucem emissa sunt an. Dom. CIↃDLVIII. per Joannem Quintinum, in Academiâ Parisiensi juris canonici tunc temporis professorem. Postea Antonius Salmatia commentarios ejus etiam in canones Conciliorum latine versos edidit Mediolani, anno Dom. CIↃDCXVIII. Latinæ cujus versioni Typographus Parisiensis Græcum etiam textum ex Codice MS. in bibliothecâ regis Christianissimi erutum, addidit, & evulgavit Lutetiæ Parisiorum an D. CIↃDCXVIII. Sed adhuc desiderata erant commentaria ejus in canonicas sanctorum Patrum Epistolas, quæ propterea ibidem impressa sunt unà cum S. Gregorii Neocæsarienfis sive Thaumaturgi, Macarii Ægyptii, & Basilii CIↃIↃCXXII. Adeo ut omnia Zonaræ in canones commentaria, ante hanc nostram eorum editionem Oxonienfem, simul nusquam prodierint. Ad hanc autem exornandam editionem, non modò variantibus lectionibus ex codice Henrici II. insignibus ornato, & ex altero illo Augusti Gallandi in Parisiensi foro advocati, in supplemento ad Parisiensem editionem collectis, usi sumus, verumetiam consultum ivimus antiquum MS. codicem in Bibliothecâ nostrâ Bodleianâ, quo omnes

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

omnes habentur Apoſtolorum canones unà cum Zonaræ & Balſamonis commentariis iis annexis. Summo autem ornamento huic noſtræ editioni fuit, Codex ille Amerbachianus ante commemoratus, ex quo variantes lectiones per univerſa Zonaræ non ſecus ac Balſamonis commentaria, clariſſimus vir, Joh. Rod. Wetſtenius ſupradictus, nobiſcum communicare dignatus eſt. Quibus omnibus codicibus ſummâ diligentiâ & fidelitate inter ſe collatis, perfecta tandem & completa Joannis Zonaræ in omnes Apoſtolorum, conciliorum, & Patrum canones commentaria, unà cum prioribus Latinis verſionibus, ſed innumeris in locis emendatis, & Græco textui longe accommodatioribus edimus.

XXVI. Poſt Balſamonis & Zonaræ commentaria, Epitome cujuſque canonis, & Alexii Ariſteni in eandem ſcholia hoc opere exhibentur. Quantum primo ad canonum epitomen ſpectat, ea partim in Bibliothecâ Juris canonici veteris edita eſt, idque ſub ipſius Alexii Ariſteni nomine, perinde nimirum ac ſi is epitomes iſtius autor fuiſſet. Sed multa ſunt, quæ iſti opinioni refragantur. Eadem enim epitome, licet alio conciliorum ordine obſervato, etiam Symeoni Logothetæ in eâdem bibliothecâ attribuitur. At veri prorſus diſſimile eſt, ut ambo canones in epitomen redigentes in eadem verba conſpirarent. Nec video quidem, quo jure hæc epitome utrivis eorum adſcribatur. Sanè Alexio Ariſteno adſcribi nequit, quippe qui eam nonnunquam redarguit, & autorem ejus, quicunque demum is fuerit, canonem non rectè intellexiſſe aſſerit, ut in ſcholiis ejus ad epitomen canonis Apoſtolici lxxv. dicit, Ὁ τὴν παρόντα συνοψίσας κανόνα ὐ καλῶς τοῦτον ἐνόησεν, *Qui ſynopſin præſentis canonis fecit, eum non bene intellexit.* Et ad epitomen undeviceſimi canonis ſynodi Ancyranæ, ait, ὁ γοῦν συνοψίσας τὸν παρόντα κανόνα τὸν ἐν πλάτει κείμενον ἀφορισμὸν τῶν δηγάμων, τῷ ἀθετῆσαι τὸν παρθενίαν παρέδραμε, *Qui hujus itaque canonis ſynopſin fecit, digamorum ſegregationem in latitudine poſitam in eum qui cœlibatus profeſſionem irritam fecit, tranſtulit.* Adeo ut ſole meridiano clarius eluceſcat, Alexium Ariſtenum hujus canonum epitomes autorem non fuiſſe.

XXVII. Quiſnam itaque epitomes hujus ſive abbreviationis canonum autor fuit, minus compertum habemus. Hoc ſaltem conſtare videtur, quod ea diu ante Ariſtenum memoriæ ſublevandæ cauſa confecta fuit, atque adeo ut nonnunquam totius cujuſvis canonis vicem ſuppleret, ejuſque loco citaretur. Cujus rei illuſtre habemus exemplum in Nicolai Hydruntini (qui ſub Alexio Angelo floruit) ſcholio ex Leone Allatio ſuperius citato, quod ſic incipit, σχόλιον Νικολάου ὑδροῦντος, περὶ Κελεστίνου καὶ Κελεστίου παπῶν Ρώμης. ὁ ἀνείσκων ἐν τῷ τέλει τοῦ τετάρτου κανόνος τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου, οἵτινες τοῦ κληρικοῦ Κελεστίῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσιν καθαιρετοί, μὴ ἀναγινωσκέτω Κελεστίῳ μετὰ τοῦ ν'. ἀλλὰ Κελεστίου χωρὶς τοῦ ν'. ὁ γὰρ Κελέστιος ἅγιος ἦν καὶ ὀρθόδοξος πάπας Ρώμης, ὁ δὲ Κελέστιος ἦν αἱρετικός. *Scholium Nicolai Hydruntini de Celeſtino & Celeſtio Papis Romanis. Qui offendit in fine quarti canonis ſanctæ Epheſinæ ſynodi, Clerici*, qui Celeſtino ſive Neſtorio conſenſerint, deponendi, *ne legat Celeſtino cum n. ſed Celeſtio ſine n. Namque Celeſtinus ſanctus erat & orthodoxus Papa Romæ, Celeſtius autem hæreticus.* Iſta enim verba, Οἵτινες τοῦ κληρικοῦ Κελεστίῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσι, καθαιρετοί, in ipſo quarto canone ſynodi Epheſinæ non inveniuntur; ſed in epitome iſtius canonis quam hîc exhibemus, totidem verbis leguntur; niſi quòd pro οἵτινες, in noſtro codice leviſſima mutatione ſcribatur εἴτινες. Unde palam eſt ipſam epitomen hîc citari, idque ſub nomine totius canonis. Adeo ut hæc canonum ſynopſis legis vicem iis ſuppleviſſe videatur, quibus integri canones haud præſto eſſent. Et hinc, ni fallor, eſt, quòd nunc Alexii Ariſteni, nunc Symeonis Logothetæ, & aliquando forſitan aliorum nomina ſibi inſcripta habeat, à quibus ad privatum uſum deſcripta fuit. Vel forſitan quòd Symeon Logotheta, non minùs quàm Alexius Ariſtenus, ſcholia in eam edidit, quæ modo perierunt. Et nos enim Ariſteni nomen ad epitomen eo tantum nomine præfiximus, quod ille eam interpretatus eſt.

XXVIII. Iſtam autem antiquam canonum abbreviationem olim factam fuiſſe, ex eo conſtat, quòd Alexius Ariſtenus tantum operæ & laboris in ea interpretanda conſumpſerit. Neque enim in re nihili ſe tamdiu exercuiſſe cenſendus eſt. Nec parum huic

*****

pro

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

pro antiqua hujus epitomes autoritate argumento exinde accreſcit, quod Ariſtenus eam ſcholiis illuſtrare dignatus eſt, etiam poſt divulgata erudita illa Joannis Zonaræ in integros canones commentaria, Ariſtenus enim Zonara poſterior claruit, ſed anterior Balſamone, vel ſaltem eadem ætate. Balſamon enim eum commemoravit in ſua ſexti canonis Apoſtolici interpretatione, ubi ait, Ὅτι δὲ ὁ ὑπερτιμιος ἐκεῖνος καὶ μέγας οἰκονόμος, ὁ Ἀριστηνὸς, τριακοσταῖς διατυπωσάμενος τριῶν ἐπιφωνήσατο ἡ ἁγία σύνοδος ἀπορρῆναι τῆς δικαιοδοτικῆς ἐφορίας. *Nam & incomparabilem illum, & magnum Oeconomum Ariſtenum, tribus publicis* XXX. *dierum edictis à juris dicendi officio ceſſare juſſit ſancta ſynodus.* Ubi etiam obſerves, quanto hic officio in Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ functus eſt, cùm magnus in ea Oeconomus fuerit; item quanto eum elogio Balſamon ornat, ὑπερτιμιον appellans: quam honorificam ejus mentionem idem Balſamon etiam in ſcholiis ſuis ad ſynodi Trullanæ canonem XXXVII. facit, his verbis, παρεβάλετο γὰρ ὁ τοιοῦτον κανόνα ὁ ὑπερτιμιος ἐκεῖνος κῦρος Αλέξιος ὁ Αριστηνὸς κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου ἱεροσολύμων κυροῦ Νικηφόρου. *Hunc enim canonem incomparabilis ille dominus Alexius Ariſtenus contra ſanctiſſimum illum Patriarcham Hieroſolymitanum Nicephorum protulit.* Ubi obiter etiam obſervatum velim, quantum in jure canonico interpretando nomen Alexius Ariſtenus tunc dierum habebat, cùm conſultus eſſet, & in iſto jure contra Patriarcham reſponderet. Ex iſtis inſuper verbis colligere eſt, quibus temporibus ille floruit. Namque Nicephorum ille Hieroſolymitanus, contra quem Ariſtenus iſtum canonem protulit, ſynodo interfuit Conſtantinopoli celebratæ anno mundi VICIↃIↃCLXXIV, ſive Chriſti, CIↃCLXVI. ut ex ſubſcriptionibus patet, quas Leo Allatius edidit, de perpetuâ conſenſ. Eccleſ. occidentalis & orientalis lib. II. cap. XII. Is erat annus Manuelis Comneni XXIII. cujus Imperatoris juſſu Balſamon ſua in canones commentaria aggreſſus eſt; ut è ſupradictis liquet. Sub eodem igitur Imperatore Ariſtenum etiam claruiſſe certum eſt: etiamſi Leo Allatius tractatu de ætate & interſtitiis, in collatione ordinum etiam apud Græcos ſervandis, eum juſſu Joannis Comneni, qui Manuelem proximus in imperio præceſſit, nomocanonem ſuum edidiſſe aſſeruerit.

XXIX. Porro hæc Alexii Ariſteni in dictam canonum ſynopſin commentaria, in codice MS. quem edimus, ſic inſcripta ſunt, Νομοκάνονον σὺν θεῷ ἑρμηνευθὲν παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου νομοφύλακος κυρίου Αλεξίου τοῦ Αριστηνοῦ, *Nomocanonum, Deo adſiſtente, interpretatum per Deo chariſſimum nomophylacem dominum Alexium Ariſtenum.* Ubi primo obſervare licet, hanc ipſam canonum in epitomen contractorum collectionem νομοκάνονον vocari: quo nomine etiam integrorum canonum collectio ſæpe nuncupatur. Nemo fateor inficias eat, quin veteres iſtiuſmodi ſolos libros, quibus νόμοι καὶ κανόνες leges civiles & canones Eccleſiaſtici ſimul collecti ſunt, νομοκανόνας appellarint; quemadmodum Joannes Antiochenus librum iſtum, quo canones ſolos in quinquaginta titulos digeſſit, ſimpliciter σύναγωγὴ τῶν κανόνων vocavit; iſtum autem, quo canonibus Eccleſiaſticis lèges Imperatorias & civiles adjunxit, νομοκανόνα nuncupavit. Et ob eandem etiam rationem Photii nomocanon nomen iſtud ſortitus eſt: quem Balſamon in præfatione ad eundem, etiam νομοκάνονον appellat. Verumenimvero quævis integrorum canonum collectio νομοκάνονον etiam nonnunquam audit: quod miror ab ullo unquam denegatum fuiſſe, cum hæc vox in iſto ſenſu ab ipſo Balſamone ſæpe uſurpetur; ut in nomocan. Phot. tit. I. cap. IX. ait, Αὐτὸς ἐπέμενε λέγων, μὴ δίκαιον εἶναι τὴν κεραίαν ἀφανισθῆναι ἐκ τῶν ἐν τῷ νομοκανόνι γεγραμμένων, τὰ ὡς θεοσέβεια πλάκας τεθειμένα τῇ ἐκκλησίᾳ λογιζόμενα. *Ipſe perſtitit dicens, non æquum eſſe ut vel apex aboleretur ex iis, quæ in nomocanono ſcripta ſunt, quod inſtar divinarum tabularum ab Eccleſiâ reputatur.* Ubi νομοκάνονον corpus canonum Eccleſiaſticorum apertè ſignificat, quemadmodum & in ejuſdem Balſamonis ſcholiis ad ſynodi Trullanæ canonem I. dicentis, Τὰ μὲν νεόγραφα νομοκάνονα, ὡς μὴ ἔχοντα τὴν ὑπογραφὰς τῶν ἁγιωτάτων καὶ μακαρίων πατέρων παράδοσιν· ἐγκεκριμένα δὲ παλαιόγραφα νομοκάνονα. Et ſic paſſim alibi; ut nihil certius eſſe poſſit, quàm ipſas canonum collectiones

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

nes νομοκάνονα vocitari. Hoc autem nomen etiam ſynopſi canonum ab Alexio Ariſteno interpretatæ inſcriptum eſt, ut ex titulo ſuperius citato conſtat, quod prius expoſitam noſtram de hâc canonum epitome ſententiam egregie confirmat; cùm hæc eodem nomine, quo ipſa integrorum canonum collectio, νομοκάνονον ſcilicet, appelletur: nimirum quod totum jus canonicum in eâ non ſecus atque in ipſis canonibus exhiberi perſuaſum eſſet. Hoc itaque nomocanonum Alexius Ariſtenus interpretatus eſt, qui in inſcriptione θεοφιλέστατος νομοφύλαξ nominatur, quem etiam magnum Oeconomum aliquando fuiſſe, Balſamonis verba ſuperiùs laudata fidem faciunt.

XXX. Hæc Ariſteni in nomocanonum abbreviatum ſcholia non memini ab antiquiori quopiam ſcriptore commemorata eſſe vel laudata; niſi quod ſcholiaſtes in codice Amerbachiano nonnulla ex iis mutuatus eſſe, & Balſamon ea nonnunquam citaſſe videatur, ut in annotationibus ſubinde obſervatum eſt. Ex recentioribus, Gilbertus Genebrardus libro de Trinitate Alexium Ariſtenum citat, eumque Diaconum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ fuiſſe affirmat. Leo Allatius hæc ſcholia ſæpe laudat, ſed ex bibliotheca Vaticana: nunquam enim antehac edita fuerunt. Ad hanc autem noſtram eorum editionem perpolien-dam, quatuor uſi ſumus codicibus MSS. quorum unum nobiſcum communicavit clariſſimus vir Joannes Pearſon SS. Theologiæ profeſſor Margareticus in univerſitate Cantabrigienſi, qui in bibliotheca collegii SS. Trinitatis, cui ipſe præfectus eſt in eadem univerſitate, codicem iſtum nitidè exaratum inveniens, eundem nobis latinè vertendum concedere dignatus eſt, & ſic primam huic edendo operi occaſionem præbuit. Iſte autem Codex è longè vetuſtiori in bibliothecâ Bodleianâ Oxoniæ exſcriptus fuerat, quem propterea ſæpe conſulere neceſſum habuimus. Quin & alium ſuppeditavit Inſigniſſimus vir Thomas Brown SS. Theologiæ profeſſor, & capellæ regiæ Windeſoriæ præbendarius. Cùm opus autem pene ad umbilicum perductum fuerit, alius in ſupradictâ bibliothecâ Bodleianâ inventus eſt codex MS. eleganti & vetuſto charactere exaratus: è quo nonnulla excerpta ſunt, quæ in aliis codicibus deſiderantur, ac proinde poſt canonicas Epiſtolas, ad quas pertinent, in ſecundo tomo eduntur. Eorum autem collectionem pariter atque verſionem viro multis nominibus honorando D. Johanni Fell S. T. P. Eccleſiæ Cathedralis Chriſti Decano in Univerſitate Oxonienſi debemus, qui ad uberiorem hujus operis ornatum curavit, ut illud opus à docto quodam viro in eadem Academiâ perficeretur. Sed & eidem etiam præclarâ eruditione & inſigni pietate viro accuratam totius hujuſce operis editionem reſpublica canonica acceptam referat, quippe cujus ſolius cura atque concilio in omnibus adhibito, accuratè adeo & politè prodit.

XXXI. Hactenus de tribus iſtis eruditis egimus ſcholiaſtis, quorum commentaria ſingulis ferè canonibus annectuntur. Porro juxta fidem in ſpecimine hujus operis antehac datam, Arabicam Joſephi Ægyptii in quatuor prima œcumenica concilia eorumque canones paraphraſin, ad calcem primi tomi, qui totus ex conciliorum canonibus conſtat, adjecimus. Quiſnam primo iſte Joſephus fuerit, & quando ſcripſerit, ex præfatione ad MS. iſtum codicem in bibliotheca Bodleiana, ex quo iſtam ejus paraphraſin haufimus, abundè conſtat. Ipſam præfationem ſi voles, tota ſic ſe habet, كان صيرورة التلميذ الحقير في عبيد السيد المسيح المتجسد من العذري مسطره يوسف الشهر بالطبيب ابن المرحوم المشيح التاج قسيسا علي كنيسة سيدتنا السيدة العذري الزكية والدة الكلمة الخالقة الازلية الكاثوليكي بمصر المحروسة في سنة ستة الاف وتسعماية وستة وصار المذكور ابروطس علي الكنيسة المذكورة يوم الاربعا المبارك رابع عشر ايلول وهو عيد رفع عود الصليب الكريم سنة ستة الاف وثمان ماية وتسعة وتسعون لكون العالم الموافق لسابع عشر توت سنة الف وماية وسبعة للشهدا الابرار الموافق لثالث شوال سنة اثني وتسعون وسبعماية لسني الهجرة وكانت الشرطونية علي يد الاب الاقدس الطوباني الروحاني كير مرقص بابا وبطريرك مدينة العظمي الاسكندرية وساير الديار المصرية في كنيسة

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

كنيسة الملاك ميخاييل الكاثوليكي بمصر والمسول من الرب الاله المسبح بكل لسان المجد
في كل صقع ومكان الذي انا الي خلاص جنس البشر ان يعيننا علي حفظ وصاياه
المخلصة ولعمل بما يرضي الثالوث الاقدس ويوقنا عن ميامنه في اليوم العظيم المرهوب ويسمعنا
ذلك الصوت الفرح القايل تعالوا يا مباركي ابي رثوا الملك المعد لكم من قبل انشا العالم
يكون ذلك امين بشفاعة ستنا السيدة العذري البتول وجميع القديسين اصحاب العمل المقبول
امين والسبح لله دايما ابدا ٤ *Humillimus è Domini Chriſti ex virgine incarnati ſervis diſcipulus, ſcriba ejus, Joſephus* Al-ſhaher Bil-tabib, *Filius* Al-marchum Al-maſhiki Al-tagi, *conſtitutus fuit presbyter ſuper catholicam Eccleſiam dominæ noſtræ, dominæ virginis immaculatæ, æterni verbi creatoris genitricis, in Ægypto cuſtoditam anno ſexies milleſimo nongenteſimo ſexto. Et factus fuerat idem* ⲁⲃⲃⲁ *ſuper dictam Eccleſiam feriâ quartâ benedictâ decimâ quartâ die menſis elul, quo feſtum exaltationis ligni crucis honorabilis celebratur, anno ſexies milleſimo octingenteſimo nonageſimo nono à mundo condito; qui coincidit cum decimo ſeptimo die menſis Thoth, anno milleſimo centeſimo ſeptimo ſanctorum martyrum; qui convenit itidem tertio diei menſis Shawal, anno ſeptingenteſimo nonageſimo ſecundo annorum Hegiræ. Ordinatio autem ejus celebrata fuit per ſanctiſſimum, beatum, & ſpiritualem patrem dominum Marcum papam, & Patriarcham magnæ civitatis Alexandriæ, & omnium Ægypti locorum habitabilium in Catholicâ Eccleſiâ Angeli Michaelis in Ægypto. Et rogatum eſt à Domino Deo omni linguâ laudato, & in omni regione locoque honorato, qui ad genus humanum ſervandum venit, ut nos adjuvet ad cuſtodienda præcepta ipſius ſalutifera, & ad ea facienda quæ ſacroſanctæ Trinitati grata ſunt, & ſtatuat nos ad dextram ejus, in magno illo & terribili die, & nos exaudire faciat lætam iſtam vocem dicentem,* Venite O benedicti à patre meo, hæreditario jure poſſidete regnum vobis paratum ante mundi creationem. *Sic revera fiat per interceſſionem Dominæ noſtræ, dominæ immaculatæ virginis, & omnium ſanctorum, qui accepta opera perfecerunt. Amen. Et gloria ſit Deo in ſecula ſeculorum.* Ex hac præfatione apertiſſimè conficitur, quâ ætate Joſephus ſacerdos Ægyptiacus Arabicorum canonum collector & paraphraſtes vixit: ea namque certiſſimis temporum' characteriſmis hîc definitur. Se enim Presbyterum ordinatum dicit anno mundi VICIↃIↃCCCCVI. hoc eſt Chriſti CIↃCCCXCVIII. Antea autem conſtitutus fuerat ⲁⲃⲃⲁ ejuſdem Eccleſiæ, quemadmodum & Balſamon ⲁⲃⲃⲁ τῆς Βλαχερῶν fuit. Joſephus autem ſe in hoc officio conſtitutum aſſerit anno Mundi conditi VICIↃIↃCCCXCIX. Auſer VCIↃICVIII. & reſiduus fiet annus Chriſti CIↃCCCXCI. qui tamen juxta hunc atque alios nonnullos Arabicos pariter atque Græcos ſcriptores à Kal. Septembribus anno præcedenti, ſive CIↃCCCXC. computandus eſt, non autem Romanorum more à Kalendis Januariis. Hoc præmiſſo omnia optimè hîc correſpondent. Dicit enim ſe decimo quarto die menſis elul conſtitutum fuiſſe, eamque quartam fuiſſe feriam. Menſis elul in anno Syriaco unà cum ſeptembri Juliano init. Anno autem Chriſti CIↃCCCXC. Cyclus ſolis erat XXVII. Ergo litera dominicalis B. Character XIV. diei ſeptembris in Kalendario Juliano eſt E. Ea itaque quarta erat feria. Iſto etiam die feſtum exaltationis crucis quotannis celebratur; ut rectè hîc aſſeritur. Porro hunc diem & annum mundi coincidere dicit cum XVII. die Thoth, anno CIↃCVII. Sanctorum Martyrum ſive æræ Diocletianæ. Ad CIↃCVII. adde CCLXXXIII. quo anno à Chriſti nativitate expleto iſta æra cœpit, & habebis itidem annum Chriſti CIↃCCCXC. Neomenia Thoth in anno Actiaco ſive Ægyptiaco fixo hîc uſurpato, in Auguſti XXIX. perpetuò incidit. Ergo XVII. dies Thoth in anno iſto Ægyptiaco idem eſt atque XIV. Septembris in anno Juliano. Denique neomenia Muharram anno Hegiræ IↃCCXCII. juxta methodum à nobis alibi traditam, incidit in Decembris XX. anno D. CIↃCCCLXXXIX. Ergo Neomenia Shawal iniit XII. die ſeptembris anno CIↃCCCXC. ac proinde tertius dies menſis Shawal anno Hegiræ IↃCCXCII. cum XIV. Septembris anno Domini

Ψηφιοποιήθηκε από την Goog

mini CIↃCCCXC. rectè coincidit. Cùm omnes igitur hi temporum characteres à Joſepho Ægyptio de ſua in ſupradicto officio conſtitutione collati exactè adeò inter ſe conveniant, nihil apertius eſſe poteſt, quàm eum in iſto conſtitutum fuiſſe anno Domini CIↃCCCXC. ac propterea trecentis abhinc annis plus minus claruiſſe.

XXXII. Hic itaque Joſephus Sacerdos Ægyptiacus omnes propemodum canones ab Eccleſiâ Græcâ receptos Arabico idiomate συριακῶς interpretatus eſt; idque in magno ſatis volumine MS. quod ex oriente allatum in Bibliotheca Bodleiana repoſitum habemus. Ex eo nos quatuor prima ſelegimus concilia Oecumenica, Nicænum I. Conſtantinopolitanum I. Epheſinum, & Chalcedonenſe, quæ ſola à Juſtiniano confirmata ſunt; & quicquid Joſephus de iis ex Arabum & Ægyptiorum ſententia dixit, hoc opere divulgamus: niſi quod is præter viginti iſtos ſynodi Nicænæ canones, quos ſolos Eccleſia Græca ſemper agnovit, alios, neſcio quos, alio in loco eidem concilio adſcribat, de quibus in annotationibus diſputamus. Hîc interim obſerves, concilium Chalcedonenſe, & canones ab eo ſancitos, in iſthoc libro comprehendi: unde perſpicuum redditur Ægyptios ſecus atque Æthiopes ſive Abiſſinos iſtud etiam concilium admiſiſſe, licet communis ipſorum Patriarcha Dioſcorus injuſte, ut iis viſum eſt, ab eo condemnatus fuerit.

XXXIII. Cum hic autem Joſephus iis vixerit diebus, quibus literæ, in Ægypto ſaltem, incultæ jacuerunt, & doctrina raro admodum inventa eſt, etiamſi is ſuis fortaſſe doctiſſimus viſus fuerit, quæ tamen ſcripſit nobis Europæis, fœliciori ſolo & doctiori prognatis ætate, non minus quàm alia nonnulla ſcripta Arabica, jejuna videantur; præcipuè cum ſenſus nonnunquam perturbatus ſit, & vix ſibi cohærens; eadem ſubinde bis terve repetantur; canones ad alienum aliquando detorqueantur ſenſum, & nihil ſubtilitatis, eloquentiæ parum ullibi appareat. Siquidem autem hæc ipſa paraphraſis, ſive collectio canonum, à doctiſſimis viris laudata fuerit, & à multis avidè expetita, tanquam ſi veteris Eccleſiæ legibus multum lucis allatura eſſet; ne quid celare aut diſſimulare videremur, quod divinis hiſce ſtudiis profuturum hucuſque creditum eſt, hanc ſaltem paraphraſeos iſtius partem, qualis qualis eſt, publicare viſum eſt; ex qua rectiùs de tota judicium feratur. Nec ſane nulli inſerviet uſui. Primo enim receptus in Ægypto canonum cujuſque concilii numerus ex ea innoteſcet: ubi etiam de vera alicujus canonis lectione ambigitur, quomodo is in codice Græco, ex quo hæc paraphraſis tralata eſt, lectus fuit, ex eadem conjiciatur. Nonnulli etiam Eccleſiæ Alexandrinæ ritus, unà cum doctrina, nimis antehac nobis incomperti, ex eadem eliciantur, ut juxta quos canones ſæpe interpretatur. Ex hac etiam paraphraſi videre eſt, quo ſenſu quatuor iſtarum univerſalium ſynodorum decreta, ab eadem Eccleſia iſtis ſaltem diebus intellecta ſunt. Quanto denique ſimplicior atque illiteratior videatur hæc paraphraſis, tanto clarius ex eâ eluceſcit, quæ fides octoginta iſtis Arabicis canonibus ſynodo Nicænæ adſcriptis adhibenda eſt, qui ex Ægypto primùm allati ſunt; quâ omnis eruditio multis ante annis expulſa fuit; adeo ut ipſi etiam ſacerdotes plurimum ignorarent, quid ſincerum quidve adulterinum eſſet; quibus propterea non mirum eſt, ſi fictitii iſti canones pro genuinis ſynodi Nicænæ decretis ſubdole obtruſi fuerunt. Hiſce itaque perpenſis, candidos lectores æquiori erga hanc noſtram paraphraſeos iſtius editionem animo futuros ſperamus. Quod idem & erga latinam noſtram verſionem ab iis implorandum eſt. Stylus enim, quo Joſephus utitur, cùm recentior ſit, quam quo ſcripta Arabica antehâc edita fuerunt, à reliquorum Arabum idiomate, à vulgatis Grammaticorum regulis, & à veteris linguæ puritate ſubinde diſcedit. Unde ſenſus nonnunquam obſcurior, &, nobis ſaltem, eum latinè exprimere conantibus, perplexior redditur, præſertim cùm aliud non præſto eſſet exemplar, quo errata graphica corrigerentur.

XXXIV. Adhuc ne quid rei canonicæ ſtudioſis in hoc opere deſideraretur, ſecundo illius tomo celebre illud à multis recentioribus laudatum, à nonnullis promiſſum,

* * * * * * ad-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ſed à nemine antehâc editum, Alphabeticum Matthæi Monachi, ſive Blaſtaris ſyntagma adjunctum eſt, quod ab ipſo autore ſic inſcribitur. Σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον τῶν ἐμπεριεχομένων ἁπάντων ἐν θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι πανηθέν τε ἅμα καὶ συντεθὲν παρ' ὀλίγον ὑπὸ ἱερομοναχοῦ ἐλαχίστου Ματθαίου τοῦ Βλαστάρη. *Syntagma Alphabeticum rerum omnium, quæ in ſacris diviniſque canonibus comprehenduntur, elaboratum pariter & compoſitum per minimum ex Hieromonachis Matthæum Blaſtarem.* Ex quâ inſcriptione conſtat, eum Hieromonachum fuiſſe, hoc eſt, Monachum conſecratum, vel ſacerdotem in monaſterio aliquo ordinatum. Quando ſcripſerit, ipſe diſertis verbis teſtatus eſt lit. Π. cap. VII. ubi ad cyclum lunæ inveniendum ait, κἀνθάδε ὂν δὲ ἐφ' ἡμῶν ϛωμγ'. *Statuatur præſens hic annus* VICIↃIↃCCCXLIII. Et paulo poſt, de cyclo ſolis inveniendo, ait, ὡσαύτως δὲ ὅτι τοῦ ἡλίου κράτησον τοῖς χρόνοις δὲ πέμπει ἀρτίως ϛ'ωμγ'. ἔτος, *Similiter & de ſole annum jam currentem* VICIↃIↃCCCXLIII. *digitis computa.* Aufer VCIↃIↃVIII. & reliquus fit annus æræ Dionyſianæ CIↃCCCXXXV. quo propterea anno à Chriſti nativitate currente, Matthæus Blaſtares iſta ſcribebat. Unde lucem mutuatur obſcurus alioquin locus in præfatione ad idem opus, ubi ait, ὡς ἂν ὃ μὴ δὲ ὁ χρόνος λάθοιμεν εἰς τὸν ἐπιτυχόντας, ὃς ὑπ' αὐγὰς ἡλίου δὲ ὃ τῆς γραμματείας προσπέπλεκται ἑαυτοῖς, μετὰ πλεῖον ἑξαπλοῦν αὖθις ἐκτεταμένα πέλοι δὲ παραφανὲν ἔτος πλεῖον φορεῖ ἀτυχεῖς ἐμπεσεῖν τὸ χρόνου. *Porro ne tempus quoque, quod hoc opus in lucem ſolarem protulit, lectores lateat, poſt ſextuplicem rurſus centuriam, annus quadrageſimus tertius temporis curſum exactè emenſus eſt.* Cùm primus, fateor, in hæc verba inciderem, mentem autoris haud ſtatim aſſecutus ſum: ſed recolens poſtea eum ante definiiſſe annos quibus ſingulæ, univerſales ſaltem, ſynodi celebratæ fuerant, eum hoc in loco ad iſtos annos reſpectum habuiſſe deprehendi. Ultimum autem concilium, cujus celebrandi tempus indicat, eſt Nicænum ſecundum, quod habitum dicit anno mundi, VICIↃCCXCVI. & multis deinde interjectis, opus ſuum emiſſum aſſerit poſt ſex alias centurias & annos XLIII. ſive poſt annos IↃCXLIII. ſin hi addantur ad VICIↃCCXCVI. annus emerget mundi VICIↃIↃCCCCXXXIX. Chriſti CIↃCCCCXXXI. Ex locis autem ſupra citatis colligere eſt, in iſto numero VICIↃCCXCVI. ad IↃCXLIII. addendo, numeros denarios & monadicos puta XCVI. omittendos eſſe: His enim omiſſis & IↃCXLIII. ad VICIↃCC. additis, prior numerus exactè colligetur, nimirum VICIↃIↃCCCXLIII. Unde palam eſt ipſam etiam præfationem iſto mundi anno juxta civilem Græcorum computum conſcriptam eſſe, ſive anno Chriſti CIↃCCCXXXV.

XXXV. Egregium hoc Matthæi Blaſtaris, (cujus quæſtiones & cauſas matrimoniales Joannes Leunclavius in Juris Græco-Romani lib. VIII. edidit) Syntagma in lucem hîc emiſſum eſt, ex duobus optimæ notæ codicibus MSS. quorum unum vetuſtum ſatis & eleganter ſcriptum Bibliotheca Bodleiana; alterum vir ſpectatiſſimus D. Iſaacus Voſſius, celebre cujus nomen per omnium ora volitat, pro ſumma, quâ pollet, humanitate, & flagranti in rempublicam literariam, de qua tota optimè meritus eſt, amore, ex ſua ipſius inſtructiſſima Bibliotheca ſuppeditavit. Hi itaque duo MSS. codices inter ſe collati ſunt, & quicquid in uno defuit, ex altero ſuppletum eſt; adeo ut ambo hîc in lucem prodeant. Quod autem ad Latinam ſpectat verſionem, nos eruditam tantum præfationem Latinam fecimus, ipſum operis corpus à doctis quibuſdam viris Oxonienſibus tranſlatum eſt. Ab iiſdem etiam tractatus iſte Matthæi Blaſtaris ſyntagmati appenſus, de ſynodo quæ Photium reſtituit, ex MS. Bodleiano erutus eſt, & latinè verſus, de quo nonnihil dicendum reſtat.

XXXVI. Iſte tractatus, ut titulus oſtendit, ex Becci operibus excerptus eſt. Joannes iſte Beccus, Michaele Palæologo imperante, Chartophylax erat magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ut teſtatur Nicephorus Gregoras, qui de eo hæc habet, Ἐν τούτοις μάλιστα τοῖς χρόνοις τῆς μεγάλης τοῦ ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ ἦν ὄνομα Βέκκος, σφοδρὸς ἀνὴρ τὸ τοῖς μάλιστα, καὶ λόγου καὶ παιδείας ἔμφορος· τοσούτοις δ' ἂν καὶ τῆς φύσεως συγκεκροτημένος χαρίσμασιν, ὥστε τῶν τότε αἰσθέσθαι ἀδύνατος. *His temporibus magnæ Eccleſiæ Chartophylax erat nomine Beccus, excellenti vir ingenio, & in*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

in doctrinæ ſtudiis ab ineunte verſatus ætate, præterea tantis naturæ dotibus ornatus, quantis nullus alius iſtius ætatis. Nic. Greg. hiſt. Rom. lib. v. Poſtea ab eodem Imperatore ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum evectus eſt, ut idem hiſtoricus tradidit his verbis, Διὰ δὴ τὸ ὅτι τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς θρόνον, πάντα τῷ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ, ἡ γλῶττα, ἡ χεὶρ, ἡ κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, ἡ λέγων, ἡ γράφων, ἡ δογματίζων. *Quamobrem Patriarchicâ ſede conſcensâ Imperatori unus fuit omnia, & lingua, & manus, & ceteris ſcriptoris calamus, & dicendo, & ſcribendo, & dogmata ſtatuendo.* Greg. ibid. Poſtquam autem octo in Patriarchico iſto throno annos ſediſſet, dignitate depoſitus, & in exilium miſſus, in carcere diem obiit, ut Pachymeres tradidit, dicens, Οἰκεῖ δὲ ἡ Ἰωάννης ὁ εἰς πατριάρχου γραμματεύσας ὁ Βέκκος, ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου φρουρίου εἱρκτῇ. *Moritur verò & Joannes Beccus Patriarcha dictus, in carcere, qui in ſancti Gregorii arce eſt.* Pachym. hiſt. lib. ix. Vita autem ſic defunctus eſt ſub Andronico ſeniore, qui imperium invaſit anno Chriſti CIↃCCLXXXIII. Hic multa conſcripſit, ſed nihil adhuc editum eſt præter epigraphas ejus in ſententias S. Patrum de proceſſione Spiritus Sancti, & ſententias ſanctorum patrum de eodem argumento, ab eo collectas, quas Petrus Arcudius Corcyræus Romæ edidit. Ut alia ejus ſcripta hactenus ἀνέκδοτα omittam, unum confecit librum inſcriptum, περὶ τῆς ἑνώσεως καὶ εἰρήνης τῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ρώμης ἐκκλησιῶν. *De unione & pace veteris & novæ Romæ Eccleſiarum.* Et alterum de eodem argumento inſcriptum, περὶ τῆς αὐτῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, ὅ τὸ σκανδάλου ἀλόγιστον καὶ ἐκ μόνης ἱστορίας ἀποδεικνύτος. *De eâdem Eccleſiaſticâ pace, ex ipsâ hiſtoriâ ſolâ ſcandali abſurditas demonſtratur.* Hic autem liber in MS. bibliothecæ Vaticanæ, ſic incipit, ὡς ἂν μακάριοι ἀληθῶς εἶεν τῆς εὐαγγελικῆς κηρύγματος. In hoc ſummum inter Joannem VIII. Papam Romanum, & Photium Conſtantinopolitanum conſenſum perſequitur, in ea præſertim celebranda ſynodo, quæ Photium in ſedem ſuam Conſtantinopolitanam reſtituit. Cùm ex hoc igitur erudito Becci Patriarchæ Conſtantinopolitani ſcripto nonnemo olim ea excerpſiſſet, quæ ad dictam ſynodum pertinent, excerpta iſta ſic inſcripſit, Περὶ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς Συνόδου ἥτις ἀποκατέστησε Φώτιον τὸν ἀνιώτατον πατριάρχην εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως καὶ διέλυσε τὰ σκάνδαλα τῶν δύο ἐκκλησιῶν, τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ρώμης ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ Βέκκου οὗ ἡ ἀρχή, ὡς ἂν μακάριοι. *De ſanctâ & Oecumenicâ ſynodo, quæ Photium ſanctiſſimum Patriarcham in ſedem Conſtantinopolitanam reſtituit, & duarum Eccleſiarum, veteris ſcilicet & novæ Romæ, ſcandala diſſolvit. Ex Becci oratione, cujus initium eſt.* Οἱ δὴ μακάριοι. Cùm Acta igitur hujus ſynodi nondum edita, ſed ab omnibus deſiderata fuerint, dicta autem excerpta, ſic inſcripta, ex Becci ſcriptis in Bibliothecâ Bodleianâ inventa ſunt, in quibus magna pars Actorum continetur, eadem publicare viſum eſt, præſertim cum hæc ea ſit ſynodus, à quâ canones iſti ſub Photio conſtituti ſunt, quos etiam hoc opere cum commentariis edimus. Quæ hîc autem de iſtâ ſynodo dicta ſunt egregiè cum iis conveniunt, quæ Baronius ad annum 879. ex codicibus Vaticano & Columnenſi de eodem concilio ſcripſit.

XXXVII. Ad calcem denique totius operis annotationibus ſubjunximus; in quibus quid præſtitimus, vel ſaltem præſtare conati ſumus, paucis expediemus. Primo enim nobis minimè propoſitum fuit, in ſingulos canones eorumque ſcholia commentarios edere, quod operæ nobis pretium haud viſum eſt. Ac proinde iſtiuſmodi tantummodo locis, quæ obſcuriora viſa ſunt, quæ perperam ab aliis intellecta, aut majoris momenti, & frequentioris in Eccleſiaſticis diſcutiendis controverſiis uſûs, dilucidandis, vendicandis, & ad genuinum ipſorum ſenſum reſtituendis, totam, qualis qualis fuit, operam locavimus. Hinc etiam variantes paſſim lectiones ex codicibus tam MSS. quàm impreſſis, adnotavimus; Alia etiam quamplurima ſcholia, quæ ut neque ad Balſamonis, nec Zonaræ, nec Ariſteni ἑρμηνείας pertinentia, in ipſo operis corpore conſulto prætermiſſa ſunt, ex MSS. Bodleianis & Amerbachiano, ad ſuos quæque canones inter annotationes appoſuimus. Quicquid etiam ſcholiaſtes in Conſtantini Harmenopuli epitomen canonum conſcripſerunt, ad locum itidem quodque ſuum congeſſimus. Adeo ut nihil à Græcis quibuſlibet

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

bet in hoc canonici ipſorum juris corpus conſcriptum ad notitiam noſtram pervenit, quod non in hoc unico opere collectum exhibetur. Ut hæc autem omnia, quæ in plurimis codicibus manu exaratis & impreſſis diſperſa hujuſque latuerunt, in unum hoc corpus tandem aliquando colligerentur, & publici juris fierent; Omnes bonarum literarum & rei præſertim canonicæ ſtudioſi, celebri illi Bibliopolæ Londinenſi Roberto Scot ſingulares debent gratias, quippe qui nec ſumptui pepercit, nec labori, quo canonicum hoc opus inſtructiſſimum, quoad ejus fieri potuit, & accuratiſſimum in lucem prodiret.

tam, ne poſtea ad alium eccleſiaſticum gradum provehatur: Si autem & quocunque modo provehitur, ex eo ejiciatur, & priori reſtituatur. Si velles autem Canonem & Lectores accipere, dic quod non poſſit eſſe vel fieri Lector, qui ante vocationem uxorem ſecundam duxerit, ubi enim cognitum fuerit, deponitur. Lectori verò, qui poſt vocationem duxerit uxorem ſecundam, ignoſcitur, quamvis ad majorem gradum non provehatur. Videas autem quomodo Lectores digami ad domeſticata, laoſynactata & alia officia per pittacia Archiepiſcopalia promoventur; dicimus quod Eccleſiaſtica officia & Archonticia abuſivè vocantur gradus. Proprie enim gradus ſunt ſacerdotum, & diaconorum, & hypodiaconorum, & Lectorum; Officia autem & Archonticia ſunt honores & victus acquirendi occaſiones: unde & qui ab ineunte ætate Lector fuerit & ſecundam uxorem duxerit, ſine impedimento fiat clericus eccleſiaſticus, & domeſticus & populo congregator per pittacia, non autem & diaconus, aut hypodiaconus, qui hoc enim auſus fuerit deponetur.

A τέρμα γαμετὴν λαβεῖν, ἢ πορνίδιον χήρᾳ ἢ διαξευχθεῖσάν τινα ἀνδρὶ, ἢ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπηλλοτριωμένῳ, μηκέτι εἰς ἄλλον ἐκκλησιαστικὸν βαθμὸν προβαινέτω· εἰ δὲ καὶ προβῇ ὁπωσδήποτε, ἐκβαλέσθω αὐτὸς καὶ τῆς προτέρας ἀποκαθιστάσθω. Εἰ δὲ θέλεις ἐκλαβέσθαι τῶν κανόνων καὶ τὴν ἀναγνώσας, εἰπὲ μοι δύναται εἴτ' οὖν γενέσθαι ἀναγνώστης ὁ πρὸ τῆς ὀφρυδίου διγαμήσαντος, καθαιρεῖται γὰρ μετ' ὀλίγον. ὁ δὲ μετὰ τὴν ὀφρυδίαν διγαμήσας ἀναγνώστης συγχωρεῖται, κἂν ἐν προκοπῇ πρὸς μείζονα βαθμόν. ὅπως δὲ οἱ διγαμήσαντες ἀναγνώστης προκοπτουσιν εἰς δομεστικάτα καὶ λαοσυναγωγάτα ὀφφίκια καὶ ἄλλοῖα, ἀφὸ πιττακίων ἀρχιερατικῶν, λέγομεν ὅτι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια καὶ ἀρχοντίκια, καταχρηστικῶς ὀνομάζονται βαθμοί. κυρίως γὰρ βαθμοὶ ὁ τῶν ἱερέων καὶ τῶν διακόνων καὶ τῶν ὑποδιακόνων, καὶ τῶν ἀναγνωστῶν ἐστι. τὰ δὲ ὀφφίκια καὶ τὰ ἀρχοντίκια πυγαί εἰσι καὶ πορισμοὶ ἀφορμαί. διὸ καὶ ὁ νηπιόθεν γνησίως ἀναγνώστης καὶ δευτερογαμήσας ἀπαρεμποδίστως γενήσεται κληρικὸς ἐκκλησιαστικὸς δομεστικὸς τε καὶ λαοσυνάκτης ἀφὸ πιττακίων, ἐὰν μὴ δι διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος· ὁ τοῦτο γὰρ τολμήσας, καθαιρεθήσεται.

B

Zonar. Divinum lavacrum ſancti Baptiſmatis omnes credimus abluere ſordes ipſis baptizatis illitas ante Baptiſmum, nullúmque peccatum, quod ante Baptiſmum fuerit ab aliquo patratum, prohibet ad ſacerdotium promoveri baptizatum. Quòd ſi poſt baptiſmum ſcortatus fuerit, aut nuptiis duplicibus adhæſerit, indignus qualicunque ſacerdotio judicatur.

C

ΖΩΝΑΡ. Τὸ θεῖον λυτρὸν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, πάντα τοῖς δυομένοις ἀποπλύνειν ῥύπον τοῖς βαπτιθεῖσιν ἐπτακέλλα περὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ οὐδὲν ἁμάρτημα τὸ πρὸ τούτου γενομένων τινὶ, κωλύει τὸν βαπτισθέντα προβιβάζεσθαι εἰς ἱερωσύνην· εἰ δὲ μὴ τὸ βάπτισμα παρέδοτο, ἢ γάμοις δυσὶ προσομιλήσῃ, ἱερωσύνης οἱασδήποτε ἀνάξιος κρίνεται.

Aristot. *Quiſque ſecundis implicitus nuptiis, aut pellicem nutriens non ſit ſacerdos.*

ΑΡΙΣΤ. Ἀνὴρ ἅπας δίγαμος, ἢ παλλακὴν ἐκτρέφων.

Quilibet Digamus ad ſacerdotium non eſt admittendus, multo magis qui pellicem nutrit.

Ἅπας δίγαμος εἰς ἱερωσύνην ἀπροσδεκτος· πολλῷ δὲ πλέον ὁ παλλακὴν ἐκτρέφων.

Canon XVIII.

ΚΑΝΩΝ ιη'.

Qui viduam accepit, vel ejectam, vel meretricem, vel ſervam, vel mimam ſeu ſcenicam, non poteſt eſſe Epiſcopus, vel Preſbyter, vel Diaconus, vel omnino ex numero ſacerdotali.

D

Ὁ χήραν λαβών, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τὴν ὅτι σκηνῆς, ἢ δίωκος μὴ Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τῶν κατὰ κλῆρον τῶν ἱερατικῶν.

Bals. Nota præſentem Canonem. Vult enim non ſolùm eum qui eſt ſacratus, eſſe modeſtum & continentem, ſed etiam ejus conjugem: & ideo mulieres, quæ hic comprehenduntur, prohibuit cum ſacratis hominibus matrimonio conjungi, utpote quòd eas continenter vivere non credatur, propter earum ſordes & improbitatem. Si quis ergo cum ejuſmodi muliere matrimonio conjunctus fuerit, ſacerdotio non dignabitur, & poſt ſacerdotium deponetur etiam, ſi ejus uxor eo ſciente adulterata fuerit, & patiente. Lege etiam xxix. cap. ix. tit. præſentis operis; et decimum Canonem ſynodi Ancyranæ, & quæ in eo ſcripta ſunt præſentium duorum Canonum interpretationis gratiâ.

E

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα. βούλεται γὰρ μὴ μόνον τὸν ἱερωμένον σώφρονα, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἱερωμένοις γυναῖκας ἐκώλυσε τοῖς ἱερωμένοις συναπτεσθαι· ὡς μὴ πεπλυμένας σώφρονι, διὰ δὲ φαῦλον δὲ βίου αὐτῶν. εἴ τις γοῦν τοιαύτῃ γυναικὶ συναφθῇ, ὡς ἀξιωθήσεται ἱερωσύνης, καὶ μὴ πρὸ ἱερωσύνῃ καθαιρεθήσεται, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ μοιχευομένης, καὶ τούτου ἀνεχομένου. ἀναγνωθι δὲ καὶ κδ'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὸν ι'. κανόνα τὸν ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα χάριν τῆς ἑρμηνείας τῶν παρόντων δύο κανόνων.

F

Zonar. Judæis etiam veteri ſuâ lege prohibitum fuit, Ne ſacerdotes ipſorum ducerent in matrimonium meretrices, vel in bello captas mulieres, aut ancillas & caponatrices: & victum ſibi quærentes in taberna meritoria: & ſeparatas à viris. Quòd ſi fuerant hæc illis à lege mandata: multo magis his, qui ſecundum Evangelium ſunt ſacra celebraturi. Ecce enim ait templo quid amplius hîc eſt. Propterea, præſens Canon ſacris interdicit miniſtris, in uxorem, nec viduam ducere, nec à ſuo viro ejectam, nec meretricem, nec ancillam: ſed nec earum quampiam, quæ ludant in ſcena. Tales enim promiſcuè viventes, inverecunde cum quibuſvis occurrentibus converſantes & colloquentes, non creduntur pudicè vivere. Quamobrem, quiſquis aliquam de numeratis acceperit, hunc ad ullam ſacri miniſterii functionem provehi non permittit Canon.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἀπηγόρευτο πρὸ τοῦ νόμου τοῦ παλαιοῦ τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν πόρνας πρὸς γάμον ἄγεσθαι, ἢ αἰχμαλώτους, ἢ δούλας, καὶ ταῖς ἐκ καπηλείας, καὶ τοῖς παιδοχεύειν πρὸ ζωῆς περιζομένας, καὶ ταῖς ἐξ ἀνδρῶν κεχωρισμένας. εἰ δὲ ἐκείνοις ταῦτα νενομοθέτηλο, πολλῷ μᾶλλον τοῖς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἱερουργεῖν μέλλουσιν. Ἰδοὺ γάρ φησι πλέον τοῦ ἱεροῦ ὧδε. διὰ ταῦτα καὶ ὁ παρὼν κανὼν τοὺς ἱερωμένους κωλύει, μήτε χήραν εἰς γάμον ἄγεσθαι, μήτ' ἐκβεβλημένην τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς, μήτε πόρνην, μήτε δούλην, ἀλλὰ μηδέποτε τῶν ὅτι σκηνῆς. αἱ γὰρ (ὡσαύτως) ἀδιαφόρως ζῶσαι, καὶ ἀναιδῶς προσομιλοῦσαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν, οὐδὲ πιστεύονται σωφρονεῖν. ἢ γοῦν μάλιστα ἐκ τῶν ἀπορριπτομένων λαβόντα, εἰς ἱερωσύνην οἱανδήποτε προβιβάζεσθαι ὁ κανών.

ΑΡΙΣΤ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΑΡΙΣΤ. Ἀπολελυμένην, ἢ χήραν, ἢ θεραπαινίδα, ἢ μαινάδα λαβὼν ἱερεὺς, ἀνίερος. A

Καὶ ὅτι ὁ μὴ κοσμίαν γυναῖκα λαβὼν, ἢ παρθένον ἀλλ' ἣν ἀπεβάλετο ἕτερος, ἢ χήραν, ἢ θεραπαινίδα, ἢ μαινάδα· εἰς ἱερωσύνην οὐ προσδεχθήσεται.

ARIST. *Qui dimissam, aut viduam, aut ancillam, aut insanam in uxorem duxit Sacerdos, Sacerdotio privatur.*

Sic etiam qui non modestam uxorem ducit & virginem, sed quam alius dimisit, aut viduam, aut ancillam, aut insanam, ad Sacerdotium non admittetur.

ΚΑΝΩΝ. ιθ'.

Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος ἢ ἀνεψιάδιν, ἢ διώνυμος εἰς κληρικήν.

ΒΑΛΣ. Ἀδελφιδὴ λέγεται ἡ ἀνεψιά. Ὁ οὖν ἀγαγόμενον εἰς γάμον ἢ δύο ἀδελφὰς, ἢ θείαν καὶ ἀνεψιάδα, ἢ παραχωρεῖ ὁ κανὼν κληρωθῆναι, ἀφαιρουμένου πάντως καὶ τοῦ γάμου. σὺ δὲ γίνωσκε ὡς οὐ μόνον ὁ τοιοῦτόν τι ποιήσας, ἀλλὰ καὶ ὁ ἕτερον γάμον κεκωλυμένον ἐξ αἵματος ἢ ἐξ ἀγχιστείας συναλλάξας, οὐ κληρωθήσεται, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ὑποτιμηθήσεται. οἷα δέ εἰσι τὰ τῶν αἱμομίκτων ὑπότιμα, μαθήσῃ ἀπὸ διαφόρων κανόνων τοῦ μεγάλου Βασιλείου. B

CANON XIX.

Qui duas sorores duxit, vel consobrinam, non potest esse Clericus.

BALS. Ἀδελφιδὴ idem est quod ἀνεψιά. Eum ergo qui ducit in uxorem vel duas sorores, vel amitam, & consobrinam, non permittit Canon fieri Clericum, licet omnino matrimonium irritum fiat. Tu autem scias, quod non solum, qui ejusmodi quicquam fecerit, sed & qui aliud matrimonium propter consanguinitatem vel affinitatem prohibitum contraxit, non fiet Clericus, sed ei pœna potius imponetur. Quænam sunt autem pœnæ eorum qui cum consanguineis rem habent, disces ex diversis Canonibus magni Basilii.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ γὰρ ἀθεμιτογαμία οὐ μόνον τοῦ κλήρου αὐτὸν κωλύει, ἀλλὰ καὶ ἐπιλήμιοις ὑπάγει. καὶ παρὰ τοῖς πολιτικοῖς ὁ νόμος τιμωρεῖται ὁ ἀθεμιτογαμῶν ἀφαιρούμενος καὶ τὸν ἀθέμιτον γάμον. C

ZONAR. Illicitæ enim nuptiæ ipsum non solum arcent à Clero, sed etiam pœnis subjiciunt. Quin & per legem civilem punitur illegitimas iniens nuptias: quas & lex etiam distrahit.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ κεκλήρωται ὁ δύο ἀδελφὰς, ἢ ἀνεψιὰν ἀγαγόμενος.

Ὁ τοιοῦτος, σὺν τῷ μὴ δύνασθαι κληρικὸς γενέσθαι, καὶ βαρυτάτοις ἐπιλήμιοις ὑποκεῖται, ἀφαιρουμένου πρὸς τούτοις καὶ τοῦ ἀθέσμου γάμου.

ARIST. *Non fit Clericus qui duas sorores, aut consobrinam duxerit.*

Talis cum pœnâ hac, quod non potest fieri Clericus, gravioribus etiam suppliciis subjicitur, distractis insuper & illegitimis nuptiis.

ΚΑΝΩΝ κ'.

Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς, καθαιρείσθω. D

ΒΑΛΣ. Τὸ διδόναι ἐγγύας, τινὲς μὲν λέγουσιν εἶναι τὸ ἐγγυᾶσθαι ὑπὲρ ἑτέρου τὸν κληρικόν· τινὲς δὲ τὸ διδόναι τὸν κληρικὸν ὑφ' ἑαυτοῦ ἕτερον ἐγγυητήν. Ὃ γοῦν λέγει καθαιρεῖσθαι τὸν κληρικὸν μὴ παραδεχόμενον εἰς δικαστήριον, ἢ εἰς ἀνοχὴν δι' ἀπορίαν, ἢ δι' ἕτερον πρόπον εὔλογόν τινα, καὶ ἀφ' τούτου διδοὺς ἐγγυητὰς χάριν τοῦ ἀπαγαγεῖν ὀχλήσεως, φορτικώτατόν ἐστι, καὶ τῆς ἀποστολικῆς φιλανθρωπίας ἀνάξιον. Ὃ δὲ ἐγγυᾶσθαι τὸν κληρικὸν ὑφ' ἑτέρου, πολλάκις ἴσως κωλυθήσεται. εἰ μή γε χάριν κέρδους ἐγγυήσεταί τινα κληρικὸς, καθαιρεθήσεται, ἀφ' οὗ αἰσχρόπραγος ἡ ἐγγύα. εἰ δὲ πένητά τινα ἐγγυήσεται ἀφ' ἕλεον, ἢ ἀφ' τινα εὐσεβῆ αἰτίαν ἑαυτὸν ὑφ' ἑτέρου παρεμβάλῃ, οὐ καθαιρεθήσεται. εὑρίσκεται δὲ καὶ ἐν τῇ δ'. οἰκουμενικῇ Συνόδῳ πολλοὶ Ἐπίσκοποι καὶ κληρικοὶ ἐγγύας ἀπαιτήσαντες, καὶ ἀπαιτηθέντες, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐβλάβη. ἐρμηνεύσουσι δὲ πῶς τὰ τῆς ἐγγύας ἀναγνωσθήσεται καὶ πῶς ῥηθήσεται. Ἰουστινιάνειον νεαρᾷ κειμένῳ ὀν βιβλίῳ γ'. τῷ βασιλικῶν, πίτλῳ α'. ἤτοι κεφάλαιον αὐτῷ ιγ'. λέγον οὕτως ἐν μέρει. τοὺς δὲ πρεσβυτέρους καὶ ἀρχιμάνδρους καὶ ὑποδιακόνους, τῷ δικαίῳ καὶ μόνῳ τῆς συγγενείας εἰς ἐπιτροπὴν ἢ κυρατορείαν καλουμένους, τῷ τοιαύτῃ λειτουργίᾳ ὑποδέχεσθαι συγχωροῦμεν. καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· ἀλλ' οὐδὲ ἀπαιτητὴν δημοσίων συντελειῶν ἢ ἐκλήπτορα ἢ μισθωτὸν τελῶν ἢ ἀλλοτρίων κτήσεων, ἢ κυράτορα οἴκου, ἢ ἐντολέα δίκης, ἢ ἐγγυητὴν ὑφ' τούτων τῶν αἰτιῶν, Ἐπίσκοπον ἢ οἰκονόμον, ἢ ἄλλον κληρικόν οἱουδήποτε βαθμοῦ, ἢ μοναχὸν ἰδίῳ ὀνόματι, ἢ τῆς ἐκκλησίας, ἢ τῷ μοναστηρίῳ, ὑποτιθέναι συγχωροῦμεν, ἵνα μὴ ἀφ' ταύτης προφάσεως, καὶ τοῖς ἁγίοις οἴκοις ζημία γένηται, καὶ αἱ θεῖαι ὑπηρεσίαι ἐμποδίζωνται. ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων τούτων τῆς νεαρᾶς, τῶν λεγόντων μὴ γίνεσθαι ἱερωμένον τινα ἐγγυητὴν ὑφ' τούτων τῶν αἰτιῶν δηλονότι τῶν ἀφαιρεθησῶν, πρόδηλον καλῶς ἐγγυᾶσθαι τὸν κληρικὸν ὑφ' ἑτέρων εὐσεβῶν αἰτιῶν, ὥσπερ καὶ E F

CANON XX.

Clericus fidejubens deponatur.

BALS. Fidejubere nonnulli esse dicunt, Clericum pro alio fidejubere: nonnulli autem Clericum pro seipso dare alium fidejussorem: dicere ergo deponi Clericum, qui ad judicium vel ad agendum, propter paupertatem, vel aliquam aliam justam causam non admittitur, & propterea dat fidejussores ut à molestia liberetur, est gravissimum, & Apostolica humanitate indignum. Si Clericus autem pro alio fidejubeat, fortasse quandoque punietur. Si enim Clericus lucri gratia pro aliquo fidejusserit, deponetur, propter fidejussionis turpitudinem: sin autem pro aliquo paupere fidejusserit propter misericordiam, vel propter aliquam piam causam seipsum pro alio ingesserit, non deponetur. Inventi sunt autem etiam in iv. universali Synodo multi Clerici & Episcopi, qui fidejussores & dederunt, & acceperunt, nec tamen ullus ideo læsus est. Fidejussionem ergo ita interpretare. Lege etiam cxxiii. Justiniani Novellam, quæ sita est in libro iii. Basilic. tit. primo seu cap. ejus xiii. quod sic dicit in parte; Presbyteros autem, & Diaconos, & Subdiaconos, qui solo jure cognationis ad tutelam vel curam vocantur, tale munus suscipere permittimus. Et paulo post iterum: Sed nec publicorum tributorum exactorem, vel receptorem, vel vectigalium aut possessionum alienarum conductorem, vel curatorem domus, vel causæ procuratorem, vel pro his causis fidejussorem, Episcopum, vel œconomum, vel alium Clericum cujuscunq; gradus, vel Monachum proprio nomine, vel Ecclesiæ, aut Monasterii, esse permittimus: ne hoc prætextu sanctis quoque domibus detrimentum afferatur, & divina ministeria impediantur. Quare ex his quoque verbis Novellæ, quæ dicunt non debere fieri sacratum aliquem pro his causis fidejussorem, iis videlicet quæ comprehensæ sunt, pulchre constat posse Clericum pro aliis piis causis fidejubere, sicut etiam seipsum ingerere

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

gerere. Quære etiam titulum nonum præſentis operis, cap. xxxiv. & xxvii. & quæ ſunt in eis, & Chalced. Syn. Can. xxx.

ZONAR. Fidejubet aliquis aut pro ſe, aut pro alio. Qui vero pro alio fidejuſſorem ſe præſtat, aut propter lucrum fidejubet, aut propter charitatem, propter quam noſtras ipſorum animas pro fratribus ponere jubemur. Seipſum igitur pro alio ſubjicere obligationi, ſive obnoxium ſe facere, ut fortè pro Publicano, vetatur. Antiquum ſiquidem eſt malum, Publicanum agere. Publicani vero ſunt, qui publicorum tributorum redimunt exactiones. A talibus ergo, ſi manifeſtis non abundent facultatibus, fidejuſſores exiguntur, & nonnullos adducunt, qui bona ſua propter eos oppignorant. Hoc igitur, & quæ ſunt huic ſimilia, prohibetur Clericis, ne ſe negotiorum moleſtiis, & actionibus interponant judicialibus. Suſpicio namque eſt, quod iſta propter lucrum ferant; Clericos autem dedecet eſſe turpis lucri cupidos. Propterea Depoſitionis pœna talibus infligitur. Quod ſi forte Clericus ab aliquo tractus ad judicium, ſatisdare judicio ſiſtendi cauſa cogatur, iſtiuſmodi ſatisdationes præſtans ſtatu ſuo non idcirco mulctabitur. Quandoquidem comperti ſunt in Oecumenica ſynodo quarta congregati divini Patres, & qui convenerant unâ Senatores, ab Ægyptiis Epiſcopis exegiſſe fidejuſſiones judicio ſiſtendi: vel qui ſatisdationibus deſtituebantur, his jusjurandum imperaſſe, dum tempus quærunt ad dilationem. Quod ſi Clericus ad judicium comperiens aliquem protractum, ob dandam ſiſtendi ſe judicio cautionem, vel alio quoquo modo petitionis cujuſpiam judicialis reum, qui cuſtodiæ traditur, quia ſatisdare nequeat: Miſeratus autem illum pro illo ipſe fidejubet, ipſius calamitate motus, hunc non arbitror ordine ſuo movendum: ſed apud Deum bonoſque viros acceptum fore, velut Evangelici obſervatorem mandati. Et civilis præterea lex Clericos in jus vocatos ſatisdare jubet. Nota quod ſegregatio eſt etiam pœnas dare quæ è divinis ejiciunt terminis, & in pœnitentium loco conſtituunt.

ARIST. *Clericus fidejuſſiones non dat, dans autem deponitur.*

Non oportet Clericum in negotia ſe injicere, & fori judicialis moleſtias propter aliquod turpe lucrum. Si Paulo enim fortaſſe cum publico vel privato aliquo pactiones contrahente, & ei non creditur, ſed fidejuſſiones exiguntur, Clericus pro illo fidejuſſerit, & ſemet obnoxium reddiderit, Talis ut contemptor proprii ſtatus & honoris propter lucrum quoddam factus deponetur. Si Clericus autem inveniens hominem oppreſſum & in cuſtodia detentum, & aliter illinc non exiturum niſi aliquem dederit fidejubentem eum non confugiturum, & propter ſympathiam & humanitatem talem in ſe recepe-rit, & fidejuſſerit eum ſe judicio ſiſtere quandocunque requiſitus fuerit, non tantum non abjiciendus erit, ſed laudandus judicabitur, ut ponens animam ſuam pro cognato. Clericis autem in jus vocatis exigi fidejuſſiones judicio ſe ſiſtendi, hoc non reddit eos depoſitioni obnoxios. In quarta enim actione in Chalcedone Actorum, Sancta Synodus & conſidentes in eâ celeberrimi Præfecti, ſtatuerunt Ægyptios Epiſcopos fidejuſſiones ſe ſiſtendi dare, & illis deſtitutos jurejurando obſtringi.

CANON XXI.

Eunuchus, ſi ex hominum quidem injuria factus ſit, vel in perſecutione virilibus privatus ſit, vel ſic natus eſt, & dignus eſt, fiat Epiſcopus.

παρεμβάλλειν ἑαυτόν. ζήτ. κβ'. πίναξ τῶ παρόντ. Συντάγματ., κεφ. λδ'. καὶ κζ'. καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐν Χαλκηδόνι Συνόδ. κανόνα λ'.

ΖΩΝΑΡ. Ἐγγύας τις δίδωσιν ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἢ ὑπὲρ ἄλλου. κ) ὁ ὑπὲρ ἄλλου διδοὺς, ἢ δι' ἰδίου κέρδ. ἐγγυᾶται, ἢ διὰ ἀγάπην, δι' ἣν κ) τὰς ψυχὰς ἡμῶν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ὀφείλομεν θεῖναι. Ὃ μὲν οὖν ὑπὲρ ἄλλου ὑποβαλεῖν ἑαυτὸν, ἤτοι ἔνοχον ποιῆσαι, ὡς τυχὸν, ὑπὲρ τελώνου, κεκώλυται· ἀρχαία γ) κακία τὸ τελωνεῖν· τελῶναι δ' εἰσὶν, οἱ τὰς ἀπαιτήσεις ὠνούμενοι τῶν δημοσίων ζωῶν. Οἱ γοῦν τοιοῦτοι, εἰ μὴ φανερᾶς εὐπορίας ὑπάρχουσιν, ἐγγύας ἀπαιτοῦνται, κ) παράγουσί τινας ὑποπτείας δι' ἐκείνους τὰ ἑαυτῶν· τοῦτο τοίνυν κ) ὅσα τέτῳ ἐοίκασιν, ἀπηγόρευται τοῖς κληρικοῖς· ἵνα μὴ ἑαυτοὺς ὄχλῳ πραγμάτων κ) ἐλκυσμοῖς βαρεμβάλλωσι, καὶ ἐπηρείαις σκληρικαῖς· ὑποπίπτουσι γὰρ δι' ἰδίαν κέρδ. τούτων ἀνέχεσθαι· αἰσχροκερδεῖς γ) τοὺς κληρικοὺς εἶ μὴ δεῖ· διὸ κ) ἡ καθαίρεσις τούτοις ἐπάγεται. Εἰ γ) ἄρα τινὶ. ἴσως κληρικὸς ὀναγόμενος τῆς εἰς τὸ δικαστήριον προσεδρίας χάριν ἐγγύας ἀπαιτεῖται, διδοὺς ταύτας ἢ βλαβήσεται διὰ τὴν οἰκείαν ὀπτιμίαν. ἐπεὶ δύρηται κ) ἐν τῇ πεπάρτῃ οἰκουμενικῇ Συνόδῳ οἱ ὃν ζώντι ἀθεριώντες θεῖοι πατέρες, καὶ οἱ ζῶντες αὐτοῖς συγκλητικοὶ, τοὺς Αἰγυπτίους Ἐπισκόπους ἐγγύας ἀπαιτήσαντες προσεδρίας, ἢ τούτων ἀπορρήτας, κελεύσαντες ὀξωμοσίαν ποιήσασθαι, ζητοῦντας χαμαὶ εἰς ὑπέρθεσιν· εἰ γ) κληρικὸς ἑλκόμενόν τινα εὑρήκοι, κ) ἐγγύας ὑπὲρ ἀβλαβείας, ἢ ἄλλως πως, ἀπαιτούμενον, κ) εἱρκτῇ βαλλόμενον, ὡς μὴ δυνάμενον βλαχεῖν ζῶν ἐγγύας, ἐλεήσει αὐτὸν ὑπὲρ ἐκείνου ἑαυτὸν ὑποτιθέναι τῇ ἐγγύῃ, ὑπακλαδεὶς τῇ τοῦ πράγμ. Συμφορᾷ, οὐκ οἶμαι τοῦτον καθαιρεθήσεσθαι, ἀλλὰ κ) ἀποδεχθήσεσθαι βλὸ θεοῦ τε καὶ συνηνωμένων ἀνδρῶν, ὡς εὐαγγελικὴν πληρώσαντα ἐντολήν· κ) ὁ πολιτικὸς γ) νόμ. τοὺς κληρικοὺς δικαζομένους δίδοναι ἐγγύας βλαχελεύεται. Σημείωσαι ὅτι ἀφόρισμός ἐστι κ) τὸ ὃν ὀπτίμοις γενέσθαι τοῖς ἐκβάλλουσι τῆς θείων βουλῶν, κ) πρὸς τὸν τῆς μελανοείμων καθιζῶσι χώραν.

ΑΡΙΣΤ. Κληρικὸς ἐγγύας οὐ δίδωσι, δοὺς γ) καθαιρεῖται.

Οὐ δεῖ ⓒ κληρικὸν ἑαυτὸν εἰς πραγμάτια βαρεμβάλλειν, κ) δικαστηρίων ὀχλήσεις βλά τινα αἰσχροκερδίαν· εἰ γὰρ τῷ Παύλῳ τυχὸν μὴ δημοσίᾳ ἢ κ) ἰδιώτῃ τινὶ Συναλλάσσοντ., κ) μὴ ἐμπιστευομένῳ, ἀλλ' ἀπαιτουμένῳ ἐγγύας, κληρικὸς ἐγγυήσεται τοῦτον, κ) καταστήσει ἔνοχον ἑαυτόν· ὁ τοιοῦτ. ὡς καταφρονητὴς τ οἰκείας ὀπτιμίας βλά τι κέρδ. γενόμενος, καθαιρεθήσεται. εἰ γ) κ) πόνῳ εὑρὼν ὁ κληρικὸς ἄνθρωπον, κ) ὃν φυλακῇ καθειργόμενον, καὶ ἄλλως ἐκεῖθεν μὴ ἐξαγόμενον, εἰ μή τινα δοὺς ⓒ ἐγγυσάμενον αὐτὸν μὴ ἀποδράναι· κ) βλὰ συμπάθειαν κ) φιλανθρωπίαν ἀναδέξεται ⓒ τοιοῦτον κ) παρεὼν ἐγγυήσεται ὁπότε ἂν ζητηθῇ, ὑ μόνον ἐκ ἀποβλ. ἔσται, ἀλλὰ κ) ἐπαινετ. κριθήσεται, ὡς τὸ ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ ὁμογενοῦς θέμ. Ὃ γ) τοὺς κληρικοὺς δικαζομένους ἀπαιτεῖσθαι ἐγγύας βλαχαίσεως, τοσοῦτον ὑ καθαιρέσει αὐτοὺς ἐνόχους καθίστησιν, ὅτι κ) ὃν τῇ τετάρτῃ προέδρᾳ τῶν ὃν Χαλκηδόνι προκαθημένων ἡ ἁγία Συν. κ) Συνευρόντες αὐτῇ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες διέλαβον τοὺς Αἰγυπτίους Ἐπισκόπους ἐγγύας προσεδρείας βλαχεῖν, κ) τούτων ἀπορρήτας ὀξωμοσίᾳ καταπιστωθῆναι.

ΚΑΝΩΝ κά.

Εὐσ. ⓒ, εἰ μὲν ὀξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἐγίνετό τις, ἢ ὃν διωγμῷ ἀφηρέθη τὰ τῶν ἀνδρῶν, ἢ ὅπως ἔφυ, καὶ ἔστιν ἄξι. ⓒ, Ἐπίσκοπ. γενέσθω.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΒΑΛΣ. Οἱ τέτταρες οὗτοι κανόνες, ἤγουν ὁ παρὼν καὶ οἱ ἀφεξῆς, τοῖς μὲν πρὸ τοῦ κληρωθῆναι εὐνουχισθεῖσι διὰ νόσον ἢ ἐξ ἐφοδοῦ ἐσθρῶν, συγγνωμονοῦσι, καὶ τῷ κλήρῳ συγκαταλέγουσιν, ἀξίους πάντως εὑρισκομένους· τοὺς δὲ μετὰ τὴν ἱερωσύνην ἑαυτοὺς ἀκρωτηριάσαντας, κἂν ὑπὸ νόσου ἐβιάσθησαν, ὡσαύτως καὶ τοὺς πρὸ τῆς ἱερωσύνης δίχα νόσου τὰ παιδογόνα μόρια ἑαυτῶν περιελόντας κολάζουσι· τοὺς μὲν γὰρ καθαιροῦσι· τοὺς δὲ κληροῦσθαι κωλύουσι· τοὺς δὲ λαϊκοὺς τοὺς δίχα νόσου ἢ ἐπηρείας ἑαυτοὺς ἀκρωτηριάσαντας, ἐπὶ ἔτη τρία ἀφορίζουσιν· ὅθεν καὶ οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων οἱ προσεκτικώτεροι διὰ νόσον μέλλοντες εὐνουχίζειν παῖδας αὐτῶν, τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ προσέρχονται, καὶ δήλην ποιοῦσι τὴν νόσον, καὶ τὴν τῶν διδύμων ἐκκοπήν· Οἱ δὲ πολιτικοὶ νόμοι μεγάλως κολάζουσι τοὺς εὐνουχίζοντας παῖδας αὐτῶν, ἢ δούλους, ἢ ἑτέρους τινὰς νόσῳ μὴ κατεχομένους· καὶ ἀνάγνωθι ὃ ιδ'. κεφ. τοῦ πρώτου τίτλου τοῦ πρόντος Συντάγματος, καὶ τὴν ξ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ· ἐπεὶ δὲ εἰς τρία διαιροῦνται οἱ εὐνοῦχοι, ἤγουν εἰς θλιβίας τοὺς νηπιόθεν τὰ παιδογόνα μόρια ἀποβαλόντας, ὡς ὑπὸ τῶν γονέων θλιβέντα καὶ ἀχρηστεύσαντα· εἰς σπάδωνας, τοὺς ἐκ γενετῆς διδύμους μὴ ἔχοντας· πρὸς δὲ καὶ εἰς κανστράτους, τοὺς διὰ σιδήρου ἀκρωτηριασθέντας· κάνστρον γὰρ παρὰ Ρωμαίοις ὁ σίδηρος· οἱ μὲν θλιβίαι καὶ οἱ σπάδωνες ἀπροκριματίστως ἱερωθήσονται, ὡς μηδὲ κακοῦ τινος γεγονότες παραίτιοι ἑαυτοῖς, οἱ δὲ κανστράτοι κατὰ τὴν ἀνωτέρω διάταξιν ποτὲ μὲν ἱερωθήσονται, ποτὲ δὲ κωλυθήσονται.

A

B

C

ΚΑΝΩΝ κβ'.

Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικὸς, αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐσθρός.

ΚΑΝΩΝ κγ'.

Εἴ τις κληρικὸς ὢν, ἑαυτὸν ἂν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω· φονεὺς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ.

ΚΑΝΩΝ κδ'.

Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία· ἐπίβουλος γάρ ἐστιν τοῦ ἑαυτοῦ ζωῆς.

D

ΒΑΛΣ. Ἡ ἑρμηνεία τῶν τοιούτων κεφ. ἐγράφη ἄνωθεν· ἀνάγνωθι καὶ τὸν περὶ παρθενίας λόγον τοῦ μεγάλου ἁγίου Βασιλείου, καὶ τὸν τοῦ ἁγίου Επιφανίου, καὶ ἀπὸ τοῦ νομοκάνονος τοῦ Νηστευτοῦ περὶ τῶν εὐνουχισθέντων.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ εὐνουχίζειν, εἰ μὴ διὰ πάθος ἐνσκῆψαν περὶ τὰ παιδογόνα μόρια γένοιτο, καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἀπηγόρευται νόμοις· καὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τοὺς ἐκτεμνομένους δούλους εἰς ἐλευθερίαν κελεύουσιν ἀναρπάζεσθαι· καὶ τοὺς εὐνουχίσαντας ὑποκεῖσθαι ταυτοπαθείᾳ, καὶ δημεύσει, καὶ περιορισμῷ· ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσι τοῦτο κεκώλυται· οὐ μέντοι ὁ ἐκτμηθεὶς ἱερωσύνης ἀπείργεται, εἰ μὴ αὐτὸς εἰς ἐκτομὴν παρέδωκεν ἑαυτόν· ὁ μὲν γὰρ παρ' ἑτέρων ἐκτμηθεὶς, ὡς ἐπηρεασθεὶς, ἐλεεῖσθαι μᾶλλόν ἐστιν ἄξιος, ἀλλ' οὐχὶ μισεῖσθαι· διὸ καὶ εἰ ἄξιος ἐκ τοῦ βίου αὐτοῦ κρίνοιτο ἱερωσύνης, εἰς ταύτην προβιβάζεσθαι· καὶ ὃς ἐκ φύσεως τὰ παιδογόνα πεπήρωται μόρια (οὓς ἐν εὐαγγελίοις ὁ κύριος Εὐνούχους οὕτω γεννηθέντας ὠνόμασε) τῷ κλήρῳ καταλεγῆναι οὐ κωλυθήσεται· ὁ δ' αὐτῷ τὴν ἐκτομὴν μνηστευσάμενος, οὔτε εἰς κλῆρον καταταγήσεται· ἀλλὰ κἂν ἔφθη γενόμενος κληρικὸς, τοῦ κλήρου ἐκδιωχθήσεται· εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν ὁ εἰς ἐκτομὴν ἐκδοὺς ἑαυτὸν, ἐπὶ τριετίαν ἀφορισθήσεται· ἐπίβουλοι γὰρ ἑαυτῶν εἶναι δοκοῦσιν, διὰ δὲ τοῦ πράγματος ἐπικίνδυνον, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ δὲ δημιουργίᾳ ἐναντιοῦνται· εἰς φύσιν γὰρ ἀνδρὸς πλάσαντος αὐτοὺς τοῦ θεοῦ, αὐτοὶ εἰς ἑτέραν φύσιν ἀλλόκοτον ἑαυτοὺς μεταπλάττουσιν· ὥς τε μήτε ἄνδρες εἶναι· οὐδὲ γὰρ τὰ τῶν ἀρρένων ἀποτελεῖν εἰσὶ δυνατοὶ, ἐπεὶ ποιεῖν οὐ δύνανται ἄνθρωπον· μήτε γυναῖκες· οὐδὲ γὰρ τίκτειν ἔχουσι φύσιν· τὰ αὐτὰ καὶ ὁ πρῶτος κανὼν τῆς πρώτης Συνόδου διατάττεται· ζήτει καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνα γ'. λβ'. καὶ νά.

Bals. Hi quatuor Canones, præsens nimirum & tres quæ sequuntur, iis quidem qui antequam Clerici facti essent, propter morbum, vel hostium incursionem castrati sunt, ignoscunt, & eos in Clerum referunt, si omnino digni inveniantur: eos autem qui post Sacerdotium seipsos mutilaverunt, etiamsi à morbo coacti sint; similiter & eos, qui ante Sacerdotium absque morbo genitalia sua exscindunt, puniunt. Illos enim deponunt, hos vero Clericos fieri prohibent: Laicos autem, qui absque morbo vel injuriâ seipsos mutilant, tribus annis segregant. Unde etiam plurimi homines paulo consideratiores, suos filios propter morbum castraturi, ad sanctissimam Ecclesiam accedunt, & morbum & testiculorum abscissionem aperiunt. Civiles autem leges valde puniunt eos qui suos filios, vel servos, vel alios morbo non oppressos castrant. Lege etiam xiiij. cap. primi tituli præsentis operis, & lx. Novellam Imperatoris Domini Leonis sapientis. Quia autem tria sunt Eunuchorum genera: viz. Thlibiæ, qui ab infantia genitales partes amiserunt, ut quæ eis à parentibus expressæ & inutiles factæ sunt: Spadones, qui à nativitate testiculos non habent: insuper & Castrati, qui ferro execti sunt, Castrum enim apud Romanos est Ferrum; Thlibiæ quidem & Spadones sine ullo præjudicio consecrabuntur, utpote qui sibi nullius mali auctores fuerint: Castrati autem, ut voluit superior constitutio, aliquando quidem ad sacros ordines admittentur, aliquando vero prohibebuntur.

Canon XXII.

Qui seipsum mutilavit, ne sit Clericus: est enim sui homicida & Dei opificii hostis.

Canon XXIII.

Si quis cum sit Clericus, seipsum mutilaverit, deponatur: est enim sui homicida.

Canon XXIV.

Laicus qui seipsum mutilavit, tribus annis segregetur: est enim suæ ipsius vitæ insidiator.

Bals. Interpretatio horum capitum superius scripta est; Lege & orationem de Virginitate Magni Sancti Basilii, & Sancti Epiphanii, & ex Nomocanone Nesteuti de iis qui Eunuchi facti sunt.

Zonar. Castrare quempiam, nisi propter morbum circa genitalia membra irrumpentem, civilibus etiam prohibitum legibus: usque adeo ut exectos etiam servos in libertatem rapi jubeant; & castrantes eidem cladi, suorum quoque bonorum publicationi, pariter & exilio subjici: sed & sacris hoc similiter Canonibus vetitum. Non tamen exectus à Sacerdotio repellitur, si non se tradiderit exectioni. Nam castratus ab aliis, velut injuriâ graviter affectus, miseratione magis est dignus: nec est odio prosequendus. Ideo si Sacerdotio dignus ex sua vita judicetur, ad illud etiam promovebitur. Item qui natura genitalibus est partibus mutilatus (quos in Evangeliis Dominus Eunuchos sic genitos nominavit) Clero non inhibebitur adscribi. Qui vero castrationem sibi affectaverit, in Clerum non eligetur: sed & si jam factus sit Clericus, à Cleri propulsabitur ordine. Si vero Laicus est, qui se castrandum præbuit, in tres annos ab aliorum cœtu fidelium separabitur. Namque sui ipsorum videntur insidiatores esse, propter imminens facti periculum: Deique contrarium faciunt opificio. Nam, quum Deus ipsos in viri naturam formarit, in aliam naturam ab eâ prorsus alienam, sese transformant: ita ut neque viri sint, nec enim quæ sunt marium præstare possunt, quoniam procreare non possunt hominem: Neque sunt mulieres: non enim habent pariendi naturam. Synodi primæ Canon primus eadem etiam constituit. Quære & Sanct. Basil. can. iii. xxxli. & ii.

E

F

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ARIST. CAN. XXI. *Qui ex injuria hominum, aut natura factus est Eunuchus, si dignus est, consecratur; excelsius autem nequaquam.*

CAN. XXII. *Laicus qui seipsum execuit, excommunicatur, & Clericus non fit.*

CAN. XXIII. *Qui in clerum cooptatus seipsum execuit, deponitur.*

CAN. XXIV. *Laicus qui seipsum mutilavit annos tres segregatur, ut sui insidiator.*

Qui involuntariè fit Eunuchus, Canoni non subjicitur, sed si dignus est Sacerdotio, propter hoc non prohibetur. Si quis sponte autem semetipsum fecerit Eunuchum, nullo modo fit Clericus; sed & si Clericus sit, deponitur, ut insidiator sui ipsius vitæ, & Dei opificii hostis.

ΑΡΙΣΤ. Καν. κά. Ὁ δι' ἐπηρείας ἀνθρώπων, ἢ ἐκ φύσεως εὐνοῦχος γενόμενος, ἄξιος ὢν, ἱερᾶται· ἐκτομίας δέ, οὔ.

Καν. κβ'. Ἑαυτὸν ἐκτεμὼν λαϊκὸς, ἀφορίζεται· καὶ κληρικὸς οὐ γίνεται.

Καν. κγ'. Ὁ μὴ κληρικὸν ἑαυτὸν ἐκτεμών, καθαιρεῖται.

Καν. κδ'. Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφορίζέσθω ἔτη τρία, ὡς ἐπίβουλος ἑαυτῷ.

Ὁ μὴ ἀκουσίως εὐνουχισθείς, τῷ κανόνι οὐκ ὑπέκειται· ἀλλ' εἰ ἄξιος τοῦ ἱερᾶσθαι, ἐκ τούτου οὐ κωλύεται. Εἰ δέ τις ἑαυτὸν ἐξευνούχισεν, οὐδ' ὅλως κληροῦται, ἀλλὰ καὶ κληρικὸς ὤν, καθαιρεῖται, ὡς ἐπίβουλος τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

CANON XXV.

Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, fornicationis, vel perjurii, vel furti convictus, deponatur, & non segregetur. Dicit enim scriptura, Non vindicabis bis in idipsum. Similiter reliqui quoque Clerici.

BALS. Illud, Non vindicabis bis in idipsum, ne dixeris accipi de quovis quomodocunque depositio: qui enim vel Magistratus potentia vel pecuniis Sacerdotium assecuti sunt, & deponuntur, & segregantur; ut dicit xxix. Canon Apostolicus, & xxx. Sed die hoc accipi de iis solis qui deponuntur, propter peccata quæ in Canone præsenti continentur, & propter alia ejusmodi. Quære & Sancti Basilii Can. iii. xxxii. & li. Nota igitur Episcopos & Clericos hâc de causâ depositos, à fidelium communione non arceri. Lege & xxxii. Can. S. Basil.

ZONAR. Qui lapsi fuerint in dicta crimina, gradu suo deponuntur, non tamen excommunicantur. Ab ordine namque depositio judicatur sufficiens illorum punitio; Neque bis oportet eos afficere pœnâ. Sunt alia tamen delicta, de quibus convicti simul & ordine moventur, & à consortio fidelium separantur: ut qui vel pecunia, vel Principis potestate Pontificatum sibi vendicant.

ARIST. *In scortatione deprehensus Sacerdos, aut perjurio, aut furto, deponitur, non autem & segregatur; non sumes enim ultionem, inquit, bis de eodem.*

Sufficit judicium depositionis Sacerdoti in scortatione, perjurio aut furto deprehenso, & non oportet eum etiam segregari: ne duplici supplicio subjiciatur, quod est omnino inhumanum.

ΚΑΝΩΝ κε'.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, διὰ πορνείαν ἢ διὰ ὁρκίαν ἢ ἐπὶ κλοπῇ ἁλὼς, καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω· λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό· οὕτω τοίνυν καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

ΒΑΛΣ. Τὸ οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, μὴ εἴπῃς ἐκλαμβάνεσθαι εἰς πάντα ὁπωσδήποτε καθαιρέμενον· οἱ γὰρ διὰ δεισιδαιμονίας ἀρχοντικῆς ἢ διὰ χρημάτων ἱερωσύνης ἀξιούμενοι, καὶ καθαιρῶν καὶ ἀφορίζονται, ὥς φησιν ὁ κθ'. Ἀποστολικὸς κανών, καὶ ὁ λ'. Ἀλλ' εἰπὲ τοῦτο ἐκλαμβάνεσθαι εἰς μόνους τοὺς καθαιρουμένους διὰ ἁμαρτήματα βεβεχρόμενα τῷ παρόντι κανόνι, καὶ διὰ ἕτερα ὅμοια· ζήτει καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνα γ'. λβ'. καὶ νὰ σημείωσαι ὅτι οἱ Ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοὶ οἱ οὕτω καθαιρούμενοι, τῆς μὲν τῶν πιστῶν κοινωνίας οὐκ ἀφορίζονται· ἀνάγνωθι καὶ τὸν λβ'. κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

ZΩNAP. Οἱ τοῖς ῥηθεῖσιν ὑποπεσόντες ἐγκλήμασι, καθαιρῶνται· οὐ μὴν καὶ ἀφορίζονται· ἐκεῖνο γὰρ ἐκδίκησις δὶς τὸ αὐτὸ, κἀκεῖ ἡ καθαίρεσις· καὶ διὰ ταῦτα παυπλακεῖσθαι οὐ χρή· εἰσὶ δ' ἕτερα ἐγκλήματα, οἷς οἱ ἁλόντες, καὶ καθαιροῦνται, καὶ ἀφορίζονται, ὡς ἡ διὰ χρημάτων, ἡ θεοσεβείας ἀρχοντικῆς ἀρχιερωσύνης ἀξιωθέντες.

ΑΡΙΣΤ. Πορνείᾳ ἁλοὺς ἱερεὺς, ἢ ὁπορκίᾳ, ἢ κλέμματι, καθαιρεῖται· οὐ μὴν καὶ ἀφορίζεται· οὐ γὰρ δὶς ἐκδίκησις, φησὶ δὶς ἐπὶ αὐτό.

Ἀρκούσα ἐστὶν ἡ καταδίκη τῆς καθαιρέσεως τοῦ ζυγὸν δέντα ἐπὶ πορνείᾳ, ἢ ὁπορκίᾳ, ἢ κλοπῇ ἱερᾷ· καὶ οὐ δεῖ τοῦτον καὶ ἀφορίζεσθαι, ἵνα μὴ τῷ τιμωρίᾳ διπλασίονα ὑποσῇ, ὃ παντελῶς ἐστιν ἀφιλάνθρωπον.

CANON XXVI.

Ex iis qui non ducta uxore ad Clerum promoti sunt, jubemus, si velint, uxorem ducere, Lectores & Cantores solos.

BALS. Ante ordinationem permittitur omnibus uxorem ducere, & ita eos ordinari Subdiaconos, Diaconos, & Presbyteros: post ordinationem vero solis Lectoribus & Cantoribus uxorem ducere concessum est.

ZONAR. Presbyteri quidem, & Diaconi, & Hypodiaconi ante ordinationem interrogantur, an continenter vivere velint, & si quidem pollicentur hoc, ordinantur: Si minus, ante ordinationem venire permittuntur ad nuptias; post nuptias autem ad ministerium deliguntur: Post ordinationem vero si prædicti uxores accipiant, à ministerio removentur. Solis autem Lectoribus, & Cantoribus etiam postquam sunt in Clerum delecti, matrimonium contrahere licet, in suoque statu proprio manere,

ΚΑΝΩΝ κς'.

Τῶν εἰς κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν, ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους.

ΒΑΛΣ. Πρὸ τῆς χειροτονίας πᾶσιν ἐφεῖται συνάπτειν γυναιξὶ καὶ ὅπως χειροτονεῖσθαι τούτους πρεσβυτέρους, διακόνους καὶ ὑποδιακόνους, μὴ ὄντας τῆς χειροτονίᾳ, μόνοις ἀναγνώσταις καὶ ψάλταις ἐπιτέτακται γαμεῖν.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ μὲν πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, καὶ ὑποδιάκονοι πρὸ τῆς χειροτονίας ἐρωτῶνται, εἰ σωφρονεῖν αἱροῦνται καὶ εἰ μὲ ἐπαγγέλλονται τοῦτο, χειροτονοῦνται· εἰ δὲ μή, πρὸ τῆς χειροτονίας, εἰς γάμον ἐλθεῖν ἐπιτρέπονται, καὶ μετὰ γάμον χειροτονοῦνται· μετὰ δὲ τὴν χειροτονίαν, γυναῖκας οἱ ἐγημένοι λαμβάνοντες, καθαιροῦνται· μόνοις δὲ ἀναγνώσταις καὶ ψάλταις, καὶ μετὰ τὸ εἰς κλῆρον καταλεγῆναι, ἐφεῖται γάμον ἑαυτοῖς συναλλάττειν, καὶ μένειν ἄυθις ἐπὶ τῆς οἰκείας καταστάσεως.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

σάσεως· ἐπεροδόξῳ ϑ σωνάπτεσθαι γυναικὶ ὁ ιδ'. κανὼν τῆς Οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου κωλύει αὐτό.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἱερᾶσθαι μέλλων, εἰ βούλοιτο, προσλαμβέσθω· ἱερεῖσι δὲ, ἀναγνώστῃς, ϑ ψάλταις μόνοις.

Οὐκ ἔξεστί τινι μετὰ τὴν ἱερωσύνην περὶ γάμου ἄρχεσθαι ϑ ἐπ' αὐτῆς, τῆς ἀξίας μένειν· μόνοις ϑ ἀναγνώσταις ϑ ψάλταις τοῦτο ἐφέτας.

Sed hos tamen decimus quartus Oecumenicæ quartæ Synodi Canon vetat alterius sectæ mulieri conjungi.

ARIST. *Qui ad Sacros ordines est promovendus, si velit uxorem ducat. Promotus autem, Lector & Cantor tantum.*

Non licet cuipiam post consecrationem nuptias inire & in dignitate eâ manere. Solis vero Lectoribus & Cantoribus hoc permittitur.

KANΩN κζ'.

Ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, ϑ διὰ τούτων φοβεῖσθαι θέλοντα, καθαιρεῖσθαι προστάττομεν. οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε· τοὐναντίον δὲ, αὐτὸς τυπτόμενος, οὐκ ἀντέτυπτε· λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων, οὐκ ἠπείλει.

ΒΑΛΣ. Οἱ τοῦ βήματος οὖσι ὀφείλουσιν ὑπὸ τοῦ δικαίου νικᾶσθαι, ϑ τύπτειν τοὺς εἰς αὐτοὺς ἁμαρτήσαντας, πιστοὺς δηλονότι, ἢ ϑ ἀπίστους· καὶ πεῦθεν δεῖ ἀμύνεσθαι αὐτοὺς ϑ ἐκφοβεῖν τοὺς λοιπούς. οἱ δὲ τοιοῦτόν τι ποιοῦντες, οὐχὶ τῷ κυρίου διδασκαλίαν τῷ διορίζομένῳ, τῷ τύπτοντι τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέφειν καὶ τὴν ἀριστεράν, καθαιροῦνται. Ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος ὃ ἐναντίον διορίζεται, λέγων, ἔξεστι βίᾳ τὴν βίαν ἐξωθεῖν, καὶ ὅπλα ὅπλοις. καὶ νοηθήσονται πάντως τὰ τοιαῦτα νόμιμα εἰς τοὺς λαϊκούς, κἂν ἡ ἐντολὴ τοῦ κυρίου γνωμικὴ ὖσα, πᾶσι πάντας ἀξεφωνήτους ὃ μᾶλλον μετρίως ἀνοίσειν ἔδει τῶν ἱερωμένων τοὺς μαθητὰς αὐτῶν καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ μὴ φανερῶς ἐπιτρεπομένους, ἐκκεκλῶφθαι. ὅπερ καὶ ὁ κύριος τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ ἐμπορευομένους, καὶ εἰς ϑεῖον ἁμαρτάνοντας, ϑ φραγγελλίῳ τύπτων ἐξέλασεν. ἀναγνωθὶ ϑ ἡ θ'. κανὼν τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συνόδου τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συνόδου, ϑ λεγομένης α'. καὶ β'.

Episcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, qui verberat fideles qui peccant, vel infideles qui injuriam fecerunt, & per hæc vult perterrefacere, deponi jubemus. Dominus enim nos nequaquam hoc docuit; contrà autem ipse verberatus non repercussit, maledictis petitus maledicta non retulit, patiens non minatus est.

BALS. Qui sunt ex sacro tribunali, non debent ab ira superari, & verberare eos qui in ipsos peccarunt, fideles scilicet, vel etiam infideles, eósque ita ulcisci, & terrere reliquos. Qui autem tale quid faciunt, præter doctrinam Domini quæ decernit, dextram percutienti maxillam, oportere sinistram quoque obvertere, deponuntur. Leges autem civiles contrarium decernunt, dicentes, licere vim vi repellere, & arma armis. Et hæ quidem leges omnino de Laicis intelligentur, licèt præceptum Domini, cùm sit generale, sit omnibus editum. Suos autem discipulos mediocriter castigari peccantes, & post denunciationem se non corrigentes, Sacerdotibus permissum est. Nam etiam Dominus eos qui in Templo vendebant, & in Deum peccabant, flagello percutiens exegit. Lege etiam nonum Canonem Syn. congregatæ in æde Sanctorum Apostolorum, & quæ prima & secunda dicta est.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς τοὺς μαθητὰς διδάσκων, τοὺς ἑαυτοῦ ἐντολὰς, ἔφη· ἃ λέγω ὑμῖν, πᾶσι λέγω. τῶν δὲ θείων αὐτοῦ ἐντολῶν εἰσι, καὶ αἱ κελεύουσαι τῷ τύπτοντι τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέφειν καὶ τὴν ἀριστεράν, καὶ τῷ ἀφαιρουμένῳ τὸ ἱμάτιον, ϑ τὸν χιτῶνα προσαποδύεσθαι. εἰ ϑ πᾶσι ταῦτα ἐντέταλται, πολλῷ πλέον ὑπὸ τῶν ἱερωμένων φυλάττεσθαι αὐτὰ χρὴ, ἵν' ᾖ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπόγραμμος. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεῖος κανὼν ἀπαγορεύει τοῖς Ἐπισκόποις, καὶ τοῖς λοιποῖς ὃ τύπτειν τοὺς εἰς αὐτοὺς ἁμαρτήσαντας, κἂν πιστοὶ εἶεν, κἂν ἄπιστοι. ἐλέγχειν γὰρ τοὺς ἀδικοῦντας ἄλλως ὀφείλουσι, καὶ προφυλάσσεσθαι τῶν ἀδικούντων. ἐπεὶ καὶ Τιμοθέῳ Παῦλος ὁ μέγας ἐντέλλεται τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐλέγχειν, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσιν ἑαυτοῖς ϑ ἐκδικεῖν κωλύονται. μιμηταὶ γὰρ χρὴ τοῦ κυρίου εἶναι, ὃς ἀντιλοιδόρει τοῖς εἰς αὐτὸν ἐμπαροινοῦσι θυμάμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει, ἀλλὰ καὶ ὑφηύχει τὸ ἐναντίον. τοὺς δὲ ἐν τῷ ἱερῷ ἐμπορευομένους, ὡς εἰς ϑεῖον ἁμαρτάνοντας, τῷ φραγγελλίῳ τύπτων, ἐκβαλεῖν ἐξέλασε καὶ ἤλεγξε λέγων, μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου. καὶ ὁ μέγας δὲ Παῦλος, οἷον δεῖ χρὴ τὸν Ἐπίσκοπον, διαλαμβάνων τοῖς ἄλλοις, καὶ μὴ πλέκτην εἶναι φησὶν· ἀναγνωστέον ϑ τὸν ἔνατον κανόνα τῆς λεγομένης πρώτης ϑ δευτέρας συνόδου τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

ZONAR. Dominus noster, atque Deus discipulos docens mandata sua sic ait, Quæ dico vobis, omnibus dico. Divinorum vero mandatorum ejus quædam præcipiunt obvertere sinistram maxillam percutienti dexteram; & auferenti pallium, insuper & tunicam exuere. Quod si mandata sunt hæc omnibus, multò magis oportet à Sacratis observari Ministris, ut sint aliis exemplo. Quam ob rem, præsens Canon vetat Episcopis, reliquisque, ne verberent eos qui se offenderint, Fideles, aut Infideles. Reprehendere quidem debent eos, qui per injuriam nocent aliis, ac defendere iniquè oppressos. Nam & Timotheo magnus ille Paulus præcepit arguere peccantes, ut cæteri metum habeant: seipsos autem ulcisci prohibentur. Imitatores enim Domini convenit esse: qui quum posset insultantibus, & ludibrio se habentibus talionem rependere, non reddebat; imò pro talibus orabat. In templo vero negotiantes, ut in divinam peccantes majestatem, flagello verberans inde expulit, ac reprehendit, inquiens, Ne facite domum patris mei, domum negotiationis. Magnus quoque Paulus constituens qualem oportet esse Episcopum, dicit inter alia, non percussorem. Legendus est etiam nonus Canon appellatæ Primæ & Secundæ Synodi, quæ fuit in Templo Sanctorum Apostolorum.

ΑΡΙΣΤ. Ἱερεὺς πιστὸν ἢ ἄπιστον τυπτήσας, καθαιρεῖται.

Ὁ τὸν εἰς αὐτὸν ἁμαρτήσαντα πιστὸν ἢ ἄπιστον τύπτων ἱερεύς, καὶ διὰ τὸ ἐνταῦθα φόβον τὸ μὴ καὶ ἑτέρους εἰς αὐτὸν τὰ ὅμοια πλημμελεῖν διορθούμενος· ὡς ἐναντία ποιῶν τῷ κελεύοντι νόμῳ παρέχειν τῷ τὴν σιαγόνα τύπτοντι καὶ τὴν ἄλλην, καθαιρεῖται, διὰ ϑ ἐξ αὐθαδείας καὶ ἀκαταχέτου θυμοῦ ἐπενεγκεῖν τὴν πληγήν. Ὁ δὲ τὸ εἰς τὰ ἱερὰ ἁμαρτανόμενα σώφρονι μάστιγι σωφρονίζων,

ARIST. *Sacerdos qui fidelem aut infidelem percussit, deponitur.*

Sacerdos fidelem aut infidelem in ipsum peccantem percutiens, atque è timore exinde incusso, alios etiam ne similiter in ipsum peccarent, corrigens, ut contraria faciens legi quæ præcipit maxillam percutienti, exhibere & alteram, deponitur; quia ex arrogantiâ animoque qui nequit coerceri ictum infert. Qui autem in sacra peccantem prudenter castigat, sicut etiam Dominus è le-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

gali templo ibidem cauponantes flagello ex funiculis facto abegit, non deponetur. Ob hanc enim rationem Viri Eccleſiaſtici legum cuſtodes & vindices dicebantur, utpote qui à patribus antea conſtituti ſunt, ad res hujuſmodi ulciſcendas.

A καθάπερ δὴ κ᾽ ὁ κύριος τὸν νομικὸν ἱερὸν τοὺς ἱεροκαπήλους τοῦ ἐκ χριστοῦ φραγελλίου ἀπήλαυνεν, ἵνα καθαιρεθήσεται· διὰ τοῦτο γὰρ οἱ ἐκκλησιαστικοὶ νομοφύλακες κ᾽ ἔκδικοι λέγονται· ὡς ἐκ παίρων ἄνωθεν πεπαγμένοι, τὰ ζιαῦτα ἐκδικεῖν.

Canon XXVIII.

Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus juſtè ob manifeſta crimina depoſitus, ſibi aliquando creditum miniſterium attingere audeat, ab Eccleſia omnino abſcindatur.

ΚΑΝΩΝ κή.

Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπ᾽ ἐγκλήμασι φανεροῖς, ζολμήσειεν ἅψασθαι τῆς ποτὲ ἐγχειρίσεως αὐτῷ λῃτουργίας, παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας.

B

Bals. Qui ob manifeſtum crimen eſt legitimè depoſitus, & ideo ne appellationis quidem habet auxilium, ſi prius miniſterium ſuum attingere auſus fuerit, ut impudentiſſimus ab Eccleſia abſcinditur. Si enim habet appellationis auxilium, & de eo quod adverſus illum ſtatutum eſt, adhuc ambigitur, non condemnabitur ſi miniſtret. Lex quidem civilis hæc dicit in libro iii. Baſilic. tit. primo cap. primo, Epiſcopus à Synodo depoſitus, qui tumultum excitavit ut Epiſcopatum rurſus acciperet, centum milliaribus longè à civitate ex qua ejectus eſt, habitet, nec ad Imperatorem accedens. Et ſi forte reſcribat, ea ſint inutilia: & qui eum defenderit, C indignationem incurrat. Quære & Antiochenæ Synodi Can. iiii. xii, & xv.

Βαλς. Ὁ καθαιρεθεὶς καὶ νόμους διὰ φορφατὲς ἐγκλημα, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ ἐκκλήτου βοήθειαν ἔχων, εἰ τολμήσῃ τῆς φορτερας ἅψασθαι λειτουργίας, καὶ τῆ ἐκκλησίας ἐκκοπῆναι ὡς ἀναιδέσταλος· εἰ γὰρ ἔχει βοήθειαν ἐκκλήτου, καὶ ἔτι ἀμφισβητούμενόν ἐστι δ᾽ κεκριμένον κατ᾽ αὐτὸ, ἢ καταδικασθήσεται λῃτουργῶν. ὁ μέντοι πολιτικὸς νόμος φησὶν ἐν βιβλίῳ τρίτῳ τῆς βασιλικῆς πίτλῳ α᾽ κεφ. α᾽ ταῦτα, Ἐπίσκοπος ἀπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς, ὁ ποιήσας στασιάδες διὰ τὸ πάλιν τῷ ἐπισκοπῷ λαβεῖν, ἀπὸ ἑκατὸν μιλίων τῆς ἀξελήλυθε πόλεως οἰκείτω· μηδὲ βασιλεῖ προσιών. κἂν τύχῃ ἀνεπιγράφων, ἄχρηστα ἔσω· καὶ ὁ ὑποφέκδικος αὐτὸν χαλινακτείσθω. Ζήτει καὶ τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα δ᾽. ιβ᾽· καὶ ιέ.

Zonar. Hi poſt juſtam depoſitionem peccantes, & honorem proprium (dico, Sacri miniſterii) mordicus retinentes, ab Eccleſia jure expelluntur, & propter impudentiam ſummam; & quia nequeunt aliter puniri Canonicè: Jam enim depoſiti ſunt; poſtremò & ab Eccleſia prorſus exſcinduntur.

Ζωναρ. Οὗτοι μετὰ τὴν δικαίαν καθαίρεσιν ἀμῳτάνοντες, καὶ τὴν οἰκείας τιμῆς (τὴν λειτουργίας, φημὶ) ἀντεχόμενοι, εἰκότως τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλονται, διά τε τὴν ἄκραν ἀναίδειαν, καὶ ὅτι οὐδὲ κωλυθῆναι κανονικῶς δύνανται ἄλλως· ἤδη γὰρ πεφκαθήρλωνται· λοιπὸν καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκκόπτονται.

Arist. *Si qui legitimè deponitur, Sacra myſteria rurſus attingat, eſt maximè ejiciendus.*

Αριστ. Ὁ καθαιρεθεὶς εὐλογώτατα, εἰ τῶν θείων ἅψεται πάλιν, ἐκκηρυκτότατος.

Qui poſt depoſitionem ob manifeſta crimina juſtè facta, Sacrum miniſterium rurſus attingit, iſte tanquam membrum putridum ab Eccleſia perfectè abſcinditur. D

Ὁ μετὰ τὴν καθαίρεσιν τὴν εὐλόγως διὰ φανεροῖς ἐγκλήμασι γενομένην, τῆς θείας λειτουργίας πάλιν ἁψάμενος, τῆς ἐκκλησίας ὅτι ὡς σαπρὸς μέλος ἐκκόπτεται πέρας.

Canon XXIX.

Si quis Epiſcopus, per pecunias hanc ſit dignitatem aſſecutus, vel Presbyter, vel Diaconus, deponatur, & ipſe, & qui eum ordinavit, & à communione etiam omnino exſcindatur, ut Simon Magus à me Petro.

ΚΑΝΩΝ κθ᾽.

Εἴ τις Ἐπίσκοπος, διὰ χρημάτων τὴν ἀξίαν ταύτης ἐγκεχείρισται ἤδη ποτὲ, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω, καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας καὶ ἐκκοπτέσθω καὶ τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ᾽ ἐμοῦ Πέτρου.

Canon XXX.

Si quis Epiſcopus ſecularibus Principibus uſus, per eos Eccleſiam adeptus ſit, deponatur, & ſegregetur, & omnes qui illi communicant. E

ΚΑΝΩΝ λ᾽.

Εἴ τις Ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι᾽ αὐτῶν ἐγκρατὴς ἐκκλησίας ἤδη ποτὲ, καθαιρείσθω καὶ ἀφορίζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ ἅπαντες.

Bals. Præſentes duo Canones xxix. & xxx. non ſolùm deponunt, ſed etiam à communione abſcindunt, ſeu ſegregant eos qui per pecunias, Epiſcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi fiunt, & eos qui per Principum potentiam creantur Epiſcopi. Sancti enim Spiritus, inquiunt gratia non eſt venalis. Porrò autem Sancti quoque Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtola ad Papam Adrianum, dicit eſſe tolerabiliorem Hæreticum Macedonium, qui Sanctum Spiritum ſervire, blaſphemè dixit, eo qui pecuniis emit vel vendit Sancti Spiritus F gratiam; qui enim vendit, vendit tanquam dominus: & qui emit, tanquam dominus futurus argentum ſolvit. Sanctiſſimi quoque Patriarchæ Gennadii, quæ paſſim legitur epiſtola, eos quoque anathemati ſubjicit, hæc dicens: Sit itaque & eſt abdicatus, & ab omni ſacerdotali dignitate & miniſterio alienus, & Anathematis execrationi ſubjectus tam qui vendit quàm qui emit Sancti Spiritus gratiam, ſive ſit Clericus, ſive Laicus: & hæc quidem ſic ſe habent. Quæſiverit autem quiſpiam, cùm xxx. Can. ſolius Epiſcopi meminerit, ſimiliter autem &

Βαλς. Οἱ παρόντες δύο κανόνες ὁ κθ᾽. καὶ λ᾽. οὐ μόνον καθαιροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῆς κοινωνίας ἐκκόπτουσιν, ἤτοι ἀφορίζουσι τοὺς διὰ χρημάτων Ἐπισκόπους ἢ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους γινομένους, καὶ τοὺς διὰ ἀρχόντων φορτασίας Ἐπισκόπους γινομένους. ἡ γὰρ χάρις τοῦ πνεύματος δωρεὰν οὐκ ἔστι, φασί. καὶ ἡ ἐπιστολὴ δὲ τοῦ ἁγίου Ταρασίου γενομένου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἡ πρὸς τὸν Πάπαν Ἀδριανὸν, φησὶ, φορητότερον εἶναι τὸν αἱρετικὸν Μακεδόνιον τὸν βλασφημήσαντα δυνάμενον τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοῦ διὰ χρημάτων πωλοῦντος ἢ ὠνουμένου τὸ τοῦ πνεύματος δῶρον· χάρισμα, ὅτι ὁ μὲν πωλῶν, ὡς δεσπότης παράσκῃ· καὶ ὁ ἀγοράζων, ὡς δεσπόσων καταβάλλῃ τὸ ἀργύριον. ἡ δὲ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Γενναδίου ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ καὶ ἀναθέματι τούτους καθυποβάλλει, ταῦτα λέγουσα, Ἐγὼ τοίνυν καὶ ἐστὶν ἀποκήρυκτος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀξίας καὶ λῃτουργίας ἀλλότριος, καὶ τῇ καταρᾷ τοῦ ἀναθέματος ὑποκείμενος, ὁ δεδωκὼς καὶ ὁ λαμβάνων οὗτος τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, εἴτε κληρικὸς εἴτε λαϊκὸς εἴη. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως·

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

τῶς. ἐρωτήσει δέ τις ὡς τοῦ λ'. κανόνος Επισκόπου μόνου μεμνημένου, ὡσαύτως καὶ τοῦ κθ'. κανόνος ὑποδιακόνων μὴ μεμνημένου ἢ ἀναγνωστῶν, ἐὰν πρεσβύτερός τις γένηται ἢ διάκονος ἢ ὑποδιάκονος ἢ ἀναγνώστης διὰ προστασίας ἄρχοντος, ἢ ὑποδιάκονος ἢ ἀναγνώστης διὰ δόσεως χρημάτων, τί ὀφείλει γενέσθαι; Λύσις. καὶ οὗτοι καθαιρεθήσονται καὶ ἀφορισθήσονται ἀπὸ τοῦ τέλους τοῦ παρόνος λ'. κανόνος, λέγοντος μὴ μόνους τοὺς πρωταιτίους τοῦ κακοῦ καθαιρεῖσθαι καὶ ἀφορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτοῖς. καὶ ἡ ἐπιστολὴ δὲ τοῦ Γενναδίου ὡς εἴρηται, οὐ μόνον τοὺς ἱερωμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς λαϊκοὺς τοὺς τοιοῦτον κακὸν πεπραχότας, ἀναθέματι καθυποβάλλει. ἀνάγνωθι καὶ τὸν δεύτερον κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ τὸ ε'. κεφάλαιον τοῦ α'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

A xxix. Subdiaconorum vel Lectorum mentionem non fecerit, si aliquis Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel Lector Principis aut Magistratus potentia fiat, vel Subdiaconus, aut Lector datis pecuniis constituatur, quid debet fieri? Solutio. Hi quoque deponentur & segregabuntur ex fine præsentis xxx. Canonis, qui dicit, non solum primos auctores malorum deponi, & segregari, sed eos etiam qui illis communicant. Porrò autem Gennadii etiam epistola, ut dictum est, non solùm Sacratos, sed & Laicos, qui tale malum fecerunt, Anathemati subjicit. Lege etiam secundum Canonem Syn. Chalced. & quintum cap. primi tit. præsentis operis, & quæ sunt in eo.

B

ΖΩΝΑΡ. Εν τῷ εἰκοστῷ πέμπτῳ κανόνι λέλεκται, μὴ δεῖν δὶς ἐκδικεῖν ἐπὶ τὸ αὐτό· ἐνθάδε καὶ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς κανόσι τούτοις διπλῆν ἐπάγει τὴν τιμωρίαν, διὰ τὴν τῆς κακίας ὑπερβολὴν, καὶ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων βαρύτητα. οὐδὲν γὰρ χεῖρον τοῦ τὴν θείαν χάριν ὤνιον ἑαυτῷ περιποιουμένου, ἢ χρημάτων, ἢ δυναστείας ἀρχοντικῆς, καὶ τοῦ ταύτην πιπράσκοντος· ὡς δοῦλον γὰρ ὠνεῖται τὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρισμα· καὶ κατὰ τὴν συνοδικὴν ἐπιστολὴν, τὴν ἐπὶ Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως γενομένην πρὸς τὸν Πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης Αδριανὸν, φορητότερος μᾶλλόν ἐστι Μακεδόνιος, καὶ οἱ λοιποὶ πνευματομάχοι. ἐκείνων γὰρ κτίσμα καὶ δοῦλον τοῦ θεοῦ καὶ πατέρος τὸ ἅγιον πνεῦμα λοιδορούντων, οὗτοι, ὡς δοκοῦσι, δοῦλον ἑαυτῶν ποιοῦσιν αὐτό.

C

Zonar. In vigesimo quinto Canone, dictum fuit, Non oportere bis ob unum delictum sumere judicialem pœnam. Hic & ambobus in his Canonibus duplicem adducit pœnam, propter sceleris magnitudinem, & peccatorum gravitatem. Nihil enim deterius eo, qui divinam gratiam, ceu venalem, sibi comparat, aut nummis, aut potestate Principis, nihilque pejus eandem vendente; Velut enim servum vendit charisma Sancti Spiritus: & juxta Synodicam epistolam sub Tarasio sanctissimo Patriarcha Constantinopoleos scriptam ad antiquioris Romæ Papam Adrianum, tolerabilior certè est Macedonius, magisque tolerandi sunt reliqui Pneumatomachi: isti enim Spiritum sanctum magno quidem convitio contendunt esse creaturam, servúmque Dei Patris: hi vero (sicuti videntur) servum sibi faciunt ipsum.

ΑΡΙΣΤ. Καν. κθ'. Ὁ ἐπὶ χρήμασιν ἱερεὺς, μετὰ τοῦ χειροτονήσαντος καθαιρούμενος ἔσται, κατὰ τὸν Σίμωνα, ἐσαεὶ ἀκοινώνητος.

Ἰδοὺ ἐνταῦθα δύο τὰ ἐπιτίμια· καθαιρεῖται γὰρ ὁ τοιοῦτος, καὶ ἐσαεὶ ἀκοινώνητος μένει, διὰ τὸ τοῦ πταίσματος μέγεθος.

Arist. Can. XXIX. *Qui pecuniâ fit Sacerdos, simul cum eo qui ipsum ordinavit, deponetur, Simonis adinstar in perpetuum excommunicatus.*

Ecce hic duo sunt supplicia, deponitur enim talis & in perpetuum manet excommunicatus, ob delicti magnitudinem.

D

ΑΡΙΣΤ. Καν. λ'. Ὁ δι' ἀρχόντων Επίσκοπος καθαιρούμενος, ἀφοριζέσθω.

Καὶ οὗτος ὡς μέγα πλημμελήσας ἁμάρτημα, καὶ καθαιρεῖται καὶ ἀφορίζεται· δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι Επίσκοπον, ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ Επισκόπων καθίστασθαι· ἢ εἰ δυσχερές ἐστι τὸ πάντας ὁμοῦ συναχθῆναι, ὑπὸ τριῶν κἂν Επισκόπων ἐξάπαντος, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων.

Arist. Can. XXX. *Qui per Principes fit Episcopus, segregetur.*

Et hic tanquam magni peccati reus, & deponitur & segregatur; oportet enim eum qui ordinandus est Episcopus ab omnibus in provinciâ Fpiscopis constitui: vel si difficile sit ut omnes unà conveniant, à tribus omnino Episcopis, una consentientibus & iis qui absunt.

E

ΚΑΝΩΝ λα'.

Εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου Επισκόπου, χωρὶς συναγάγῃ, καὶ θυσιαστήριον ἕτερον πήξῃ, μηδὲν κατεγνωκὼς τοῦ Επισκόπου ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καθαιρείσθω ὡς φίλαρχος. τύραννος γάρ ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ, καὶ ὅσοι ἂν αὐτῷ προσθῶνται. οἱ δὲ λαϊκοὶ ἀφοριζέσθωσαν. ταῦτα δὲ μετὰ μίαν καὶ δευτέραν καὶ τρίτην παράκλησιν τοῦ Επισκόπου γινέσθω.

Canon XXXI.

Si quis Presbyter, contempto proprio Episcopo, seorsim collectas egerit, & alterum altare fixerit, Episcopo suo in religione ac justitia nulla in re à se condemnato, deponatur, ut ambitiosus: est enim tyrannus. Similiter etiam & reliqui Clerici, & quotquot ei accesserunt. Laici autem segregentur. Hæc autem post unam alterámque ac tertiam admonitionem fiant.

ΒΑΛΣ. Εκάστης πόλεως ἱερωμένοι καὶ λαϊκοὶ, ὀφείλουσιν ὑποκεῖσθαι τῷ κατὰ χώραν Επισκόπῳ, καὶ μετὰ τούτου συνάγεσθαι καὶ ἐκκλησιάζειν, εἰ μὴ καταγνώσουσι τούτου ὡς ἀσεβοῦς ἢ ἀδίκου. τηνικαῦτα γὰρ ἀποδιϊσταμένοις αὐτοῦ, οὐκ εὐθυνθήσεται. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιήσας, καὶ ἀνευλόγως ἐκ τοῦ ἰδίου Επισκόπου ἀποχισθεὶς, καὶ ἰδίᾳ ἐκκλησιάζων, εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρεθήσεται, ὡς φίλαρχος, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορισθήσεται. πλὴν ταῦτα διορίζεται γενέσθαι ὁ κανὼν μετὰ πρώτην, δευτέραν, καὶ τρίτην ἐπιφώνησιν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ϛ'· κανόνα τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου, καὶ τὸν ι'. τῆς ἐν Καρθαγένῃ· τούτῳ τῷ κανόνι καὶ τοῖς λοιποῖς τὰ τοιαῦτα διορίζομένοις οἱ προσβοηθούμενοι οἱ κατὰ χώραν Μητροπολῖται

F

BALS. Divini & Sancti Apostoli cùm vellent Clericos agere vitam ab omni reprehensione alienam, nec vulgus offendere, sed potiùs ad bonum excitare, decernunt, ut non solum ab omni turpi mercatura abstineant ut in aliis Can. dictum est; sed etiam ut ne in cauponam ingrediantur cibi potúsve sumendi causa: quandoquidem vilium & obscurorum hominum hæc sunt, & magnæ condemnationi obnoxia. Quam ob causam eum qui tale quid egerit Clericum segregari mandat Canon: eum autem qui in itinere propter necessitatem in caupona diversatus est, non punit propter circumstantiam. Qui ergo dicunt Clericos posse vini mercaturam facere, vel lavacra conducere, vel aliquam aliam turpem mercaturam exercere, malè dicunt. Si enim absolutè prohibitum est, ne Clericus cauponam ingrediatur, multo magis prohibebitur ejusmodi turpem mercaturam exercere, vel per se, vel per interpositam personam. Lege etiam Syn. Laodic. Can. xxiiii. & Carth. xl. Quia autem xlii. Canon Apostolicus Episcopum quidem, & Presbyterum, & Diaconum aleis vel ebrietatibus vacantes deponi jubet, si non cessaverint: Hypodiaconum autem, & omnem, ut semel dicam, Clericum tale quid facientem similiter & Laicos segregari, nisi corrigantur post denunciationem: existimo ego quòd hîc quoque post primam & secundam admonitionem, segregabitur Clericus qui cauponam ingreditur, & à malo non abstinet. Probatur autem hoc quoque ex eo quod dicit Canon: Si quis Clericus in caupona comedens deprehensus fuerit, sæpè scilicet malo usus.

ZONAR. In sortem Dei vocatos oportet exemplo Laïcis esse vitæ venerandæ, & undiquáque inculpatos: Ne propter ipsos nomen Dei vituperetur. In cauponam autem ingredi, demonstrat hoc agentes, inhonestam vitam ducere: Neque tantùm circa cibum, potúmque corruptos ipsis mores esse, verùm etiam circa omnem aliam vivendi consuetudinem. Nam, quum promiscuè confluant in cauponam & inhonesti viri, & inhonestæ mulieres, qui cum talibus conversatur, eorum turpitudinis expers non erit: Mala nempe colloquia, corrumpunt bonos mores. Ideo Canon jubet istiusmodi Clericos segregari. Quòd si Clericus iter faciens, nec habens quò divertat, (hoc est, mansionem faciat, & quiescat) in cauponam tum per necessitatem sit ingressus, culpâ vacat, nec obnoxius est ulli pœnæ. Dicit hoc etiam vigesimus quartus Canon Synodi Laodicææ, & quadragesimus Synodi Carthaginensis.

ARIST. *Clericus qui absque itineris necessitate in cauponâ comedit, excommunicandus est.*

Clerico iter facienti si in diversorium propter necessitatem divertit, ignoscendum est: qui sine illâ autem circumstantiâ in cauponâ manducat, excommunicandus.

B

C

D

E

F

ΚΑΝΩΝ νδ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ φωραθείη ἐσθίων, ἀφορίζεσθω· παρεξ τοῦ ἐν πανδοχείῳ ἐν ὁδῷ διὰ ἀνάγκην κατα-λύσαντος.

ΒΑΛΣ. Οἱ θεῖοι καὶ ἅγιοι ἀπόστολοι θέλοντες τοὺς κληρικοὺς ἀνεπιλήπτους βίου εἶναι, καὶ μὴ σκανδαλίζειν τοὺς πολλούς, ἀλλὰ μᾶλλον διεγείρειν εἰς τὸ ἀγαθόν· διορίζονται μὴ μόνον ἀπέχεσθαι τούτους πάσης ἐμπορίας αἰσχροκερδοῦς, ὡς εἴρηται ἐν ἑτέρῳ κανόνι, ἀλλὰ μηδὲ εἰς καπηλεῖον εἰσιέναι χάριν βρώσεως ἢ πόσεως. ἀσέμνων γὰρ ἀνδρῶν ταῦτα, καὶ μεγάλης κατακρίσεως ἄξια. διὸ καὶ ὁ τοιοῦτόν τι ποιῶν ἢ κληρικὸν ὁ κανὼν ἀφορίζεσθαι διορίζεται. ὁ δὲ καταλύσας εἰς πανδοχεῖον ἐν ὁδῷ διὰ ἀνάγκην, ἵνα κοπάζῃ διὰ τὸ καύσωνα· ἢ διὰ τὸ ἀναπαύσασθαι τὸν ἵππον· ἢ διὰ τὸ ἄλλο τι τοιοῦτον ἀναγκαῖον· οἱ γὰρ λέγοντες ὅτι δεύσεται κληρικὸς οἰνάρια ἐμπορεύεσθαι, ἢ πανδοκεύειν λυσῖν, ἢ ἑτέραν αἰσχροκερδῆ μελέτην ἐμπορεύεσθαι, κακῶς λέγουσιν. εἰ γὰρ ὁ ἁπλῶς εἰσιέναι κληρικὸν εἰς καπηλεῖον κεκώλυται, πολλῷ μᾶλλον κωλυθήσεται ὁ ἐμπορεύεσθαι αὐτὸν τοιαύτῃ αἰσχρᾷ ἐμπορίᾳ, ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ διὰ προσώπου παρεμβύτου φησὶν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κανόνα κδ'. καὶ τὸν ἐν Καρθαγένῃ κανόνα μ'. ἐπεὶ καὶ ὁ ἀποστολικὸς μβ'. κανὼν ἐπίσκοπον, καὶ πρεσβύτερον, καὶ διάκονον κύβοις ἢ μέθαις προσκαίροις καθαιρεῖσθαι φησιν, εἰ μὴ πεισθεῖεν· καὶ ὑποδιάκονον καὶ πάντα ἁπλῶς κληρικὸν τοιοῦτόν τι ποιοῦντα, ὡσαύτως καὶ τοὺς λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι, εἰ μὴ διορθωθεῖεν μετὰ ἀπειλήν· νομίζω ὅτι καὶ ἐνταῦθα μετὰ τὴν δευτέραν καὶ τρίτην νουθεσίαν ἀφορισθήσεται ὁ ἐν καπηλείῳ εἰσερχόμενος κληρικὸς, καὶ μὴ ἀπερχόμενος τῆς κακῆς. ὁρίσεται δὲ τοῦτο καὶ ὁ κανὼν λέγων καὶ κανόνα, εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ φωραθείη ἐσθίων, δηλονότι τῷ κακῷ προσκαίρως. πολλάκις.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς τῷ θεῷ κεκλημένους δεῖ καὶ βίου λαϊκοῦ ὑπόδειγμα εἶναι βίου σεμνοῦ, καὶ πανταχόθεν ἀνεπιλήπτους, ἵνα μὴ δι' αὐτοὺς βλασφημῆται τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ. τὸ δὲ ἐν καπηλείῳ εἰσιέναι, βίον ἄσεμνον ἔχειν τοὺς αὐτὸ ποιοῦντας δείκνυσιν, καὶ οὐ περὶ βρῶσιν καὶ πόσιν μόνον διεφθάρθαι αὐτῶν τὰ ἤθη, ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν ἄλλον πάντα βιοτικόν. ἀσέμνων γὰρ ἀνδρῶν τε, καὶ γυναικῶν ἐν τοῖς καπηλείοις συναγομένων, ὁ τούτοις συναναστρεφόμενος, σὺν ἀμέτοχος ἔσται τῶν ἐκείνων κακιῶν. φθείρουσι γὰρ ἤθη ὁμιλίαι κακαί. διὸ ἀφορίζεσθαι τοὺς τοιούτους κληρικοὺς βούλεται ὁ κανών· εἰ δὲ ὁδοιπορῶν ὁ κληρικὸς, καὶ μὴ ἔχων ἔνθα καταλύσῃ, τυγχάνει, μονὴν ποιήσεται καὶ διαναπαύσεται, διὰ ἀνάγκης εἰς πανδοχεῖον εἰσέλθῃ, ἀναίτιος ἂν εἴη καὶ ἀπρόσκοπος. ὃ αὐτὸ φησι καὶ ὁ εἰκοστὸς πέμπτος τῶν ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κανών, καὶ ὁ τεσσαρακοστὸς τῶν ἐν Καρθαγένῃ.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ δίχα τῆς τοῦ πρέποντος ἀνάγκης κληρικὸς εἰς καπηλεῖον ἐσθίων, ἀφορισθήτω.

Ὁ παροδεύων κληρικὸς, εἰ διὰ ἀναγκαίαν καταλύσει εἰς πανδοχεῖον, συγγνωσθήτω· ὁ δὲ χωρὶς περιστάσεως εἰς καπηλεῖον ἐσθίων, ἀφορισθήτω.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

ΚΑΝΩΝ νε'.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσῃ Ⓢ Ἐπίσκοπον, καθαιρείσθω. ἄρχοντα γὰρ τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

ΚΑΝΩΝ νς'.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσῃ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἀφορίζεσθω.

ΒΑΛΣ. Οἱ δὲ τοιοῦτοι κανόνες ὅτι ὁ νε'. καὶ ὁ νς'. κολάζουσι τοὺς ὑβρίσαντας κληρικούς. ἀλλ' ὁ μὲν νε'. καθαιρεῖσθαι φησὶ Ⓢ κληρικὸν Ⓢ ὑβρίσαντα Ⓢ Ἐπίσκοπον· ὁ δὲ νς'. ἀφορίζεσθαι B ὑβρίσαντα κληρικὸν πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, παντὸς μᾶλλον τὸ τιμιώτερον πλείονα χρεωστεῖσθαι τῷ Ἐπισκόπῳ. οἱ μὲν κανόνες οὕτω διαιροῦσι τὴν τιμωρίαν τῆς ὕβρεως κληρικῶν. ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος πάντα ὑβρίζοντα ἀτιμοῦσθαι διορίζεται, ζημίᾳ τῇ διδόναι καὶ χρηματικὴν ποινήν. νομίζω οὖν ὅτι τῇ ἀτιμίᾳ ἐπακολουθεῖ καὶ καθαίρεσις.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ μὲν ἀρχιερεῖς, εἰς τύπον ὄντες τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ κεφαλὴ τοῦ τῆς ἐκκλησίας σώματος λογιζόμενοι, καὶ πλείονος τιμῆς εἰσιν ἄξιοι. διὸ καὶ ὁ ὑβρίσας αὐτοὺς καθαιρεῖται. οἱ δὲ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι χεῖρας σῴζοντες τύπον, ὡς δι' αὐτῶν τὰς ἐκκλησιαστικὰς διοικήσεις ἐνεργοῦντος τοῦ Ἐπισκόπου, τιμᾶσθαι μὲν καὶ κἀκεῖνοι ἄξιοι, οὐχ ὡς ὁ Ἐπίσκοπος· δεῖ γὰρ ὁμοίως τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν χειρῶν ὁτιμελητέον· διὸ ὑβρίσας αὐτοὺς ἧττον κολάζεται, μόνον ἀφοριζόμενος.

ΑΡΙΣΤ. Κεφ. νε'. Ὑβρίζων Ἐπίσκοπον κληρικὸς, καθαιρεῖται,

Κεφ. νς'. Πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἀφορίζεται.

D

ΚΑΝΩΝ. νζ'.

Εἴ τις κληρικὸς χωλὸν, ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάσει, ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

ΒΑΛΣ. Καὶ τοὺς κληρικοὺς καὶ τοὺς λαϊκοὺς ἀφορίζει ὁ κανὼν μὴ ἐλεεῖσθαι τοὺς ὁπωσδήποτε πεπηρωμένους τὸ σῶμα, ἀλλὰ παίσονται αὐτῶν. οἱ πλείους δὲ τοῦ τοιούτου προφάσιν ἔχουσι γέλωτος, τοῖς τοῦ θεοῦ κρίμασιν ἀντιφερόμενοι.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς μέλη τινὰ πεπηρωμένους ἐλεεῖσθαι πρόσηκεν, καὶ ὡς δυνατὸν ἀντιλαμβάνεσθαι τούτων, καὶ χειραγωγεῖν, ἀλλ' οὐχὶ παίζειν. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ χλευάζειν· εἰ δέ τινες τοῦτο ποιοῦντας λαϊκοὺς ὁ κανὼν ἀφορισμῷ ὑποβάλλει, τί δῆτα τις λογίσαιτο περὶ κληρικῶν, οὓς, ὡς πολλάκις εἴρηται, ὑπόδειγμα πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ παράδειγμα πρὸς ἀκριβῆ τοῦ λαοῦ πρόσοδον χρεών;

ΑΡΙΣΤ. Ὡσαύτως δὲ καὶ τυφλὸν, καὶ κωφὸν, καὶ χωλὸν χλευάζων.

Ὁ ἐμπαίζων τυφλὸν, καὶ κωφὸν, ἢ χωλὸν, ἢ ἄλλως τὸ σῶμα πεπηρωμένον, ἀφορίζεται, ὡς Ⓢ πλάσαντα τούτους ὑπομεμφόμενος.

Canon LV.

Si quis Clericus Episcopum contumelia affecerit, deponitur: Principi enim populi tui non maledices.

Canon LVI.

Si quis Clericus Presbyterum vel Diaconum injuria affecerit, segregetur.

Bals. Hi duo Canones lv. & lvj. puniunt injuriosos Clericos: sed lv. dicit deponendum Clericum, qui Episcopum injuria affecit, lvj. autem decernit segregandum Clericum, qui Presbyterum, vel Diaconum injuria affecit: idque quia Episcopo major honor debetur. Canones quidem sic dividunt supplicium insolentium Clericorum. Jus autem civile definit, quemvis injuriam facientem notari infamia præter pœnam pecuniariam. Existimo autem quod infamiam sequitur etiam depositio.

Zonar. Pontifices in typum Domini nostri Jesu Christi existentes, & caput Ecclesiæ corporis existimati, majore etiam sunt honore digni. Quapropter, qui aliquid in hos agit contumeliosè, deponitur. Presbyteri verò, & Diaconi manuum typum gerentes (per quos, ut per manus, Episcopus administrationes exercet ecclesiasticas) & hi quidem digni sunt honorari: non tamen ut Episcopus: nec enim capitis, & manuum cura similiter habenda est. Quapropter qui contumeliosus his fuerit, minus punitur: ab aliorum conventu solùm separatus.

Arist. Can. LV. *Clericus Episcopum contumeliâ afficiens, deponitur,*

Can. LVI. *Presbyterum vel Diaconum contumeliâ afficiens, excommunicatur.*

Canon LVII.

Si quis Clericus claudum, vel surdum, vel cæcum, vel eum cui vitiosus est incessus, irriserit, segregetur. Similiter & Laicus.

Bals. Clericos & Laicos segregat Canon, qui eorum qui quomodocunque sunt corpore mutilati, non miserentur, sed eos irrident. Plerique autem ex ejusmodi rebus accipiunt ridendi occasionem, Dei judiciis resistentes.

Zonar. Membris aliquibus mutilatos misereri convenit, illósque, quantum fieri potest, infirmos suscipere, manúque regere, non autem illudere. Hoc enim significat verbum, χλευάζειν. Quòd si Laïcos istud facientes Canon excommunicationi subjicit, quid existimet quispiam de Clericis, quos (ut sæpe dictum) populo propositos oportet esse virtutis omnis exemplo, stimuloque probitatis?

Arist. *Sic vero & cæcum, & surdum & claudum irridens.*

Irridens cæcum, surdum, vel claudum, vel aliter corpore mutilatum, excommunicatur, ut formatorem eorum vituperans.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Canon LVIII.

Episcopus vel Presbyter, qui Cleri vel populi curam non gerit, & eos pietatem non docet, segregetur: & si in negligentia & socordia perseveret, deponatur.

Bals. Episcopalis dignitas in docendo consistit: & omnis Episcopus debet docere populum pia dogmata, & statum orthodoxorum. Speculator enim ideo constituitur, ut quæ sui sunt populi, attendat: & ideo Episcopus est appellatus. Portò autem etiam Presbyteri tales esse debent, quia etiam prope Episcopos sedent in superioribus cathedris. Episcopus ergo & Sacerdos, qui non sic facit, sed negligenter est affectus, segregatur: si autem in socordia perseverat, etiam deponitur. Presbyteri enim secundum Episcopalem admonitionem, & non suo arbitrio docent.

Zonar. Inexcusabile est hoc omnis Episcopi debitum, docere sibi subditum populum pia dogmata, dirigeréque rectas in opiniones, & honestam vitam. Dicit enim Deus per Prophetam populorum prælatis, Si non denunciaveris, neque loquutus fueris, morietur injustus in injustitia sua: ejus autem sanguis de manu tua requireretur. Episcopus igitur, qui docendi curam negligit, excommunicatur. Et si ne sic quidem desistat à negligentia, deponitur. Similiter etiam Presbyteri. Exigit enim Canon & hos tales esse, qui docere quoque possint. Et ille magnus etiam Paulus Episcopum jubet aptum esse ad docendum, sobrium, videlicet, ac vigilantem, sed non pigrum vel negligentem. Nomen etiam Episcopi ad sobrietatem ipsum excitat. Nam σκοπὸς (id est, custos) nominatus est. Custodem verò vigilare oportet, non autem otio indulgere. Cathedrâ propterea constituitur Episcopis in edito & sublimi templi loco, quæ quidem res denotat qualem eum esse, & quòd ab illa sublimitate subditum populum respicere, valdéque diligenter observare debet. Ibi verò Presbyteri simul cum Episcopo adsistere unáque sedere jussi: ut per eam sic in alto sitam cathedram ipsi pariter inducantur populum cum providentia inspicere, ejusque mores componere, tanquam dati laboris socii Episcopo. In Trullo quoque Synodi Canon decimus nonus ait, Præsules oportet omni die, maximè Dominicis, omnem Clerum & populum docere.

Arist. *Pietatem non docens Episcopus excommunicatur: deponitur autem perseverans non docere.*

Episcopum oportet docere Clerum & populum pietatem, qui autem socordiâ institutionem istam prætermittit, excommunicatur. Si autem & post excommunicationem ad eam non excitatur, etiam deponitur.

Canon LIX.

Si quis Episcopus, vel Presbyter, cùm sit aliquis ex Clericis egenus, ea quæ sunt necessaria, ei non suppeditat, segregetur: sin autem perseveret, deponatur, ut qui fratrem suum interfecerit.

Bals. Didicimus quòd Episcopus debet post necessariam suam impensam, Ecclesiæque & Clericorum consuetam dispensationem, quæ supersunt ex Ecclesiæ reditibus, dare pauperibus: appellantur enim bona pauperum. Nunc autem decernit Canon, ut Episcopi & Presbyteri curam gerant ut suppeditent pauperibus Clericis ea quæ sunt necessaria, & eos quidem qui non ita faciunt, segregat: qui verò perseverant, deponit, ut qui causæ sunt mortis fratrum. Ne dicas autem, Quare punit Canon Presbyteros, qui res suas pauperibus Clericis non distribuunt? Finge enim Presbyterum possidere

ΚΑΝΩΝ ιή.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου, ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὰ εὐσεβείαν, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ τῇ ἀμελείᾳ καὶ ῥᾳθυμίᾳ, καθαιρείσθω.

Βαλσ. Τὸ Ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα, διδασκαλικόν ἐστι· καὶ πᾶς Ἐπίσκοπος ὀφείλει διδάσκειν καὶ λαὸν τὰ εὐσεβῆ δόγματα, καὶ τὰ περὶ ὀρθοδόξων κατέχειν. σκοπὸς γὰρ τίθεται, χάριν τοῦ ἐπισκοπεῖν τὰ ὑπὸ καὶ λαὸν αὐτοῦ. καὶ ἐντεῦθεν καὶ Ἐπίσκοποι κέκληνται· καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὁμοίως ὀφείλουσιν εἶναι, ὅτι καὶ πλησίον τῶν Ἐπισκόπων ἐν ταῖς ἀνωτέρω καθέδραις κάθηνται. ὁ γοῦν μὴ πειθῶν ἅπαξ Ἐπίσκοπος καὶ ἱερεύς, ἀλλὰ ἀμελῶν ἁμαρτάνει, ἀφορίζεται· ἐπιμένων δὲ τῇ ῥᾳθυμίᾳ καὶ καθαιρεῖται· οἱ πρεσβύτεροι γὰρ καὶ κατὰ ἀναλογίαν ἐπισκοπικῶν, καὶ σὺν οἴκῳ διδάσκουσι.

Zonar. Χρέος ἐστὶν ἀναγκαῖον παντὶ Ἐπισκόπῳ διδάσκειν καὶ ὑπ' αὐτὸν λαὸν τὰ εὐσεβῆ δόγματα, καὶ πρὸς ὀρθοδοξίαν ῥυθμίζειν, καὶ βίον σεμνόν. φησὶ γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς τῶν λαῶν προεστῶτας· εἰ μὴ διαμαρτύρῃ, μηδὲ λαλήσῃς, ἀποθανεῖται ὁ ἄνομος ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σου ἀπαιτήσω· ὁ γοῦν τῆς διδασκαλίας ἀμελῶν Ἐπίσκοπος, ἀφορίζεσθω· εἰ δὲ μὴ ὅπως τῆς ἀμελείας ἀφίσταται, καὶ καθαιρείσθω· ὁμοίως καὶ οἱ πρεσβύτεροι. διδακτικὸς γὰρ εἶναι καὶ τούτους ἀπαιτεῖ ὁ κανών· καὶ ὁ μέγας ὁ Παῦλος, διδακτικὸν καὶ νηφάλιον δεῖν διαβεβαιοῦται καὶ Ἐπίσκοπον (νήφοντα, δηλαδὴ, καὶ ἐγρηγορέναι) ἀλλὰ μὴ ἀνεμβρίον, καὶ ἀμελῆ· καὶ ὁ ὄνομα ἔχων τοῦ Ἐπισκόπου εἰς νῆψιν αὐτὸν διεγείρει. σκοπὸς γὰρ ὠνόμασται· καὶ ὁ σκοπὸν ἐγρηγορέναι δεῖ, ἀλλ' οὐ ῥαθυμεῖν. διὰ τοῦτο τοῖς Ἐπισκόποις ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ καθέδρα ἐφ' ὕψους ἵδρυται, δηλοῦντος τοῦ σχήματος, ὅτι δεῖ καὶ ὑπὲρ αὐτὸν λαὸν ὁρᾶν ἀφ' ὕψους, καὶ ἐπισκοπεῖν ἀκριβέστερον. καὶ οἱ πρεσβύτεροι συνιστάνται ἐκεῖ τῷ Ἐπισκόπῳ, καὶ συνκαθέζεσθαι ἐξαρτῶσθαι, ἵνα καὶ ἔτοι διὰ τῆς ἀφ' ὕψους καθέδρας ἀναγόμενοι εἰς ἐπιφορὰν καὶ λαὸν, καὶ κατέχειν αὐτὸν, ὥσπερ σύμπονοι δοθέντες τῷ Ἐπισκόπῳ· καὶ ὁ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ Συνόδου ιθ'. κανών, δεῖ φησι τοὺς προεστῶτας ἐν πάσῃ ἡμέρᾳ, ἐξαιρέτως δὲ ταῖς κυριακαῖς, πρέπον καὶ κλῆρον καὶ καὶ λαὸν ἐκδιδάσκειν.

ΚΑΝΩΝ ιθ'.

Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, πρὸς τὴν κληρικὴν ἐνδεᾶ ὄντας, μὴ ἐπιχορηγῇ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω, ὡς φονεύσας καὶ ἀδελφὸν αὐτοῦ.

Βαλσ. Ἐμάθομεν ὅτι ὁ Ἐπίσκοπος ὀφείλει μετὰ τὴν ἀναγκαίαν αὐτοῦ δαπάνην καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας, καὶ τὴν κληρικῶν συνήθη οἰκονομίαν, τὰ περισσεύοντα ἐκ τῶν εἰσόδων τῆς ἐκκλησίας, διαδιδόναι πρὸς πένητας· πατρικὰ γὰρ καλοῦνται· ἀρτίως δὲ διορίζει ὁ κανὼν φροντίζειν τοὺς Ἐπισκόπους καὶ τοὺς πρεσβυτέρους τὸ ἐπιχορηγεῖν τοῖς ἐνδεέσι κληρικοῖς τὰ χρειώδη, εἰ τοὺς μὴ ποιοῦντας ἔτος, ἀφορίζει, ἐπιμένοντας δὲ καθαιρεῖ, ὡς αἰτίους γινομένους τῷ θανάτῳ τοῦ ἀδελφοῦ· μὴ ἄπορος δὲ τίνος χάριν τοὺς πρεσβυτέρους ὁ κανὼν κολάζει, τὰ οἰκεῖα πρόσωπα μὴ διανέμοντας πρὸς ἐνδεεῖς κληρικούς; Πεμπ-

Ἐτυμάπλον γὰρ ἐγκρατῆ ⸗ πρεσβύτερον ἢ) φραγμάτων ὀκ- A bona eccleſiaſtica, ut qui ſit fortè promotus Chorepiſcopus, vel Protopapa, & qui ex eo dives evaſerit, & neceſſe habet pauperes ſuſtentare, multo autem magis pauperes Clericos. Niſi enim hoc dixeris, non video quomodo ſegregabitur, vel deponetur Presbyter, qui de ſuo non dat pauperi ſuo Conclerico quæ ſunt neceſſaria. Fratrem autem interfeciſſe, ne dixeris ad factum uſq; proceſſiſſe. Etſi enim non eſt mortuus, quod ad Epiſcopi tamen vel Presbyteri propoſitum attinet, id factum eſt.

κλησιαστικῶν, τυχὸν χωρεπίσκοπον προβληθέντα, ἢ πρωτοπάπαν, κἀντεῦθεν δυπορήσαντα, καὶ ἀναίτιον ἔχοντα τὰς πενομένας χειραγωγεῖν, πολλῷ ⸗ μᾶλλον τὰς πένητας κληρικούς. εἰ ⸗ μὴ τοῦτό ἔπῃς, οὐ σωφρονῶ πῶς ⸗ ὅπως ἀφορεσθήσεται ἢ καθαιρεθήσεται πρεσβύτερος μὴ δι' οὗ οἰκοθεν τὰ χρεωστούμενα τῷ πενομένῳ συγκληρικῷ αὐτοῦ. Ὃ ⸗ φονεῦσαι ⸗ ἀδελφόν, μὴ εἰπῃς καὶ εἰς ἔργον ἐλθεῖν. κἂν γὰρ μὴ ἀπέθανε, γέγονε τοῦτο, ὅσον ἐπὶ τῇ τοῦ Ἐπισκόπου ἢ τοῦ πρεσβυτέρου προθέσει.

ZONAR. Scriptura nominat Eccleſiarum bona πτωχικά. Et hæc πτωχοῖς, id eſt, inopibus diſtribui oportet. Quòd ſi præſides Eccleſiarum debent (ut licet per facultates) hæc aliis indigentibus erogare, quanto magis pauperibus Clericis, ſibi ſubjectis? Quod qui non facit, aliorum communione privatur; incorrigibilis autem permanens, ordine ſuo movetur: quia quantum in ſe eſt, fratris occiſor fuit. Nam, qui facultatem non habet earum rerum, quibus vita conſiſtit, is morietur, qui verò dives eſt & ei non adminiſtrat prorſus eſt homicida. Quid autem ſi non fuerit ille mortuus, aliunde ipſi divina providentiâ ſuppeditante res ad vitam ſuſtentandam ſufficientes?

ZΩNAP. Τὰ τῶν ἐκκλησιῶν φράγματα, ἡ γραφὴ πτωχικὰ ὀνομάζει· καὶ δεῖ ταῦτα διαδίδοσθαι τοῖς πτωχοῖς. B εἰ ⸗ τοῖς ἄλλοις ἐνδεέσιν ἐπαρκεῖν οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες ὀφείλουσι, πόσῳ μᾶλλον τοῖς ὑπ' αὐτοὺς τελοῦσι κληρικοῖς πενομένοις; καὶ ὁ μὴ τοῦτο ποιῶν ἀφορίζεται, μένων ⸗ ἀδιόρθωτος, καὶ καθαιρεῖται· ὅτι, ὅσον ἐπ' αὐτῷ, γέγονε τοῦ ἀδελφοῦ φονεύτης· ὁ γὰρ μὴ δυνάμενος τῶν συστατικῶν τῆς ζωῆς θανεῖται, ὁ δὲ δυνάμενος, καὶ μὴ τοῦτον κηδόμενος, πρόδηλος φονεύς πέφυκε. τί γὰρ εἰ μὴ ἐκεῖνος ἀπέθανεν, ἄλλοθεν αὐτῷ τῆς θείας προνοίας χορηγούσης τὰ ζωαρκῆ;

ΑΡΙΣΤ. Ἐπιδεῆ κληρικὸν ὁ συνεργητὴς ἱερεὺς, ἀφορί- C ARIST. *Clerico indigenti non benefaciens Sacerdos, excommunicatur: deponitur autem ſi immiſericors permaneat.* Perſpicuus.
ζεται· καθαιρεῖται δὲ μένων ἀμίλευτος. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ ξ'.

Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία, ὡς ἅγια, ὅπως τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύσει, ὅπως λύμην τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω.

CANON LX.

Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſanctos, in Eccleſia publicat, ad populi & Cleri perniciem, deponatur.

ΒΑΛΣ. Ἀκολούθως τῷ προκειμένῳ ἀποστολικῷ κανόνι καὶ ἕτεροι κανόνες ὁρίζονται μὴ ἀναγινώσκεσθαι τὰ τῶν ἀσεβῶν βιβλία, ἀλλὰ πυρὶ παραδίδοσθαι· ὡς ζήτει πίνακα ιβ'. τοῦ προκειμένου Συντάγματος, κεφαλαίου γ'. καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· ἐπεὶ δέ τινες ἐνέθεσαν εὐσεβῆ συγγράμματα, ἢ ὡς ὀρθοδόξων ὀνόματα ἐν ψευδεπιγράφῳ πεπλασιν, ὡς ὁ αἱρετικὸς ὄκκος Παμφίλου ἐποίησε. Θεολογικὰ ἔπη χρυσᾶ, τὰς αἱρετικὰς φλυαφείας Χρυσομάλλου καλουμένας, καὶ ὅπως τοὺς ἁπλουστέρους πλανήσας, διακρίνει ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι τὸν τοιοῦτον πλοῦτον ἱερωμένον ὅπως λύμην τοῦ λαοῦ. ζήτει καὶ τὸν πλησίον ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ τοὺς ἡρωϊκοὺς στίχους τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κανόνα ξγ'. καὶ μάθῃς ποῖα βιβλία ὀφείλουσιν ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων ἀναγινώσκεσθαι. ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος, ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος, καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ Σύνοδος.

BALS. Præſenti Apoſtolico Canoni conſequenter alii quoque definiunt Canones, non eſſe legendos impiorum libros ſed igni tradendos. Quære etiam xii. tit. præſentis operis, cap. iii. & quæ in ipſo ſunt. Quia autem nonnulli pia ſcripta adulteraverunt, vel etiam orthodoxorum nomina eorum qui malè ſentiunt ſcriptis appoſuerunt, ut Hæreticus ille fecit Pamphilus, qui aurea theologica dicta nugas hæreticas Chryſomalli appellavit, & ita ſimpliciores decepit, decernit Canon Sacerdotem eſſe deponendum, qui hoc audet in populi perniciem. Quære etiam ultimum Canonem Apoſtolicum, & heroicos verſus Sancti Gregorii Theologi, & Syn. in Trullo Canonem lxiii. & ſcies quinam libri legi debent ab orthodoxis. Sanctus Amphilochius, Sanctus Athanaſius, & Carthaginenſis Synodus.

ZΩNAP. Πολλὰ βιβλία ψεῦδος τῶν ἀσεβῶν ἐνεθέσθησαν εἰς βλάβην τῶν ἁπλουστέρων· ὥσπερ καὶ αἱ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος γραφεῖσαι τοῖς Ἐπισκόποις ἀποστολικαὶ διατάξεις, αἱ ὑπὸ τούτου καὶ συνοδικῶς ἀπεβλήθησαν. τινὰ ⸗ καὶ ὑβρίσθη παρ' ἐκείνων συντεθειμένα ψευδῆ ὀνόματα ἔχοντα, ὡς ὑπὸ πατέρων ἁγίων συγγεγραφότα· ὃ ⸗ ἐστὶ κρυφαῖα καλούμενα. τοιγαροῦν τοιοῦτον ἀπόβλητα εἶναι κελεύει ὁ κανών, καὶ εἰς ἀναγνῶσιν μὴ προτίθεσθαι. Εἰ δέ τις δημοσίᾳ ταῦτα προβάλλοιτο, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἀναγινώσκειν πειρᾶται, τοῦτον ἱερωμένον ὄντα, καθαιρέσεως ἄξιοῦσθαι· ὃ ⸗ ἀναγινώσκεσθαι ὀφείλοντα βιβλία τῆς παλαιᾶς, καὶ τῆς νέας γραφῆς ἀπηριθμηνται ἀκριβῶς· πρότερον μὲν ἐν τῷ τελευταίῳ κανόνι τῶν ἀποστολικῶν τούτων διατάξεων· εἶτα καὶ ⸗ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ, καὶ ⸗ μεγάλῳ καὶ σοφωτάτῳ πατρὶ Γρηγορίῳ ⸗ θεολόγῳ, καὶ ⸗ ἁγίῳ Ἀμφιλοχίῳ, καὶ ἀμφοτέροις τούτοις ἐμμέτρως. καὶ τῇ ἐν Καρθαγένῃ συνόδῳ· ἡ δὲ λεγομένη ἕκτη σύνοδος ἡ ἐν ⸗ Τρούλλῳ ἐν τῷ ξγ'. κανόνι αὐτῆς, καὶ τοῦτο φησί· τὰ ψευδῶς ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν συμπλασθέντα μαρτυρολόγια, ὡς δή τινες τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας ἀτιμάζοιεν καὶ πρὸς ἀπιστίαν ἐνάγοιεν τοὺς ἀκούοντας, μὴ δημοσιεύεσθαι, ἀλλὰ πυρὶ παραδίδοσθαι· τοὺς δὲ παραδεχομένους,

ZONAR. Ab impiis hominibus ſuppoſiti libri multi fuerunt in perniciem ſimpliciorum. Veluti ſunt Epiſcopis per ſanctum Clementem ſcriptæ Apoſtolicæ conſtitutiones, quæ propterea ſynodicè rejectæ ſunt. Ab illis quoque ſunt omnino quædam compoſita, falſas inſcriptiones habentia, perinde ac ſi forent à Sanctis Patribus conſcripta. ſunt & quædam nuncupata Apocrypha. Canon cenſet igitur hæc eſſe rejicienda, nec ad lectionem proponenda. Quòd ſi quis hæc publicè profert, in Eccleſiáque legere conatur, hunc etiam conſecratum miniſtrum, dignum depoſitione cenſet. Libri verò tam veteris, quàm novæ Scripturæ, qui legi debeant, exactè ſunt enumerati. Primùm quidem, in ultimo Canone iſtarum Apoſtolicarum conſtitutionum. Deinde etiam à magno Athanaſio, & à magno, ſapientiſſimóque Patre Gregorio theologo, & à ſancto Amphilochio, & ab his quidem duobus metricè. Et in Synodo Carthaginenſi. Nominata verò ſexta Synodus in Trullo, in ſexageſimo tertio Canone ipſius & hoc dicit. Quæ ſunt ab inimicis veritatis falsò conficta Martyrologia, ut Chriſti Martyres ignominiâ turpiter afficerent, & audientes inducerent ad incredulitatem, Ne publicentur, ſed

sed igni tradantur. Suscipientes autem, vel his, tanquam veris, mentem adhibentes, anathematizamus.

ARIST. *Qui impii librum in Ecclesiâ publicat, deponitur.*

Qui in Ecclesia legit impiorum libros ut sanctos, deponatur.

CANON LXI.

Si adversus fidelem aliqua accusatio intendatur, vel fornicationis, vel adulterii, vel alicujus alius prohibitæ actionis, & convictus fuerit, ad Clerum ne provehatur.

BALS. Qui fornicationis, vel adulterii, vel alicujus alius prohibitæ actionis accusatus & convictus seu condemnatus est, non efficitur Clericus. Et nota hoc propter eos qui dicunt, ex eo solo quòd quis accusatus fuerit, impediri ordinationem accusatorum. Ecce enim dicit Canon, quòd qui convicti sunt, non ordinabuntur, non etiam qui solùm accusati fuerint.

ZONAR. In adulterio, vel scortatione, vel alia quapiam absurditate deprehensus, non solùm à Sacerdotio prohibetur, sed omnino nec in ullum quidem Cleri gradum promovetur. Ad Episcoporum verò Clericorúmque accusationem neque Hæretici qualescúnque habiles erunt, neque Schismatici qui seorsum ab Ecclesia celebrant conventicula: neque qui propter crimina rejecti sunt ab Ecclesia, vel communi societate privati, nisi prius objectas sibi culpas purgatione deleverint, sive sint Clerici, sive Laïci. Sed nec illi, qui de crimine aliquo sunt ad judicem delati, prius, quam criminis expertes apparuerint: secundum sextum Canonem secundæ Oecumenicæ Synodi, quæ fuit in Constantinopoli.

ARIST. *Fidelis convictus de adulterio, fornicatione, & aliis criminibus, in Clerum non admittitur.*

Fidelis accusatus adulterii, vel fornicationis, vel alicujus aliûs prohibitæ actionis & convictus, in Clerum non recipitur. Si infidelis autem quis sit, & alicujus prædictorum peccatorum reus fuerit, si postea baptizetur, & post Baptisma inculpabilem servet vitam suam, sine prohibitione in Clerum etiam promovetur.

CANON LXII.

Si quis Clericus propter metum humanum Judæi, vel Græci, vel Hæretici, negaverit: si quidem nomen Christi, ejiciatur: si autem nomen Clerici, deponatur. Pœnitentiam autem agens, ut Laicus recipiatur.

BALS. Etsi Jus civile ei dat veniam, qui vi vel metu aliquid facere adactus est; jus tamen ecclesiasticum vult omnes orthodoxos esse fidei confessores. ergo Clericus qui propter metum pœnæ negaverit nomen Christi, non solùm deponetur, sed etiam tanquam membrum putridum, ex pulchro Ecclesiæ corpore abscindetur: sin autem se esse Clericum negaverit, deponetur: sed & qui in utrisque egit purè pœnitentiam, ut Laicus admittetur. Nota ex hoc, quod qui tonsuræ characterem acceperunt, & deinde in Lectorum ordine constituti sunt, si sacras vestes projecerint, & instar Laicorum conversati fuerint, non possunt quidquam tanquam Lectores agere, si rursus ad Clerici habitum redierint, vel etiam Monachi facti fuerint: sed ut Laici vitam agent. Si enim qui propter metum Clericatum suum negavit, deponitur, & tanquam Laicus solùm post pœnitentiam admittitur: multo magis qui talem sua sponte abnegationem admisit, & sanctum amictum illusit, dignus priori Clericatu non censebitur.

ἢ οἷς ἀληθέσι τούτοις προσκείμενοι, ἀναθεματίζομεν.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἀσεβῆ βίβλον ἐκκλησιάζων, καθαιρέσθω.

Ὁ ἐν ἐκκλησίᾳ ἀναγινώσκων τὰ τῶν ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια, καθαιρείσθω.

ΚΑΝΩΝ ξα'.

Εἴ τις κατηγορίᾳ ληφθῇ κατὰ πίστεως, πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ προσαγέσθω.

ΒΑΛΣ. Ὅτι πορνεία, ἢ μοιχεία, ἢ ἄλλῃ τινὶ ἀπηγορευμένῃ πράξει κατηγορηθεὶς καὶ ἐλεγχθεὶς, εἴτοι καταδικασθεὶς, κληρικὸς οὐ γίνεται. Καὶ σημείωσαι τοῦτο διὰ τοὺς λέγοντας διὰ μόνου τοῦ κατηγορηθῆναι, τινὰ τῶν κατηγορηθέντων ἐμποδίζεσθαι χειροτονίαν. ἰδοὺ γὰρ, φησὶν ὁ κανών, ὅτι οἱ ἐλεγχθέντες οὐ κληροῦνται· οὐ μὴν οἱ μόνον κατηγορηθέντες.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἁλοὺς ἐπὶ μοιχείᾳ, ἢ πορνείᾳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ ἀτοπήματι, οὐ μόνον ἱερωσύνης κωλύεται, ἀλλὰ καὶ εἰς κλῆρον ὅλως προσάγεται. εἰς κατηγορίαν δὲ ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, ἔτι αἱρετικοὶ οἱοιδήτινες δέκτοι ἔσονται· ἔτε μὴν χισματικοὶ συγκροτοῦντες, ἔτε οἱ διὰ μικτίσματα ἀποβληθέντες τῆς ἐκκλησίας, ἢ ἀκοινώνητοι, εἰ μὴ πρότερον ταῖς αἰτίαις ταῖς καθ' αὑτοὺς ἀπορίψουσι, κἂν κληρικοὶ ὦσι, κἂν λαϊκοί. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ὑπὸ κατηγορίαν ὄντες, πρὶν ἂν ἀνδρῶσι τοὺς ἐγκλήματα φανῶσι, καὶ τὸν ἕκτον κανόνα τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς Συνόδου τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει.

ΑΡΙΣΤ. Πιστὸς ἐλεγχθεὶς ὅτι μοιχείᾳ, ἢ πορνείᾳ, ἢ ἄλλοις ἐγκλήμασιν ἄκληρος.

Ὁ κατηγορηθεὶς πιστὸς ἐπὶ μοιχείᾳ, πορνείᾳ, ἢ ἄλλῃ τινὶ ἀπηγορευμένῃ πράξει, καὶ ἐλεγχθεὶς, εἰς κλῆρον οὐ προσάγεται· εἰ δέ τις ἀπιστήσας, καὶ μαρτήσας τὸ καθ' ἁπλοῦν, εἶτα βαπτισθῇ, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ἀμέμπτως τὸν βίον αὐτοῦ διατηρήσῃ καὶ ἀνεπίληπτον, ἀκωλύτως καὶ εἰς κλῆρον προσάγεται.

ΚΑΝΩΝ ξβ'.

Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον Ἰουδαίου, ἢ Ἕλληνος, ἢ αἱρετικοῦ, ἀρνήσηται· εἰ μὲν τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ἀποβεβλήσθω· εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω· μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.

ΒΑΛΣ. Εἰ καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος συγγνώμης ἀξιοῖ τὸν διὰ φόβον ἢ βίαν καταδεθέντα ποιῆσαί τι δέ τι, ἀλλ' ὁ τῆς ἐκκλησίας νόμος, ὁμολογητὰς τῆς πίστεως θέλει πάντας εἶναι τοὺς ὀρθοδόξους. ὁ γοῦν διὰ φόβον κολάσεως ἀρνησάμενος κληρικὸς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον καθαιρεθήσεται, ἀλλὰ καὶ ὡς σεσηπὸς μέλος ἐκ τοῦ καλοῦ τῆς ἐκκλησίας σώματος ἐκκοπήσεται· εἰ δὲ ἀρνήσεται κληρικὸς εἶναι, καθαιρεθήσεται· πλέον καὶ ἐπ' ἀμφοτέροις ὁ μετανοήσας καθαρῶς δεχθήσεται ὡς λαϊκός. σημείωσαι δὲ ἀπὸ τούτου ὅτι οἱ σφενδόνην ὑπαυρείδες λαβόντες, καὶ πεσεῖν εἰς τὸ πάγμα τῶν ἀναγνωστῶν καταστάντες, ἐὰν ῥίψωσι τὸ ἱερὸν ἄμφιον, καὶ τῷ λαϊκῷ ἀναστρέφωσιν, οὐ δύνανται ὡς ἀναγνώστης ἐνεργεῖν τὸ ὑπὸν· ἐὰν πάλιν μεταμελήσει καὶ κληρικὸς, ἢ καὶ μοναχοὶ γένωνται, ἀλλὰ λαϊκῶν ἀνύσουσι δρόμους. εἰ γὰρ ὁ διὰ φόβον ἀρνησάμενος τὸν κλῆρον αὖθις καθαιρεθήσεται, καὶ ὡς λαϊκὸς μόνον δέξεται μετάνοιαν, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἑκουσίῳ τῷ τοιούτῳ ἄρνησιν πεποιηκὼς, καὶ παίξας τὸ ἅγιον ῥῆμα, οὐκ ἀξιωθήσεται τῆς προτέρας κληρώσεως.

ΖΩΝΑΡ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΖΩΝΑΡ. Τὸν διὰ φόβον κολάσεως ἀρνησαμένους ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ἀποβλήτους ὁ κανὼν ἅπαντα τῆς ἐκκλησίας ποιεῖται· τοὺς δὲ τοῦ κληρικοῦ ὄνομα ἀφρνησαμένους, καθαιρεῖσθαι κελεύει, μετανοοῦντας δὲ, ὡς λαϊκοὺς δέχεσθαι. ἡ δὲ ἐν Ἀγκύρᾳ συνοδος τοὺς μὴ ἀληθείᾳ (ἀλλ' ὑ μὴ βουλευσάμενοι, καὶ κατανοήσαντες ὑποκριθέντας φοβηθῆναι τοὺς βασάνους) καὶ θύσαντας πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους τῆ τιμῆς μὲν μετέχειν καὶ τῆ καθέδρας ὁρίζει, ἐνεργεῖν δέ τι ἱερατικὸν, ὑ συγχωρεῖ.

ZONAR. Qui metu supplicii negaverunt Christi nomen, ab Ecclesia Canon præsens omnino rejicit. At eos, qui Clerici nomen abnegaverunt, deponi præcipit, facti verò pœnitentes, ut Laïcos recipi. In Ancyra verò Synodus, eos, qui verè timuerunt (non autem qui consultò cogitatóque se metuisse tormenta simularunt) sacrificantes etiam Presbyteros, atque Diaconos, honoris quidem & cathedræ participes esse definit: sed agere quicquam sacri non permittit.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἀρνησάμενος, καὶ ἀπόβλητος· ὁ δὲ τὸν κλῆρον ἀθετήσας, ὑποστρέφων, ὡς λαϊκὸν προσαγέσθω.

ARIST. *Qui negat Christum, & excommunicatus est: qui autem Clerum contempserit, rediens pro Laico recipiendus est.*

Ὁ διὰ φόβον ἀνθρώπινον τὸν χριστὸν ἀρνησάμενος, ἀπόβλητος. ὁ δὲ μὴ τὸν χριστὸν, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ ἀρνησάμενος, κληρικὸς ὤν, καθαιρεῖσθω· μετανοῶν δὲ, ὡς λαϊκὸς προσδεχέσθω.

Qui propter humanum timorem Christum negaverit, excommunicatus est. Qui autem non Christum sed nomen Clerici negaverit, si sit Clericus deponitur, resipiscens autem ut Laicus recipitur.

ΚΑΝΩΝ ξγ'.

Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω. τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

CANON LXIII.

Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex sacerdotali catalogo, comederit carnes in sanguine animæ suæ, vel quid à feris captum, vel morticinum, deponatur: hoc enim lex prohibuit: si autem sit Laicus segregetur.

ΒΑΛΣ. Τὸ, ὑ φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἐν τῇ βίβλῳ τῆς γενέσεως νενομοθέτηται. ταῦτα δέ εἰσι τὰ πνικτά. ἀλλ' οὐδὲ θηριάλωτον ἢ θνησιμαῖον ἐδέσιμον ἔξεστιν· ὁ δὲ καὶ ταῦτα ποιῶν, εἰ μὲν ἔστι κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. τὰ δὲ ὑπὸ ὀρνέων θηρευτῶν, ἢ κυνῶν, ἢ θηρίλεων θηρεύμενα καὶ πνιγόμενα, πῶς καὶ τινων ἐδίονται, ἀγνοῶ. σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα, διὰ τοὺς Λατίνους τὰ πνικτὰ ἀδιαφόρως ἐσθίοντας.

BALS. Illud, Ne comedatis carnes in sanguine animæ suæ, in libro Geneseos constitutum est. Hæc autem sunt suffocata. Sed nec à fera captum, vel morticinum licet comedere. Qui autem præter hæc facit, si est quidem Clericus, deponatur: si verò sit Laicus, segregetur. Quæ autem à venatoriis avibus vel canibus vel pantheris capiuntur, & suffocantur, quomodo ab aliquibus comeduntur, nescio. Nota ergo Canonem, propter Latinos, qui suffocata indiscriminatim comedunt.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς γενέσεως ἀπηγόρευται, ὁ γὰρ θεὸς τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν κατακλυσμὸν πάντα ἐδώδιμα ὡς λάχανα βοτανήφατα, ἐπέταξε, πλὴν κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς ἢ φαγεῖν, οἷά εἰσι τὰ ὑπό τινων ἐδιόμενα πνικτά. τοῖς γὰρ ζώοις ἀντὶ ψυχῆς, τὸ αἷμά ἐστιν. ἀλλ' οὐδὲ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον ἐδέσιμον ἔξεστιν.

ZONAR. Hoc etiam prohibitum fuit in libro Geneseos. Nam quum Deus hominibus omnia, velut olera, comedere post diluvium permisisset, addidit, Verum carnes in sanguine animæ non comedite: qualia sunt, quæ à nonnullis comeduntur, suffocata. Nam, Sanguis est animalibus animæ vice. Sed neque fas est, à fera captum, vel morticinum comedere.

ΑΡΙΣΤ. Γλώμως. Οὗτος πνικτῷ, ἢ θηριαλώτῳ, ἢ θνησιμαίῳ, καθαιρεῖται· ὁ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεται.

ARIST. *Sacerdos qui suffocatum, aut à ferâ captum, aut morticinum gustaverit, deponitur. Laicus autem excommunicatur.*

ΚΑΝΩΝ ξδ'.

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς Συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν προσεύξασθαι, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω.

CANON LXIV.

Si quis Clericus aut Laicus in Synagogam Judæorum, vel Hæreticorum introierit ad orandum, & deponatur, & segregetur.

ΒΑΛΣ. Ἐν μὲν τῷ μὲ. ἀποστολικῷ κανόνι ἡρμηνεύθη πῶς ἡμῖν ὀφείλει νοεῖσθαι τὸ Συνεύξασθαι μετ' αἱρετικῶν· ἐνταῦθα δὲ ὁρίζεται ὁ κανὼν, τὸν ἐπὶ Συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν προσευξάμενον κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ ἀφορίζεσθαι· οὕτω γὰρ διαιρετέον τὰ τῆς ἡλώσεως, ὅτι μηδὲ πέφυκε καθαιρεῖσθαι τὸ λαϊκόν. εἰ δὲ καὶ καθαιρεῖς καὶ ἀφορίζεσθαι εἴπῃς τὸ τοιαῦτα ποιοῦντα κληρικὸν, οὐκ ἁμάρτῃς τῶ δέοντος· ἀναγίνωσκε καὶ τὸν ια'. κανόνα τῆς ἐν τῇ Τρούλλῳ Συνόδου, ὁρίζοντα, πάντων ἀπέχεσθαι τῶν Ἰουδαίων πάντας τοὺς χριστιανίζοντας, ἱερωμένους δηλαδὴ καὶ λαϊκούς, καὶ μηδὲ μέχρι ἰατρείας ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίας τούτοις συγκοινωνεῖν· ἢ μᾶλλον, τοὺς μὲν καθαιρεῖν, τοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι.

BALS. In xlv. Canone Apostolico à nobis interpretatum est, quomodo intelligitur illud: Vnà cum Hæreticis orare. Hic autem Canon constituit, ut qui in Judæorum vel Hæreticorum Synagoga oraverit, si sit quidem Clericus, deponatur: si verò Laicus, segregetur. Ita enim pœnam dividit, quòd nec possit deponi Laicus. Si autem deponi & segregari dixeris Clericum qui hæc facit, minimè aberraveris. Lege & xi. Can. Syn. in Trullo, qui decernit ut omnes Christiani nomen fortiti, & Sacrati & Laici, à Judæis longè sint remoti: & nec usque ad medicinam, vel ullam aliam causam, cum eis communicent: vel hi quidem deponantur, illi verò segregentur.

ΖΩΝΑΡ. Μέγα ἁμάρτημα ὁ κανὼν ἡγεῖται, τὸ Χριστιανὸν εἰς Ἰουδαίων συναγωγὴν, ἢ αἱρετικῶν, χάριν προσευχῆς, εἰσιέναι. τίς γὰρ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς βελίαρ;

ZONAR. Magnum peccatum Canon existimat, Christianum in Judæorum Synagogam, vel Hæreticorum, Orationis gratiâ ingredi. Nam, Quæ consonantia

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

tia Christo cum Bèlial? Aut, Quæ pars fideli cum infideli? secundum magnum illum Apostolum, Siquidem Judæorum synagoga ne ipsis quidem sufficit ad sacrificium. Illis enim vetitum est extra Hierusalem hostiam offerre. Quòd si legem transgrediantur illi, quum suas intrant Synagogas, quantò magis Christianus orans cum Christi interfectoribus, Legis transgressor est judicandus? Hæreticorum verò coitio, qui deprædicant orthodoxis contraria, non est ab Orthodoxis honoranda, imo multò magis illa est abhorrenda. Propterea, nonnulli dicunt hunc Canonem duplici subjicere pœnæ, tanquam graviter peccantes, eos, qui tales introgrediuntur Synagogas ad orationem, depositioni (videlicet) & excommunicationi. Sed alii Canonem dicunt partiri pœnas in Clericos, & in Laïcos, & depositionem quidem contra sacratos decerni, contra Laïcos excommunicationem. Et ille quidem linguâ præditus aureâ Johannes in sermonibus contra Judæos valde increpat Antiochenos, quòd festa celebrarent unà cum Judæis. Vndecimus autem in Trullo Synodi Canon vetat omnibus, quæ sunt apud Judæos, Azymis vesci & cum ipsis cohabitare: vel in morbis ipsos accersere, ab eisdemque medelas capere, Vel unà cum ipsis lavare. Canonem verò non observantes, consecratos quidem ministros à gradu dejicit, Laïcos autem à communione rejicit.

ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετ' ἀπίστου, καὶ τὸ μέγαν ἀπόστολον; ἢ γὰρ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, οὐδ' αὐτοῖς ἐκείνοις εἰς θυσίαν ἀρκοῦσά ἐστιν. ἀπηγόρευται γὰρ αὐτοῖς ἔξω τῶν Ἱερουσαλὴμ θυσίαν προσφέρειν. εἰ δ' ἐκεῖνοι εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν εἰσιόντες φθάνομεν, πολλῷ πλέον χριστιανὸς, εἰς τὸν Χριστοῦ φονεύτας συνευχόμενος, κριθείη φθάνων; ἢ δὲ τῶν αἱρετικῶν συναξις, ἐναντία τοῖς ὀρθοδόξοις προσκειμένων, καὶκείνη ὑπάρχουσα ὀρθοδόξοις, μᾶλλον μὴν θεῶν καὶ ἀποβλητέα. τινὲς μὴν οὖν ὡς μεγάλα ἁμαρτάνοντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὰς τοιαύτας συναγωγὰς διὰ δύο, διπλῇ φασὶ τιμωρίᾳ τὸν κανόνα τοῦτον ὑπάγειν, καθαιρέσει (δηλαδὴ) καὶ ἀφορισμῷ. ἄλλοι δὲ μερίζειν λέγουσι τὸν κανόνα τὰς τιμωρίας περὶ κληρικούς τε, καὶ λαϊκούς. καὶ τὴν μὲν καθαίρεσιν καὶ τῶν ἱερωμένων ψηφίζεσθαι. καὶ δὴ γε τῶν λαϊκῶν, τὸν ἀφορισμόν. καὶ ὁ χρυσῶν δὲ τῷ γλωττίαν Ἰωάννης ὃν τοῖς καὶ Ἰουδαίων λόγοις πάνυ καθαπτόμενος τῶν Ἀντιοχέων, ὡς συνεορταζόντων τοῖς Ἰουδαίοις. ὁ δὲ ἐνδέκατος τῶν ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κεφάλαιον, πᾶσιν ἀπαγορεύει θ' ἑορτὴν τὴν παρὰ Ἰουδαίοις ἄζυμα, καὶ θ' τούτοις συνοικειοῦσθαι, ἢ ἐν νόσοις αὐτοὺς προσκαλεῖσθαι, καὶ ἰατρείας παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ἢ συλλούεσθαι αὐτοῖς. καὶ τοὺς μὲν φυλάττοντας τὸν κανόνα ἱερωμένους μὲν καθαιρεῖ, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζει.

A

B

C

ARIST. *Qui cum Judæis orat, excommunicatur.*

Qui ingreditur synagogam Judæorum, aut Hæreticorum, & cum iis orat, Si Clericus quidem est, deponitur, ut ea quæ Judæorum sunt, sapiens, si Laicus autem excommunicatur. Episcopus verò, aut Presbyter, aut Diaconus qui in Domo tantum cum Hæreticis orat, excommunicatur, juxta Canonem xlv.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ Ἰουδαίοις συνευχόμενος, ἀφορίζεται.

Ὁ εἰσελθὼν εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων, ἢ αἱρετικῶν, καὶ προσευξάμενος μετ' αὐτῶν, εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρεῖται, ὡς φρονῶν τὰ τῶν Ἰουδαίων· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεται· Ὁ δὲ ἐν οἴκῳ συνευξάμενος μόνον αἱρετικοῖς Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἀφορίζεται, καὶ τὸ μέτρον κανόνα.

CANON LXV.

Si quis Clericus in jurgio quempiam pulsaverit, & uno ictu interemerit, ob impotentis animi sui effrænationem, deponatur: Laicus verò si fuerit, segregetur.

ΚΑΝΩΝ ξε'.

Εἴ τις κληρικὸς, ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας ἀπὸ μᾶς πληγῆς ἀποκτείνῃ, καθαιρείσθω. διὰ τὸ προπέτειαν αὐτοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

D

BALS. Sacri Mysterii ministri jussi sunt iram comprimere, sicut ex xxvii. Canone Apostolico declaratur. Hic autem decernit Canon, ut deponatur Clericus qui ab ira victus fuerit, & tempore concertationis aliquem percussum occiderit. Perinde autem ac si dixisset quispiam, non debere eum deponi, si ab una pulsatione mortuus sit qui vulnus acceperit, quòd forte non fuerit cædes voluntaria, infert Canon eum etiam deponi oportere qui uno ictu interfecerit. Diversi autem sancti Basilii Canones Clericum, qui quomodocunque interfecerit, deponunt. Lege etiam lib. lx. tit. xxxix. cap. 1. decretum iii. & cap. v. decretum ii. & cap. xxvi. ix. tit. præsentis operis. Illic enim sitæ sunt dictæ leges. Similiter lege & Sancti Basilii Can. viii. xi. xliii. liiii. lv. lvi. lvii. & ea magis considera quæ ad animam pertinent. Animæ enim vulnera magis ecclesiastica quam civili curatione indigent.

ΒΑΛΣ. Οἱ τῆς ἱερᾶς ἀγωγείας λῆξαντες, τὸν θυμὸν κρατεῖν ἐκελεύσθησαν, καθὼς δηλοῦται καὶ ἀπὸ τοῦ κζ'. Ἀποστολικοῦ κανόνος. ἐνταῦθα δὲ διορίζεται ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι τὸν ὑπὸ θυμοῦ νικηθέντα κληρικὸν, καὶ διὰ πληγῆς φονεύσαντά τινα ἐν καιρῷ φιλονεικίας. ὡς τινος δὲ εἰπόντος μὴ ὀφείλειν τοῦτον καθαιρεῖσθαι ἐὰν ἀπὸ κρούσματος ἑνὸς ἐπελεύσησεν ὁ θεξάμενος τῷ πληγῇ, διὰ τὸ μὴ ἐκούσιον εἶναι τὸν φόνον, ἐπάγει ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι καὶ τὸν διὰ μιᾶς πληγῆς φονεύσαντα. διάφοροι δὲ κανόνες τοῦ ἁγίου Βασιλείου, τὸν ὁπωσδήποτε φονεύσαντα κληρικὸν καθαιροῦσιν. ἀνάγνωθι καὶ βιβλίου ξ'. τίτλου λβ'. κεφ. α'. θέματος γ'. καὶ κεφ. ε'. θέματος β'. καὶ κεφ. κς'. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. ἐκεῖ γὰρ κατεγράφησαν οἱ ῥηθέντες νόμοι. ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνας η'. ια'. ιγ'. νδ'. νε'. νς'. νζ'. καὶ πρόσχες τούτοις μᾶλλον ὅσον ἁπτὸν εἰς ψυχήν. τὰ γὰρ ψυχικὰ τραύματα πλέον δέονται θεραπείας ἐκκλησιαστικῆς, ἢ πολιτικῆς.

E

ZONAR. Quum Dominus omnibus imperet, ut etiam obvertant sinistram verberanti maxillam dextram: & non obsistant: Clericus, qui quempiam percusserit in pugna, si percussus interierit, etiamsi uno ictu, tanquam temerarius, ordine movetur. Laïcus autem hoc faciens, excommunicatur. Pugnam vero contentionem, sed nihil amplius putes oportet.

ZΩΝΑΡ. Τῷ κυρίῳ πρὸ τύπτοντι τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέφειν καὶ τὴν ἀριστερὰν κελεύοντος πᾶσι, καὶ μὴ ἀντιμαχέσθαι· ὁ ἐν μάχῃ πλήξας τινὰ κληρικὸν, ἐὰν ὁ πληγεὶς ἀποθάνῃ, κἂν ἐκ μιᾶς πληγῆς, ὡς προπετὴς καθαιρεῖται. λαϊκὸς δὲ τοῦτο ποιήσας, ἀφορίζεται. μάχην δὲ φιλονεικίαν οἰητέον, ἀλλ' οὐχὶ πλέον.

F

ARIST. *Clericus homicida deponitur, Laicus excommunicatur.*

ΑΡΙΣΤ. Φονεὺς κληρικὸς καθαιρεῖται· λαϊκὸς ἀφορίζεται.

Ψηφιοποιήθηκε από την Go

A

ΚΑΝΩΝ ξς'.

Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τῇ κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον (πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου) καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζέσθω.

ΒΑΛΣ. Τὸ σάββατον οὐ νηστεύομεν, ἵνα μὴ δόξωμεν ἰουδαΐζοντες. τῇ κυριακῇ πάσχομεν, ἤγουν τῇ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παγκόσμιον χαρὰν καὶ ἀνάστασιν. καὶ ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνησις, ἢ δὲ ἀναστάσεως μᾶλλον ἢ ἀναπλάσεως. κατ' ἐνιαυτὸν δὲ μόνον τὸ μέγα σάββατον, καθ' ὃ τὸ κυριακὸν σῶμα ἐν τῷ τάφῳ ἄπνουν ἐκεῖτο, νηστεύειν κελεύει τὸν τοῦ Κυρίου φωνὴν τὴν λέγουσαν, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν, προεστοχάσμεθα. ὁ γοῦν παρὰ ταῦτα ποιῶν, εἰ μὲν ἐστὶ κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζέσθω. παρέξελέ μοι τοὺς θείους πατέρας τὴν διὰ ἄσκησιν ἔνια ὅτε νηστεύοντας, καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας ἵνα δὲ καθαιρήσωσιν. ζήτει καὶ περὶ ἁγίων ἀποστόλων κανόνα νά. καὶ νγ'.

ΖΩΝΑΡ. Καλὸν μὲν ἡ νηστεία. τὰ δὲ καλὰ καλῶς γινόμενα, εἰ δέ τις θεσμοὺς ἀποστολικοὺς, ἢ πατέρων ἁγίων παραβαίνων νηστεύῃ, ἀκούσεται ὅτι οὐ καλὸν τὸ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γίνηται. Ὁ κανὼν οὖν τοίνυν ἐν σαββάτῳ, καὶ κυριακῇ μὴ νηστεύειν θεσπίζοντες, ὁ μὲν κληρικὸς νηστεύων, εἰς καθαίρεσιν γίνεται, εἰς ἀφορισμὸν δὲ ὁ λαϊκός· εἰ μήτι δι' ὡρισμένων ἡμερῶν νηστεύοιτό τις, ἤγουν, ἑπτὰ δέκα, τυχὸν, ἢ ὀκτὼ, δι' ἄσκησιν (ὡς ἤδη προεῖρηται) σωφρονοῦντα τὰς ὡρισμένας ἡμέρας, καὶ σάββατα, καὶ κυριακάς. ὃ καὶ πολλοὶ τῶν ἁγίων παλαιῶν πεποιηκότες εὑρίσκονται, καὶ μέχρι τεσσαρακονταέξ ἡμερῶν νηστεύοντες.

ΑΡΙΣΤ. Κυριακὴν, ἢ σάββατον ὁ νηστεύων, πλὴν ἑνὸς, ἀποκήρυκτος.

Καθαιρεῖται ὁ ἐκτὸς τοῦ μεγάλου σαββάτου ἕτερον, ἢ κυριακὴν νηστεύων· εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν ὁ τοιοῦτος, ἀφορίζεται.

ΚΑΝΩΝ ξζ'.

Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος ἔχει, ἀφορίζέσθω· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν ἣν ἡρπάσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν φησὶν ἀφορίζεσθαι τὸν βιασάμενον παρθένον μὴ μνηστευθεῖσαν ἑτέρῳ τινὶ, καὶ ἀναγκάζεσθαι ταύτῃ συνοικεῖν, κἂν πενιχρά ἐστι, κἂν ἀνάξια τοῦ γένους αὐτοῦ. καὶ μὴ ταύτης ἀπολείπεσθαι, καὶ λαμβάνειν ἑτέραν. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα ἐνέτειλεν. ὁ γὰρ μεμνηστευμένην βιασάμενος, ὡς μοιχὸς τιμωρεῖται. καὶ ζήτει τὴν ξγ'. κανόνα τῆς ς'. συνόδου. ὀφεὶ δὲ τῷ ἔχειν τὴν τῷ βίᾳ ποιήσασθαι, τὴν βιασθεῖσαν κἂν πενιχρά ἐστι, καὶ μὴ συνάπτεσθαι ἑτέρᾳ, ζητητέον. ἵνα τι γὰρ ἐξεχωρήθη ὁ τὴν βίᾳ πλημμελήσας καὶ ἐφεξῆς ἔχειν τὴν βιασθεῖσαν, καὶ μὴ λαμβάνειν ἑτέραν, καὶ ταῦτα τῷ νόμῳ λέγοντι. ὀν βιλίῳ ξ'. τίτλ. λζ'. κεφ. πά'. ὁ βιασάμενον κόρην καὶ φθείρας αὐτὴν, μνηστεύσθω, διδοὺς αὐτῇ καὶ τὸ τρίτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ. ἔοικε δοῦναι ὡς ἀκολούθως τῷ τρίτῳ κεφ. τοῦ λζ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου, τῷ δηλουμένῳ ἀναγκάζεσθαι τὸν μὴ σπέρσαντα γυναικὸς παλλακεύσασθαι, καὶ εἰς γάμου κοινωνίαν λαμβάνειν αὐτὴν, καὶ τὸ πρόσταγμα κανόνα νοεῖσθαι. καὶ διὰ τὸ βίᾳ μὲ ἀφορίζεσθαι τὸν ταύτην πλημμελήσαντα. διὰ γὰρ τὸ σωτηρίαν τῆς παρθένου ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν νομίμως ταύτην συνοικεῖν. ἀναγνωσθὶ καὶ τὸ πρόσταγμα. συνάγματος τίτλον β'. κεφ. λ'. καὶ ζήτει ἐν αὐτῷ. καὶ βιβλίου τῷ βασιλικῷ ξ'. τίτλον νή. κεφ. γ'. λέγον, μὴ γαμείσθω ἡ ἁρπαγεῖσα τῷ ἁρπάζοντι αὐτήν. ἀλλὰ καὶ εἰ

Canon LXVI.

Si quis Clericus deprehendatur die Dominico jejunans, aut Sabbato, præter unum solum, deponatur. Si vero Laicus, segregetur.

Bals. Sabbato non jejunamus, ne Judæos imitari videamur: diem Dominicum celebramus propter Domini & Servatoris nostri Jesu Christi, quæ est in universo mundo, lætitiam, & resurrectionem: & quoniam illud quidem mundi opificii est commemoratio, hæc vero resurrectionis vel potius reformationis. Uno autem magno Sabbato, quo Domini corpus exanime in sepulchro jacebat, jejunare jussi sumus: juxta vocem Domini dicentem, quando ablatus ab eis fuerit sponsus, tunc jejunabunt. Qui ergo præter hæc facit, si est quidem Clericus, deponatur: sin autem Laicus, segregetur. Excipe autem mihi divinos Patres, qui propter exercitationem nonnunquam jejunant etiam his diebus: hi enim non condemnabuntur. Quære etiam Sanctorum Apostolorum Can. li. & liii.

Zonar. Bona quidem res est jejunium. Bona verò bene fiant. Si quis autem sanctiones Apostolicas, aut sanctorum Patrum transgrediens jejunet, audiet, quòd bonum sit non bonum, eo quòd non bene fiat. Quum statuat igitur Canon in Sabbato vel Dominica non esse jejunandum, Clericus quidem jejunans depositionis pœnæ obnoxius est, & Laïcus, excommunicationis. Nisi per dies certos jejunet aliquis, per decem (verbi gratiâ) vel octo exercitii causâ (sicut ante jam fuit dictum) illisque determinatis jejunii diebus incidant & Sabbata, & Dominici dies. Quod & multi sanctorum Patrum fecisse comperiuntur, ad quadragesimum usque diem jejunantes.

Arist. *Qui Dominicâ aut Sabbato jejunat, excepto uno, ejicitur.*

Deponitur qui præter magnum Sabbatum, aliud Sabbatum aut Dominicam jejunat. Si autem Laicus est talis, excommunicatur.

Canon LXVII.

Si quis virginem non desponsam vi allata habet, segregetur: ei autem aliam accipere non liceat: sed illam retinere quam elegit etiamsi pauper sit.

Bals. Hic præsens Canon segregari dicit eum, qui non desponsam alicui alteri virginem violaverit, & cogi cum ea habitare, quamvis pauper sit, & genere illius indigna, neque ab illa sejungi, atque alteram sumere. Atque hæc quidem hoc Canone sancita sunt: nam qui desponsæ vim attulit, ut adulter punitur: quære & xciii. Can. vi. Syn. De eo autem, quòd qui vim attulit, eam quam violavit, habeat, etiamsi sit pauper, & alii non jungatur, quærendum est. Quare enim concederetur ei qui vi peccavit, & deinceps habere violatam & alteram non accipere, idque cùm Lex dicat in libro lx. tit. xxxvii. Cap. lxxxi. Qui puellæ vim affert, & eam corrumpit, ei nares abscindantur, & det ei etiam tertiam partem suarum facultatum: Videtur ergo hic quoque Canon intelligi convenienter iii. capiti xxxvii. tit. lx. libri, decernenti, eum qui cum continente muliere rem habet, eam in matrimonii societatem accipere: & propter vim quidem, segregari eum qui in istam peccavit, propter virginis autem salutem cogi ipsum ei legitimè copulari. Lege & præsentis operis tit. ix. cap. xxx. & quæ in eo sunt, & librum Basilic. lx. tit. lviii. cap. iii. dicentem: Ne nubat rapta ei qui eam rapuit: sed si tali matrimonii copulæ consenserint ejus parentes, exterminantur,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

exterminantur. Et ne contraria exiſtimaveris. Aliter enim punitur qui puellam rapuit, aliter qui vi virgini vitium attulit. Et raptus quidem propter ejus qui rapuit impudentiam, non condonatur. Per vim autem ſtupratio, ſi ab ea cui vis allata eſt, ſuſcipiatur, remittitur. Sed qui illius voluntate cum virgine congreſſus eſt, alio modo punitur. Ait enim lex in libro lx. tit. xxxvii. cap. lxxx. Qui cum virgine puella cõiit, illius quidem voluntate, parentibus autem ignorantibus, re cognita, ſi eam quidem in uxorem habere voluerit, & parentes conſentiant, fiat contractus. Si autem una pars parentum, id eſt utriuſvis perſonæ, non velit, ſi dives quidem eſt qui vitium attulit, violatæ puellæ det unam auri libram. Sin autem ſit egentior, ſuarum facultatum dimidium: ſed ſi in extrema ſit paupertate, verberatus & tonſus exterminetur.

A Ζωωνίσωσι δὲ τοιέτῳ ζωοικεσίῳ οἱ γονεῖς αὐτῆς ἀθιωρείζον). καὶ μὴ ἀνδμίωθῇ ὅτι. ἄλλως γὰρ κολάζε) ὁ ἁρπάσας κόρλω, & ἄλλως ὁ χ̄ς βίᾳ φθορέας ἀσθένον. & ἢ μὲ ἁρπαγὴ λέγ ἢ ἀναίδεῖα ἢ ἁρπάσθη). ἡ συγνώσκε). ἢ δὲ χ̄ς βίᾳ ἠμομένη φθορά, ἐὰν ὑπὸ τ βιαδείσης καλαδέχη), συγνώσκε). ὁ μέντοι ἀσθένῳ ζωλαφθεὶς χ̄ς γνώμῃ ἐκείνης, ἑτεροίως τιμωρεῖ). φησὶ γὰρ ὁ νόμ. ἐν βιβλίῳ ξ̄. πίτλῳ λζ̄. κεφ. π̄. ὁ ἀσθένῳ κόρῃ μιγνύμεν., ἐκείνης μὲ θεραπείσ, ἀγνοούντων δὲ τῶν γονέων, τ θεράξεως δεδιαγνωσκομένης, εἰ μὲ θέλει αὐτὴν λαβεῖν εἰς γυναῖκα, δὲ ζωαινῶσι καὶ οἱ γονεῖς, γινέσθω δὲ ζωάλλαγμα· εἰ δὲ ἓν μέρος τῶν γονέων, τυτέςιν ἑκατέρα θερσώπυ, ἐ θελήσ, εἰ μὲ δύποροί ὄζιν ὁ φθορεὺς τῇ φθαρείσῃ δισχίλια χρυσία λίτρας μίαν· εἰ δὲ ἀνδεέστερος εἴη, δ ἥμισυ τ ὑπαρχόντως αὐτῦ· εἰ δὲ παντελῶς εἴη ἀνδύπορ., τυπτόμν. καὶ κυρβαίομν., ἐξορκιζέσθω.

B

ZONAR. Qui virginem vi corrupit, ſi quidem jam alicui deſponſam, veluti mœchus punitur: Sin non deſponſam, Canon definit hunc habere illam debere, nec eam rejicere poſſe: tametſi paupercula foret, illoque fortaſſis indigna. Civili autem lege aliter punitur.

ΖΩΝΑΡ. Ο ἀσθένον φθείρας βίᾳ, εἰ μὲ μεμνηςευμένῃ τινὶ, ὡς μηδὲς πιμωρεῖται. εἰ δὲ ἀμνήςευτον, ἀσχὰ μὲν δ νόμ. ἔχειν αὐτὴν, δὲ μὴ ἀποπέμπειν ὁρίζεται, κἂν πενιχρὰ εἴη, δὲ ἀναξία ὥσιν ἐκείνου. ἀσχὰ δὲ τῷ πολιτικῷ νόμῳ ἄλλως τιμωρεῖται.

C

ARIST. *Qui puellæ vim attulerit, excommunicatus, habeat & eam licet pauperem.*

Qui virgini non deſponſæ vim attulerit, eámque violaverit, excommunicetur, ne liceat autem el aliam accipere, ſed eam habere quam elegit, quamvis paupercula ſit. Octava autem conſtitutio in lxxviii. capite xxxvii. tit. lx. lib. Baſilicorum poſita, ſtatuit tali naſum eſſe amputandum, & tertiam partem ſubſtantiæ ejus dandam puellæ ab ipſo violatæ & corruptæ.

ΑΡΙΣΤ. Ο βιασάμν. κόρλω, ἀφορίζόμεν. κατεχέτω, δὲ ἄποδον αὐτῷ ἐπαρχιῶτ.

Ο βιασάμν. παρθένον ἀμνήςευτον, δὲ συμφθαρεὶς αὐτῇ, ἀφορίζέσθω, μὴ ἐξέτω δὲ αὐτὴν ἑτέραν λαβεῖν, ἀλλ' ἐκείνῳ κατέχειν ἣν ἠρέτίσατο, κἂν πενιχρὰ ὑπάρχῃ. ἡ δ ὀγδόη διάταξις ἡ ἐν τῷ οδ'. κεφαλαίῳ τῷ λζ̄. πίτλῳ τῷ ξ̄. βιβλίῳ τῶν βασιλικῶν κειμένη, θεσπίζει τὸν τοιῦτον ῥινοκοπεῖσθαι, δὲ τὸ τρίτον τῆς ὑσίας αὐτῦ δίδναι τῇ παρ' αὐτῦ βιαδείσῃ δὲ φθαρείσῃ κόρῃ.

CANON LXVIII.

Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus ſecundam ordinationem ab aliquo ſuſceperit, deponatur & ipſe, & qui ordinavit, niſi utique conſtiterit quòd ab Hæreticis ordinationem habeat. Qui enim ab eis baptizati, vel ordinati ſunt, ut fideles vel Clerici ſint, fieri non poteſt.

ΚΑΝΩΝ. ξή.

D Εἴ τις Ἐπίσκοπ., ἢ πρεσβύτερ., ἢ Διάκον. δευτέραν χειροτονίαν δέξε) ἀφ' ἑτ., καθαιρείσθω δὲ αὐτὸς δὲ ὁ χειροτονήσας· εἰ μήτε ἄρα συνταίη, ὅτι ἀφ' αἱρετικῶν ἔχει τ χειροτονίαν. τοὺς γὰρ ἀφ' ἧς πίστεως βαπτισθέντας ἢ χειροτονηθέντας, ὅτε πιςοὺς ὅτε κληρικοὺς δὲ) δυνατόν.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς τῆς αἱρέσεως τῶν Παυλικιανῶν προσερχομένους τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἀναβαπτίζεσθαι ὁ κανὼν προστάττει. ὅρος γὰρ ὁ τύπος ἢ ὁ κανὼν λέγεται. εἰ δέ τινες τούτων ἐν κλήρῳ ἔτυχον τεταγμένοι, ἀγνοοῦντων ἐκείνων τὴν αἵρεσιν αὐτῶν τῶν χειροτονησάντων αὐτοὺς, τοὺς τοιούτους μὴ δεῖν ἀναβαπτισθῆναι διορίζεται, καὶ διακρίνεσθαι τὸν βίον αὐτῶν καὶ μὴ δεῖν βάπτισμα, καὶ εἰ δόκιμοι εἶεν ἀμεμπτοὶ καὶ ἀνεπίληπτοι, χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου τῆς ἐκκλησίας ἢ προσῆλθον. ἡ γὰρ προτέρα χειροτονία, ἡ αἱρετικῶν ὄντων αὐτῶν νομισθεῖσα, οὐδὲ χειροτονία λογίζεται. πῶς γὰρ ὁ μὴ κατὰ τὸν ὀρθόδοξον πίστιν βεβαπτισμένον πνεύματος ἁγίου ἐπιφοίτησιν ἐν τῇ χειροτονίᾳ δέξασθαι πιστευθήσεται; εἰ δὲ ἀνακριθέντες ἀνεπίληπτοι πρὸς χειροτονίαν διείσθησαν, καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς καλεῖ ἡ σύνοδος. ὃ δὴ τῆς καθαιρέσεως ὄνομα ἐνταῦθα καταχρηστικῶς οἶμαι κεῖσθαι. καθαιρεῖται γὰρ ὁ κυρίως χειροτονίᾳ δεξάμενος, καὶ εἰς ὕψος ἱερωσύνης ἀρθείς, ὁ δὴ τῷ ἀρχῷ μὴ χειροτονηθεὶς ἀνῆλθε· πῶς ἢ πόθεν καὶ ἀπὸ ὕψους ποίου καθαιρεθήσεται; ἀντὶ γοῦν τοῦ εἰπεῖν ἐξωσθήσεται τοῦ κλήρου τάττεται καὶ φράζεται ὃ καθαιρεθήσεται. τὰ αὐτὰ δὴ καὶ περὶ διακονισσῶν καὶ τῶν ἁπλῶς ἐν κλήρῳ τεταγμένων διατυποῦται ὁ κανών. ὃ δή, ἐμνήσθημεν δὲ διακονισσῶν τῶν ἐν σχήματι ἐξεταζομένων καὶ τὰ λοιπά, τοιοῦτόν ἐστι. παρθένοι ὃ παλαιὸν προσήγοντο τῷ θεῷ ἁγνοῦ ὁμολογοῦσαι, ἃς οἱ Ἐπίσκοποι καθιέρουν καὶ ἐν τῷ γ'. κανόνι τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ τῆς τόπων ἐφεύρισκον φυλακὴν καὶ μέριμναν. κανόνι τῆς αὐτῆς συνόδου, ἐξ ὧν δὴ παρθένων καὶ διακονίσσαι ἐχειροτονοῦντο καὶ καιρὸν προσήκοντα, ἦγουν ὅτε ἐτῶν ἐγένοντο μ'. αἱ δὲ τοιαῦται καί τι σχῆμα ἐνεδύοντο παρὰ τῶν Ἐπισκόπων ἐν τῷ κέ. ἐναυτῷ τῆς ἡλικίας αὐτῶν κατὰ τὸν ρμ'. κανόνα τῆς εἰρημένης συνόδου. τοιαύτας οὖν παρθένους ἡ σύνοδος. αὐτὴ καλῇ διακονίσσας ἐν τῷ σχήματι ἐξεταζομένας, χειροθεσίᾳ δὲ μὴ ἐχούσας, ἃς καὶ ἐν τοῖς λαϊκοῖς ἐξετάζεσθαι κελεύει, ὅτε ὁμολογήσουσι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, καὶ ἀπέχονται αὐτῆς.

Zonar. Eos qui ex Paulicianorum hæreſi ad Catholicam Eccleſiam accedunt, rebaptizari hic Canon ſtatuit. Definitionis enim nomine, forma, decretúmque intelligitur. Quod ſi qui ex eo numero ab iis, qui illos hæreticos eſſe ignorarent, Clero fortè aſcripti ſunt, eos poſt alterum baptiſmum examinari, & qualis eorum vita poſt baptiſmum fuerit explicari jubet; ac ſi quidem criminis ſuſpicione, omnique reprehenſione vacare inventi ſint, ab illius Eccleſiæ Antiſtite, in quam dedere nomen, ordinibus inſigniri. Prior enim ordinatio, quâ dum hæreſi tenerentur, initiati fuerint, Ordinatio non reputatur. Quomodo enim is, qui ritu ab orthodoxâ fide alieno baptizatus, eſt manuum impoſitione ſpiritum ſanctum accepiſſe credetur? Sin examinati ad ordinationem minus idonei judicentur, deponendos eſſe Synodus decernit. Verum depoſitionis nomen hoc loco impropriè uſurpatum eſſe arbitror. Deponitur enim qui proprie ordinatus & ad ſacri honoris faſtigium evectus fuit. Qui verò in principio non verè ordinatus fuit, quo pacto iſte, aut unde, aut ex quo honoris gradu deturbari queat? Ejiciendos itaque homines à Clero, depoſitionis vocabulo minus propriè adhibito Synodus indicavit. Eadem verò etiam in diaconiſſis, ac denique omnibus in Clerum receptis Canon ſervanda eſſe conſtituit. Illud vero, Diaconiſſarum autem meminimus, quæ in habitu cenſentur, & quæ ſequuntur, eſt ejuſmodi. Virgines olim Deo dicatæ erant caſtimoniam profeſſæ, quas Epiſcopi conſecrabant, ex Synodi Carthaginienſis Canone ſexto, earundémque cuſtodiæ curam gerebant, ex ejuſdem Synodi xlvii. Canone. Ex earum virginum numero opportuno tempore, cum videlicet xl. annum impleviſſent, diaconiſſæ ordinabantur. Verum hæ mulieres, xxv. ætatis anno certum quendam habitum ab Epiſcopis accipiebant, ut cxl. allatæ Synodi Canone videre eſt. Hujuſmodi ergo virgines, diaconiſſarum nomine, quæ habitu cenſerentur, manuum verò impoſitione ſacratæ non eſſent, ſynodus intelligit, ac hæreſim ſuam confitentes, ab eaque ſe abſtinentes, inter Laicos adnumerandas eſſe decernit.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ Παυλιανισταὶ ἀναβαπτίζονται. καὶ εἴ τινες κληρικοὶ ἄμεμπτοι δείκνυνται, ἀναβαπτισθέντες χειροτονείσθωσαν. εἰ δὲ μὴ ἄμεμπτοι δείκνυνται, καθαιρείσθωσαν.

Arist. *Paulianiſtæ rebaptizantur: & ſi qui Clerici irreprehenſibiles videntur, rebaptizati ordinentur. Si verò non videntur irreprehenſibiles, deponantur. Diaconiſſæ*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

niſſæ autem ſeductæ, ut ordinationis non participes, inter laicos recenſcantur.

Qui à Paulianiſtarum veniunt hæreſi, rebaptizantur, & ſi aliqui eorum Clerici apud Paulianiſtas munere functi ſunt, ſi inculpatam agant vitam, à Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo ordinantur: qui indigni autem deprehenduntur, deponuntur. Diaconiſſæ autem eorum, quoniam nullam habuerunt manuum impoſitionem, ſi ad Catholicam veniant Eccleſiam & baptizentur, inter laicos collocantur. Paulianiſtæ autem ſunt qui à Paulo Samoſatano deſcendunt, qui humilia de Chriſto ſenſit, dixitque eum communem eſſe hominem, & originem à Mariâ ſumpſiſſe.

αἱ δὲ διακόνισσαι ὀξαπατηθεῖσαι, ἐπεὶ μὴ χειροτονίας μετέχουσιν, ἐν τοῖς λαϊκοῖς ἐξετασθήσονται.

Οἱ ἐκ τῆς τῶν Παυλιανιστῶν αἱρέσεως μεταδιδόντες, ἀναβαπτίζονται· καὶ εἴ τινες αὐτῶν ὡς κληρικοὶ ἐνήρχοντο τοῖς Παυλιανιστικοῖς ἐὰν τὸν βίον ἄμεμπτον ἔχωσιν, ὑποτίθεται ὑπὸ τοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας Ἐπισκόπου χειροτονοῦνται· οἱ δὲ ἀνάξιοι εὑρεθῶσι, καθαιροῦνται. αἱ δὲ διακόνισσαι αὐτῶν, ἐπεὶ μή τινα ἔχουσι χειροθεσίαν, ἐὰν τῇ καθολικῇ προσέλθωσιν ἐκκλησίᾳ, καὶ βαπτισθῶσι, μετὰ τῶν λαϊκῶν συντάττονται. Παυλιανισταὶ δέ εἰσιν, οἱ ἀπὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως καταγόμενοι, καὶ ταπεινὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ φρονήσαντος, καὶ κοινὸν ἄνθρωπον αὐτὸν δογματίσαντος, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ Μαρίας εἰληφότα.

Canon XX.

Quoniam ſunt quidam, qui in die dominico genu flectunt, & ipſis diebus Pentecoſtes: ut omnia ſimiliter in omni parochia ſerventur, viſum eſt ſanctæ ſynodo, ſtantes, Deo orationes effundant.

ΚΑΝΩΝ κ'.

Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις· ἵνα δὲ τὰ ὅμοια ἐν πάσῃ παροικίᾳ ὁμοίως διαφυλάττηται, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδίδοναι τῷ Θεῷ.

Balſ. Apoſtolicus lxvi. Canon, eum qui quovis die dominico, vel quovis ſubbato, præter unum & ſolum ſabbatum, ſcilicet magnum, jejunat, ſi ſit quidem Clericus, deponi; ſi verò laicus, ſegregari jubet: Præſens autem Canon, in omni dominico, & omnibus Pentecoſtes diebus feriari, & omnes ſtantes orare decernit, ut qui cum Chriſto conſurrexerimus, & ſupernam habitationem quæramus. Quæſitum eſt autem & ex dicto Apoſtolico Canone, qui nos non jejunare ſtatuit quovis ſabbato vel quovis dominico, & ex præſenti Canone, ſtatuente non oportere nos genu flectere in dominico, & per totam Pentecoſten: nunquid apparet non debere nos jejunare, ſed jejunium ſolvere in omnibus diebus hebdomadis, ut in dominico. Et nonnulli quidem dixerunt totam Pentecoſten ut unum diem dominicum exiſtimari, & debere nos propterea diem feſtum agere, & neque jejunare, nec genu flectere. Mihi autem placet Canones in iis vim ſuam obtinere in quibus emiſſi ſunt.

Βαλσ. Ὁ ἀποστολικὸς ξς'. κανὼν τὸν νηστεύοντα καθ' οἱανδήποτε κυριακὴν, ἢ σαββάτου σαββάτων, πλὴν ἑνὸς καὶ μόνου σαββάτου, τοῦ μεγάλου δηλαδὴ, φησὶ κληρικὸν μὲν ὄντα καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ ἀφορίζεσθαι. ὁ δὲ παρὼν κανὼν ἐξορίζεται καὶ πᾶσαν κυριακὴν, καὶ ἐν πάσαις τῇ πεντηκοστῇ ἡμέραις, πανηγυρίζειν, καὶ ἑστῶτας πάντας εὔχεσθαι, ὡς συναναστάντας τῷ Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω ζητοῦντας κατοικίαν. ἐζητήθη δὲ μή ποτε ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος ἀποστολικοῦ κανόνος, τοῦ ἐξορίζομένου μὴ νηστεύειν ἡμᾶς καθ' οἱανδήποτε σάββατον, ἢ καθ' οἱανδήποτε κυριακήν, καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, τοῦ ἐξορίζομένου μὴ κλίνειν ἡμᾶς γόνυ ἐν κυριακῇ, καὶ δι' ὅλης τῆς πεντηκοστῆς, ἀναφαίνεται καὶ ὃ μὴ ὀφείλειν ἡμᾶς νηστεύειν δι' ὅλης τῆς πεντηκοστῆς, ἀλλὰ καταλύειν ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς ἑβδομάδος, ὥσαυτως καὶ ἐν τῇ κυριακῇ. καὶ τινές μοι εἶπον ὡς μίαν ἡμέραν κυριώνυμον λογίζεσθαι τὴν ὅλην πεντηκοστὴν, καὶ ὀφείλειν ἡμᾶς διὰ τοῦτο παντηρεῖν, καὶ μήτε νηστεύειν μήτε γόνυ κάμπτειν. ἐμοὶ δὲ ἀρέσκει τοὺς κανόνας κρατεῖν ἐφ' ὧν ἐξεφωνήθησαν.

Zonar. Non eſſe Dominicis, aut Pentecoſtes diebus in genua procumbendum, cum aliorum Patrum, tum magni quoque Baſilii præcepto admonemur; à quo etiam, cur id vetitum, ac ſtantibus per eos dies orare permiſſum, ſuis quidque rationum momentis explicatur. Quæ quidem ſunt Primo ut cum Chriſto ſurgendum, ac ea quæ ſurſum ſunt quærenda nobis eſſe meminerimus: Deinde quod futuræ vitæ quam expectamus, Dominica dies imago exiſtat, cum ipſa una ſit & octava, ſicut & à Moſe in ea hiſtoria, qua rerum creationem perſequitur, una non prima fuerit nuncupata; unamque illam, & vere octavam, carentémque occaſu diem, ævum videlicet ſempiternum quod futurum eſt, referat. Proinde ut alumnos ſuos Eccleſia ad ejus diei memoriam ſæpius uſurpandam, morèſque ad illam conformandos erudiret, ut ſtantes precaremur, edixit; ut ſupernam aſpicientes hæreditatem, ipſam perpetuo contémplemur. Morem hunc igitur, genua, commemoratis diebus haud flectendi, ubique non obſervatum, hic Canon omnibus locis retineri jubet.

Ζωναρ. Τὸ μὴ κλίνειν γόνυ ἐν κυριακῇ, καὶ ἐν ταῖς τῆς Πεντηκοστῆς ἡμέραις, καὶ ἄλλοις παραδόσεσιν ἱεροῖς διδασκόμεθα, καὶ τῷ μεγάλῳ δὲ Βασιλείῳ, ὃς καὶ τὸν λόγον φερομένου ὑπὲρ τοῦ μὴ κλίνειν γόνυ ἐν ταῖς ῥηθείσαις ἡμέραις, ἑστῶτας δὲ προσεύχεσθαι ὁπτήραπται, οἵ τινές εἰσι· καὶ συναναστῆναι ἡμᾶς τῷ Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω ζητεῖν ὀφείλομεν· καὶ ὅτι τῇ προσδοκωμένῃ αἰῶνος εἰκόν ἐστιν ἡ κυριακὴ, ἡ αὐτὴ μία οὖσα καὶ ὀγδόη, ὡς καὶ ἀπὸ τῆς Μωσέως ἐν τῇ κοσμογονίᾳ, μία καὶ οὐχὶ πρώτη ὀνομασθεῖσα, καὶ τὴν μίαν ὄντως καὶ ἀληθινὴν ὀγδόην ἐκείνην τυποῦσα, τὴν ἀνέσπερον ἡμέραν, καὶ ἄληκτον ἐκεῖνον αἰῶνα καὶ μέλοντα. διὸ ῥυθμίζουσα τοὺς ἑαυτῆς ὀφίμους ἡ ἐκκλησία τῆς ἡμέρας ἐκείνης μεμνῆσθαι, καὶ πρὸς ἐκείνην προεπείγεσθαι, ἑστῶτας διετάξατο εὔχεσθαι· ἵνα πρὸς τὴν ἄνω λῆξιν ὁρῶντες διηνεκῶς αὐτὴν φαντάζωμεθα. τοῦτο γοῦν τὸ μὴ κλίνειν γόνυ ἐν ταῖς ῥηθείσαις ἡμέραις καὶ παύλαχῦ φυλαττόμενον ὁ πρῶτος κανὼν τηρεῖσθαι πρὸς πάντων θεσμοθετεῖ.

Aris t. *Dominicis & Pentecoſtes diebus non oportet genu flectere, ſed erectos homines orare.*

In dominicis & Pentecoſtes diebus non genu flectere, ſed ſtantes deo preces fundere oportet.

Αριστ. Ἐν ταῖς κυριακαῖς, καὶ ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις, οὐ δεῖ κλίνειν γόνυ, ἀλλ' ὀρθίους εὔχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους.

Οὐ δεῖ κλίνειν γόνυ ἐν ταῖς κυριακαῖς, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς πεντηκοστῆς, ἀλλ' ἑστῶτας ταῖς εὐχαῖς ἀποδίδοναι τῷ Θεῷ.

ΚΑΝΩΝ

A

ΚΑΝΟΝΕΣ ζ'.

Τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας
Οἰκουμενικῆς Συνόδου.

ΒΑΛΣ. ΖΩΝΑΡ. Ἡ Ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος ἐγένετο ἐπὶ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων συνελθόντων καὶ κατὰ πνευματομάχων, οἵ τινες ἐξέθεντο καὶ τοὺς νῦν τεταγμένους ὅρους.

B

ΚΑΝΩΝ α'.

Ὡρισμένοι οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντες ἅγιοι πατέρες μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τῶν πατέρων τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων. ἀλλὰ μένειν ἐκείνην κυρίαν, καὶ ἀναθεματισθῆναι πᾶσαν αἵρεσιν· καὶ εἰδικῶς τὴν τῶν Εὐνομιανῶν, εἴτ' οὖν Εὐδοξιανῶν, καὶ τὴν τῶν Ἡμιαρείων, εἴτ' οὖν Πνευματομάχων, καὶ τὴν τῶν Σαβελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Μαρκελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Φωτεινιανῶν, καὶ τὴν τῶν Ἀπολιναριανῶν.

C

ΒΑΛΣ. Ἡ αὐτὴ ἁγία δευτέρα σύνοδος συνεκρότησε κατὰ Μακεδονίου, καὶ τῶν ὁμοδόξων ἐκείνῳ, κλῖσμα δὲ ἅγιον πνεῦμα δουλαπιζόντων, καὶ οὐ Θεὸν ἀλλ' ὁμοούσιον Υἱῷ καὶ Πατρὶ, ὡς καὶ τῶν ἡμῶν ἡμαρείους καλῆς, ὡς καὶ δι' ἡμῶν μετοχῆς τῆς τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσεως. οἱ μὲν γὰρ καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα κτίσμα καὶ ἑτεροούσιον τοῦ Πατρὸς ἐδογμάτιζον. οἱ δὲ πνευματομάχοι τοῦτο μὲν τοῦ Υἱοῦ ὑγιῶς ἐφρόνουν, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα κτίσιν καὶ ἀλλότριον τῆς θεότητος ἐβλασφήμουν. ἐκαλοῦντο δὲ ἡμαρτοί, καὶ οἵ τινες μὲν κτίσμα μὲν καὶ αὐτοὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα ἔλεγον. ἐπῆγον δὲ ὅτι οὐχ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς κτίσμασι γενέσθαι φρονοῦμεν αὐτόν, ἕτερον δέ καί τινα τρόπον. ἐκ τούτου φαμέν, ἵνα μὴ πάσχῃ τῷ Πατρὶ διὰ τῆς γεννήσεως ὁμοπαθές τι νομισθῇ, οὐσίᾳ ὁμοούσιον μὲν, ὁμοιούσιον δὲ τῷ Πατρὶ καὶ τὸ πνεῦμα ἐδογμάτιζον. ἐκύρωσε δὲ ἡ δευτέρα αὕτη σύνοδος τὸ τοῦ θεολόγου ῥητόν, καὶ τὸν ἀεὶ τῇ ἐν Νικαίᾳ πατέρων κηρυχθείσῃ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν ἐθέσπισεν ἀναθεματίζεσθαι, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν Εὐνομιανῶν. ὁ δὲ Εὐνόμιος Γαλάτης ὢν, καὶ Κυζίκου Ἐπίσκοπος ἐξεκηρύχθη, τὰ αὐτὰ φρονῶν τῷ Ἀρείῳ, μᾶλλον μέντοι καὶ πλείω κακίονα. πρεπὸν γὰρ καὶ δοῦλον καὶ πάντα ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἐδογμάτιζεν. ὃν καὶ τοὺς τῇ δόξῃ αὐτοῦ προσιόντας, ἀνεβάπτιζε, καὶ κεφαλὴν αὐτοῖς καταδύων, καὶ ἄνω στρέφων τοὺς πόδας αὐτῷ, καὶ μίαν καταδυσιν βαπτίζων ἐποίει. καὶ τῷ κόλασιν δὲ τῷ μέλλοντι, καὶ τῷ γεέννῃ, ἐφλυάρει μὴ ἀληθῶς ἔχειν, δι' ἐκφοβήσεως δὲ μόνον ἀπειλεῖσθαι. ἐκαλοῦντο δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ Εὐδοξιανοὶ ἀπό Εὐδοξίου τινὸς συναιρεσιώτου τῷ Εὐνομίῳ, ὃς Κωνσταντινουπόλεως γεγονὼς Ἐπίσκοπος τὸν Εὐνόμιον Κυζίκου ἀρχιερέα κατέστησεν· οἱ καὶ ἀνόμοιοι ὠνομάζοντο, διὰ τὸ λέγειν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα, μηδεμίαν ὁμοιότητα κατ' οὐσίαν ἔχειν πρὸς τὸν πατέρα. ἀναθεματίζεσθαι δὲ προσέταξε καὶ τοὺς Σαβελλιανοὺς, οἵ τινες ἀπὸ Σαβελλίου τοῦ Λίβυος ὠνομάσθησαν, ὃς Πτολεμαΐδος τῆς Πενταπόλεως Ἐπίσκοπος γέγονε, συναλοιφὴν δογματίζων καὶ σύγχυσιν, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς οὐσίας καὶ θεότητος εἰς ἓν πρόσωπον συναιρῶν καὶ συγχέων, καὶ ἓν προσδοκίαν ὅπερ τῆς ἁγίας Τριάδος τριώνυμον πρόσωπον, λέγων τὸν αὐτὸν ποτὲ μὲν ὡς πατέρα φανῆναι, ποτὲ δὲ ὡς Υἱὸν, ποτὲ δὲ ὡς ἅγιον πνεῦμα μεταμορφούμενον, καὶ ἄλλοτε ἄλλως μεταχηματιζόμενον. ὁμοίως δὲ τοῦτο ἀνάθεμα πάντες καὶ τὸν

D

E

F

CANONES VII.

Synodi Conſtantinopolitanæ Oecumenicæ ſecundæ.

BALS. & ZONAR. SAncta & œcumenica ſecunda Synodus, Conſtantinopoli magno Theodoſio imperante celebrata eſt, cui quidem centum quinquaginta, contra nefarios Spiritus ſancti hoſtes convocati Patres interfuere, ac eos qui proxime ſequuntur, Canones edidere.

B

CANON I.

STatuerunt, qui Conſtantinopoli convenerunt ſancti Patres, cccxviii. Patrum qui Nicææ convenerunt, fidem non abrogari, ſed firmam manere, & omnem hæreſin anathematizari: & ſpecialiter Eunomianorum ſeu Eudoxianorum, & ſemiarrianorum, ſive Spiritus ſancti adverſariorum, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photianorum, & Apollinariſtarum.

C

BALS. Præſens ſancta ſecunda ſynodus congregata eſt adverſus Macedonium, & eos qui erant ejuſdem cujus ipſe ſententiæ, aſſerentes ſanctum ſpiritum eſſe creaturam & non Deum, nec Patri & Filio conſubſtantialem: quos præſens Canon Semiarrianos appellat, ut qui mediam partem hæreſis Arrianorum haberent. Hi enim & Filium & Spiritum, creaturam, & eſſe aliûs à patre ſubſtantiæ decernebant. Illi verò, Spiritus ſancti adverſarii, de Filio quidem rectè ſentiebant, Sanctum autem Spiritum & creatum, & à divinitate alienum blaſphemè aſſerebant. Appellabantur autem etiam Semiarriani, qui quidem creaturam & ipſi Filium & Spiritum dicebant, ſed ſe ſentire inferebant eam non fieri eo modo quo reliquæ creaturæ ſed alio quodam modo: idque ne per generationem Patri aliquam affectionem ab eis attribui quis putaret, qui non ſubſtantialem quidem, ſed ſubſtantia ſimilem Patri verbum & Spiritum Sanctum decernebant. Confirmavit autem hæc ſecunda ſynodus, per præſentem Canonem & orthodoxam fidem, quæ à ſanctis patribus Nicææ edita eſt, & omnem hæreſin ſtatuit anathematizandam, præcipuè autem Eunomianorum. Eunomius enim cùm eſſet Galata, Cyzici dicebatur Epiſcopus, eadem quæ Arrius ſentiens, & multo etiam pejora. Mutabilem enim, & ſervum, & omnino Patri diſſimilem Filium eſſe docebat. Qui etiam qui ſuæ opinioni aſſentiebantur, rebaptizabat, eos capite demergens, & eorum pedes ſurſum vertens, & inter baptizandum unam tantum demerſionem faciebat. Jam verò & futuram punitionem & gehennam verè non eſſe nugabatur, & ad terrorem tantùm, eorum eſſe minas intentatas. Appellabantur autem iidem & Eudoxiani à quodam Eudoxio Eunomio hæretico: qui cùm eſſet Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Eunomium Cyzici pontificem conſtituit. Qui etiam Anomioi (i. e. Diſſimiles) nominabantur, quòd dicerent Filium & Spiritum nullam cum Patre, quod ad ſubſtantiam attinet, habere ſimilitudinem. Anathematizari etiam jubet Sabellianos, qui quidem à Sabellio Libyco denominati ſunt, qui Ptolemaidis, quæ urbs eſt Pentapolis, fuit Epiſcopus; is coalitionem quandam ac commixtionem decernendo, tres hypoſtaſes unius eſſentiæ ac divinitatis in unam perſonam conjungebat ac confundebat, & pro ſancta Trinitate unam trium nominum perſonam ſtatuebat, dicens eum aliquando ut Patrem apparuiſſe, aliquando ut Filium, aliquando autem ut Spiritum ſanctum transformatum, & aliàs aliter transfiguratum

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ratum. Similiter autem anathemati ſubjicit etiam Marcellianorum hæreſin, quæ à Marcello Hæreſiarcha appellatur, qui ex Ancyra quidem Galatiæ urbe ortus eſt, ejuſdemque Epiſcopus fuit: idem autem quod Sabellius ſentiebat. Sed & Photinianorum hæreſin anathemati ſubjicit. Ii verò ex Photino denominationem habuêre, qui ex Sirmio quidem oriundus illic Epiſcopatum geſſit, in eadem autem quâ Paulus Samoſatenus opinione fuit: & neque ſanctam Trinitatem confitebatur, & Spiritum ſolum nominabat Deum omnium opificem, verbum autem prolatitium eſſe ſentiebat, & divinum aliquod imperium, deo deſerviens ad univerſi productionem, tanquam mechanicum aliquod inſtrumentum: Chriſtum autem nudum hominem prædicabat, qui Dei verbum ſuſceperat, non ut eſſentiale, ſed ut prolatitium, & à Maria exiſtentiæ ſuæ principium cepiſſe eum decernebat. Et multas alias ejuſmodi ineptias Paulus Samoſatenus proferebat, quem depoſuit Antiochena ſynodus. Cum reliquis autem, Apollinarii quoque hæreſin anathemate condemnat. Apollinarius autem, Laodiceæ, quæ eſt in Aſſyria, erat Epiſcopus, & de Dei œconomia apertè blaſphemabat. Dicebat enim, Dei Filium corpus quidem animatum ex ſancta Deipara accepiſſe, ſed mentis expertem, cùm videlicet divinitas pro mente ſufficeret, & irrationalem ut animam Domini ſentiebat: & ſic nec eum eſſe perfectum hominem docebat, & unam in Servatore naturam eſſe docebat.

A τῶν Μαρκελλιανῶν αἵρεσιν, ἥτις ἀπὸ Μαρκέλλου αἱρεσιάρχου καλεῖται· ὃς δὲ Ἀγκύρας μὲν ὥρμητο τῆς Γαλατικῆς, καὶ αὐτῆς Ἐπίσκοπος γέγονεν. ὅπερ ὁ τῶν Σαβελλίῳ ἐδογμάτιζεν. ἀλλὰ καὶ τῶν Φωτεινιανῶν αἵρεσιν, ἀναθέματι ὑποβάλλει· οἱ δὲ ἀπὸ Φωτεινοῦ ἔχουσι τὸ κλῆσιν, ἐκ Σιρμίου μὲν ὁρμωμένου, κἀκεῖσε ἐπισκοπήσαντος, τὰ αὐτὰ δὲ Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ φρονήσαντος, καὶ μήτε τὸ ἁγίῳ Τριάδα ὁμολογοῦντος, καὶ πνεῦμα μόνον ὀνομάζοντος Θεὸν δημιουργὸν ἁπάντων, καὶ ὃ λόγον προφορικὸν φρονοῦντος, καὶ θεῖόν τι προσταγμα, ὑπουργοῦντα τῷ Θεῷ εἰς τὴν οἰκονομίαν τοῦ πάντος, οἷς ὄργανόν τι μηχανικὸν B καὶ ὃ Χριστὸν, ψιλὸν κηρύττοντος ἄνθρωπον, καὶ τὸ Θεοῦ λόγον ὑποδεξάμενον, οὐκ ὡς ὑσιώδη, ἀλλ' ὡς προφορικὸν, καὶ ἀπὸ Μαρίας τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι τὴν ὑπάρξεως αὐτῶν δογματίζοντος. καὶ ἄλλα ὅ πλείονα ὁ Σαμοσατεὺς ἐληρώδησε Παῦλος, ὃν παρῃτήλεγξεν ἡ ὁσία Σύνοδος· τοῖς λοιποῖς δὲ, καὶ τῇ τῶ Ἀπολιναρίου ἀναθέματι Συνκατέθηκεν αἵρεσιν. ὁ δὲ Ἀπολινάριος τῆς ὁσίας Λαοδικείας Ἐπίσκοπος λίαν περὶ τὴν οἰκονομίαν φανερῶς βλασφήμει. ἔλεγε γὰρ τὸν μὲν τοῦ Θεοῦ σῶμα μὲν ἔμψυχον ὡς τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἀναλαβεῖν, ἄνουν δὲ, ὡς τῆς θεότητος ἀρκούσης ἀντὶ νοὸς, καὶ ἄλογον ὥσπερ τῷ ψυχῷ τὸ κυρίου ἐφρύνει. καὶ ὅτως καὶ οὐδὲ τέλειον ἄνθρωπον αὐτὸν ἔλεγε, καὶ μίαν φύσιν ὅλη τοῦ Σωτῆρος ἐδίδασκεν. C

Zonar. Contra Macedonium ejuſque aſſeclas, qui Spiritum ſanctum creaturam eſſe, non Deum aſſerebant, & Patri ac filio conſubſtantialem negabant, ſynodus hæc ſecunda celebrata fuit. Quos quidem, eo quod alterum hæreſeos Arianæ caput amplecterentur, Semiarianos hic Canon vocat. Nam cum Ariani filium quoque, cum ſancto ſpiritu inter creatas res numerarent, ac diverſam à Patris ſubſtantia naturam utrique tribuerent: Macedoniani, de filio nihil opinati ſecus, ſanctum ſpiritum creaturam, & à divinitate alienum impiè affirmabant. Fuit aliud quoque Semiarianorum genus, qui cum utramque filii, ſpiritúſque perſonam inter res creatas non eodem tamen modo, ſed alio quodam & à reliquis diverſo genitam, conſtituerent, eo tantum, ne in Patre, propterea quod genuiſſet, paſſionis aliquid admittere cogerentur; eaſdem Verbi, ac ſancti Spiritus perſonas, non Patri conſubſtantiales, ſed tantum ſubſtantiæ ſimilis eſſe aſſerebant. Quæ igitur ad orthodoxam fidem ſpectantia in Nicæna ſynodo à ſanctis patribus promulgata ſunt, ea primo rata, firmáque haberi, deinde omnes hæreticorum errores anathemati ſubjectos eſſe, præcipuè verò Eunomianorum, ſynodus hæc ſecunda per præſentem Canonem decrevit. Eunomius porro, in Galatia natus, Cyziceni Epiſcopi nomen obtinuit, ac iiſdem quibus Arius, quin & pluribus, & gravioribus multo erroribus tenebatur. Filium quippe, mutabilem, & ſervum, & rebus omnibus Patri diſſimilem conſtituebat; quiq; animum ad ipſius opiniones appuliſſent, eos elatis in ſublime pedibus, capite in aquam demiſſo, demerſione una contentus, rebaptizabat. Futura ſupplicia, gehennæq; cruciatum, nihil aliud quam fabulas ad terrorem hominum excogitatas eſſe nugabatur. Hi Eudoxiani quoque ab Eudoxio, qui eâdem quâ Eunomius hæreſi infectus, Conſtantinopoli cum eſſet Epiſcopus, Eunomium Antiſtitem Cyzicenæ urbi præfecerat, appellati. Iidem, propterea quod filio, ac Spiritui, ſpectata ſubſtantiæ ratione, nihil cum Patre ſimile intercedere vellent, Anomioi (i. e. Diſſimiles) nuncupati. Jubet etiam anathematizari Sabellianos, qui à Sabellio quodam Libyco nomen accepere. Is Ptolemaidis, quæ urbs in Pentapoli fuit, Epiſcopus, concretione quadam confuſioneque excogitata, tres hypoſtaſes unius eſſentiæ at divinitatis in unam perſonam conjungebat ac commiſcebat, ac unam in Trinitate, tribus licet variam nominibus, perſonam agnoſcebat. Cum unum,

ΖΩΝΑΡ. Κατὰ Μακεδονίου καὶ τῶν ὁμοδόξων ἐκείνῳ ἡ δευτέρα Σύνοδος Συνκρότησε πῶμα θ' ἅγιον πνεῦμα δογματίζοντων καὶ ὑ Θεὸν, ὑδ' ὁμοούσιον πατρὶ, καὶ υἱῷ, ὃν ὁ πρὸ ἐμῶν κανὼν Ημιαρείους καλεῖ, ὡς κ' ὅ ἡμεῖς μεθέξοντας τῶν Ἀρξανῶν αἱρέσεως. οἱ μὲν γὰρ, καὶ υἱὸν τὸ καὶ τὸ πνεῦμα, ἑτεροούσια τῷ πατρὶ καὶ κτίσματα ἐδογμάτιζον· οἱ δὲ Πνευματομαχοι ὡδὲ μὲ τὸν υἱοῦ, ὑγιῶς ἐφρόνουν· τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα κτιστὸν καὶ ἀλλότριον τῆς θεότητος ἐβλασφήμουν. D ἐκαλοῦντο δὲ Ημιάρειοι καὶ οἵ τινες κτίσμα μὲ καὶ ὠιλοὶ καὶ υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα ἔλεγον, ἐπῆγον δὲ, ὅτι οὐχ ὁμοίους τοῖς λοιποῖς κτίσμασι ἡμᾶς φρονοῦμεν ἀυτοὺς, ἕτερον δέ τινα τύπον. καὶ τοῦτο φαμὲν, ἵνα μὴ παθῶμεν τῷ πατρὶ ἀφ' ὧν τῆς γεννήσεως προσάπτεσθαι νομιθῇ, οὐ γὰρ ὁμοούσιον μὲν, ὁμοιούσιον δὲ τῷ πατρὶ καὶ λόγον, καὶ τὸ πνεῦμα ἐδογμάτιζον. ἐκύρωσε δὲ ἡ δευτέρα Σύνοδος αὐτῇ ἀφ' ὧν τοῦ προόντος κανόνος, καὶ πίστιν ἐν Νικαίᾳ πρὸ τῶν ἁγίων πατέρων κηρυχθεῖσαν ὀρθόδοξον πᾶσιν, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν ἐθέσπισεν ἀναθεματίζεσθαι, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν Ευνομιανῶν. ὁ δὲ Εὐνόμιος Γαλάτης E ὢν, Κυζίκου Ἐπίσκοπος ἐχρημάτιζε, ἃ αὐτὰ φρονῶν τῷ Αρείῳ, μᾶλλον μέντοι καὶ πλείω καὶ χείρονα. τρεπτὸν γὰρ καὶ δοῦλον, καὶ κτίσμα πάντα ἀνόμοιον τῷ πατρὶ καὶ υἱὸν ἐδογμάτιζεν, ὃς καὶ τὸν τῇ δόξῃ αὐτῷ προσανεμένους ἀνεβάπτιζε· καὶ κεφαλῆς αὐτοὺς καταδύων, καὶ ἄνω τρέφων τοὺς πόδας αὐτῷ, καὶ μίαν καταδυσιν βαπτίζων ἐποίει. καὶ τὴν κόλασιν δὲ τὴν μέλλουσαν, καὶ τὴν γέενναν, ἐφλυάρει μὴ ἀληθῆ εἶναι, δι' ἐκφόβησιν δὲ μόνων ἀπειλεῖσθαι. ἐκαλοῦντο δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ Ευδοξιανοὶ ἀπὸ Εὐδόξου τινὸς Συναιρεσιώτου τῷ Εὐνομίῳ. ὃς Κωνσταντινουπόλεως γέγονε Ἐπίσκοπος. καὶ Εὐνόμιον F Κυζίκου ἀρχιερέα κατέστησεν. οἱ καὶ Ανόμοιοι ὠνομάζοντο, ἀφ' ὧν λέγει καὶ υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα μηδεμίαν ὁμοιότητα κατ' οὐσίαν ἔχειν πρὸς τὸν πατέρα. ἀναθεματίζεσθαι δὲ θεσπίζει, καὶ τοὺς Σαβελλιανούς. οἵ τινες ἀπὸ Σαβελλίου τοῦ Λίβυος ὠνομάσθησαν, ὃς Πτολεμαΐδος τῆς Πενταπόλεως Ἐπίσκοπος γέγονε, Συναλοιφὴν δογματίζων, καὶ Σύγχυσιν, ὡς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς οὐσίας καὶ θεότητος, εἰς ἓν πρόσωπον Συναιρῶν καὶ Συγχέων, καὶ ἓν πρόσωπον δὴ τῶν τριάδος τριώνυμον πρόσωπον, λέγων τὸν αὐτὸν ποτὲ μὲν ὡς πατέρα φανῆναι, ποτὲ δὲ ὡς υἱὸν, ποτὲ δὲ ὡς πνεῦμα

Ψηφιοποιήθηκε από την

μα ἅγιον μεταμορφούμενον. καὶ ἄλλοτε ἄλλως μεταχηματιζόμενον. ὁμοίως δὲ ὑπὸ ἀνάθεμα φάσκει, καὶ τὴν τῶν Μαρκελλιανῶν αἵρεσιν, ἥτις ἀπὸ Μαρκέλλου αἱρεσιάρχου κέκληται, ὃς ἐξ Ἀγκύρας μὲν ὥρμητο τῆς Γαλατικῆς, καὶ αὐτῆς Ἐπίσκοπος γέγονεν, ὕστερον δὲ τὴν Σαβελλίου ἐδίδαξεν. Ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν Φωτεινιανῶν αἵρεσιν ἀναθέματι ὑποβάλλει. οἱ δὲ ἀπὸ Φωτεινοῦ ἔχουσι τὴν κλῆσιν, ὃν Σιρμίου μὲν ὁρμᾶσθαι, κἀκεῖσε ἐπισκοπεῖσθαι, τὰ αὐτὰ δὲ τῷ Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ φρονεῖσθαι, καὶ μόνα τὴν ἁγίαν τριάδα ὁμολογεῖσθαι, καὶ ταυτόμα μόνον ὀνομάζεσθαι. τὸν δημιουργὸν ἀποφαίνων, τὸν δὲ λόγον ἀσυμφόρως φρονεῖσθαι, καὶ ἄδιον πρόσταγμα ὑπάρχειν τῷ Θεῷ εἰς τὴν οἰκονομίαν τοῦ πάντος, ὡς ὄργανον πρὸς μηχανικόν. τὸν δὲ Χριστὸν ψιλὸν κηρύττεσθαι ἄνθρωπον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὑποδεξάμενον, οὐχ ὡς ὑπάρξαν, ἀλλ' ὡς εὐσυμφόρως, καὶ ἀπὸ Μαρίας τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι τῆς ὑπάρξεως αὐτὸν δογματίζεσθαι. καὶ ἄλλα δὲ πλείω ὁ Σαμοσατεὺς ἐληρῳδεῖ Παῦλος, ὃν καθεῖλεν ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ Συνόδος. τοῖς λοιποῖς δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀπολιναρίου ἀναθέματι ζυγκαταδικάζει αἵρεσιν. ὁ δὲ Ἀπολινάριος τῆς ἐν Συρίᾳ Λαοδικείας Ἐπίσκοπος ὢν περὶ τὴν οἰκονομίαν φανερῶς βλασφημεῖ. ἔλεγε γὰρ τὸν τοῦ Θεοῦ σῶμα μὲν ἔμψυχον ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἀναληφθῆναι, νοῦν δὲ ὡς τῆς Θεότητος ἀρχὴν ἀντὶ νοὸς, καὶ ἄλογον ὥσπερ τὸν ψυχὴν τοῦ κυρίου ἐφευρεῖν. καὶ ὅτι οὐδὲ τέλειον ἄνθρωπον αὐτὸν ἔλεγε, καὶ μίαν φύσιν ὅτι τοῦ Σωτῆρος ἐδίδασκεν.

ARIST. Ἡ κατὰ Νικαίαν πίστις κρατείτω. τὰ δὲ κατὰ αἱρέσεων ἀναθεμα ἐχέτω. Σαφές.

ΚΑΝΩΝ β'.

Τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν Ἐπισκόπους τῶν ὑπερορίων ἐκκλησίας μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς ἐκκλησίας, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπον, τὰ μὲν Αἰγύπτου μόνον οἰκονομεῖν, τοὺς δὲ τῆς ἀνατολῆς Ἐπισκόπους, τὴν ἀνατολὴν μόνην διοικεῖν· φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νικαίαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ· καὶ τοὺς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως Ἐπισκόπους τὰ κατὰ τὴν Ἀσιανὴν μόνον οἰκονομεῖν, καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς, τὰ τῆς Ποντικῆς μόνα, καὶ τοὺς τῆς Θρᾴκης καὶ τῆς Θρᾴκης μόνον οἰκονομεῖν. ἀκλήτους δὲ Ἐπισκόπους ὑπὲρ διοίκησιν μὴ ὑποβαίνειν ὅπι χειροτονίας ἢ ὅσιν ἄλλαις οἰκονομίαις ἐκκλησιαστικαῖς. φυλαττομένου δὲ τοῦ προσηκόντος περὶ τῆς διοικήσεως κανόνος, δῆλον ὡς τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἡ τῆς ἐπαρχίας Συνόδους διοικεῖσθαι τοὺς ἐν Νικαίᾳ ὡρισμένα. τὰς δὲ ἐν τοῖς βαρβάροις ἔθνεσιν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, οἰκονομεῖσθαι χρὴ κατὰ τὴν κρατήσασαν συνήθειαν τοῖς πατράσι.

BALS. Can. vi & vii. primæ Syn. definierunt quænam diœceses Romano Papæ, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano subesse debent. Præsens autem Canon definit, Asiæ Episcopos, Ponticæ, Thraciæ, & alios, ea quæ in suis sunt finibus administrare, & nulli eorum licere ultra suæ regionis limites jurisdictionis suæ exercitium extendere, & Ecclesiarum jura confundere. Si autem oporteat Episcopum aliquem, à propria regione in aliam, propter ordinationem, vel aliam justam causam, migrare: non inordinatè, &, ut ita dicam, prædonis more eam invadere, sed cum illius loci Episcopi permissione. Quoniam autem in barbaris gentibus tunc erant fidelium Ecclesiæ, ubi fortasse multi non ordinabantur Episcopi ut ad synodum sufficerent: aut necesse etiam erat, eos qui verbo fortasse insignes erant, in tales quoque aliorum provin-

A idémq; numen, nunc Patris specie, nunc Filii, nunc sancti Spiritus, idem alio alias habitu mutatum, sese mortalibus videndum exhibuisse contenderet. Inde, Marcellianorum, cui nomen Marcellus hæresiarcha dedit, hæresis quoque damnata. Hic ex Ancyra, Galatiæ urbe ortus, ejusdem postea Episcopus, & quidem Sabelliana peste infectus fuit. Eodem, Photiniani quoque, (nomen iis à Photino auctore) decreto jugulati. Porro Photinus ortus è Sirmio, mox in eadem urbe Episcopatus honore perfunctus est. Sed iisdem quibus Paulus Samosatenus erroribus depravatus, neq; Sanctam Trinitatem admittebat, solúmq; pro Deo, rerum omnium conditore ac parente, Spiritum B agnoscebat; Verbum, quiddam esse prolatum extrinsecus, videlicet ipsum divinæ mentis imperium, ipsi Deo ad rerum molitionem fabrilium instrumentorum more deserviens, opinabatur. In Christo nihil, præter nudum hominem agnoscebat, Illi, Dei verbum, non essentiale quidem, sed illud prolatum tantummodo insedesse, neque Christum aliud sui initium, quam à Maria parente habuisse asseverabat. Hæc, & alia plura, Samosatenus ille Paulus effutiebat, quem depositione synodus Antiochena mulctavit. Eadem postremo, quæ in cæteros, in Apollinaristas quoq; anathematis pœna constituta. Fuit Apollinarius, Laodicenæ, ejus quæ in Syria est, urbis Episcopus, C qui de sacro divinæ incarnationis mysterio manifestò blasphemus fuit. Siquidem filium Dei, corpus quidem anima informatum ex sanctæ Dei paræ visceribus sibi adjunxisse fatebatur, verum mentis & rationis expertem, quasi mentis locum divinitas expleret, Christi domini animum esse opinabatur. Et sic eum nec perfectum hominem dicebat, & unam in Servatore naturam prædicabat.

ARIST. *Fides Nicæna obtineat: Hæreses verò anathema habeant.* Perspicuus.

D

CANON II.

Episcopi ultra diœcesin in Ecclesias extra suos terminos ne accedant, nec Ecclesias confundant, sed secundùm Canones, Alexandriæ quidem Episcopus, Ægyptum solam regat, orientis autem Episcopi, orientem solum administrent, servatis privilegiis ac præeminentiis, quæ sunt in Nicæni concilii Canonibus Antiochenæ Ecclesiæ. Et Asiana diœcesis Episcopi, quæ sunt in sola Asiana administrent, & Pontica Episcopi Ponticam tantùm regant, & Thraciæ Thraciam. Non vocati autem Episcopi ultra diœcesin ne transeant, ad ordinationes, vel aliquas alias administrationes Ecclesiasticas. Servato autem præscripto de diœcesibus Canone, clarum est quòd unamquamque provinciam provinciæ synodus administrabit, secundùm ea quæ fuerunt Niceæ definita. Quæ autem in barbaris sunt gentibus, dei Ecclesias, administrare oportet, secundùm patrum, quæ servata est, consuetudinem.

E

F

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

cias venire, ad eos confirmandos qui ad fidem accedebant, concessit sancta synodus, tamen quoque adhuc consuetudinem servari, etiamsi sit præter Canones, propter rei necessitatem. Nota ergo ex præsenti Canone quòd olim omnes provinciarum metropolitani erant ipsi per se suarum provinciarum capita, & à propriis synodis ordinabantur. Id autem immutatum est à xxviii. Canone Chalcedonen. synodi, quæ definit, Ponticæ, & Asianæ, & Thracicæ diœcesis metropolitanos, & aliquos etiam alios, qui eo Canone continentur, à Constantinopol. Patriarchâ ordinari, eique subjici. Si autem alias etiam Ecclesias inveneris, quæ principales & per se sint capita, ut Bulgariam, Cyprum, Iberiam, ne mireris. Bulgariæ enim Archiepiscopum honoravit rex Justinianus. Et lege cxxxi. ejus novellam, quæ in Basilic. lib. v. tit. iii. cap. i. posita ad interpretationem v. cap. primi tit. præsentis operis: Archiepiscopum Cypri honoravit tertia synodus. Et lege ejusdem syn. Can. viii. & Can. xxxix. syn. vi. Iberiæ autem Episcopum honoravit Antiochenæ synodi dijudicatio. Dicitur enim quòd tempore sanctissimi Patriarchæ divinæ civitatis magnæ Antiochiæ, Domini Petri, fuit synodica ordinatio, qua statutum est liberam esse ac principalem, & per se caput, Ecclesiam Iberiæ, sed tamen tunc Antiocheno Patriarchæ subjectam. Jam verò & Sicilia certis abhinc annis urbis Canstantinopolitanæ throno subjecta, tyrannicis manibus ab ea avulsa est: eámque ad jus suum pristinum redire cupio, auxilio divinæ gubernantis nostri imperatoris, tanquam quæ in servitutem abducta filia, ad liberam matrem revertatur. Quòd liceat quidem ex œconomiæ ratione, alias Ecclesias quæ à gentilibus occupantur, aliis Ecclesiis concedere, ex præsenti, ut videtur, Canone traditum est. Jam enim Constantinopolitana synodus metropolitano Nazianzeno dedit Ecclesiam Ancyræ, & aliis diversis Antistitibus alias ejusmodi Ecclesias. Quibusdam autem etiam id ipsum concessum est, ut sedeant in ipso throno traditæ Ecclesiæ in sacro tribunali.

ZONAR. Ut in Ecclesiis tranquillitas, concordiáque vigeret, & ab Apostolis primo, & à sanctis Patribus non mediocri studio, curaque postea est elaboratum. Nam illi quidem, ne cui Episcopo sua relicta, in alterius parœciam insilire liceat, decimoquarto Canone sanxere. Patres autem in prima Nicæna synodo congregati, antiquas consuetudines, in hac parte retinendas, & quemque thronum provincias sibi subjectas administrare sexto, & septimo Canone decreverunt. Idem hîc quoque statuitur, ac Episcopus quilibet Ecclesias, extra diœcesim suam, hoc est subjectam sibi provinciam, ditionisque suæ terminos positas invadere (verbo invadendi, latrocinium quodammodo, impressionemque turbulentam indicante) & alîus limites ingredi prohibetur. Hoc enim intelligitur per Episcopum ultra diœcesim ad sacram aliquam functionem exercendam non vocatum, sed adhortatum, & à pluribus ad id persuasum Episcopis juxta dictum Canonem Apostolicum. Ecclesiastica autem cujusque provinciæ negocia, nimirum electiones, ordinationes, & de excommunicationibus, mulctis, aliisque ejusmodi controversiarum decisiones synodi provincialis auctoritate administrari, & constitui placet. Quæ vero inter barbaras gentes Ecclesiæ fidelium excitatæ fuerunt, cum pauciores forte Episcopos haberent, quam qui synodo cogendæ satis esse possent, aut si quis ibidem dicendi facultate præstaret, eum ad novos Christi milites confirmandos, atque in proposito fidei suscepto stabiliendos, in alienam quandoque parœciam commeare etiam necesse foret, nihil ex antiqua consuetudine, in ea re synodus censuit immutandum.

A λάμποντας προσφοιτᾶν, καὶ ἐν ταῖς τῶν ἄλλων τοιαύταις ἐπαρχίαις, ὥστε ἐπιστηρίζειν τοὺς τῇ πίστει προσιόντας, ἐνέδωκεν ἡ ἁγία σύνοδος, καὶ εἰσέτι πολιτεύεσθαι τὸ τοιοῦτον ἔθος, κἂν παρὰ κανόνας ἐστί, διὰ τὸ ἀναγκαῖον τοῦ πράγματος. σημείωσαι οὖν ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι τὸ παλαιὸν πάντες οἱ τῶν ἐπαρχιῶν μητροπολῖται αὐτοκέφαλοι ἦσαν, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων συνόδων ἐχειροτονοῦντο. μετετυπώθη δὲ τὰ περὶ τούτου ὑπὸ τοῦ κη'. κανόνος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, διορισαμένης τοὺς μητροπολίτας τῆς Ποντικῆς, καὶ Ἀσιανῆς, καὶ Θρακικῆς διοικήσεως, ἔτι δὲ καὶ ἑτέρους τινὰς τῷ αὐτῷ κανόνι περιεχομένους, ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Κων-
B σταντινουπόλεως χειροτονεῖσθαι, καὶ ὑποκεῖσθαι αὐτῷ. εἰ δὲ καὶ ἑτέρας ἐκκλησίας αὐτοκεφάλους εὑρίσκεις ὡς τὴν Βουλγαρίας, τὴν Κύπρου, τὴν Ἰβηρίας, μὴ θαυμάσῃς. ὃς μὲν γὰρ ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας ἐτίμησεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανός. καὶ ἀνάγνωθι τὴν ῥλά. νεαρὰν αὐτοῦ κειμένην ἐν βιβλίῳ τῶν βασιλικῶν ε'. τίτλῳ γ'. κεφ. α'. καταστρωθεῖσαν εἰς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ε'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. ὃς Ἀρχιεπίσκοπον Κύπρου ἐτίμησεν ἡ γ'. σύνοδος. καὶ ἀνάγνωθι τῆς αὐτῆς συνόδου κανόνα η'. καὶ ὃς λθ'. κανόνα τῆς ς'. συνόδου. ὃς δὲ Ἰβηρίας ἐτίμησε διάγνωσις τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. λέγεται γὰρ ὅτι ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου
C πατριάρχου θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας, κυροῦ Πέτρου, γέγονεν οἰκονομία συνοδική, ἐλευθέραν εἶναι, καὶ αὐτοκέφαλον, τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ἰβηρίας, ὑποκειμένην τότε τῷ πατριάρχῃ Ἀντιοχείας. ἡ μέντοι Σικελία πρὸ χρόνων μετρητῶν ὑποκειμένη τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὑπὸ τυραννικῶν χειρῶν ἐκ ταύτης ἀπεσπάσθη· καὶ εὔχομαι ἵνα καὶ αὕτη ἐπανέλθῃ εἰς τὰ πρότερα δίκαια τῇ ἀντιλήψει τοῦ θεοκυβερνήτου ἡμῶν αὐτοκράτορος, ὡσεί τις αἰχμαλωτισθεῖσα θυγάτηρ πρὸς ἐλευθέραν μητέρα. ὃ μέντοι προσηνῶσθαι κατὰ λόγον οἰκονομίας ἐκκλησίαις τισὶν ἑτέρας ἐκκλησίας ὑπὸ ἐθνῶν κατεχομένας, ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὡς ἔοικεν, ἐνδίδοται. αὐτίκα γὰρ ἡ ἐν
D Κωνσταντινουπόλει σύνοδος δέδωκε τῷ μητροπολίτῃ Ναζιανζοῦ τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ἀγκύρας, καὶ ἑτέροις ἀρχιερεῦσι διαφόροις ἑτέρας τοιαύτας ἐκκλησίας. τισὶ δὲ ἐνεδόθη καὶ αὐτὸ τὸ καθῆσθαι εἰς τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι θρόνον τῆς ἐπιδοθείσης ἐκκλησίας.

ΖΩΝΑΡ. Κατάστασιν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ εἰρήνην πολιτεύεσθαι, διὰ πολλῆς φροντίδος, καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι καὶ οἱ θεῖοι πατέρες μετέπειτα ἐποίησαντο· οἱ μὲν γὰρ ἀπόστολοι ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῳ κανόνι μὴ ἐξεῖναι Ἐπισκόπῳ ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾶν καταλιπόντι τὴν ἑαυτοῦ διετάξαντο. οἱ δὲ ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ κατὰ Νικαίαν συναθροισθέντες πατέρες, ἐν ἕκτῳ, καὶ ἑβδόμῳ κανόνι, τὰ ἀρχαῖα κρατεῖν ἔθη καὶ ἕκαστον θρόνον τὰς ἀνηκούσας αὐτῷ ἐπαρχίας διέπειν ἐθεσμοθέτησαν.
E τοῦτο δὲ καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται, καὶ Ἐπίσκοπος ὑπὲρ διοίκησιν, ἤγουν ὑπὲρ τὴν ἀνήκουσαν αὐτῷ ἐπαρχίαν ἐν ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις ταῖς οὔσαις δηλαδὴ ὑπὲρ τὰ ἀφωρισμένα ἑκάστῳ ὅρια, μὴ ἐπιέναι διακελεύεται, διὰ τοῦ ἐπιέναι τὴν ληστρικὴν τῶν ἐμφαίνων καὶ ἄτακτον ἔφοδον, καὶ μηδὲ ἐπιβαίνειν ἑτέρου ἐνορίᾳ. τοῦτο γὰρ τὸ ὑπὲρ διοίκησιν Ἐπίσκοπον ἄκλητον ἐπὶ οἱαδήτινι ἱερατικῇ διοικήσει, ἀλλὰ παρακαλούμενον καὶ παρὰ πλειόνων Ἐπισκόπων πρὸς τοῦτο ἐπιτρεπόμενον κατὰ τὸ εἰρημένον ἀποστολικὸν κανόνα. τὰς δὲ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐκκλησιαστικὰς διοικήσεις, ἤγουν ψήφους, καὶ χειροτονίας, καὶ ἀμφιβολιῶν
F λύσεις ἐν ἀφορισμοῖς καὶ ἐπιτιμίοις καὶ λοιποῖς τοιούτοις τὴν ἑκάστης ἐπαρχίας σύνοδον θεσπίζει οἰκονομεῖν· ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν βαρβάροις ἔθνεσιν ἐκκλησίαι τότε ἦσαν πιστῶν, ὅπου ἴσως οὐ πολλοὶ ἦσαν Ἐπίσκοποι, ὥστε ἀρκεῖν εἰς σύνοδον, ἢ καὶ ἀναγκαῖον ἦν, εἴ τις ἐν λόγῳ διαλάμπων ἦν, ἐκεῖ προσφοιτᾶν, καὶ ταῖς τῶν ἄλλων παροικίαις, ὥστε ἐπιστηρίζειν τοὺς τῇ πίστει προσιόντας, καὶ βεβαιοῦν ἐν αὐτῇ τὸ κρατῆσαν ἔθος μέχρι τότε ἐν τοῖς τοιούτοις ἐνδέδωκεν ἡ ἁγία σύνοδος καὶ εἰσέπειτα πολιτεύεσθαι.

ΑΡΙΣΤ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Go

ΑΡΙΣΤ. Ὑπερόριος μηδεὶς Συγχείτω τὰς ἐκκλησίας, μήτε χειροτονῶν, μήτε ἐνθρονίζων. ἐπὶ μέντοι τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκκλησιῶν, ἡ τῶν πατέρων κρατείτω Συνήθεια.

Ἐν πολλοῖς τῶν κανόνων εἴρηται, ὅτι οὐ δεῖ Ἐπίσκοπον ἀλλοτρίας ἐπιβαίνειν Ἐπισκοπῆς· ἀλλ' ἕκαστον ἐντὸς τῶν ἰδίων ὅρων μένειν, καὶ μὴ πηδᾶν ὑπερόρια, καὶ τὰς ἐκκλησίας Συγχέειν. ἐπὶ μέντοι τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκκλησιῶν, τῶν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, κατὰ τὸν ἕκτον κανόνα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω.

A ARIST. *Nullus peregrinus Ecclesias confundat, neque ordinans, neque in sede collocans. Veruntamem in Ecclesiis, quæ sunt inter Gentiles, Patrum consuetudo servetur.*

In multis Canonibus dicitur, quòd non oportet Episcopum ad alienum transire Episcopatum; sed quemque intra suos manere terminos, & ultra suos limites non transilire, & Ecclesias confundere. De iis autem, quæ apud gentes sunt Ecclesiis, in Ægypto, Libia, & Pentapoli, secundum sextum Nicæni Concilii Canonem antiquæ consuetudines vim habeant.

ΚΑΝΩΝ γ'.

Τὸν μέντοι Κωνσταντινουπόλεως Ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης Ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην.

B

CANON III.

Constantinopolitanus Episcopus habeat prioris honoris partes post Romanum Episcopum, eo quòd sit ipsa nova Roma.

ΒΑΛΣ. Ἡ πόλις αὕτη τοῦ Βύζαντος, οὐκ εἶχε τιμὴν ἀρχιεπισκόπου, ἀλλὰ παρὰ τοῦ μητροπολίτου Ἡρακλείας ἐχειροτονεῖτο ποτὲ Ἐπίσκοπος ἐν αὐτῇ. ἱστορεῖται γὰρ ὡς εἰ καὶ ἦν τὸ Βυζάντιον πόλις καθ' ἑαυτὴν διεξαγομένη, ἀλλ' ἐπολιορκήθη ὑπὸ Σεβήρου Ῥωμαίων αὐτοκράτορος, καὶ ὑπετέθη Πειρινθίοις. Πείρινθος δέ ἐστιν ἡ Ἡράκλεια. τοῦ δὲ μεγάλου Κωνσταντίνου μεταγαγόντος ἐν αὐτῇ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας τῶν Ῥωμαίων, μετωνομάσθη Κωνσταντινούπολις, καὶ νέα Ῥώμη, καὶ πασῶν τῶν πόλεων βασιλίς· κατὰ τὴν β'. σύνοδον ἐτιμήθη ὁ θρόνος τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Ἀνάγνωσον τοῦ α'. τίτλου τοῦ παρόντος Συντάγματος κεφ. ζ'. καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. κἀντεῦθεν καὶ οἱ τῆς β'. Συνόδου ἅγιοι πατέρες διωρίσαντο ἔχειν τὸν Ἐπίσκοπον αὐτῆς τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν Ἐπίσκοπον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην. τούτων δὲ οὕτω διορισθέντων, τινὲς τὴν (μετὰ) πρόθεσιν, οὐκ ὑποβιβασμὸν τῆς τιμῆς νενοήκασιν, ἀλλ' ἐξελάβοντο αὐτὴν εἰς τὸ μετὰ χρόνον μόνον· χρώμενοι πρὸς Συγκρότησιν τοῦ λόγου αὐτῶν, καὶ τῷ κη'. κανόνι τῆς δ'. συνόδου, λέγοντι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα τῷ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, ἔχειν τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα. Σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὴν ρλ'. Ἰουστινιάνειον νεαρὰν τὴν κειμένην ἐν βιβλίῳ ε'· τῶν βασιλικῶν, τίτλῳ γ'. καὶ καταστρωθεῖσαν εἰς τὸ σχόλιον τοῦ ε'. κεφαλ. τοῦ α'. τίτλου παρόντος συντάγματος, καὶ τὸν λϛ'. κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ Συνόδου, λέγοντα εἶναι δεύτερον τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον. ζήτει καὶ κεφάλ. α'. τῶν η'. τίτλου τοῦ παρόντος Συντάγματος. κατεστρώθησαν γὰρ ἐκεῖσε παρ' ἡμῶν διάφοροι νόμοι περὶ τῶν προνομίων τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, καὶ τῆς νέας, καὶ τὸ τοῦ ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου ἔγγραφον θέσπισμα, τὸ γενόμενον πρὸς τὸν ἅγιον Σίλβεστρον τὸν τότε Πάππαν Ῥώμης, χάριν τῶν ἀπονενεμημένων προνομίων τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης. τὸ δὲ χειροτονεῖσθαι σήμερον τὸν κατὰ καιροὺς ἁγιώτατον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τοῦ κατὰ καιροὺς μητροπολίτου Ἡρακλείας, οὐκ ἄλλοθέν ἐστιν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῶν ὑποτεθῆναι, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, Πειρινθίοις ἤτοι Ἡρακλειώταις τὴν πόλιν τοῦ Βύζαντος. καὶ σημείωσαι πόθεν δικαιοῦται ὁ Ἡρακλείας χειροτονεῖν τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. εὕρηται δὲ ἐν τῷ χρονικῷ τοῦ Σκυλίτζη, ὅτι ἐχειροτονήθη πατριάρχης Σε. Σύγκελλος, ὁ ἀδελφὸς τῶν Βασιλέως κυροῦ Λέοντος τῶν σοφοῦ, παρὰ τῶν Καισαρείας, διὰ τὸ προτελευτῆσαι τὸν Ἡρακλείας. ἡμεῖς δὲ εἴδομεν καὶ ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰσαακίου τοῦ Ἀγγέλου ὅτι Λεόντιος τὶς μοναχὸς ἀπὸ τοῦ βουνοῦ τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου, ἐχειροτονήθη παρὰ Δημητρίου τοῦ Καισαρείας διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως.

C

D

E

F

ΖΩΝΑΡ Περὶ τῶν ἄλλων πατριαρχικῶν θρόνων τοῦ ἀνωτέρου κανόνος διαταξαμένου ἐστὶν καὶ τοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως μέμνηται, καὶ ἔχειν αὐτὸν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, ἤτοι τὰ πρωτεῖα, ἢ τὸ ἐξαίρετον ἐθέσπισεν, ὡς νέαν Ῥώμην καὶ βασιλίδα τῶν πόλεων μετὰ τὸν Ῥώμης Ἐπίσκοπον. τινὲς

BALS. Ipsa quidem urbs Byzantina Archiepiscopi honorem non habebat, sed ab Heracleæ metropolitano Episcopus aliquando in ipsa ordinabatur. Scribitur enim quòd etiamsi esset Byzantium civitas quæ per se regeretur, à Severo tamen Romanorum Imperatore obsessa est, & Perinthiis subjecta. Est autem Perinthus, Heraclea. Cùm autem magnus Constantinus Romani Imperii sceptra in eam transtulisset, Constantinopolis nominata est, & nova Roma, & omnium urbium regina. Et juxta secundam Synodum honoratus fuit thronus Constantinopolis: lege primi tit. hujus operis cap. vii. & quæ sunt in eo. Et ex hoc sancti secundæ syn. patres definierunt, ejus Episcopum honoris habere prærogativam post antiquæ Romæ Episcopum, eo quod sit nova Roma. His autem sic definitis, quidam præpositionem (Post) non esse honoris submissionem excogitarunt: sed ipsam ad hoc quod est post tempus solummodo acceperunt; ad sui dicti comprobationem iv. quoque synodi xxviii. Canonem afferentes, dicentem, Æqualia privilegia antiquæ Romæ sanctissimo throno habere thronum Constantinopolitanum, thronum secundum post illum existentem. Tu autem lege cxxx. Justiniani novellam, quæ in v. libro Basil. posita est, tit. iii. & collocata in commentario v. cap. primi tit. præsentis operis: & xxxvi. Canonem synodi quæ fuit in Trullo, dicentem esse secundum Constantinopolis thronum. Quære & primum caput viii. tit. præsentis operis. Illic enim positæ sunt à nobis diversæ leges de privilegiis antiquæ Romæ & novæ, & sancti Constantini Magni scriptum decretum, quod factum est ad sanctum Silvestrum tunc temporis Romæ Papam, de privilegiis veteris Romæ Ecclesiæ attributis. Quòd autem hodie ordinetur sanctissimus pro tempore patriarcha Constantinopolitanus, ab eo qui est pro tempore Heracleæ metropolitanus, non est aliunde quàm ex eo quòd subjecta fuerit ut superiùs dictum est, Perinthiis sive Heracleanis Byzantina civitas. Et nota unde Heracleæ Episcopus Patriarcham constantinopolitanum ordinandi jus habuerit. Invenitur autem in Chronico Scylitzæ, quòd ordinatus est Patriarcha Se. Syncellus, frater Imperatoris Domini Leonis sapientis, à Cæsareæ Archiepiscopo, quòd esset præmortuus Heracleæ Archiepiscopus. Sed & nos etiam vidimus sub imperio Isaacii Angeli quod Leontius quidam monachus à colle sancti Auxentii ordinatus fuit à Demetrio Cæsareæ Episcopo talem ob causam Patriarcha Constantinopolis.

ZONAR. Cum de aliis Patriarchalibus thronis superiori Canone definitum sit, de Constantinopolitano à Patribus hoc loco actum, eique primi honores, privilegiáque singularia quippe novæ Romæ, ac reginæ urbium, post Romanum Episcopum, decreta. Quod quidem ita accepere nonnulli, non ut inferiorem dignitatis gradum

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

dum, ſed temporis poſteriorem ab hac conſtitutione edita feriem, hac præpoſitione, poſt, ſignificari vellent. Erat ſiquidem urbs antiqua Byzantium, quæ ſuis legibus uſa eſt. Severo autem Romanorum imperatore, per Romanos obſeſſa, & bellum per triennium paſſa, tandem civibus in eâ rerum neceſſariarum inopiâ laborantibus, capta eſt, & mœnia quidem ejus ſolo æquata, juraque civilia ablata, & ipſa Perinthiis ſubjecta fuit. Eſt vero Perinthus, quæ alio nomine Heraclæa: atque hinc Heraclienſi Antiſtiti, Patriarchæ ordinatio attribuitur, ut per quem Epiſcopo Byzantino manus ſunt impoſitæ. Poſtea hæc eadem urbs magna à magno Conſtantino inſtaurata, ac de ejus nomine dicta, ac novæ quoque Romæ titulo honeſtata fuit. Illa ergo particula, poſt, ſolum ordinem temporis, non inferiorem honoris gradum reſpectu veteris Romæ indicari, quidam exiſtimavere. Quam quidem ſententiam ſuam, vigeſimo octavo Synodi Chalcedonenſis Canone confirmare nituntur: Ibi namque, mentione hujus Canonis injecta, hæc poſtea ſubjiciuntur. [De privilegiis ſanctiſſimæ Eccleſiæ Conſtantinopolis novæ Romæ eadem nos quoque ſancimus. Veteris enim Romæ throno quòd civitas iſta imperaret patres jure privilegia tribuere, & eâdem ratione moti centum quinquaginta Dei amantiſſimi Epiſcopi ſanctiſſimum novæ Romæ thronum æqualibus privilegiis dignati ſunt, rectè judicantes quæ urbs imperio, ac Senatu honeſtata, ac iiſdem cum vetere urbium Regina, muneribus ornata foret, eam in Eccleſiaſtica quoque Republica, æqualibus cum illa honoribus extollendam, ac ſecundam ab illa collocandam eſſe] Dicunt igitur, cùm æqualibus illam dignam honoribus cenſeant, quomodo præpoſitio (poſt) ſubjectionem ſignificare intelligi poteſt? Verum Juſtiniani novella centeſima trigeſima, imperatoriarum Conſtitutionum libro quinto titulo tertio, Canonem aliter explicat, quemadmodum & ab illo Imperatore intellectus eſt. Sanctiſſimum namque, ait, veteris Romæ Papam, ex ſanctarum ſynodorum placitis, totius Eccleſiaſtici ordinis principem eſſe, beatiſſimum vero Conſtantinopolitanæ urbis, novæ Romæ, Epiſcopum ſecundum ab Apoſtolica veteris Romæ ſede locum obtinere, aliis omnibus honore ſuperiorem eſſe decernimus. Hinc igitur perſpicuè apparet ſubjectionem, & diminutionem per præpoſitionem, poſt, ſignificari. Cum alioqui præſertim, honoris æqualitas in utraque ſede retineri nullatenus queat. Nam ſive ipſa Præſulum nomina recitanda ſive in eodem conſeſſu utrique aſſidendum, ſive utriuſque chirographo eadem ſyngrapha ſit firmanda, alterum certe præferri neceſſe eſt. Quicunque ergo particulam, poſt, ſolam temporis ſeriem, non inferiorem quoque dignitatis gradum ſignificare contendat, is & vim huic loco inferat, & ſententiam neque rectam, neque bonam eliciat. Quin & Trullanæ ſynodi Canone trigeſimo ſexto, præpoſitio, poſt, ſubjectionem aperte notat, dicente, poſt antiquæ Romæ thronum, ſecundus Conſtantinopolitanæ ſedi locus aſſignetur; deinde ſubjungit, poſt hanc Alexandrina, inde Antiochena, & poſt Antiochenam demum Hieroſolymitana numeretur.

ARIST. *Conſtantinopolitanus Epiſcopus poſt Romanum proximus honoretur.*

Eadem privilegia, eundemque, quem Romanus Epiſcopus honorem habebit & Epiſcopus Conſtantinopolitanus; quemadmodum & vigeſimus octavus ſynodi Chalcedonenſis Canon hunc Canonem intellixit; quoniam ipſa eſt nova Roma, ac honoratur & imperio & ſenatu. Nam præpoſitio (poſt) hîc non honorem, ſed tempus ſignificat; ac ſi diceret quiſpiam, quòd poſt multos annos Epiſcopus Conſtantinopolitanus Romano æqualem habuerit honorem.

A τινὲς μὴν οὖν τὸν μὴ προέδρειαν ἀλλ' ὑποβιβασμὸν τῆς τιμῆς δηλοῦν νενοήκασιν, ἀλλὰ δι' μετάχρονον τῆς ταύτης συστάσεως. ἀρχαία μὲν γὰρ πόλις ἦν ὁ Βυζάντιον, καθ' ἑαυτὸ δημοκίμητον. ὅτι Σεβήρου τοῦ Ρωμαίων αὐτοκράτορος πολιορκηθεῖσα ὑπὸ Ρωμαίων, καὶ ὅτι πρὸς ἑαυτοὺς καὶ πόλεμον ὑπέστη, ὕστερον ἑάλω τῷ ἀναγκαίων ἐπιλιπόντων τοῖς ἐν αὐτῇ, καὶ καθῃρέθη μὲν τὰ τείχη αὐτῆς, ἀφῃρέθη δὲ τὰ πολιτικὰ δίκαια, καὶ ὑπετέθη Περινθίοις. Πέρινθος δ' ἔστιν ἡ Ηρακλεία, ὅθεν τῷ Ηρακλείας, καὶ ἡ χειροτονία τοῦ παρειάρχου ἀπονέμηται, ὡς πρὸ αὐτῆς χειροτεινομένου τοῦ Επισκόπου τοῦ Βυζαντίου. ὕστερον δὲ μετὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἡ μεγάλη αὕτη ᾠκοδομήθη πόλις, καὶ εἰς ὄνομα ἐπεκλήθη ἐκείνου, καὶ νέα ὠνομάσθη Ρώμη, διὸ δὴ προέδρευον δὲ μὴ ἔνιοι τοῦ χρόνου δηλωτικὸν ἔφασαν εἶναι, καὶ μὴ ὑποβιβασμὸν τὸ τιμῆς περὶ τὸ πρεσβυτέραν Ρώμης. χρῶνται δὲ πρὸς κατασκευὴν τοῦ ἐκείνου λόγου, τῷ εἰκοστῷ ὀγδόῳ κανόνι τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου μεμνημένῳ τοῦ παρόντος κανόνος, ἐπάγοντι δὲ, ὅπερ καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Κωνσταντίνου πόλεως νέας Ρώμης· καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, διὰ δὲ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀπεδέδωκασι τὰ πρεσβεῖα, καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ ἴσα κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι Επίσκοποι τὰ πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ρώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, δικαίως κρίναντες τὴν βασιλείαν καὶ συγκλήτου τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῷ ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ρώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. φασὶν οὖν, ὅτι ἐπεὶ τῷ ἴσων ἀξιοῦσιν αὐτὴν τιμῷ, πῶς νοηθήσεται ἡ μὴ πρόθεσις ὑποπτώσεως δηλωτική; ἢ ὅτι τοῦ Ιουστινιανοῦ ἐκδοθεῖσι τριακοσιοστῇ πεμπτῇ εἰς βιβλίον τῷ Βασιλικῷ πέμπτον, τίτλον τρίτον ἄλλως νοῆσαι τὸν κανόνα δίδωσι, καθὼς φησὶ τοῦ βασιλέως ἐκείνου ἐννοηθῆναι. φησὶ γὰρ, θεσπίζομεν καὶ τοὺς τῷ ἁγίων συνόδων ὅρους καὶ ἁγιώτατον τὸν πρεσβυτέρας Ρώμης Πάπαν πρῶτον εἶναι πάντων τῷ ἱερέων, καὶ τὸν μακαριώτατον Επίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, καὶ νέας Ρώμης, δεύτεραν τάξιν ἐπέχειν μετὰ καὶ ἀποστολικὸν θρόνον τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, τῷ δὲ ἄλλων πάντων προτιμᾶσθαι. ἐνταῦθεν οὖν ἐναργῶς δείκνυται ἡ μὲν πρόθεσις ὑποβιβασμὸν δηλοῦσα, καὶ ἐλάττωσιν. καὶ ἄλλως δὲ ἀδύνατον δῶ εἶναι δὲ ταυτὸν πῶς καὶ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς θρόνοις φυλάττεσθαι. ἀνάγκη γὰρ ἢ τὴν ἀναφορὰν τῶν ὀνομάτων τῶν προϊσταμένων αὐτῷ καὶ μὲν προτερεύειν, τὸν δὲ δεύτερεύειν, καὶ ἐν καταλόγοις ὅτε συναθροίζειν, καὶ ἐν ὑπογραφαῖς ὅτε τούτων δεῖσθαι. ἤγουν τῇ μὲν ἐξήγησις, ἡ λέγουσα τοῦ χρόνου δηλωτικὴν εἶναι τὴν πρόθεσιν, οὐχ ὑποβιβασμοῦ, βεβιασμένη ἐστὶ, καὶ διανοίας οὐκ ὀρθείας ἐστὶ ἀναπλῆσαι. ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ἡμετέρους ἐκθεὶς κανόνων ἀρτίως δείκνυσι τὴν μὲν πρόθεσιν ὑποβιβασμὸν δηλοῦσθαι, δεύτερον λέγων τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως λογίζεσθαι μετὰ τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, εἶτα ἐπάγει, μεθ' ὃν ὁ τῆς Αλεξανδρέων ἀριθμεῖται θρόνος, εἶτα ὁ τῆς Αντιοχείας, καὶ μετὰ τοῦτον ὁ τῆς Ιεροσολυμίτων.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ Κωνσταντινουπόλεως, μετὰ τὴν Ρώμης τιμᾶσθαι.

Τῶν αὐτῶν πρεσβείων καὶ τῆς αὐτῆς μεθέξει τιμῆς τῇ Ρώμης Επίσκοπος καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως Επίσκοπος· κατὰ τὸν καὶ ὁ εἰκοστὸς ὄγδοος κανὼν τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου τὴν καινὸν τοῦτον ἐνόησε, δηλ. τὸ εἶναι ταύτῃ νέᾳ Ρώμην, καὶ τιμᾶσθαι βασιλείᾳ τε, καὶ συγκλήτῳ. Τὸ δὲ, μετὰ, ἐν ταῖς τιμῆς, ἀλλὰ τοῦ χρόνου δηλωτικόν· ὡς ἂν εἴποι τις, ὅτι μετὰ πολλοὺς χρόνους τῆς ἴσης τιμῆς τῇ Ρώμης, μετέσχε καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως.

Ψηφιοποιήθηκε από την

A

ΚΑΝΩΝ δ'.

Περὶ Μαξίμου τοῦ Κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γεγομένης· ὥστε μήτε Μάξιμον Ἐπίσκοπον ἢ γεγενῆσθαι ἢ εἶναι, μήτε τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας, ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἃ ὑπ' αὐτοῦ γεγομένων ἀκυρωθέντων.

Canon IIII.

Statuerunt etiam de Maximo Cynico, & ejus petulantia & insolentia, quæ fuit Constantinopoli; ut nec Maximus Episcopus factus fuerit, vel sit, nec qui ab eo ordinati fuerunt, in ullo, quicunque is sit, gradu Cleri: omnibus, & quæ circa ipsum fuerunt, & quæ ab illo facta sunt, infirmatis.

ΒΑΛΣ. Τὰ τοῦ δ'. τούτου κεφάλαιον ἰδικά εἰσι, καὶ ἑρμηνείας οὐ δέονται. ἱστόρηται δὲ ὅτι ὁ Μάξιμος οὗτος Αἰγύπτιος μὲν φιλόσοφος κυνικὸς, κυνικοὶ δὲ ἐλέγοντο διὰ τὸ αὐθάδεις καὶ θρασεῖς, καὶ ἀναιδεῖς. καὶ προσελθὼν τῷ μεγάλῳ πατρὶ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ, καὶ κατηχηθεὶς ἐβαπτίσθη, καὶ ἐκληρώθη, καὶ οἰκειώθη αὐτῷ. τοῦ δὲ πατριαρχικοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐν ἐφέσει γενομένου, ἐσπούδασε διὰ χρημάτων ἀποσταλέντων εἰς τὸν Ἐπισκόπους Ἀλεξανδρείας χειροτονηθῆναι. τῶν δὲ ζητούντων Ἐπισκόπων ἐλθόντων εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐπιχειρησάντων καθ' ὃ θέλημα τοῦ Μαξίμου ποιῆσαι, ἐπεὶ ὑπὸ τῶν πιστῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀπελήλυθησαν, ἀπῆλθον εἰς καλυβίδιόν τινος Χορεύλου τινός, καὶ ἐχειροτόνησάν ἀκανονίστως τὸν Μάξιμον. ἡ ἁγία οὖν σύνοδος αὐτὸν ἀπεκήρυξε τοῦτον, ὁρίσασα μήτε Ἐπίσκοπον αὐτὸν γεγενῆσθαι ἢ εἶναι, διὰ τὸ ἐκθέσμως χειροτονηθῆναι, μήτε τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας οἱῳδήποτε βαθμοῦ κληρικοὺς εἶναι. ὁ δὲ αὐτὸς Μάξιμος ὕστερον γνωσθεὶς τὰ Ἀπολιναρίου φρονῶν, ἀνεθεματίσθη. Εὕρηται δὲ εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ὃν συνεγράψατο ὁ μαθητὴς αὐτοῦ Γρηγόριος. καὶ μέμνηται τούτου ὁ Θεολόγος ἔν τινι τῶν μὴ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκομένων ἐπ' ἐκκλησίαις λόγων αὐτοῦ.

B

C

Bals. Quæ sunt in iiii. Canone sunt specialia, nec interpretatione indigent. In historiis autem traditum est, quòd hic Maximus fuit Ægyptius, philosophus Cynicus. Cynici autem dicebantur propter eorum arrogantiam, audaciam, & impudentiam. Et cùm ad magnum Patrem Gregorium Theologum accessisset, fidei mysteriis imbutus, baptizatus est, & in Clerum cooptatus, eique familiaris effectus est. Cùm autem patriarchalem Constantinopolis sedem desiderasset, pecuniis ad Alexandriæ Episcopos missis magno studio contendit ut eligeretur. Cùm autem ii Episcopi Constantinopolim venissent, & ex Maximi voluntate facere aggressi essent, quoniam à fidelibus ab Ecclesia expulsi sunt, in cujusdam Chorauli domum venerunt, & Maximum non Canonicè elegerunt. Hæc ergo sancta synodus eum abdicavit, definiens nec ipsum factum fuisse vel esse Episcopum, eo quòd contra leges ordinatus est, nec eos qui ab ipso ordinati essent, cujuscunque sunt gradus, esse Clericos. Hic autem Maximus, cùm postea intellectum esset eum cum Apollinario sentire, anathemate ictus est. Invenitur autem in vitâ S. Gregorii Theologi quam conscripsit discipulus ejus Gregorius. Meminit etiam istius Theologus, in quadam ex suis orationibus, quæ in Ecclesiis non leguntur.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ Μάξιμος οὗτος Αἰγύπτιος μὲν φιλόσοφος Κυνικός. Κυνικοὶ δὲ ἐλέγοντο διὰ τὸ αὐθάδεις καὶ θρασεῖς, καὶ ἀναιδεῖς. καὶ προσελθὼν τῷ μεγάλῳ πατρὶ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ, καὶ κατηχηθεὶς ἐβαπτίσθη· εἶτα, καὶ τῷ κλήρῳ συνεπλέγη, καὶ πάνυ τῷ ἁγίῳ πατρὶ ἐκείνῳ φίλος ἦν, ὡς καὶ ὁμοδίαιτος εἶναι. ὃν ἐφέσει τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως γενομένου, χρήματα πολλὰ εἰς Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖθεν Ἐπισκόπους ἄγειν χειροτονήσοντας αὐτὸν ἀρχιερέα τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἔπεμψε καί τινα συνεργὸν τῶν οἰκειοτάτων τῷ Θεολόγῳ. ἤδη δὲ τῆς ἐκκλησίας ἔνδον γενόμενοι, τοὺς δὲ πλείους τῷ πλείῳ γνωσθέντες, ἀπελήλυθησαν ὑπὸ τῶν πιστῶν, καὶ ἀπελαθέντες οὐκ ἐφησύχασαν, ἀλλ' εἰς οἰκίαν εἰσδύντες χοραύλου τινός, ἐκεῖ χειροτονοῦσι τὸν Μάξιμον, εἰ καὶ μηδὲν ἀπώναντο τῆς τοιαύτης μαθητείας, οὐδὲ γὰρ ἀνύσαι τι δεδύνηντο. ἀπεκηρύχθη οὖν ὑπὸ τῆς ἁγίας τοῦ παρόντος κανόνος τῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ συνελθόντων ἁγίων πατέρων ὁρισθέντων μήτε Ἐπίσκοπον αὐτὸν γεγενῆσθαι, ἢ εἶναι διὰ τὸ ἐκθέσμως κεχειροτονῆσθαι, μήτε τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας κληρικοὺς ὑπάρχειν. ὕστερον δὲ γνωσθεὶς τὰ Ἀπολιναρίου φρονῶν, καὶ ἀνεθεματίσθη. τούτου καὶ ὁ Θεολόγος, ἔν τινι τῶν μὴ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκομένων λόγων αὐτοῦ, μέμνηται.

D

Zonaa. Maximus hic fuit Ægyptius, Philosophus Cynicus. Cynici porro dicebantur propter eorum arrogantiam, audaciam, ac impudentiam. Is cum se ad magnum Patrem Gregorium Theologum contulisset, imbutus ab eo fidei mysteriis, postea baptizatus fuit. Et demum etiam Clero adscriptus, sancto patri adeo familiaris fuit, ut ad mensæ quoq; communionem ab eadem admitteretur. Postea cum Patriarchalem Constantinopolitanæ sedis dignitatem concupiisset, pecuniæ numerum mittit Alexandriam, sibique inde subornat Episcopos Constantinopolis Patriarcham illum electuros; ex intimis etiam Theologi quodam ejus adiutore. Qui quidem, cum in Ecclesia jam constitissent, nondum perfecta re deprehensi, atque à fidelibus ejecti, non propterea quieverunt, sed Choraulæ cujusdam domum ingressi, Maximum Patriarcham ordinant, quamvis nihil ei profuit istiusmodi improbitas, nec quicquam enim perficere potuerunt. Hominem igitur, secundæ synodi Sancti Patres hoc Canone notavere, nec Episcopum factum fuisse aut esse, ordinatum quippe contra leges, nec quibus ordines contulisset, in Clericorum numero habendos esse definiunt. Eundem postea, cum ab Apollinario stetisse cognitum esset, anathemate damnavere. Ac hujus quidem hominis, apud Theologum, in iis, quas Ecclesia non recitat, orationibus, mentionem alicubi factam reperias.

E

ΑΡΙΣΤ. Μάξιμος ὁ Κυνικὸς τῆς Ἐπισκόπων ἀλλότριος· καὶ ἅπας ἀνίερος, ὃς ἐκείνῳ κεκλήρωται.

Aarist. *Maximus Cynicus ab Episcopis alienus, & quisquis ab eo in Clerum adscriptus est, profanus habetur.*

F

Ὅτι περ οὗτος τὴν ἐκκλησίαν ἐπαίδαξε, καὶ ταραχῆς αὐτὴν καὶ θορύβου ἐνέπλησε, λύκος ἀντὶ ποιμένος ὀφθείς, καὶ πάντα συγχωρῶν ἑτοίμως τοῖς παίουσιν, ἀφ' ἑνὸς τοῦ ἀσεβεῖν ἐν τοῖς δόγμασι καὶ μέγαν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον. ἀλλότριος οὖν καὶ ὁ Μάξιμος ἔστω τῆς Ἐπισκόπων ἕδρας, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντες, ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, ἀνίεροι.

Quoniam hic Ecclesiam dilaceravit, eamque perturbatione & tumultu implevit, lupus pro pastore visus, & omnia offendentibus prompte concedens, eo solùm quod in dogmatis impius fuit, secundum magnum Theologum Gregorium. Alienus itaque ab Episcopis erit Maximus, & qui ab eo ordinati fuere, quocunque tandem Cleri gradu, inter profanos habiti.

Canon

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

CANON V.

Quod ad volumen attinet Occidentalium, etiam eos ſuſcipimus qui Antiochiæ unam Patris & Filii & ſancti Spiritus Deitatem confitentur.

BALS. Hic quoque Canon eſt ſpecialis. In hiſtoriis enim ſcriptum eſt, quòd Imperator Conſtantius, magni Conſtantini filius, Arrianus factus, primam ſynodum evertere conatus eſt. Cùm hoc autem reſciviſſet ejus frater Conſtans, qui Occidentalibus partibus dominabatur, fratri ſuo bellum literis minatus eſt, niſi rectam fidem labefactare deſineret. Viſum eſt ergo Imperatoribus, ut Sardicæ ſeu Triaditzæ Epiſcopi convenirent, & de iis quæ Nicææ decreta erant, diſceptarent. Congregatis itaque trecentis quadraginta & uno Epiſcopis, confirmatum eſt ſanctum ſymbolum patrum qui Nicææ convenerant: &, qui non ita ſentiebant, anathemati ſubjecti ſunt. Volumen ergo ſeu tomum Occidentalium hanc dicit definitionem ſecunda ſynodus, quæ etiam ab Antiochenis ſuſcepta eſt. Volumen autem hoc Occidentalium dixit, quoniam ſoli Occidentales Epiſcopi ediderunt. Orientales enim, qui erant ſeptuaginta, dicebant, niſi ejicerentur ſanctus Paulus confeſſor & magnus Athanaſius, ſe ſynodo non communicaturos. Cùm autem Occidentales hoc facere recuſarent, Orientales Epiſcopi ſtatim à ſynodo receſſerunt. Et ideo ſoli illi Occidentales Nicænam definitionem confirmarunt, & diſſimile anathematizarunt, & Orientales Epiſcopos condemnarunt. Obſerva autem ex hiſtoriis hic relatis Sardicenſem ſynodum ante hanc ſecundam habitam eſſe.

B

C

ZONAR. Conſtantius magni Conſtantini filius, Imperator, cum Arrianis faveret, primam ſynodum convellere omni ſtudio nitebatur. Hoc veteris Romæ Papa Conſtanti fratri Conſtantii ſignificavit: Hic autem Conſtantio bellum, niſi à rectæ fidei oppugnatione deſiſteret, miſſis literis denuntiavit. Hinc de Synodo habenda, déque Concilii Nicæni decretis in ea diligenter cognoſcendis, inter ambos Imperatores convenit. Sardicæ igitur unus & quadraginta ſupra trecentos Epiſcopi congregati ſunt, qui decreto edito, & ſanctum Nicænum Symbolum confirmarunt, & ei contrarium ſentientes abdicarunt. Hoc igitur decretum, Occidentalium volumen ſive tomum ſynodus hæc ſecunda nominat; cujus auctoritatem amplexos quoque Antiochenos probat. Per Occidentales verò, qui Sardicæ convenerunt, Epiſcopos intelligit. Sardica porro eſt, quam nunc Triadizzam vocant. Tomum autem dixit Occidentalium, eo quod ſoli Occidentis Epiſcopi decretum illud edidere. Nam Orientis quidem Epiſcopi ſeptuaginta, niſi S. Paulus confeſſor, & magnus Athanaſius è Concilio exirent, ſe Synodo non intereſſe clamabant. Hoc autem cùm Occidentales, ut facerent, adduci non potuerint, è ſynodo ſtatim Orientales Epiſcopi ſe proripuerunt. Proinde à ſolis Occidentalibus Nicænæ ſynodi decreta confirmata ſunt, qui & quod ab ea diverſum eſt anathematizârunt, & Orientis Epiſcopos condemnarunt. Nota autem ex iis quæ hic traduntur, quod Synodus Sardicenſis ante hanc ſecundam habita fuit.

D

E

ARIST. *Patrem, & Filium, & Spiritum S. conſubſtantiales aſſerens Occidentalium tomus, facilè admittitur.* Perſpicuus.

F

ΚΑΝΩΝ ε'.

Περὶ τοῦ τόμου τῶν δυτικῶν, καὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀποδεξαμένων τὴν μίαν ὁμολογοῦντας πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος θεότητα.

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν ἰδικός ἐστιν. ἱστόρηται γὰρ ὅτι Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς, ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου Ἀρειανίσας, ἐπεχείρει ἀναιρεῖν τὴν πρώτην σύνοδον. μαθὼν δὲ τοῦτο Κώνστας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, τῶν ἑσπερίων κατεῖχε μερῶν, ἐπείλησε διὰ γραφῶν πόλεμον τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, εἰ μὴ παύσαιτο τὴν ὀρθὴν πίστιν καταλύων. ἔδοξεν οὖν τοῖς βασιλεῦσι, συνελθεῖν ἐν Σαρδικῇ ἤτοι τῇ Τριαδίτζῃ τοὺς ἐπισκόπους, καὶ διαγνωμονῆσαι περὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ δογματισθέντων. συναθροισθέντων οὖν τριακοσίων τεσσαράκοντα πρὸς τοῖς ἑνὶ ἐπισκόπων, ἐβεβαιώθη τὸ ἅγιον σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων· καὶ οἱ μὴ ὑπὸ φρονοῦντες ἀνεθεματίσθησαν. Τόμον οὖν τῶν δυτικῶν ἢ ὅρον τοῦτον φησὶν ἡ ϛ'. Συνόδου, ἣ καὶ παρὰ τῶν Ἀντιοχέων δεχθέντα· τόμον δὲ εἶπε τῶν δυτικῶν, ὅτι μόνοι οἱ δυτικοὶ ἐπίσκοποι τοῦτον ἐξέδοντο. οἱ γὰρ ἐξ ἑῴας, ὁ. ὄντες ἔλεγον, ὡς εἰ μὴ τοῦ συνεδρίου ἐξέλθωσιν ὁ ἅγιος Παῦλος ὁ ὁμολογητὴς, καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, οὐ κοινωνήσουσι τῇ Συνόδῳ. τοῦτο δὲ ποιῆσαι, μὴ ἀνεχομένων τῶν δυτικῶν, αὐτίκα ἀπέστησαν τῆς Συνόδου οἱ τῆς ἑῴας ἐπίσκοποι. διὸ καὶ μόνοι οἱ δυτικοὶ τὸν τῆς Νικαίας ὅρον ἐβεβαίωσε, καὶ ἀνεθεμάτισε τὸ ἀνόμοιον, καὶ τῶν ἑῴων ἐπισκόπων κατεψηφίσαντο. σημειοῦται δὲ ἀπὸ τῶν ὄντως ἱστορηθέντων, ὅτι ἡ ἐν Σαρδικῇ Σύνοδος πρὸ τῆς δευτέρας γέγονε Συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου Ἀρειανίσας, ἐπεχείρει ἀναιρεῖν τὴν πρώτην Σύνοδον. τοῦτο ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Πάπας, ἀνέωξε πρὸς Κώνσταντα τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κωνσταντίνου. ὁ δὲ πόλεμον ἐπείλησε διὰ γραμμάτων τῷ ἀδελφῷ, εἰ μὴ παύσαιτο τὴν ὀρθὴν πίστιν καταλύων. ἔδοξεν οὖν τοῖς βασιλεῦσιν ἀμφοῖν Σύνοδον γενέσθαι, καὶ ἐκείνην διαγνωμονῆσαι περὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ δογματισθέντων. Συναθροισθέντων οὖν ἐν Σαρδικῇ Ἐπισκόπων τριακοσίων τεσσαράκοντα καὶ ἑνὸς, οἳ καὶ ὅρον ἐξέδοντο βεβαιοῦντα τὸ ἅγιον σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων, τοὺς δὲ ἐναντία φρονοῦντας ἀποκηρύττοντα. τόμον οὖν τῶν δυτικῶν, ἢ ὅρον τοῦτον, φησὶν ἡ δευτέρα σύνοδος· ὃν δεξαμένους καὶ τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀπεδέξατο. δυτικοὺς δὲ τοὺς ἐν Σαρδικῇ ἀθροισθέντας φησὶν Ἐπισκόπους. Σαρδικὴ δ' ἐστὶν, ἡ νῦν λεγομένη Τριάδιτζα. τόμον δὲ εἶπε τῶν δυτικῶν, ὅτι μόνοι οἱ δυτικοὶ Ἐπίσκοποι τοῦτον ἐξέδοντο. οἱ γὰρ ἐξ ἑῴας ὁ. ὄντες ἔλεγον, ὡς εἰ μὴ τοῦ συνεδρίου ἐξέλθωσιν ὁ ἅγιος Παῦλος ὁ ὁμολογητὴς, καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, οὐ κοινωνήσουσι τῇ Συνόδῳ. τοῦτο δὲ ποιῆσαι, μὴ ἀνεχομένων τῶν δυτικῶν, αὐτίκα ἀπέστησαν, τῆς συνόδου οἱ τῆς ἑῴας Ἐπίσκοποι. διὸ καὶ μόνοι οἱ δυτικοὶ τὸν τῆς Νικαίας ὅρον ἐβεβαίωσε, καὶ ἀνεθεμάτισε τὸ ἀνόμοιον καὶ τῶν ἑῴων Ἐπισκόπων κατεψηφίσαντο. σημειοῦται δὲ ἀπὸ τῶν ἐνθένδε ἱστορηθέντων, ὅτι ἡ ἐν Σαρδικῇ Σύνοδος πρὸ τῆς δευτέρας γέγονε συνόδου.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ὁμοούσιον παραδιδοὺς τῶν δυτικῶν τόμος, ἀναπόδεκτος. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ

A

ΚΑΝΩΝ ϛ'.

Επειδὴ πολλοὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν συγχεῖν καὶ ἀνατρέπειν βουλόμενοι, φιλέχθρως καὶ συκοφαντικῶς αἰτίας τινὰς κατὰ τῶν οἰκονομούντων τὰς ἐκκλησίας ὀρθοδόξων Επισκόπων συμπλάσσουσιν, οὐδὲν ἕτερον ἢ χραίνειν τὰς τῶν ἱερέων ὑπολήψεις, καὶ ταραχὰς τῶν εἰρηνευόντων λαῶν κατασκευάζειν ἐπιχειροῦντες· τούτου ἕνεκεν ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνδραμόντων Επισκόπων, μὴ ἀνεξετάστως προσίεσθαι τοὺς κατηγόρους, μηδὲ πᾶσιν B ἐπιτρέπειν τὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι κατὰ τῶν οἰκονομούντων τὰς ἐκκλησίας, μηδὲ μὴν πάντας ἀποκλείειν. ἀλλ' εἰ μέν τις οἰκείαν τινὰ μέμψιν, τοῦτ' ἔστιν, ἰδιωτικὴν, ἐπαγάγοι τῷ Επισκόπῳ, ὡς πλεονεκτηθεὶς, ἢ ἄλλο τι παρὰ τὸ δίκαιον παρ' αὐτοῦ πεπονθὼς, ἐπὶ τῶν τοιούτων κατηγοριῶν μὴ ἐξετάζεσθαι, μήτε πρόσωπον τοῦ κατηγόρου, μήτε τὴν θρησκείαν. χρὴ γὰρ παντὶ τρόπῳ, τό, τε συνειδὸς τῶν Επισκόπου ἐλεύθερον εἶναι, καὶ τὴν ἀδικεῖσθαι λέγοντα, οἵας ἂν ᾖ θρησκείας, τῶν δικαίων τυγχάνειν. εἰ δὲ ἐκκλησιαστικὸν εἴη τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα τῷ Επισκόπῳ τότε δοκιμάζεσθαι χρὴ τῶν κατηγορούντων τὰ πρόσωπα· ἵνα πρῶτον μὲν αἱρετικοῖς μὴ ἐξῇ C κατηγορίας κατὰ τῶν ὀρθοδόξων Επισκόπων ὑπὲρ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ποιεῖσθαι. αἱρετικοὺς δὲ λέγομεν, τούς τε πάλαι τῆς ἐκκλησίας ἀποκηρυχθέντας, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα ὑφ' ἡμῶν ἀναθεματισθέντας. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τοὺς τὴν πίστιν μὲν τὴν ὑγιῆ προσποιουμένους ὁμολογεῖν, ἀποχισθέντας δὲ καὶ ἀντισυνάγοντας τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν Επισκόποις. ἔπειτα δὲ καὶ εἴ τινες τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ αἰτίαις τισὶ προκατεγνωσμένοι εἶεν καὶ ἀποβεβλημένοι, ἢ ἀκοινώνητοι, εἴτε ἀπὸ κλήρου εἴτε ἀπὸ λαϊκοῦ τάγματος, μηδὲ τούτοις ἐξεῖναι κατηγορεῖν Επισκόπου, πρὶν ἂν τὸ οἰκεῖον ἔγκλημα πρότερον ἀποδύσωνται. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ κατηγορίαν D προλαβοῦσαν ὄντας, μὴ πρότερον εἶναι δεκτοὺς εἰς Επισκόπου κατηγορίαν ἢ ἑτέρων κληρικῶν, πρὶν ἂν ἀθώους ἑαυτοὺς τῶν ἐπαχθέντων αὐτοῖς ἀποδείξωσιν ἐγκλημάτων. εἰ μέντοι τινὲς, μήτε αἱρετικοὶ, μήτε ἀκοινώνητοι εἶεν, μήτε κατεγνωσμένοι ἢ προκατηγορημένοι ἐπί τισι πλημμελήμασι, λέγοιεν δὲ ἔχειν τινὰς ἐκκλησιαστικὰς κατὰ τοῦ Επισκόπου κατηγορίας, τούτους κελεύει ἡ ἁγία σύνοδος πρῶτον μὲν ἐπὶ τῶν τῆς ἐπαρχίας πάντων Επισκόπων ἐνίστασθαι τὰς κατηγορίας, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐλέγχειν τὰ ἐγκλήματα τῶν ἐν αἰτίαις τισὶν Επισκόπου. εἰ δὲ συμβαίη ἀδυνατῆσαι τοὺς ἐπαρχιώτας πρὸς διόρθωσιν τῶν ἐπιφερομένων ἐγκλημάτων E τῷ Επισκόπῳ, τότε αὐτοὺς προσιέναι μείζονι συνόδῳ τῶν τῆς διοικήσεως Επισκόπων ἐκείνης, ὑπὲρ τῆς αἰτίας ταύτης συγκαλουμένων, καὶ μὴ πρότερον ἐνίστασθαι τὴν κατηγορίαν, πρὶν ἢ ἐγγράφως αὐτοὺς ἐπιτιμήσασθαι κίνδυνον, εἴπερ ἐν τῇ τῶν πραγμάτων τάξει συκοφαντοῦντες τὸν κατηγορούμενον Επίσκοπον ἐλεγχθεῖεν. εἰ δέ τις καταφρονήσας τῶν κατὰ τὰ προδηλωθέντα δεδογμένων, τολμήσειεν ἢ βασιλικὰς ἐνοχλεῖν ἀκοὰς, ἢ κοσμικῶν ἀρχόντων δικαστήρια, ἢ οἰκουμενικὴν σύνοδον ταράσσειν, πάντας ἀτιμάσας τοὺς τῆς διοικήσεως Επισκόπους, ὡς τοιοῦτον ὂν πάμπαν εἰς κατηγορίαν μὴ εἶναι δεκτὸν, ὡς καθυβρίσαντα τοὺς κανόνας, καὶ τὴν ἐκ- F κλησιαστικὴν λυμηνάμενον εὐταξίαν.

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι ὡς πρόντα κανόνα χάριν τῶν ἐνιστάντων ἐγκληματικὰ δικαστήρια κατὰ τῶν Επισκόπων καὶ λοιπῶν ἱερωμένων. ἀνάγνωθι καὶ ὡς ρκθ'. κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ τοὺς εἰς τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ καταστρωθέντας νόμους. καὶ μάθοις ἐκ τοῦ πρόντος κανόνος, καὶ ἐξ ἐκείνων, τίνες κωλύονται γυμνάζειν κατὰ ἱερωμένων ἐγκληματικὰς ἀγωγάς. Οὐκ ἐπαύσατο ποτὲ ὁ πολέμιος ἡμῶν Σατανᾶς διὰ συκοφαντίας μολύνων τὰς ὑπολήψεις

CANON VI.

Quoniam multi Ecclesiasticum ordinem confundere & subvertere volentes, inimicè & sycophanticè adversus orthodoxos Episcopos, qui Ecclesias administrant, accusationes quasdam confingunt, nihil aliud quam sacerdotum bonam famam lædere, & in pace degentium populorum tumultus concitare conantes: ea de causa decrevit sancta synodus Episcoporum, qui Constantinopoli convenerunt, non sine examine accusatores admittere, nec omnibus, eorum qui Ecclesias administrant accusationes permittere, nec omnes excludere. Sed si quis propriam quidem querelam, id est, privatam, intendat Episcopo, ut oppressus, vel aliàs injuria aliqua ab ipso affectus, in ejusmodi accusationibus, nec accusatoris personam, nec religionem examinari. Omnino enim oportet, & Episcopi conscientiam esse liberam, & eum, qui injuriam sibi factam esse conqueritur, cujuscunque tandem sit religionis, jus obtinere. Si autem sit crimen Ecclesiasticum, quod Episcopo intenditur, tunc examinare oportet personas accusatorum. Vt primùm quidem hæreticis non liceat orthodoxos Episcopos de rebus ecclesiasticis accusare. Hæreticos autem dicimus, & qui olim ab Ecclesia ejecti sunt, & qui sunt postea à nobis anathematizati. Ad hæc autem, & eos qui sanam quidem fidem confiteri præ se ferunt, in Schisma autem abeunt, & adversus Canonicos nostros Episcopos congregationem faciunt. Præterea autem, & si aliqui eorum ab Ecclesia ob aliquas causas priùs condemnati & ejecti, vel excommunicati fuerint, sive ex Clero, sive ex laicorum ordine sint; nec iis licere Episcopum accusare priusquam proprium crimen absterserint. Similiter autem & eos, qui sub priore accusatione laborant, non priùs ad Episcopi vel aliorum clericorum accusationem admitti, quàm se objectorum sibi criminum insontes ostenderint. Sed si nonnulli, nec hæretici, nec excommunicati fuerint, nec priùs damnati, vel aliquorum criminum accusati, dicant autem se habere Ecclesiasticas aliquas adversus Episcopum criminationes, eos jubet sancta synodus primùm quidem apud provinciæ Episcopos accusationem intendere, & coram eis probare crimina Episcopo objecta. Quòd si evenerit, ut provinciales Episcopi crimina, quæ Episcopo intentata sunt, corrigere non possint, tunc ipsos accedere ad majorem synodum diœcesis illius Episcoporum pro hac causa convocatorum, & accusationem non priùs intendere, quàm æquale sibi periculum scriptis statuant, siquidem in rebus examinandis, accusatum Episcopum calumniari convicti fuerint. Si quis autem iis, quæ (ut priùs declaratum est) decreta fuerunt, contemptis, ausus fuerit vel Imperatoris aures molestia afficere, vel secularium principum judicia, vel universalem synodum perturbare, neglectis omnibus diœcesis Episcopis, eum nullo modo esse ad accusationem admittendum, ut qui Canonibus injuriam fecerit, & Ecclesiasticum ordinem everterit.

BALS. Nota præsentem Canonem, propter illos qui lites intendunt criminales adversus Episcopos & reliquos ex ordine sacerdotali: lege etiam Canonem cxxix. synodi Carthaginensis, & leges in ejus expositione allegatas: ac ex hoc Canone & ex illis discas quinam prohibeantur criminales actiones adversus eos, qui sacris ordinibus initiati sunt, intentare. Non cessavit unquam inimicus noster satan, bonorum hominum existimationem, & maximè Episcoporum, per calumniam polluere. Et pro-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

pterea definierunt patres, quemvis hominem, ſive bonæ ſit exiſtimationis, ſive infamis, fidelis, & infidelis, privatam quidem cauſam, hoc eſt, pecuniariam adverſus Epiſcopum habentem admitti, & cum eo in judicio convenienti litigare. Pro cauſa autem criminali, vel quacunque Eccleſiaſtica quæſtione, quæ depoſitionem, vel etiam pœnam Epiſcopo inducit, eum non aliter trahi, quam ſi accuſatoris perſona priùs examinata fuerit. Hæreticis enim nullo modo permiſſum eſt Epiſcopum accuſare. Separati autem, vel qui ſunt etiam quomodocunque priùs accuſati, non poſſunt adverſus Epiſcopum vel Clericum accuſationem inſtituere, niſi priùs ſeipſos, eorum quæ eis objiciuntur, inſontes oſtenderint. Aliter ſit talis accuſator, non ſimpliciter nec temere vult Canon, Clericum, vel Epiſcopum trahi: ſed cum omni legitima obſervatione, & per ſcripturam, vel depoſitionem accuſatoris, quæ eum eidem pœna ſubjiciat, niſi crimen, cujus ipſum inſimulat, probaverit. Sed & Epiſcopi ſive Clerici accuſationem, primùm quidem apud Metropolitanum agitari: ſi autem non poſſit regionis ſynodus cauſam ſolvere, tunc, inquit, eam audiet major ſynodus. Eum autem qui præter hæc facit, & vel ad Imperatorem accedit, vel ad ſecularia judicia, vel ad univerſalem ſynodum, non eſſe ad accuſationem admittendum, ut qui Canones injuria afficiat, & Eccleſiaſticum ordinem pervertat. Privatas autem nominavit Canon pecuniarias cauſas, ad criminalium differentiam, quæ quidem publicæ dicuntur, ut quæ ab omnibus, qui ſunt ex populo, moveantur: quod non eſt in cauſis pecuniariis. Is enim ſolus eas movet, cujus intereſt. Cùm autem audis præſentem Canonem, dicentem, hæreticos etiam eos, qui ſanam fidem confiteri præ ſe ferunt, ſeparantes autem ſe, adverſus Canonicos noſtros Epiſcopos congregationem faciunt, ne pugnare exiſtimes cum ii. Canone magni Baſilii, non nominante hæreticos ſchiſmaticos. Sed dic illos ſchiſmaticos à præſenti Canone hæreticos appellari, qui aliena ſentiunt, & ſimulatione quidem ac ſpecie ſunt orthodoxi, ſunt autem re vera hæretici: ſancti autem Baſilii Canonem de aliis ſchiſmaticis docere, qui ſunt revera quidem orthodoxi, ſed propter aliquem eccleſiaſticæ quæſtionis prætextum, ſe per arrogantiam à fratrum integritate abſciderunt: & lege dictum Canonem ſancti patris. Ex ultimo autem dicto præſentis Canonis, dicentis, ad accuſationem non eſſe admittendum, qui præter Canonem facit, ut qui ſit in Canones contumelioſus, conati ſunt nonnulli dicere, eum etiam infamiæ ſubjici. Mihi autem videtur non ex eo, illum, qui adeò inordinatè actionem intendit, injuriarum actione teneri, ut ſit infamis; & conſequenter deponatur, propter regulam quæ dicit, Expreſſa nocent: non expreſſa non nocent. Aliquo autem alio modo punietur prout judici videbitur. Cùm autem Epiſcopus aliquis pro criminali cauſa in ſanctam Conſtantinopolitanam ſynodum tractus eſſet, & petiviſſet ut à ſuo Metropolitano & propria ſynodo judicaretur, ut vult hic præſens Canon, dixerunt nonnulli, quòd quoniam Metropolitanus præſens vult ſuum Epiſcopum à magna ſynodo judicari, apud eam rectè judicabitur. Contra autem dixerunt nonnulli, non eſſe ſitum ejus judicium in poteſtate Metropolitani, ſed ſynodi quæ eſt apud ipſum. Multum etiam Epiſcopi intereſſe, ut in propria ſynodo judicetur, & ad aliam ſynodum non trahatur. Et propterea nec locum quidem habere, Metropolitani admiſſionem. Præterea dixerunt nonnulli Canonem loqui de univerſali ſynodo, magnam autem ſynodum, quæ eſt Conſtantinopoli, non eſſe univerſalem: Et propterea nec locum habere in hac cauſa. Mihi autem videtur, quod etiamſi ſynodus, quæ eſt habita Conſtantinopoli, non eſt univerſalis ſynodus, cùm alii quoque Patriarchæ non adſint: eſt tamen major omnibus ſynodis, & ejus Archiepiſcopus univerſalis patriarcha voca-

A τ̃ ἀγαθῶν ἀνθρώπων, καὶ μᾶλλον τ̃ Ἐπισκόπων. καὶ διὰ τοῦτο ὡρισάμεθα οἱ πατέρες, πόλιτα ἄνθρωπον ἔντιμον, καὶ ἄτιμον, πλούσιον, καὶ πένητα, ἰδιωτικοῖς μὲν ἐπιτίθεσιν, τυτέστι χρηματικοῖς κ τ̃ Ἐπισκόπου ἔχοντα, προσδέχεσθαι καὶ δικάζεσθαι παρὰ τ̃ προσφόρου δικαστηρίου. χάριν γ̃ ἐγκλημάτικῆς ἐπιτιθέσεως, ἢ ἐκκλησιαστικοῦ οἱουδήτινος ζητήματος καθαίρεσιν ἢ καὶ ἀτιμίου ἐπάγοντος τ̃ Ἐπισκόπου, μὴ ἄλλως τοῦτον ἕλκεσθαι, εἰ μὴ πρότερον ἐξετασθῇ ὁ πρόσωπον τ̃ κατηγόρου. τοῖς γὰρ αἱρετικοῖς οὐδ' ὅλως ἐνεδίδου κατηγορεῖν Ἐπισκόπου. οἱ γ̃ ἀφωρισμένοι, ἢ καὶ προκατηγορηθέντες ὑπὸ σύνοδον, ἢ δικαίαν κ τ̃ Ἐπισκόπου ἢ κληρικῶν κατηγορίαν εἰσάγειν, εἰ μὴ ἑαυτοὺς ἀνδωσαι τ̃ κατηγορίας. καὶ τ̃ κατηγόρου γ̃ τοιούτου ὄντος, οὐχ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε δίδωσι ὁ κανὼν τ̃ κληρικὸν ἢ τ̃ Ἐπίσκοπον ἕλκεσθαι, ἀλλὰ μετὰ πάσης νομικῆς ἀνεγκλησίας, καὶ ἀφ' ἑαυτῆς ἢ τοι ἀφ' ἑτέρου κατηγόρου καθυποβαλλούσης τοῦτον τῇ ταυτοπαθείᾳ, εἰ μὴ τ̃ εἰσαγόμενον ἀφ' αὑτοῦ ἔγκλημα ἀποδείξῃ. ἀλλὰ καὶ τῷ κατηγορεῖσθαι τ̃ Ἐπίσκοπον ἢ τ̃ κληρικοῦ πρῶτον ἀφ' τ̃ μητροπολίτην γίνεσθαι· εἰ γ̃ διωνθῇ ἢ ἐγχωρεῖ. σωσθ. λῦσαι τῷ ἀποφάσει, τότε, φησίν, ἀκροάσεται ταύτης μείζων Σωσθ. ἃ γ̃ ἀφ' ἑαυτοῦ ποιοῦντα, καὶ ἢ βασιλέα προσερχόμενον, ἢ κοσμικαῖς ἄρχουσιν, ἢ Οἰκουμενικὴ Συνόδῳ, ἀπροδέκτον εἰς κατηγορίαν εἶναι, ὡς ὑβριστὴν τ̃ κανόνων καὶ τ̃ ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας λυμεῶνα. ἰδιωτικοὺς γ̃ ὠνόμασεν ὁ κανὼν τοὺς χρηματικοὺς ἀποφάσεις, παρὸς ἀντιδιαστολὴν τ̃ ἐγκληματικῶν, αἵτινες δημόσιαι λέγονται, ὡς κινούμεναι ἀφ' ἅπαντος τ̃ τ̃ δήμου, ὅπερ ὅτι τ̃ χρηματικῶν ἀγωγῶν οὐκ ἔστι. μόνος γὰρ ὁ ἔχων ὅ διαφέρον, ταύτας κινεῖ. ἀκύρων γ̃ τ̃ πρόνλος κανόνος λέγονλος, αἱρετικοὺς, καὶ τοὺς τῷ πίστιν μὲν τ̃ ὑγιῆ προσποιουμένους ὁμολογεῖν, ἀποχισμάτας γ̃ καὶ ἀντισυναγαγόντας τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν Ἐπισκόποις, μὴ ὀναντιωθῆς τῷ β'. κανόνι τ̃ μεγάλου Βασιλείου μὴ ὀνομάζοντι αἱρετικοὺς τοὺς σχισματικούς. ἀλλ' εἰπὲ ἐκείνους τοὺς σχισματικοὺς ὀνομάζεσθαι ὑπὸ τ̃ πρόνλος κανόνος αἱρετικοὺς τοὺς ἀλλοτριόφρονας, καὶ κ τ̃ προσποίησιν μὲν ὀρθοδοξοῦντας, κ τ̃ ἀληθείαν γ̃ ὄντας αἱρετικούς· ὃ δὲ κανὼν τοῦ ἁγίου Βασιλείου περὶ ἑτέρων σχισματικῶν διδάσκει, τῶν ὄντων μὲ ὀρθοδόξων τῇ ἀληθείᾳ, ἀφ' τινα προφάσιν ἐκκλησιαστικῆς ζητήματος, ἀποχισθέντων ἑαυτοὺς κ τ̃ ἀληθείαν ἀπὸ τ̃ ὁλότητος τ̃ ἀδελφῶν· καὶ ἀναγνωσθὲν τ̃ ῥηθέντα κανόνα τ̃ ἁγίου Πατρός. ἀπὸ μέντοι τ̃ πλεονασμοῦ ῥητοῦ τ̃ πρόνλος κανόνος, τοῦ λέγοντος. ἀπροδέκτον εἰς κατηγορίαν εἶναι τ̃ ἀφ' ἑαυτοῦ τ̃ κανόνα ποιοῦντα, ὡς ὑβριστὴν τ̃ κανόνων, ἐπεχείρησάν τινες, καὶ ἀτιμίᾳ τοῦτον καθυποβάλλειν. ἐμοὶ γ̃ δοκεῖ ἀπὸ τούτου μὲν ἡμάδος, τ̃ ὄντως ἀσυντάκτως ἀναγομένου, ἔσεσθαι τῇ ἀφ' ὑβρεως ἀγωγῇ, ὥστε ἀτιμωθῆναι· καὶ ἀκολούθως καθαιρεθῆναι, ἀφ' τ̃ κανόνα τ̃ λέγοντα, Τὸ φθονερὸν ἕλκεσθαι, ὃ ἐκπεπτωκὸς ἢ βλάπτει· ἄλλως δέ πως τιμωρηθήσεται καὶ ὃ δοκῶν ὑβρίζεσθαι. Ἐπισκόπου δέ τινος ἑλκυσθέντος χάριν ἐγκληματικῆς τοποθέσεως εἰς τ̃ ὸν Κωνσταντινουπόλεως ἁγίαν Σύνοδον, καὶ ζητήσαντος τῷ μητροπολίτου αὐτοῦ, ὃν τ̃ οἰκείας συνόδου καὶ τ̃ πρόνλα κανόνα, εἶπον τινές· ὡς ἐπεὶ ὁ μητροπολίτης πρωσιάζων θέλει τ̃ Ἐπίσκοπον αὐτοῦ ἀφ' τῇ μεγάλῃ συνόδῳ κριθῆναι, καλῶς ἀφ' ἑαυτῆ κριθήσεται. ἀντέθεντο δ' ἕτεροι, μὴ κεῖσθαι τῷ κρίσιν ταύτην, ἀφ' τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ μητροπολίτου, ἀλλὰ τῇ κατ' αὐτὸν Συνόδῳ. ἔχειν δὲ καὶ μέγα διαφέρον τ̃ Ἐπίσκοπον, εἰς τῷ οἰκείαν δικάζεσθαι Σύνοδον, καὶ μὴ συλλέσθαι εἰς ἑτέραν Σύνοδον. καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ χώραν ἔχειν τῷ τοῦ μητροπολίτου καθέδρᾳ. ἔτ' εἶπον τινὲς περὶ οἰκουμενικῆς Συνόδου τ̃ κανόνα διαλέγεσθαι· τ̃ δὲ ὃν Κωνσταντινουπόλεως μεγάλου Συνόδου, μὴ εἶναι οἰκουμενικήν. καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ χώραν ἔχειν ὅτι τῇ πρώτῃ καθέδρᾳ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὅτι ἡ ὃν Κωνσταντινουπόλεως Σύνοδος, κἂν οἰκουμενικὴ Σύνοδος ὐκ ἔστιν, ὡς μὴ πρωσιαζόντων καὶ τ̃ ἄλλων πατριαρχῶν, ἀλλὰ μείζων ἔστι πασῶν τ̃ Συνόδων, καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος ταύτης, οἰκουμενικὸς πατριάρχης καλεῖται.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

καλεῖ). ᾗ δ' ἀμφέρον δὲ, οὐχ ὁ μητροπολίτης, ἀλλ' ὁ Ε-
πίσκοπ@. ἔχῃ, ἢ ὁ ἑλκυσθεὶς κληρικός. διὸ οὐδὲ βλαβήσεταί
τις ἐξ αὐτῶν ἐκ τῆς τοῦ μητροπολίτου καταφοράς, διὰ τὸν
νόμον ὃν λέγουσι· τὰ ὑπ' ἄλλων γινόμενα, ἄλλους οὐκ ὠ-
φελοῦσιν, οὐδὲ βλάπτουσιν.

ZΩNAP. Ἐνταῦθα διαπυνθάνονται οἱ θεῖοι πατέρες
τίνας δεῖ προσδέχεσθαι Ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν κατηγο-
ρίας, καὶ τίνας ἀπροσδέκτους εἶναι, καί φασιν, ὅτι εἰ μὲν ἰδιω-
τικὴν δίκην ἐνίσταί τις τῷ Ἐπισκόπῳ, οἷον ἀδικίαν ἐπικα-
λῶν αὐτῷ, ἀφαίρεσιν δήπου πράγματος @. ἀκινήτου, ἢ κινη-
τοῦ, ἢ ὕβριν, ἢ τι τοιοῦτον, οἵ@. ἂν εἴη ὁ ἐναγών, προσ-
δεχθήσεται, κἂν ἄπισ@. δηλαδὴ, κἂν αἱρετικὸς, κἂν
ἀφορισμέν@., ἢ καὶ πλέον τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐκ-
κεκηρυγμέν@. δεῖ γὰρ πάντα ὁποίας ἂν εἶεν θρησκείας, ἢ κα-
τασάσεως ἀδικεῖσθαι λέγοντας, προσιέναι, καὶ τοῦ δικαίου τυ-
γχάνειν. ἰδιωτικὴν δὲ δίκην εἶπον, διαστέλλοντες ταύτην
ἀπὸ τῆς ἐγκληματικῆς. ἰδιωτικαὶ μὲν γὰρ λέγονται, αἱ
εἰς χρήματα τοῦ ζημίαν ἐπάγουσαι· ἐγκληματικὴ δὲ,
αἱ εἰς τοῦ οἰκείαν καθάρσιν @ καταγεγραμμένον ζη-
μίωσαι. διὸ καὶ ἐπάγαγον· εἰ δὲ ἐκκλησιαστικὸν εἴη @
ἐπιφερόμενον ἔγκλημα τῷ Ἐπισκόπῳ, τοιοῦτον τυ-
χὸν, οἷον ἐκπώσαι αὐτὸν τῆς ἱερωσύνης ἐπάγειν, ἱερο-
συλίαν δηλαδὴ, ἢ ὅτι δόσεως χρημάτων χειροτονίαν,
ἢ ἀρχιερατικοῦ δικαίου τινὸς πλεσιουργίαν ἐν ἀλλο-
τρίᾳ ἐπαρχίᾳ, χωρὶς γνώμης τοῦ ἐκείσε ἀρχιερέως, καὶ ὅσα
τούτοις εἰσὶν ὅμοια, τότε @ κατηγόρου ἀκριβῶς ἐξετάζε-
σθαι, καὶ αἱρετικὸν ὄντα μὴ προσδέχεσθαι· αἱρετικοὺς
@ φάσκοντας καλῶς τοὺς περὶ τοῦ ὀρθοδόξου πίστιν δο-
ξάζοντας, κἂν πάλαι ἀποκηρύχθησαν, κἂν προσφάτως,
κἂν παλαιαῖς αἱρέσεσι κεκινωνήκασι, κἂν νέαις· καὶ οὐ μόνον
τοὺς περὶ τοῦ ὑγιῆ πίστιν σφαλλομένους ἀποπέμπεται ὁ
κανὼν πρὸς Ἐπισκόπων ἐκκλησιαστικοῦ κατηγορίαν, ἀλλὰ
καὶ τοὺς ἀποχισθέντας ἐκ τῶν ἰδίων Ἐπισκόπων, καὶ ἐ-
κείνοις ἀνθυπαγομένους, κἂν δοκῶσιν ὀρθοδοξεῖν. σχισμα-
τικοὶ δέ εἰσι κ@ @ μέχρι Βασιλέου, οἱ δι' αἰτίας τινὰς ἐκ-
κλησιαστικὰς κ ζητήματα ἰάσιμα πρὸς ἀλλήλους διενεχθέν-
τες. ὁμοίως δὲ κ τοὺς δήπου αἰτίας οἱασδήποτε ἀπεβεβλημένους
τῆς ἐκκλησίας, ἢ ἀκοινωνήτους, ἀπεβεβλημένους δὲ τοὺς πα-
λαίως ἐκκεκηρυγμένους τῆς ἐκκλησίας νοητέον. τοὺς δὲ πρὸς και-
ρὸν ἀφορισθέντας ἐβούλωσαν οἱ θεῖοι πατέρες μέχρι τοῦ εἰπεῖν
ἀκοινωνήτους· κἂν κληρικοὶ εἶεν οἱ τοιοῦτοι, κἂν λαϊκοί.
καὶ ὕβρει γὰρ ὑποδέκτοι πρὸς κατηγορίαν Ἐπισκόπων
ἢ κληρικῶν λογίζονται, μέχρις ἂν τὸ οἰκεῖον αἴτιαμα ἀπο-
σκεδάσωσι @, κ ἀνεγκλήτους καθαρίσωσιν ἑαυτούς. ἀλλὰ
μοὶ κ τοὺς ὑπὸ κατηγορίαν ὄντας πρὸ καθαπομένου τῆς
ἀυτῶν καθαρίσεως, μὴ προσιέσθαι διακελεύει @ ὁ κανὼν κα-
τηγορίας Ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν, εἰ μὴ ἀυτοὺς τῶν ἐπε-
γκλημάτων ἀθωώσουσιν. εἰ @ ὕβρεως τῶν
εἰρημένων αἰτίων ἔνοχοί εἰσιν οἱ κατηγοροῦντες, ἀλλ' ἀνέγ-
κλητοι διείσκουσι @ πόρρωθεν, τότε εἰ μὲν Ἐπισκόπ@. ὁ
κατηγορούμεν@. εἴη, οἱ τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης Ἐπίσκοποι ζωσό-
τες, ἀκροάσον@ τῆς κατηγορίας, κ ἢ λύσουσι τὸν ἔγκλη-
στον, ἢ εἰ μὴ δυνάμεν@ λῦσαι αὐτὸν, μείζονι ζωσόμῳ
προσελεύσον@. μείζονα @ ζωσόν λέγει τὴν τῆς διοικήσεως
ὅλης Ἐπισκόπους. ἐπαρχίαν μ γὰρ νοητέον τυχὸν τὴν
Ἀδριανούπολιν, ἢ τὴν Φιλιππούπολιν, κ τοὺς περὶ αὐτὰς
Ἐπισκόπους· διοίκησιν δὲ τὴν Θρᾴκιον ὅλην ἢ τὴν Μακε-
δονίαν. ὅπερ οὖν οἱ τῆς ἐπαρχίας πρὸς διόρθωσιν τῶν κατη-
γορούντων ἀρκοῦσι, τότε συναγαγεῖν τοὺς τῆς διοικήσεως Ἐπι-
σκόπους ὁ κανὼν διατάττει, κ λύειν τὰ κ@ @ Ἐπισκόπου λε-
γόμενα. εἰ @ κληρικὸς εἴη ὁ κατηγορούμεν@., πρὸς τὸν Ἐπι-
σκόπου @ φοιτᾶν @, ὁ ἐναγὼν ὀφείλει @ τὴν κατηγορίαν. κ
εἰ μὲν πρὸ ἐκείνου λυθῇ ἡ ἔγκλησις, τότε τὰ ἐξῆς προβήσε @,
ὡς ἄνωθεν εἴρη @. ὑ πρότερον @ ἐναγόντα τὴν κατηγο-
ρίαν ἔγκλημα @ ἐνιστᾶν οἱ ἱεροὶ πατέρες ὡρίσαντο τοῦ

A tur. Et Metropolitani quidem non intereſt, ſed Epiſcopi, vel Clerici qui trahitur. Quamobrem nec lædetur quidem quiſpiam ex his ex Metropolitani admiſſione, propter legem quæ dicit: Quæ ab aliis fiunt, alios nec juvant, nec lædunt.

ZONAR. Quibus hominibus Epiſcoporum, Clericorúmve accuſatio permittenda, quibuſque neganda ſit, ſancti patres hoc loco decernunt; dicentes, Quòd ſi quis privatam quidem litem intendat Epiſcopo; veluti, de injuriâ illum poſtulans, rei ſcilicet, ſive mobilis, ſive immobilis, ablatione, aut de contumelia illata, aut de hujuſmodi aliquo alio; qualiſcunque tandem ſit actor, infidelis nempe, vel hæreticus, vel excommunicatus, aut etiam ab Eccleſiâ Catholicâ penitus ejectus, admittetur. Univerſis etenim cujuſcunque demum religionis vel ſtatûs ſint, ſi injuriam ſibi aliquo modo factam putent, in judicium venire, ac jus ſuum obtinere, ut liceat, par eſt. Privatam dixere controverſiam, eam à criminalibus diſtinguentes. Sunt autem privatæ, quæ pecuniaria demum æſtimatione litis abſolvuntur. Criminales verò, unde vitæ ſtatum damnatus amittit. Propterea addunt; ſi verò Eccleſiaſticum ſit crimen, quod Epiſcopo objicitur, tale forſan, quod ab officio ſacerdotali depoſitione mulctetur, ſacrilegium videlicet, aut ordinis mercenaria collatio, aut in aliena diœceſi, non impetratâ prius ab illius loci Epiſcopo facultate, functionis Epiſcopalis adminiſtratio, & quæ his ſimilia ſunt: tunc accuſatorem diligenter examinari, &, ſi ſit Hæreticus, non admittere. Hæreticos autem omnes vocat, qui ab orthodoxâ fide diſſentiunt, ſive jam olim ab Eccleſia, ſive nuper ejecti, ſint ſive antiquis erroribus, ſive novis adhæſerint. Nec tantum, quorum male ſana eſt fides; ſed ſchiſmaticos quoque, qui, repudiata Epiſcopi ſui auctoritate, conventicula ſeorſim celebravere, etiamſi inter orthodoxos alioqui locum obtinere poſſe videantur, arcendos omnino Canon ab Epiſcoporum criminatione decernit. Sunt porrò ſchiſmatici, definiente magno Baſilio, qui ob lites aliquas Eccleſiaſticas, & controverſias, quæ dirimi aliqua ratione poſſint, cauſam inter ſe diffidii nacti fuere. Similiter, & qui ab Eccleſiâ, quacunque demum de cauſâ, ejecti ſunt, & excommunicati; per ejectos autem, qui ab Eccleſiæ corpore penitus exciſi ſunt intelligendi; per excommunicatos verò, ad certum tempus tantummodo ſegregatos ſancti patres indigitârunt, ſive Clerici ſint, ſive Laïci. Atque hos judicant ad Epiſcoporum Clericorúmve accuſationem non eſſe admittendos, donec proprium crimen diluerint, ſeque innocentes eſſe probaverint. Sed & quorum ita delata ſunt nomina, ut de vitæ ſuæ ſtatu judicio certare cogantur, niſi ſe priùs à culpis ſibi objectis immunes eſſe demonſtrarint, ad Epiſcoporum aut Clericorum accuſationem admitti vetat omnino Canon. Si verò nullis iſtiuſmodi cauſis obnoxii ſint accuſatores, ſed inculpati prorſus inveniantur; tunc, ſiquidem Epiſcopus ſit, qui in judicium vocatur, illius provinciæ Epiſcoporum conventus cauſam cognoſcat, & vel quæſtionem definiat; vel ſi id minùs potuerit, ad majorem ſynodum deferant. Per majorem autem ſynodum, eam, quæ ex univerſis diœceſeos Epiſcopis conflatur, intelligit. Provinciam etenim, Adrianopolim, exempli cauſa, vel Philippopolim, cum iis, qui in eo tractu degunt, Epiſcopis dicimus; Thraciam verò totam vel Macedoniam diœceſin. Quando ergo delatis criminibus corrigendis Provinciales Epiſcopi haud ſufficiant, tum diœceſeos Epiſcopos convenire, & quæ contra Epiſcopum proferuntur ſolvere jubet Canon. Clericum verò ſi quis accuſet, coram ejuſdem Clerici Epiſcopo actionem intendat. Quòd ſi litem non dirimat, ad ſuperiores judices gradatim cauſa deferetur, ut ſupra diximus. Neque verò delatorem priùs accuſationem inſtituere, quàm ſcripto profeſſus ſit, ſe eidem pœnæ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

obnoxium esse, si objecta crimina non probaverit, quam reus patrati facinoris evictus (modo aliquam) subiturus sit, sancti Patres, (legem civilem in hoc imitati) definierunt. His verò ita constitutis, addunt; quicunque hujus Canonis auctoritate neglecta coram Imperatore, aut Principibus secularibus, aut Oecumenica synodo actionem instituere aggressus fuerit, quippe in Episcopos omnes diœcesanos injurius, tum in Canones contumeliosus, postremo Ecclesiasticæ, quod in ipso fuit tranquillitatis eversor, ad accusationem omnino non esse admittendus.

A πολιτικῷ νόμῳ ἑπόμενοι εἰ μὴ ἐγγράφως ὁ κατήγορος ἀσφαλίσεται, ἔνοχον εἶναι αὐτὸν μὴ ἀποδείξαντα τὴν κατηγορίαν, ταυτοπαθείᾳ, ὥστε αὐτὸν ὑποστῆναι, εἴ τι ἔμελλε παθεῖν ὁ κατηγορούμενος ἀποδεικνυμένης τῆς κατ' αὐτοῦ αἰτιάσεως. ταῦτα δὲ ὁρίσαντες οἱ θεῖοι πατέρες ἐπήγαγον, καὶ μὴ τηρήσοντα καὶ συνοδικὸν τοῦτον κανόνα, ἀλλ' ἢ βασιλεῖ προσελευσόμενον, ἢ κοσμικοῖς ἄρχουσιν, ἢ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, ἄδεκτον εἶναι παντάπασιν εἰς κατηγορίαν, ὡς ἀτιμάσαντα τοὺς τῆς διοικήσεως Επισκόπους, καὶ τοὺς κανόνας ὑβρίσαντα, καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας εὐταξίαν συγχέαντα.

ARIST. *Et qui malâ opinione imbutus est, si injuriam patiatur, accuset Episcopum. Si vero Ecclesiasticorum sit crimen, ne dicat. Neque etiam alius antea condemnatus, dicat. Ne dicat excommunicatus, vel ejectus, vel criminibus quibuslibet accusatus, donec intentata sibi crimina diluerint. Accusent autem Orthodoxus, communionis particeps, non condemnatus, non accusatus; Et provincialibus crimen moveatur. Si vero non possint causam solvere, ad majorem se convertant Synodum, ac sine professione ejusdem affectus, ne audiantur. Qui autem contra hæc Imperatorem adit, eique molestiam exhibet, abdicetur.*

B ΑΡΙΣΤ. Καὶ ὁ κακόδοξος πλεονεκτούμενος ἐγκαλείτω κατ' Επισκόπου· εἰ δὲ ἐκκλησιαστικῶν εἴη τὸ ἔγκλημα, μὴ λεγέτω· μὴ λεγέτω δὲ μήδ' ἄλλος, εἰ προκατέγνωσται· μὴ λεγέτω ἀκοινώνητος, ἢ ἀπόβλητος, ἢ κατηγορούμενος ἔν τισιν, ἕως ἀποδύσωνται τὰ οἰκεῖα. κατηγορείτωσαν δὲ ὁ ὀρθόδοξος, ὁ κοινωνικὸς, ὁ ἀκατάγνωστος, ὁ ἀκατήγορος· καὶ κινείσθω τοῖς ἐπαρχιώταις τὸ ἔγκλημα· εἰ δ' ἀδυνατοῖεν, πρὸς μείζονα τρεπέσθωσαν συνόδον, καὶ δέχα ἐγγραφῆς τῆς ταυτοπαθείας, μὴ ἀκουέσθωσαν. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα τῷ βασιλεῖ προσιὼν καὶ ἐνοχλῶν, ἀποκήρυκτος.

C

Eorum, qui Episcopos aut Clericos accusant, personas examinare oportet, ne forte Hæreticus sit iste, aut condemnatus, & ejectus & excommunicatus, vel ab aliis de criminibus accusatus, & nondum ab accusatione absolutus. Et si hujusmodi sint qui accusant, accusare non permittuntur. Sin orthodoxus sit & vitâ inculpatus, & non excommunicatus, qui contra Episcopum Ecclesiasticam instituit accusationem, admittatur, & apud provinciales Episcopos moveatur actio. Si illi autem non sufficientes fuerint ad corrigenda Episcopo objecta crimina: tunc accusator & ad majorem accedat synodum, & priùs scriptum det, se eandem subiturum pœnam si calumniator evictus fuerit: & sic accusationem intendat. Qui autem aliter fecerit, aut ad Imperatorem tumultu accesserit, & Episcopum accusaverit, aut secularium principum tribunalia hunc in finem adiverit, ad accusationem non est admittendus. Hæreticus autem injuria affectus ab Episcopo, eum accusare non prohibeatur.

Δεῖ τὰ πρόσωπα τῶν κατηγορούντων Επισκόπων, ἢ κληρικῶν, ἐξετάζειν, μήποτε αἱρετικός ἐστιν οὗτος, ἢ κατεγνωσμένος, καὶ ἀποβεβλημένος, καὶ ἀκοινώνητος, ἢ παρ' ἑτέρων κατηγορούμενος ἐπ' ἐγκλήμασι, καὶ μήπω φανεὶς ἀθῷος τῆς αἰτιάσεως. Καὶ εἰ τοιοῦτοι οἱ κατηγοροῦντες εἶεν, μὴ παραδέχεσθαι αὐτοὺς εἰς αἰτίασιν. Εἰ δ' ὀρθόδοξός ἐστι, καὶ ἀπὸ βίον ἀνεπίληπτος, καὶ κοινωνικὸς, ὁ τὴν ἐκκλησιαστικὴν μέμψιν ἐπιφέρων τῷ Επισκόπῳ, παραδεχέσθω, καὶ κινείτω παρὰ τοῖς ἐπαρχιώταις Επισκόποις, τὸ ἔγκλημα· εἰ δ' ἐκεῖνοι ἴσως ἀδυνατήσουσι πρὸς διόρθωσιν τῶν ἐπιφερομένων ἐγκλημάτων τῷ Επισκόπῳ· τότε καὶ μείζονι ὁ κατήγορος προσερχέσθω συνόδῳ, καὶ διδότω πρότερον ἐγγραφὰς, ὡς τὴν ταυτοπάθειαν ὑποστήσεται, εἰ συκοφαντῶν ἐλεγχθῇ· καὶ οὕτω συνιστάτω τὴν κατηγορίαν. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, καὶ τῷ βασιλεῖ δι' ὄχλου γινόμενος, καὶ κατηγορῶν Επισκόπου, ἢ κοσμικῶν ἀρχόντων δικαστηρίοις περὶ τούτου προσερχόμενος, ἄδεκτος εἰς κατηγορίαν. αἱρετικὸς δὲ, ἀδικηθεὶς παρ' Επισκόπου, οὐ κωλυθήσεται ἐγκαλεῖν κατ' αὐτοῦ.

D

CANON VII.

E

Nos, qui rectæ fidei se adjungunt, & parti eorum, qui ex Hæreticis servantur, recipimus, secundum subjectam hic consequentiam & consuetudinem. Arrianos quidem & Macedonianos, & Sabbatianos, & Novatianos, qui seipsos vocant Catharos & Sinistros: & Quartadecimanos sive Tetraditas, & Apollinaristas, recipimus, dantes quidem libellos, & omnem hæresin anathematizantes, quæ non sentit ut sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia: & signatos sive unctos primùm sancto chrismate, & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures: & eos signantes dicimus, Signaculum doni spiritus sancti. Atqui Eunomianos, qui una demersione baptizantur, & Montanistas, qui hic dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui idem esse patrem & filium docent, & alia quædam perniciosa faciunt: Et alias omnes hæreses (quoniam hic multi sunt, & maximè qui ex Galatarum regione prodierunt) quicunque ex his rectæ fidei adscribi volunt, ut Græcos admittimus, & primo quidem die ipsos Christianos facimus: secundo, catechumenos: deinde tertio, exorcizamus ipsos, ter in

F

ΚΑΝΩΝ ζ.

Τοὺς προστιθεμένους τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μερίδι τῶν σωζομένων ἀπὸ αἱρετικῶν, δεχόμεθα κατὰ τὴν ὑποτεταγμένην ἀκολουθίαν καὶ συνήθειαν. Αρειανοὺς μὲν καὶ Μακεδονιανοὺς καὶ Σαββατιανοὺς, καὶ Ναυατιανοὺς, τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς καθαροὺς καὶ ἀριστεροὺς, καὶ τοὺς Τεσσαρεσκαιδεκατίτας ἤτοι Τετραδίτας, καὶ Απολιναριστὰς δεχόμεθα, διδόντας λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζοντας πᾶσαν αἵρεσιν, μὴ φρονοῦσαν ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία· καὶ σφραγιζομένους ἤτοι χριομένους πρῶτον τῷ ἁγίῳ μύρῳ, τό τε μέτωπον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς ῥῖνας· καὶ τὸ στόμα καὶ τὰ ὦτα· καὶ σφραγίζοντες αὐτοὺς, λέγομεν, Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. Εὐνομιανοὺς μέντοι τοὺς εἰς μίαν καταδύσιν βαπτιζομένους, καὶ Μοντανιστὰς τοὺς ἐνταῦθα λεγομένους Φρύγας, καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς υἱοπατορίαν διδάσκοντας, καὶ ἕτερά τινα χαλεπὰ ποιοῦντας, καὶ τὰς ἄλλας πάσας αἱρέσεις (ἐπειδὴ πολλοί εἰσιν ἐνταῦθα, μάλιστα οἱ ἀπὸ τῆς Γαλατῶν χώρας ὁρμώμενοι) πάντας τοὺς ὑπ' αὐτῶν θέλοντας προστίθεσθαι τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ὡς Ελληνας δεχόμεθα, καὶ τὴν πρώτην ἡμέραν ποιοῦμεν αὐτοὺς Χριστιανοὺς, τὴν δὲ δευτέραν κατηχουμένους, εἶτα τῇ τρίτῃ ἐξορκίζομεν

Ψηφιοποιήθηκε από την

μὴν αὐτοὺς, μετὰ τοῦ ἐμφυσᾶν τρίτον εἰς τὸ πρόσωπον καὶ εἰς τὰ ὦτα. καὶ οὕτως κατηχοῦμεν αὐτοὺς, καὶ ποιοῦμεν χρονίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν γραφῶν, καὶ τότε αὐτοὺς βαπτίζομεν.

ΒΑΛΣ. Εἰς δύο διαιρεῖ ὁ κανὼν τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς προσερχομένους τῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ τοὺς μέν φησι διὰ μύρου χρίεσθαι, ἀναθεματίζοντας πρῶτον πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ ὁμολογοῦντας πιστεύειν, ὡς ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία φρονεῖ· τοὺς δὲ διορίζεται ἐξ ὀρθοῦ βαπτίζεσθαι. καὶ τοὺς μὲν μόνῳ μύρῳ χρίεσθαι ὀφείλοντας, εἶπεν εἶναι Ἀρειανοὺς, Μακεδονιανοὺς, Ἀπολιναριστὰς, καὶ Ναυατιανοὺς τοὺς Καθαροὺς λεγομένους, ὧν τὰς αἱρέσεις προεδηλώσαμεν ἐν τῷ πρώτῳ κανόνι τῆς πρώτης δευτέρας συνόδου. Οἱ Ναυατιανοὶ δὲ ἐκλήθησαν καὶ Σαβατιανοὶ ἀπὸ πρεσβυτέρου τινὸς Σαβατίου, κατὰ τοὺς Ἰουδαίους σαβατίζοντος. καλοῦνται δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ ἀριστεροὶ, ὡς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα βδελυττόμενοι, καὶ μὴ ἀνεχόμενοι δι' αὐτῆς τὸ ὁτιοῦν ὑποδέχεσθαι. τεσσαρεσκαιδεκατῖται δὲ λέγονται ἤγουν τετραδῖται, οἵ τινες τὸ πάσχα τελοῦσιν οὐκ ἐν κυριακῇ, ἀλλ' ὅτε τεσσαρεσκαιδεκαταία ἡ σελήνη γένηται, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ τύχῃ, ὅπερ τῆς Ἰουδαϊκῆς θρησκείας ἐστὶν ἰδιαίτατον. οἱ αὐτοὶ δὲ καὶ τετραδῖται λέγονται, ὅτι τὸ πάσχα ἑορτάζοντες, οὐ καταλύουσιν, ἀλλὰ νηστεύουσιν, ὥσπερ ἡμεῖς τὰς τετράδας. ποιοῦσι δὲ τοῦτο κατὰ τοὺς Ἰουδαίους. οὗτοι γὰρ μετὰ τὸ πασχάσαι ἐπὶ ὅλαις ἑπτὰ ἡμέραις νηστεύουσι, πικρίδας, καὶ ἄζυμα ἐσθίοντες κατὰ τὴν τοῦ παλαιοῦ νόμου διάταξιν. τοὺς δὲ ἀναβαπτίζεσθαι ὀφείλοντας εἶπεν εἶναι Εὐνομιανοὺς, τοὺς εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους, καὶ Μοντανιστὰς, τοὺς οὕτω κληθέντας ἀπὸ Μοντανοῦ τινος, παράκλητον ἑαυτὸν προσαγορεύοντος, καὶ διὰ δύο φαύλων γυναικῶν, τῆς τε Πρισκίλας καὶ τῆς Μαξιμίλας, ψευδοπροφητείας ἀποφοιβάζοντος· πρὸς δὲ καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς οὕτως ὠνομασθέντας ἀπό τινος Σαβελλίου λέγοντος μετὰ τῶν ἄλλων αὐτοῦ φλυαριῶν, καὶ αὐτὸν εἶναι πατέρα, καὶ αὐτὸν υἱόν, καὶ αὐτὸν ἅγιον πνεῦμα, ὡς εἶναι ἐν μιᾷ ὑποστάσει τρεῖς ὀνομασίας· ὡς ἐν ἀνθρώπῳ σῶμα, καὶ ψυχὴν καὶ πνεῦμα, ἢ ὡς ἐν ἡλίῳ τρεῖς ἐνεργείας, ἤγουν τὸ τῆς περιφερείας σχῆμα, τὸ φωτιστικὸν, καὶ τὸ θάλπον. λέγονται δὲ οἱ Μοντανισταὶ, Φρύγες, ἢ ἔκ τινος αἱρεσιάρχου Φρυγὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐκ Φρυγίας ἀναφανῆναι πρώτως τὴν τοιαύτην αἵρεσιν. πρὸς τούτοις καλοῦνται καὶ Πεπουζιανοὶ ἀπό τινος Πεπούζας καλουμένης πρὸς αὐτῶν κατὰ τὴν Ἱερουσαλήμ. οἱ δὲ τοιοῦτοι λύουσι τοὺς γάμους ὡς μυσαροὺς, νηστεύουσιν ἀλλόκοτον νηστείαν, τὸ πάσχα διαστρέφουσιν, εἰς ἓν πρόσωπον τὴν ἁγίαν Τριάδα συναιροῦσι, καὶ συγχέουσι, καὶ αἷμα παιδὸς κατακεντουμένου, ἀλεύρῳ συμφύροντες, καὶ ἀρτοποιοῦντες προσφέρουσιν. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. ἐὰν δέ τις ὀρθόδοξος Μοντανιστὴς γένηται ἢ Σαβελλιανὸς, καὶ βάπτισμα αἱρετικῶν δέξεται ἢ μὴ δέξεται, ἆρα ὁ τοιοῦτος μύρῳ χρισθήσεται, ἢ ἀναβαπτισθήσεται ὡς οἱ λοιποὶ Μοντανισταί; ζήτει περὶ τούτου τῆς α'. συνόδου κανόνα ιθ'. καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα μζ'. σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ πρόντος κανόνος ὅτι πάντες οἱ βαπτιζόμενοι εἰς μίαν κατάδυσιν, πάλιν βαπτίζονται.

ΖΩΝΑΡ. Ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἐξ αἱρέσεων προσερχομένους τῇ ὀρθῇ πίστει, ὁ παρὼν διδάσκει κανών. τοὺς μὲν οὖν τούτων, οὐκ ἀναβαπτίζεσθαι διατάττεται, ἀλλὰ λιβέλλους ἀπαιτεῖσθαι, ἔγγραφα δηλονότι τὰς δόξας αὐτῶν ἀναθεματίζοντα καὶ στηλιτεύοντα τὴν κακοδοξίαν αὐτῶν, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν ἀναθέματι ὑποβάλλοντα. εἰσὶ δὲ οὗτοι Ἀρειανοὶ, καὶ Μακεδονιανοὶ, καὶ Ναυατιανοὶ, οἱ ἑαυτοὺς καθαροὺς ὀνομάζοντες, ὧν τὰς αἱρέσεις προδεδηλώκαμεν, καὶ Σαββατιανοὶ, ὧν ἡγήσατο Σαββάτιός τις πρεσβύτερος τῆς αἱρέσεως τοῦ Ναυάτου κἀκεῖνος ὤν, ἔχων δέ τι καὶ πλέον ἐκείνου, καὶ καὶ καθηγητὴν τῆς αἱρέσεως εἰς κακίαν νικῶν, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις συνεορτάζων, καὶ Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, οἱ τὸ πάσχα ἑορτάζουσιν οὐκ ἐν κυριακῇ, ἀλλ' ὅτε τεσσαρεσκαιδεκαταία ἡ σελήνη γένηται, ἐν οἵᾳ ἂν ἡμέρᾳ τύχῃ ταύτην πλήρη γενέσθαι· ἑορ-

faciem eorum & aures insufflando. Et sic eos in Religionis fundamentis instituimus, & curamus ut diu in Ecclesia versentur, & audiant scripturas, & tunc ipsos baptizamus.

BALS. Præsens Canon hæreticos ad Ecclesiam accedentes in duo dividit, & hos quidem chrismate inungi, omnem primùm hæresin anathematizantes, & credere profitentes, ut sancta Dei sentit Ecclesia: illos verò decernit rectè de integro baptizandos. Ac eos quidem, qui solo chrismate inungi debent, dicit esse Arrianos, Macedonianos, Apollinaristas, & Novatianos, qui etiam Cathari dicuntur, quorum hæreses declaravimus in primo Canone præsentis secundæ synodi. Novatiani autem appellati sunt & Sabbatiani, à quodam Presbytero Sabbatio, qui, more Judaico, sabbata servabat. Nominantur autem iidem & Sinistri, utpote manum sinistram abhorrentes, & ut per eam quidquam accipiant in animum non inducentes. Quartadecimani autem seu Tetraditæ dicuntur, qui Pascha non in die Dominico celebrant, sed quando quartadecima luna fuerit, quicunque is sit dies: quod est Judaicæ superstitionis maximè proprium. Iidem autem etiam Tetraditæ dicuntur, quòd cùm Pascha celebrant, jejunium non solvunt, sed jejunant sicut & nos, quartas ferias: faciunt autem hoc ritu Judaico. Ii enim, postquam Pascha celebraverint, totos septem dies jejunant, lactucas agrestes & azyma comedentes, juxta veteris legis constitutionem. Rebaptizandos autem esse dixit Eunomianos, qui una demersione baptizant, & Montanistas, à quodam Montano sic dictos, qui se Paracletum appellabat: & per duas improbas mulieres, Priscillam, & Maximillam, falsas prophetias ut Phæbi numine afflatus edebat. Præterea autem & Sabellianos, à Sabellio quodam sic nominatos, qui etiam cum aliis quibusdam nugis dicebat, eundem esse patrem, filium, & spiritum sanctum; ut sint in una persona tria nomina, sicut in homine corpus, & anima & spiritus: vel ut in sole triplex efficacia, scilicet circumferentiæ figura, vis illuminandi, & vis calefaciendi. Dicuntur autem Montanistæ Phryges, vel à quodam hæresiarcha Phryge, vel ex eo quòd primum è Phrygia hæc hæresis exorta sit. Præterea autem vocantur & Pepuziani, ex quadam regione Pepuza dicta ab eis Hierusalem. Qui autem tales sunt, nuptias ut abhorrendas solvunt, alienum jejunium jejunant, Pascha pervertunt, sanctam Trinitatem in unam personam contrahunt & confundunt, & sanguinem pueri, qui punctus fuerit, farinæ commiscentes, & panes facientes, offerunt. Et hæc quidem ita. Si quis autem orthodoxus, Montanista vel Sabellianus factus sit, & hæreticorum baptismum susceperit, num talis chrismate inungetur, aut rebaptizabitur, ut cæteri Montanistæ? Quære de hoc primæ synodi Can. xix. & sanctorum Apostolorum Canonem xlvii. Nota autem ex præsenti Canone, quòd omnes una demersione baptizati rebaptizantur.

ZONAR. Redeuntibus ad rectam fidem hæreticis, quæ cum eis agendi ratio tenenda sit, hoc Canone præscribitur. Alios etenim, non iterato baptismo, sed libellos tantummodo exhibentes, hoc est, scriptos à se codicillos, quibus opiniones suas damnent, & errorem suum infamiâ notent, & universam hæresim execrentur, admitti placet. Sunt in eo numero Arriani, Macedonianique & Novatiani, illi, qui sese Catharos nominant, quorumque hæreses supra indicavimus; & Sabbatiani, quibus præfuit Sabbatius quidam presbyter is quoque ex hæresi Navati, sed qui aliquid tamen ad eam addidisset, & magistrum Navatum improbitate superasset, festivósque dies cum Judæis coli vellet. Cum his Quartadecimani quoque qui Paschæ solennia non die Dominicâ sed decimaquarta luna, quocunque tandem die plenam illam fieri contigerit, jejuniis autem & pervigilio noctem du-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

centes celebrant & Apollinariſtæ. Ab his igitur homi- A
nibus, quoniam in ea, quæ de baptiſmo eſt, diſciplina, nihil à nobis diſcrepant; eodémque prorſus, quo Orthodoxi, ritu baptizantur, baptiſmum propterea repeti non oportet. Suos igitur ſigillatim, & alios generatim ac univerſe errores deteſtati, ſacro chriſmate inunguntur, aliaque Canone præſcripta peragunt. Eunomiani verò, &Sabelliani,quorum hæreſes antea explicuimus,& Montaniſti, à Montano ſic dicti, qui & Phryges nominabantur, vel ab hæreſiarcha Phryge, vel quod ea ex Phrygia hæreſis extitiſſet, multóſque in ea regione mortales occupaſſet. Montanus ille igitur, paracletum ſe eſſe jactabat, geminásque, quæ illum ſolitæ ſequi, mulieres, B
prophetiſſas Priſcillam,& Maximillam, nominabat. Idem, quod Pepuziam, Phrygiæ oppidum, divinis honoribus, Hieruſalem quippe ſuam vocitantes, celebrarent, Pepuzianorum quoque cognomen aſſecuti. Abillis divortia conjugum permiſſa, & à certis quibuſdam ciborum generibus abſtinentia imperata, tum Paſchæ dies in alienum tempus rejecta, & in unam perſonam ſancta Trinitas contracta & confuſa. Illi quoque, compuncti aculeolis pueri expreſſo ſanguine farinam conſpergere, indéque confectum panem in uſum ſacrorum adhibere, tum ex eo particulam, communicandi ſpecie, ſibi quiſque deſumere ſoliti ſunt. Eos igitur, & alios omnes C
hæreticos, ſancti patres baptizari præceperunt. Baptiſmo namque,vel nullo penitus, vel ritu certè ab Eccleſiæ Catholicæ inſtitutis alieno initiati ſunt, ac proinde, quaſi eo perpetuo caruiſſent, haberi placet: quod iis verbis [ut Græcos eos admittimus] indicatur. Deinde recenſet Canon quæ ab iis peragenda ſunt,& ut primò initientur, & divino juxta noſtros ritus myſterio inſtruantur, & poſtea baptizentur.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ὀκτωκαιδέκατος κανὼν τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου μὲν ἐν μέσῳ πρεσβυτέρων καθῆσθαι τοὺς διακόνους κελεύει, τοὺς δὲ μὴ ποιοῦντας παύεσθαι τῆς διακονίας. ὁ δὲ παρὼν κανὼν τοῖς αὐθαδῶς περὶ τῶν πρεσβυτέρων καθῆσθαι ἀναιδευομένοις οὐκ ἐκπλῆσσειν τῆς διακονίας εἰς κόλασιν τῆς αὐθαδείας ἐπάγει, ἀλλὰ ὑποβιβασμὸν ἐκ τοῦ οἰκείου βαθμοῦ. εἰ γὰρ τυχὸν τῶν ἄλλων διακόνων ταπεινότερος. ἵνα ὁ ἀναιδευόμενος, καὶ πρὸ τῶν πρεσβυτέρων καθίσας, καταπεμφθήσεται εἰς τὸν ἔσχατον τόπον, καὶ ἔσται πάντων ὑποβαθμός. εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ οἰκείου παντριάρχου ἢ μητροπολίτου ἔν τινι πόλει σταλῇ, ὡς εἰς τόπον ἐκείνου ἀναπληρώσων, τότε ὡς αὐτὸν ὁ σχηματισάμενος αὐτὸν λογιάσεσθαι καὶ τιμήσεσθαι. πῶς οὖν ὁ μὲν τῶν κανόνων εἰς τὸν μέσον πρεσβυτέρων καθίσματα βαρύτερον κολάζει, ποιῶν αὐτὸν τῆς διακονίας, ὅτι καὶ κουφοτέρᾳ ἐπάγει τὴν τιμωρίαν τῷ περικαθίσματι πρεσβυτέρου, καταβιβάζων αὐτὸν εἰς τὸν ἔσχατον τόπον τοῦ οἰκείου βαθμοῦ; φασὶν οὗτοι ὅτι ὁ μὲν τῆς πρώτης συνόδου κανὼν περὶ τῶν εἰς τὸ βῆμα τοῦ ἱερουργίας χάριν καθεζομένων ἐν μέσῳ πρεσβυτέρων φησὶν, ὅτι διακόνους μᾶλλον καὶ ὑπηρετεῖν τοῖς ἱερεῦσιν ὀφείλουσι καὶ παρεστάναι αὐτοῖς· ὁ δὲ τῆς συνόδου ταύτης περὶ τῶν ἐκτὸς βήματος ἐν τυχαίᾳ καθέδρᾳ περικαθισμάτων πρεσβυτέρων. πάντως μὲν γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν οἱ διάκονοι σχεδὸν τιμιώτεροι, μᾶλλον δὲ ἐν ἱερουργίᾳ. ὀφφίκια δὲ ἐκκλησιαστικὰ τὰ ἀρχοντίκια λέγει. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ βούλεται ὁ κανὼν καὶ ὅτι τῶν ἄλλων ἱερῶν ταγμάτων, ὥστε μή τινα ἀξιώματι κοσμικῷ διαῤῥαπίσασθαι ἢ ὀφφικίῳ, καταναυδίσεσθαι τῶν ἄλλων, καὶ ὑβρίσεσθαι καὶ τῶν προβαθμιωτέρων αὐτοῦ, ὑποδιάκονον τυχὸν καὶ διάκονον, ἢ ἀναγνώστην καὶ ὑποδιάκονον. κρεῖττον γάρ, φησι, τὰ πνευματικὰ ἀξιώματα τῶν κοσμικῶν, μονονουχὶ τοῦτο λέγων· εἰ ἐν τοῖς κοσμικοῖς ἀξιώμασιν οὐκ ἔξεστι τῷ ἥττονι τῆς ἀξίας ὄντι καθίσθαι ἢ προτιμᾶσθαι τοῦ μείζονι τετιμημένῳ ἀξιώματι, πολλῷ πλέον οὐκ ἔξεστι τοῦτο ποιεῖν τοῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἀξίαις τετιμημένοις, ἃς καὶ πνευματικὰς ἐκάλεσεν, ὡς οὐ καὶ ἀνθρωπίνων χάριν παρεῖναι ὀφείλουσι, ἀλλὰ καὶ θείαν χάριν ὑποκλίσει τοῦ θείου πνεύματος.

C

D

E

Zonar. Ne medium in Presbyterorum conſeſſu locum Diaconi occupent xviii. primæ in Nicæâ Synodi Canone interdictum eſt, contumaceſque à miniſterio arceri eadem conſtitutione decretum. Hic vero Canon, qui honeſtiorem ſedendi locum impudenti temeritate ſacerdotibus præripuerit, eum in arrogantiæ ſuæ pœnam non à miniſterio quidem repelli, ſed de ſuo gradu deturbari jubet. Proinde ſi primum forte locum inter Diaconos obtinuerat, qui adeo impudenter ſe gerit & ante Presbyteros ſedet, in poſtremum detrudetur, honoreque cæteris omnibus inferior habebitur. Si quem tamen Diaconum, muneris ſui vicarium, in urbem aliquam Patriarcha vel Metropolitanus deſtinarit, debitos ipſis Præſulibus honores legato deferri, eodemq; quo ille loco haberi placet. Sed cum altero Canone, qui medius inter Presbyteros conſederit, illi ceſſationis à miniſterio pœna gravior inflicta ſit, qua ratione factum arbitremur, ut qui honeſtiorem locum ſacerdote aſſidente occuparit, cum eo hic Canon remiſſius agat, levioreque animadverſionis genere nihil aliud quam poſtremum inter ſui ordinis homines gradum obtinere jubeat? Id igitur ita nonnulli explicant, ut de Diaconis, qui dum ſacra myſteria peraguntur, in ſacrario medii inter Presbyteros conſedere, quo quidem tempore eos maxime ſacerdotibus inſervire atque aſtare oportuerat, primæ Synodi Canonem accipi velint: hunc vero de iis, qui extra ſacrarium, alio quocunque conſeſſu, digniorem ſibi inter ſacerdotes locum arrogarint, intelligendum eſſe arbitrentur. Cum enim ubique ſacerdotes vereri Diaconi debeant, tum id eos, dum opera rei divinæ miniſterio impenditur, præſtare maxime decet. Officia vero Eccleſiaſtica Αρχοντικια vocat. Idem porrò ut in aliis quoque ſervetur ſacris ordinibus, neve, quia profanam ſcilicet dignitatem magiſtratumve quis obtineat, inſolenter efferri, ac in ſuperiori ordine conſtitutis, Diacono verbi cauſa Hypodiaconus, aut huic Lector inſultare temere audeat, hac conſtitutione decretum. Eſt Eccleſiaſtica ſiquidem civili quacunque dignitate præſtantior. Cujus quidem argumenti ea vis eſt, ut quoniam inter eos qui profanos magiſtratus gerunt, ei, qui inferioris eſt dignitatis, anteſedere aut præferri ei, qui majori dignitate honoratur, non licet; multo magis iis idem non liceat, qui Eccleſiaſticis ornantur dignitatibus, quas etiam ſpirituales Canon hoc loco nominat, quippe quæ non hominum ſed Dei gratiæ, ſpiritus ſancti invocatione, conferri debent.

ΑΡΙΣΤ. Καὶ ὀφφίκιον ἔχων διάκονος, εἰ μὴ τοποτηρητὴς εἴη πατριάρχου, ἢ Ἐπισκόπου, περὶ τῶν πρεσβυτέρων καθιζόμενος, ἀπάντων ἔσται ὑστερος. ἔσοιτο.

F

Aristt. *Diaconus etiam officium aſſecutus, niſi Patriarchæ vel Epiſcopi locum teneat, ſi ante Presbyteros ſederit omnium erit infimus.*

Τὰς κοσμικὰς τύφους, καὶ τὰς περιπόλησιας οἱ θεῖοι πατέρες ἐκ τῆς ἐκκλησίας διαγορεύουσι, προστάττουσι, μηδένα τῶν διακόνων, κἂν οἱονδηποῦν ἐκκλησιαστικὸν ὀφφίκιον ἔχῃ, τῶν πρεσβυτέρων καθίζεσθαι ἄνωθεν, εἰ μήτε, ὡς τοποτηρητὴς, ὁ πρόσωπον ἐπέχει τοῦ οἰκείου πατριάρχου, ἢ μητροπολίτου, ἐν ἑτέρᾳ πόλει σταλείς, χάριν χειροτονίας καὶ ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων· τότε γὰρ, ὡς ἂν ἐκείνου τόπον ἀναπληρῶν, τιμηθήσεται. εἰ δὲ ἄλλως τολμήσῃ τις τῶν διακόνων, παρὰ

Faſtus ſeculares & primos accubitus patres Divini ab Eccleſiâ amputantes, ſtatuunt neminem Diaconorum, qualecunque Eccleſiaſticum habeat officium, ante Presbyteros ſedere; niſi forte, ut vicarius, Patriarchæ ſui aut Metropolitani vicem gerat, in aliam civitatem miſſus canonicarum quarundam & Eccleſiaſticarum cauſa quæſtionum: tunc enim, ut illius locum implens, honorabitur. Si quis autem Diaconus tyrannicâ adductus audaciâ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

daciâ, aliter ausus fuerit supra Presbyterum sedere, suo gradu dejectus erit, & omnium ultimus Diaconorum evadet.

A τυραννικῷ θράσει χρώμενος, τῶν πρεσβυτέρων ἄνωθεν καθεσθῆναι, τοῦ ἰδίου βαθμοῦ καταβιβασθήσεται, καὶ πάντων ἔσχατος τῶν διακόνων γενήσεται.

Canon VIII.

In omnibus ea, quæ à nostris sanctis patribus decreta sunt, nos quoque rata ac firma esse volentes, Canonem quoque renovamus, qui jubet singulis annis uniuscujusque provinciæ Episcoporum Synodos fieri, ubi Metropolitanus Episcopus satius esse duxerit. Quoniam autem propter aliquas Barbarorum incursiones & quasdam alias incidentes causas, non possunt qui Ecclesiis præsident Synodos bis in anno facere, visum est, ut omnino semel in anno, propter Ecclesiasticas quæstiones, ut verisimile est, emergentes, prædictorum Episcoporum in unaquaque provincia fiat synodus, à sancto Pascha festo, & usque ad Octobris mensis complementum, singulis annis, in loco quem, ut prædictum est, Metropolitanus Episcopus aptiorem judicaverit: ii autem, qui non conveniunt, Episcopi, cum in suis civitatibus agant & sani sint, & ab omni inevitabili & necessario negotio liberi, fraternè corripiantur.

B

C

ΚΑΝΩΝ η'.

Ἐν πᾶσι τὰ ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν θεσπισθέντα καὶ ἡμεῖς κρατεῖν βουλόμενοι, ἀνανεοῦμεν καὶ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα καθ' ἕκαστον ἔτος Συνόδους τῶν ἑκάστης ἐπαρχίας γίνεσθαι Ἐπισκόπων, ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως δοκιμάσῃ Ἐπίσκοπος. ἐπειδὴ δὲ διά τινας τε τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς, διά τε προσπιπτούσας ἑτέρας αἰτίας, ἀδυνάτως οἱ τῶν ἐκκλησιῶν πρόεδροι ἔχουσιν δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς Συνόδους ποιεῖσθαι, ἔδοξεν, ὥστε τρόπῳ παντὶ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν τῶν προγεγραμμένων Ἐπισκόπων, διὰ τὰ ὡς εἰκὸς ἀναφυόμενα ἐκκλησιαστικὰ κεφάλαια, ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ γίνεσθαι σύνοδον, ἀπὸ τῆς ἁγίας τῶν πάσχα ἑορτῆς, καὶ μέχρι συμπληρώσεως τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἑκάστου ἔτους κατὰ τὸν τόπον, ὃν ὁ τῆς μητροπόλεως, καθὰ προείρηται, δοκιμάσει Ἐπίσκοπος. τοὺς δὲ μὴ συνιόντας Ἐπισκόπους, ἐνδημοῦντας ταῖς ἑαυτῶν πόλεσιν, καὶ ταῦτα ἐν ὑγείᾳ διάγοντας, καὶ πάσης ἀπαραιτήτου καὶ ἀναγκαίας ἀσχολίας ὄντας ἐλευθέρους, ἀδελφικῶς ἐπιπλήττεσθαι.

Bals. Quomodo & quando debeant Episcopi ad suos primos convenire, ut Synodi habeantur, & Ecclesiasticæ quæstiones solvantur, in diversis præcedentibus Canonibus dictum est. Lege & caput octavum tituli octavi præsentis operis, & quæ ibi scripta sunt. Præsens autem Canon nihil plus quàm alii dicit, præterquam ut semel fiant in anno Synodi. Lege & quartæ Synodi Canon. decimum nonum, & primæ Synodi Canonem quintum, & Sanctorum Apostolorum Canonem trigesimum septimum. Dicat autem non nemo, quòd cùm Episcopi quotannis apud Metropolitanos convenire cogantur, Metropolitani apud patriarcham convenire non cogentur. Vel enim illi apud patriarcham conveniunt, & provincialium Episcoporum Synodos cessare usu venit, vel non conveniunt, & patriarchæ Synodi non fient. Et hæc quidem dicat aliquis, verisimile est. Tu autem diligentius lege caput vigesimum tituli primi lib. tertii, hæc ex parte dicens, omnimodo unam Synodum quotannis celebrari mandamus in unaquaque provinciâ, vel Junio vel Septembri mense, & eos qui ab illis ordinantur, alios autem Episcopos ordinandi jus non habent apud beatissimos patriarchas convenire. Apud religiosissimos autem Metropolitanos cujusque provinciæ qui ab iis ordinati sunt. Nota igitur ex hac novella quam ob rem provinciales Patriarchæ Constantinopolitani vocantur, Archiepiscopus Derci, Messanæ, Parii, Apri, & alii nonnulli Archiepiscopi, & Metropolitani, quibus nulli subsunt Episcopi. Illi enim & soli ad patriarcham semel quotannis convenire compelluntur. Reliquas autem causas ab aliis allatas ne admittas. Lege & finem dicti vigesimi capitis statuentis summis suppliciis subjiciendos esse præsules, qui Episcopos hujusmodi celebrare synodos non compellunt.

D

E

F

ΒΑΛΣ. Περὶ τοῦ πῶς καὶ πότε ὀφείλουσιν οἱ Ἐπίσκοποι παρὰ τοῖς πρώτοις αὐτῶν συνέρχεσθαι, ὥστε γίνεσθαι Συνόδους, καὶ λύεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα, εἴρηται ἐν διαφόροις προλαβοῦσι κανόσιν. ἀνάγνωθι καὶ κεφ. η'. τοῦ η'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ παρὼν κανὼν οὐδέν τι πλέον τῶν ἄλλων φησὶν, ἀλλ' ἢ τὸ γίνεσθαι ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς Συνόδους. ἀνάγνωθι καὶ τῆς δ'. Συνόδου κανόνα ιθ'. καὶ τῆς α'. Συνόδου κανόνα ε'. καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα λζ'. εἴποι δέ τις ὡς τῶν Ἐπισκόπων ἀναγκαζομένων παρὰ τοῖς μητροπολίταις ἐτησίως συνέρχεσθαι, οἱ μητροπολῖται οὐκ ἀναγκασθήσονται παρὰ τῷ πατριάρχῃ συνελθεῖν. ἢ γὰρ οὗτοι παρὰ πατριάρχῃ συνέρχονται, καὶ συμβαίνει, τὰς τῶν ἐπαρχιωτῶν Ἐπισκόπων Συνόδους ἀπράκτους, ἢ οὐ συνέρχονται, καὶ αἱ πατριαρχικαὶ σύνοδοι οὐ γενήσονται. καὶ ταῦτα μὲν ἴσως ἐρεῖ τις· σὺ δὲ ἀνάγνωθι ἐπιστατικώτερον τοῦ κ'. κεφάλ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ γ'. βιβλίου λέγον ἐν μέρει οὕτως, κελεύομεν πᾶσι τρόποις μίαν Σύνοδον γίνεσθαι καθ' ἕκαστον ἔτος ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ, ἢ τῷ Ἰουνίῳ ἢ τῷ Σεπτεμβρίῳ μηνὶ, καὶ συνιέναι παρὰ μὲν τοῖς μακαριωτάτοις πατριάρχαις ἐκείνους τοὺς παρ' αὐτῶν χειροτονουμένους, μὴ ἔχοντας δὲ δίκαιον ἄλλους Ἐπισκόπους χειροτονεῖν· παρὰ δὲ τοῖς ὁσιωτάτοις μητροπολίταις ἑκάστης ἐπαρχίας τοὺς ὑπ' αὐτῶν χειροτονουμένους· σημείωσαι οὖν ἀπὸ ταύτης τῆς νεαρᾶς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν λέγονται ἐπαρχιῶται τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ὁ Δέρκου, ὁ Μεσήνης, ὁ Παρίου, ὁ Ἄπρου, καὶ ἄλλοι τινὲς Ἀρχιεπίσκοποι καὶ μητροπολῖται μὴ ἔχοντες Ἐπισκόπους· οὗτοι γὰρ ἀναγκάζονται, καὶ μόνοι παρὰ τῷ Πατριάρχῃ ἅπαξ ἐνιαυτοῦ συνέρχεσθαι· τὰς δὲ λοιπὰς αἰτίας παρά τινων λεγομένας μὴ παραδέχου· ἀνάγνωθι καὶ τοῦ τέλος τοῦ ῥηθέντος κ'. κεφαλ. διορίζομένου ἐσχάτας τιμωρίας, ὑφίστασθαι τοὺς ἄρχοντας τοὺς μὴ καταναγκάζοντας τοὺς Ἐπισκόπους τὰς τοιαύτας Συνόδους ποιεῖν.

Zonar. Quod Apostolicis antea synodicisque Canonibus cautum fuerat, hæc quoque synodus renovata constitutione decrevit, ac, ut singulis annis in unaquaque provincia synodus haberetur, edixit; adeo ut omni modo, hoc est nullo causæ cujusquam obtentu tergiversationeque admissa Synodus in unaquâque provinciâ semel quotannis habeatur propter e-

ΖΩΝΑΡ. Καὶ οἱ θεῖοι ἀπόστολοι καὶ αἱ προλαβοῦσαι Σύνοδοι περὶ τῶν ἐτησίων τούτων Συνόδων κανόνας ἐξέθεντο, καὶ ἡ Σύνοδος αὕτη, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι Συνόδους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις διετάξατο, ἀνανεοῦσα τοὺς κειμένους περὶ αὐτοῦ κανόνας, ὥστε ἐκ παντὸς τρόπου, ἀντὶ τοῦ ἀπαραιτήτως καὶ ἀπροφασίστως, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ γίνεσθαι Σύνοδον,

διὰ τὰς ἀναφυομένας, ἐκκλησιαστικὰς αἰτίας. γίνεσθαι δὲ ταύτην ἀπὸ τοῦ παρόντος μέχρις ὅλου τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός. ἐπεφάνη δὲ περὶ τούτου πλατύτερον ἐν τοῖς προλαβοῦσι κανόσιν.

A mergentes in Ecclesia difficultates; idque à festo Paschatis ad finem usque mensis Octobris. Sed de his fusiùs in superiorum Canonum explicatione disseruimus.

ΑΡΙΣΤ. Ἐπεὶ μὲν δὶς δυνατὸν, ἅπαξ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι συνόδους, μέσον τοῦ πάσχα καὶ τοῦ ὀκτωβρίου μηνός.

ARIST. *Quandoquidem bis nequit, semel quotannis saltem celebretur Synodus, inter Pascha & mensem Octobrem.*

Διὰ τὰς προσπεσούσας δυσχερείας τοῖς Ἐπισκόποις, καὶ τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς, ὅ, δὶς τοῦ ἔτους γίνεσθαι συνόδους ὑπὸ τοῦ παρόντος συνεκάλει κανόνος· καὶ ὠρίσθη, ἅπαξ ἐφ' ἑνιαυτῷ ἑνὶ γίνεσθαι συνόδους, μεταξὺ τοῦ πάσχα καὶ τοῦ ὀκτωβρίου μηνός.

Propter difficultates Episcopis accidentes, & Barbarorum incursiones, decretum de Synodo bis quotannis celebrando à præsenti Canone contrahitur; & decernitur, semel in singulis annis haberi Synodum inter pascha & mensem Octobrem.

ΚΑΝΩΝ θ'.

CANON IX.

Μηδενὶ ἐξεῖναι κληρικῷ καπηλικὸν ἐργαστήριον ἔχειν. εἰ γὰρ τῷ τοιούτῳ εἰσιέναι ἐν καπηλείῳ οὐκ ἐπιτρεπτέον, πόσῳ μᾶλλον ἄλλοις ἐν τούτῳ διακονεῖσθαι, καὶ ἃ μὴ θέμις αὐτῷ ἐγχειρεῖν; εἰ δέ τι τοιοῦτον διαπραξάμενος, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω.

Nulli licere Clerico cauponiam habere tabernam. Si ei enim in cauponam ingredi non est permissum, quanto magis & aliis in ea ministrare, & ea, quæ non licet ipsi tractare? Si quid autem tale fecerit, vel cesset, vel deponatur.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν νδ'. κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἀφορίζεσθαι λέγει τοὺς ἐθιζομένους ἐν καπηλείῳ κληρικούς· ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται, μὴ ἔχειν κληρικὸν καπηλικὸν ἐργαστήριον, ἤγουν μὴ ἐνεργεῖν ἐμπορίαν καπηλικήν. εἰ γὰρ καὶ δεσποτείαν ἔχει καπηλικὸν ἐργαστήριον, καὶ ἑτέρῳ τοῦτο ἐκδίδωσι, κανὸν οὐκ ἔστι. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ μοναστηρίων καὶ ἐκκλησιῶν διαφόρων γίνεται· ὥστε ὃ ἔχειν ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ ἐνεργεῖν ἐκλαμβάνει. ἐπεὶ δὲ ἕτερόν ἐστι τὸ εἰσέρχεσθαι ἐν καπηλείῳ ἀλλοτρίῳ καὶ ἐθίζειν, καὶ ἕτερον τὸ ἐμπορεύεσθαι καπηλικῷ τέχνῃ, ἐν μὲν τῷ ἀποστολικῷ κανόνι ἀφορίζεσθαί φησι τὸν ἐθιζόντα ἐν καπηλείῳ κληρικόν, καὶ μετ' ἐπιπλήξεως μὴ διορθούμενον, πάντως διὰ τὸ μεγαλύτερον τοῦ ἁμαρτήματος· τὸν δὲ ἐνεργοῦντα κληρικὸν καπηλικὸν ἐργαστήριον, μὴ διορθούμενον μετ' ἐπιπλήξεως, καθαιρεῖσθαί φησιν ὁ παρὼν κανών, πάντως διὰ τὸ βαρύτερον τοῦ ἁμαρτήματος. ἀνάγνωθι τὰ προγεγραμμένα ἐν τῇ ρπθ'. ἀποστολικῷ κανόνι, καὶ Συνόδου Λαοδικείας κανόνα κδ'. Συνόδου Καρθαγένης κανόνα μ'. καὶ βιβλίου δ'. τῆς βασιλικῆς, τίτλου α'. κεφ. πεντηκοστόν, ὑφ' κατεγράφη ἐξωθεν τοῦ λε'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος Συντάγματος.

BALS. Quinquagesimus quartus Apostolorum Canon Clericos segregari jubet, qui in caupona comedunt. Decernit autem præsens Canon, ne Clericus habeat cauponiam officinam, sive ne cauponiam mercaturam exerceat. Si enim cauponiam officinam in dominio habet, & eam aliis elocat, novum non est. Hoc enim etiam apud monasteria & diversas fit Ecclesias. Quamobrem, habere hic, pro eo quod est exercere, accipe. Quoniam autem aliud est in alienam cauponam ingredi & comedere, & aliud cauponariam exercere: in Canone quidem Apostolico Clericum, qui in caupona comedit, & post denunciationem non corrigitur, eo omnino quòd peccatum sit levius, segregandum dicit. Clericum autem, qui cauponiam tabernam exercet, nec post denunciationem corrigitur, præsens Canon, quoniam gravius omnino peccatum est, dicit esse deponendum. Lege quæ adscripta sunt in dicto quinquagesimo quarto Canone Apostolico, & Synodi Laodic. Can. xxiv. Synod. Carth. Canon xl. & iv. libri Basilic. tit. primi cap. ultimum quod extra xxxv. cap. ix. tit. præsentis operis, positum est.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἔχειν καπηλικὸν ἐργαστήριον κληρικὸν τοπίον δὲ ἑαυτῷ ἐνεργεῖν αὐτὸν ἐν αὐτῷ καὶ ὑπηρετεῖν. οὐ γὰρ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ λίαν ἔξεστιν ἀφορεπὲς δὲ καπηλείου φορίσασθαι κληρικὸν, καὶ τοὺς εἰς αὐτὸ εἰσιόντας ὑποδέχεσθαι, καὶ βρώματα παρατιθέναι αὐτοῖς, καὶ οἶνον ἐγχέειν. ᾧ γὰρ ἀπηγόρευται δόλως εἰς καπηλεῖον εἰσέρχεσθαι κ' ιδ'. κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, πῶς ἔσται ἐν αὐτῷ διλωσεκῶς ἔξεστιν ἀναστρεφόμενος; τόν τε τοῦτο ποιοῦντα, ἢ παύεσθαι βάλλειν ὁ κανὼν ἢ καθαιρεῖσθαι. εἰ δέ τις κληρικὸς ξενῶν ἐργαστήριον ἔχων ἑτέρῳ αὐτὸ ἐκμισθώσῃ, μετὰ τὸ οἰκείαν καταστάσιν ὁ βλασφήσεται.

ZONAR. Quod cauponiam domum habere clerici hoc Canone prohibentur, id ita accipiendum est, ut eis videlicet operas in caupona locare, ejusque ministeriis inservire ne liceat. Turpe siquidem, atque ab ordinis dignitate vehementer alienum, exercendæ cauponæ clericum præsidere, excipiendis hominibus, apponendis ferculis præsto esse, pincernæque quodammodo operam ac ministeria hospitibus exhibere. Cui enim ut Apostolico Canone quinquagesimo quarto videre est, ad cauponam divertere omnino non permissum, quo pacto talis in eo perpetuo versabitur? Qui igitur id fecerit, aut ab eo instituto cessare, aut depositione mulctari Canon jubet. Domum tamen ejusmodi habere, ac locare alteri, Clericis quoque sine ulla dignitatis jactura concessum est.

ΑΡΙΣΤ. Εἰ εἰσιέναι ἐν καπηλείῳ κεκώλυται κληρικὸς, καὶ ἔχειν κωλυθήσεται μᾶλλον· ἢ τοίνυν παυσθήσεται, ἢ καθαιρεθήσεται.

ARIST. *Si cauponam ingredi prohibetur Clericus, & habere magis prohibebitur: vel itaque desistant, vel deponantur.*

Οὐκ ἔξεστι κληρικῷ καπηλικὸν ἐργαστήριον ἔχειν, καὶ ἐνεργεῖν ἐν αὐτῷ· εἰ γὰρ κεκώλυται ἐν ἀλλοτρίῳ καπηλείῳ εἰσέρχεσθαι, εἰ μὴ δι' ἀνάγκην τοῦτο ποιήσει,

Non licet Clerico cauponariam habere officinam, & in eâ operari. Si enim alterius cauponam ingredi prohibetur, nisi forsitan ob necessitatem illud fecerit: multo magis e-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

um habere cauponam & aliis in ea miniſtrare non oportet. Qui hoc autem facere auſus fuerit, & ceſſare non perſuadetur, deponetur.

πολλῷ πλέον ἔχειν αὐτὸν καπηλεῖον ἢ ἔργον, καὶ ἄλλοις ἐν τούτῳ διακονεῖν. ὁ δὲ πολμῶν τοῦτο ποιεῖν, καὶ μὴ ὑπακούων παυέσθω, καθαιρείσθω.

CANON X.

Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, qui uſuras, vel quæ dicuntur centeſimæ accipit, vel ceſſet, vel deponatur.

BASS. In xvii. Canone i. Syn. ſatis ſcripſimus de omnibus ſacerdotibus, ſeu ſacris initiatis qui uſuras accipiunt, vel aliquod aliud turpe lucrum ſibi excogitant. Et lege quæ in illo ſcripta ſunt; & invenies ſolutionem repugnantiæ quæ eſſe videtur illius Canonis & præſentis. Præſens enim Canon, & Apoſtolicus xliv. vel ceſſare, vel deponi jubent eum qui tale quid facit. Xvii. autem Canon primæ Synodi eum deponi jubet. Lege & xxvii. cap. ix. tit. præſentis operis.

ZONAR. Uſuras exigere, non Epiſcopi ſolum, Presbyteri, & Diaconi, ſed & omnes in Canone recenſiti, primæ Synodi decimo ſeptimo Canone prohibentur. Ibi nos, & quid centeſima ſit explicavimus, & fuſiùs, quæ ad ipſius Canonis explicationem pertinent, executi ſumus. Ad ea igitur lectorem remittimus. Sed & eadem, quæ hoc loco, Laodicenæ quoque Synodi quarto Canone præcipiuntur.

ARIST. *Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus qui uſuras accipit, niſi ceſſet, deponatur.* Perſpicuus.

KANΩN ι'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, τόκους ἢ τοὺς λεγομένας ἐκατοστὰς λαμβάνων, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ιζ'. κανόνι τῆς α'. συνόδου ἱκανῶς ἐγράψαμεν περὶ πάντων τῶν ἱερωμένων, τῶν λαμβανόντων τόκους, ἢ καὶ ἕτερόν τι αἰσχρὸν κέρδος ἑαυτοῖς ἐπινοούντων. καὶ ἀναγνωσθήτω τὰ ἐν ἐκείνῳ γραφέντα· καὶ εὑρήσεις τὴν λύσιν τῆς δοκούσης ἐναντιοφανείας, ἐκείνου τε ὄντος κανόνος. καὶ τοῦ πρώτου, ὁ μὲν γὰρ πρῶτος κανὼν, καὶ ὁ ἀποστολικὸς μέν, ἢ παύσασθαι ἢ καθαιρεῖσθαι φησὶ τὸν τοιοῦτόν τι ποιοῦντα. ὁ δὲ ιζ'. κανὼν τῆς α'. συνόδου καθαιρεῖσθαι τοῦτόν φησιν. ἀναγνωσθήτω καὶ ὁ κζ'. κεφάλαιον ε'. θ'. τίτλου τοῦ πρώτου. συνόδου ἁγίας.

ZΩNAP. Ὁ μὲν τῆς πρώτης Συνόδου ἑπτακαιδέκατος κανὼν τοὺς Ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους μόνον κωλύει λαμβάνειν τόκους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζομένους. ἔνθα καὶ τί ἔστιν ἐκατοστὴ ἡμιόλιον, καὶ πλατύτερον τὰ περὶ τοῦ κλήρου ἐξήγηται· καὶ ζητητέον ἐκεῖσε. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὁ πέμπτος κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ Συνόδου κελεύει.

ΑΡΙΣΤ. Ἐπίσκοπος, πρεσβύτερος, καὶ διάκονος τόκους λαμβάνων, εἰ μὴ παύοιτο, καθαιρείσθω. Σαφής.

CANON XI.

Nemo eorum qui in ſacerdotali ordine enumerantur, vel Laicus, Judæorum azyma comedat, vel ullam cum eis familiaritatem ineat, vel in morbis accerſat, vel ab eis medicinas accipiat, vel unà cum eis in balneis omnino lavetur. Si quis autem hoc facere aggreſſus fuerit, ſi ſit quidem Clericus, deponatur: ſi autem Laicus, ſegregetur.

BALS. Sancti patres nos cum Judæis nullam communionem habere volentes, ſtatuunt nos non debere cum eis feſta celebrare, nec accipere, nec comedere, quæ nunc ab illis fiunt azyma, nec ab eis medicinam accipere, nec cum eis lavari. Eos autem qui præter hæc faciunt, ſi ſint quidem Clerici, deponi jubent: ſi verò Laici, ſegregari. Quære Laod. Syn. Can. xxxi. xxxii. xxxvii. xxxviii. & ſanctorum Apoſtolorum Canonem lxx. & ejus interpretationem. Nec dicat quiſpiam, quod illa azyma vetiti ſunt comedere quæ dantur ab hæreticis, non autem ſacrificium facere, per azyma, vel abſolutè comedere azyma; quoniam nos quoque diverſo modo azyma comedimus, quæ dicuntur λφπμαίβατα. Audiet enim quod non azyma comedere ſit prohibitum, ſed per azyma more Judaico feſta celebrare. Quod eſt autem majus feſtum incruento ſacrificio, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus tradidit tempore mortis ſuæ & feſti Paſchalis? Quia autem ſanctis patribus ne in mentem quidem venit nos per azyma celebraturos, quemadmodum hoc quoque fit à Judæis, quibus ſtatutum eſt cum agno & azymis & lactucis agreſtibus Paſchæ feſtum celebrare, ex eo clarum quod omne feſtum Judaicum aboleverint. Propter Latinos qui cum Azymis feſta celebrant, & propter eos qui à Judæis vel reliquis hæreticis medicamenta accipiunt: omnes enim iſti ſegregantur.

KANΩN ια'.

Μηδεὶς τῶν ἐν ἱερατικῷ καταλεγομένων τάγματι, ἢ λαϊκὸς, τὰ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἄζυμα ἐσθιέτω, ἢ τούτοις συνοικειούσθω, ἢ ἐν νόσοις συγκαλείσθω, καὶ ἰατρείαν παρ' αὐτῶν λαμβανέτω, ἢ ἐν βαλανείοις τούτοις σὺν αὐτοῖς λουέσθω. εἰ δέ τις τοῦτο πρᾶξαι ἐπιχειροίη, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζέσθω.

ΒΑΛΣ. Μηδεμίαν κοινωνίαν ἔχειν ἡμᾶς μετὰ τῶν Ἰουδαίων οἱ ἅγιοι πατέρες θέλοντες, διορίζονται μὴ συνεορτάζειν τούτοις ἡμᾶς, μηδὲ λαμβάνειν καὶ ἐσθίειν παρ' αὐτῶν πεινῶντα μηδὲν ἄζυμα, μηδὲ ἰατρεύεσθαι παρὰ τούτων, ἢ συλλούεσθαι. τοὺς δὲ ποιοῦντας παρὰ ταῦτα, κληρικοὺς μὲν ὄντας ἀφορίζεσθαι καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι. ζήτει τῶν ὧν Λαοδικείᾳ Συνόδου κανόνα λα'. λβ'. λζ'. καὶ λη'. καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κανόνα ο'. καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ. καὶ μή τις λεγέτω ὡς ἐκεῖνα τὰ ἄζυμα ἐκωλύθησαν ἐσθίεσθαι τὰ παρὰ τῶν αἱρετικῶν διδόμενα, ἃ μὴν δεῖ γίνεσθαι θυσίαν παρ' ἀζύμων, ἢ ἁπλῶς δεῖ ἐσθίειν ἄζυμα, ὅτι καὶ ἡμεῖς διαφόρως ἐσθίομεν ἄζυμα τὰ λεγόμενα λεπτμάβατα. ἀκούσῃ γὰρ ὡς οὐ δεῖ ἐσθίειν ἄζυμα κεκωλυται, ἀλλὰ δεῖ παρ' ἀζύμων τὴν Ἰουδαίων ἑορτάζειν. ποία δὲ μείζων ἑορτὴ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας ἐστὶν, ἣν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἡμῖν παρέδωκε καιρὸν τοῦ θανάτου αὐτοῦ, καὶ τῆς πασχαλίου ἑορτῆς; ὅτι ὃ εἰς νοῦν οὐδὲ τοῖς ἁγίοις πατράσι δὲ ἑορτάζειν ἡμᾶς παρὰ ἀζύμων, καθὼς τοῦτο καὶ παρὰ τῶν Ἰουδαίων μετὰ τῶν ὀφειλόντων μετ' ἀμνοῦ καὶ ἀζύμων καὶ πικρίδων τὸν τοῦ πάσχα ποιεῖν ἑορτὸν, δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ καταργῆσαι αὐτὸν πᾶσαν Ἰουδαϊκὴν ἑορτήν. Διὰ τοὺς Λατίνους τοὺς ἑορτάζοντας μετ' ἀζύμων, καὶ διὰ τοὺς ἰατρευομένους παρὰ Ἰουδαίων

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ων, ἢ λοιπῶν αἱρετικῶν πάντες ηδ ὅτοι ἀφωρισμένοι εἰσίν. σημείωσαι ⓦ παρόντα κανόνα διδάσκοντα περὶ τῶν ἀζύμων· καὶ ὅτι οἱ παρὰ Ιουδαίων ἢ ἄλλων αἱρετικῶν ἰατροὶ ὁμοῦ κολάζονται.

A Nota præsentem Canonem, qui de azymis instruit; & quod illi, qui à Judæis vel etiam aliis hæreticis medicis curantur, puniuntur.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ ἑβδομηκοστὸς ἡμῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὁρίζει μήτε συνεορτάζειν τοῖς Ιουδαίοις, μήτε τινὰ παρ' αὐτῶν δέχεσθαι ξένια τῶν παρ' αὐτοῖς ἑορτῶν· ἔστι δὲ ὁ κανὼν οὗτος οἰκειοῦσθαι αὐτοῖς, ἀντὶ τοῦ φιλιοῦσθαι συγχωρῆ, ἢ παρ' αὐτῶν ἰατρεύεσθαι νοσοῦντας, ἢ συλλούεσθαι ὅλως αὐτοῖς. καὶ ὁ λϛ'. ἡμῶν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου ἀπαγορεύει αἱρετικῶν εὐλογίας λαμβάνειν· καὶ ὁ λζ'. τῆς αὐτῆς συνόδου ἡμῶν, καὶ ὁ λη'. μὴ δεῖν φησι παρὰ Ιουδαίων ἢ αἱρετικῶν τὰ πεμπόμενα ἑορτασικὰ λαμβάνειν, μηδὲ συνεορτάζειν αὐτοῖς, ἢ ἄζυμα λαμβάνειν, καὶ κοινωνεῖν τῆς ἀσεβείας αὐτῶν. ἐπάγει δὲ ὁ κανὼν οὗτος τοῖς παραβαίνουσι τὰ ὡρισμένα κόλασιν, τοῖς μὲν κλήρῳ καθαίρεσιν, τοῖς δὲ λαϊκοῖς ἀφορισμόν.

B ZONAR. Ne festos dies cum Judæis simul celebrare, neve munuscula ab iis anniversariis eorum celebritatibus mitti solita accipere liceat, sanctorum etiam Apostolorum septuagesimo Canone interdictum fuit. Hoc autem Canone cum iis amicituam jungere, (i.e.) familiaritatem inire, & illorum opera ægrotantes curari, & eodem cum illis balneo uti omnino prohibemur. Hæreticorum etiam benedictiones Laodicenæ Synodi trigesimus secundus Canon accipere vetat. Ejusdem quoque synodi xxxvii. & xxxviii. à Judæis vel hæreticis missa ex festivo apparatu xenia recipere, aut cum eis festos dies celebrare, aut azyma ab illis accipere, eorumque proinde impietati communicare negat oportere. Indicit autem hic Canon non obtemperantibus mulctam, Clericis quidem depositionem, Laïcis vero segregationem.

ΑΡΙΣΤ. Ἄζυμα Ιουδαίων ἀποπτύεται· ὁ δὲ καὶ ἰατροὺς αὐτοὺς προσκαλούμενος, ἢ συλλουόμενος, ἐκπίπτει.

ARIST. *Azyma Judaica sunt respuenda. Quinetiam qui eos medicos accersit, vel unà cum iis lavat, deponitur.*

C

Οὐδεμία χριστιανοῖς κοινωνία πρὸς Ιουδαίους· διὰ τοῦτο γοῦν ὅστις εὑρεθῇ παρὰ τούτων ἄζυμα ἐδώδιμα, ἢ εἰς ἰατρείαν αὐτοὺς προσκαλούμενος, ἢ συλλουόμενος τούτοις, ἢ ἄλλως πως ἑαυτοῖς οἰκειούμενος, εἰ μὲν κληρικός ἐστι καθαιρεθήσεται· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφορισθήσεται.

Nulla est Christianis cum Judæis communio. Propterea itaque quicunque eorum azyma comedere, aut ad medicationem eos vocare, aut cum iis unà lavare, aut aliter cum iis familiaritatem inire deprehendatur, si quidem Clericus est, deponetur, si vero Laicus, excommunicabitur.

ΚΑΝΩΝ ιβ'.

CANON XII.

Καὶ τοῦτο δὲ εἰς γνῶσιν ἡμετέραν ἦλθεν, ὡς ἔν τε τῇ Αφρικῇ καὶ Λιβύῃ, καὶ ἑτέροις τόποις, οἱ τῆσδε ἐκεῖσε θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι συνοικεῖν τοῖς ἰδίαις γαμεταῖς, καὶ μετὰ τὴν ἐπ' αὐτοὺς προβολὴν χειροτονίαν, οὐ παραιτοῦνται, πρόσκομμα τοῖς ἐνταῦθεν ἄλλοις τιθέντες καὶ σκάνδαλον. πολλῆς οὖν ἡμῖν σπουδῆς ὄσης, τὰ πάντα πρὸς ὠφέλειαν τῆς ὑπὸ χεῖρα ποιμνίου διαπράττεσθαι, ἔδοξεν, ὥστε μηδαμῶς τοιοῦτον ἀπὸ τοῦ νῦν γίνεσθαι. τοῦτο δὲ φαμέν, οὐκ ἐπ' ἀθετήσει ἢ ἀναιρέσει τῶν ἀποστολικῶς νενομοθετημένων, ἀλλὰ τὴν σωτηρίας καὶ τὴν προκοπῆς τῆς ὅπη ὃ κρεῖττον τῶν λαῶν προτιμήσαντες, ἵν' ὃ μὴ δοῦναι μέμφῃ τινὶ τὰ τῆς ἱερατικῆς καταστάσεως. φησὶ γὰρ ὁ θεῖος ἀπόστολος· πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε, ἀπρόσκοποι γίνεσθε, καὶ Ιουδαίοις, καὶ Ελλησι, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν· μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. εἰ δέ τις φωραθείη τοιοῦτο πράττων, καθαιρείσθω.

Porro hoc quoque ad nostram cognitionem pervenit, quod in Africa & Libya & aliis locis, quidam ex iis, qui illic sunt religiosissimi præsules, cum propriis uxoribus, etiam postquam ad eos processit ordinatio, unà habitare non recusant, ex eo populis offendiculum & scandalum afferentes. Cum itaque studium nostrum in eo magnopere laboret, ut omnia ad gregis in manus nostras traditi nobisque commissi utilitatem fiant, nobis visum est, ut nihil ejusmodi deinceps ullo modo fiat. Hoc autem dicimus, non ad ea abolenda & evertenda, quæ apostolicè antea constituta sunt, sed populorum salutis & ad meliora progressionis curam gerentes, & ne status ecclesiasticus ullo probro afficiatur. Dicit enim Divinus Apostolus, Omnia ad Dei gloriam facite, sine offendiculo estote & Judæis, & Græcis, & Dei Ecclesiæ, quemadmodum & ego per omnia omnibus placeo, non quærens meam utilitatem, sed multorum, ut serventur. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Si quis autem tale quid agere deprehensus fuerit, deponatur.

ΒΑΛΣ. Πρὸς κρείττονα βιοτὴν προάγοντες τοὺς τῆς ἐκκλησίας προφήτας οἱ θεῖοι πατέρες, προσκελεύονται πάντη ἀποδίστασθαι τοὺς ἀρχιερεῖς μετὰ τὴν χειροτονίαν τῆς ἰδίων γαμετῆς. ἵνα δὲ μὴ δόξωσιν ὑπεναντίως ποιεῖν τῷ ε'. ἀποστολικῷ κανόνι τῷ συγχωροῦντι τοῖς Επισκόποις συνοίκους τὰς οἰκείας γυναῖκας μετὰ τὴν χειροτονίαν· ἐπάγουσιν ὡς οὐκ ὀνησιπέμπτοι τοῖς θείοις ἀποστόλοις ταῦτα διορίζοντες, ἀλλ' ὡς θέλοντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν εἰς πλείονα εὐλαξίαν προκόψαι· μονονουχὶ τοῦτο λέγοντες, ὅτι οἱ μὲν θεῖοι ἀπόστολοι ἀρχὴν ἐχούσης τῆς πίστεως, συγκαταβατικώτερον διεγένοντο πρὸς τοὺς τῇ πίστει προσερχομένους. ἄρτι δὲ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος πλατυνθέντος, δεῖ φασι καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς τὸν οἰκεῖον βίον ἀποδιώκειν πρὸς ἀκριβῆ σωφροσύνην. εἰ δὲ συνοικεῖν τῇ οἰκείᾳ γαμετῇ οἱ Επί-

BALS. Ad meliorem vitam Ecclesiæ alumnos sancti patres provehentes, jubent omnino antistites, postquam sunt ordinati, à propriis uxoribus secedere. Ne autem contra v. Apostolicum Canonem facere videantur, qui Episcopis cum suis uxoribus post ordinationem habitare permittit, inferunt, quod non divinis apostolis adversantes hæc decernunt, sed statum Ecclesiasticum in pulchriorem ordinem provehi volentes: propemodum, hoc dicentes; quod divini quidem Apostoli, cum fides tantum inciperet, se in eos, qui ad fidem accedebant, ita gerebant, ut ad eorum imbecillitatem se magis demitterent. Nunc autem cum evangelii prædicatio sit magis amplificata, Oportet, inquiunt, & Pontifices ad perfectam continentiam vitam suam dirigere. Si autem Episcopis cum propriis uxoribus habitare

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

bitare non permittetur: multo magis & ipſis tanquam uxoribus uti permittetur; ſed nec eis cum alienis uxoribus habitare concedetur, ut omne offendiculum amputetur. Lege librum iii. Baſilicor. tit. i. cap. liv. lv. lvi. quæ quidem, cum cxxiii. Juſtiniani Novellæ ſint capita, Epiſcopos deponendos decernunt, qui cum quacunque muliere cohabitant.

A

ZONAR. Ne Epiſcopo, Presbytero, aut Diacono, uxorem ſuam ſub prætextu pietatis repudiare liceat, quinto Apoſtolico Canone cautum eſt; quique id fecerit, ſegregari primo, ac ſi tum quoque pertinax fuerit, depoſitione B mulctari decretum. Hoc verò Canone, ubi renunciatus aliquis Epiſcopus fuerit, uxorem, ſi quæ nondum ſacris ordinibus initiato ducta foret, ſub eodem tecto ne habeat, conſtitutum. Et vero non ſe ſtudio evertendæ contrariis ſanctionibus Apoſtol. conſtitutionis adductos, ſed populorum ſaluti, atque in virtutibus progreſſioni conſulentes, ac ne qua inde ſacro ordini macula inureretur providentes, Epiſcopis uxorum, quas antea duxerant, commercio & conſuetudine interdicendum cenſuiſſe, auctores Canonis addidere. Quaſi divinos ſcilicet Apoſtolos, naſcente ac emergente tum primum fide, neque adhuc ſonitu divinæ prædicationis latiùs evulgato mitius cum iis, qui fidem C amplecterentur, ac remiſſiùs egiſſe, nec ab eis omnes perfectionis numeros exigentes, aliquid tum imbecillitati ipſorum, tum inveteratæ apud omnes gentes, atque adeo apud ipſos Judæos, conſuetudini indulſiſſe affirment. Nam & ſummis Judæorum ſacerdotibus uxores habere per leges licebat, neque id vero Græcorum ſacrificulis ulla conſtitutione interdictum fuit. Nunc vero longe latéque propagata religione, ac diligentius quæ ad ſanctiorem vitæ normam pertinent conſtitutis, augeſcente indies Euangelico cultu, ſeverioribus, inquiunt, vitam ſuam continentiæ legibus adſtringere ipſi quoque Epiſcopi debent, ut non modo ab alienis uxorib. abſtineant, ſed ab iis quoque, quas thori D conſortes habuere: neque ſolum lecti ſocias non admittant, ſed nec ſub eodem tecto aut iiſdem ædibus degere patiantur. Nam etſi fieri poteſt, ut caſtos ſe nihilominus atque integros ſervent, aliis tamen offendiculo & ſcandalo erunt. Quo loco magnum quoque Paulum ſancti Patres producunt, dicentem. Sine offenſione eſtote & Judæis & Græcis & Eccleſiæ Dei, quemadmodum & ego omnibus in omnibus placeo, non meam utilitatem quærens, ſed multorum, ut ſalventur. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Poſtremo qui huic Canoni non obtemperaverint, eis depoſitionis mulctam irrogari jubent. E

ΖΩΝΑΡ. Ο πέμπτος ἀποστολικὸς κανών φησι· Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας· ἐὰν δὲ ἐκβάλῃ ἀφοριζέσθω, ὕστερον δὲ, καθαιρείσθω. ὁ δὲ πρῶτον κωλύσῃ τὸν ἀρχιερέα μὴ τὴν χειροτονίαν συνοικεῖν ταῖς πρὸ τῆς ἱερωσύνης γυναιξὶν αὐτοῦ, καί φασιν οἱ τοῦτον ἐκδέμβιοι Θ κήρυκα, ὅτι οὗτοι ἀναφέροντες τὰ νενομοθετημένα τοῖς ἀποστόλοις καὶ ἀντιπορευόμενοι κωλύομεν τοῖς Ἐπισκόποις τὴν μὴ τοῦ πρεσβυτέρου συμβίων αὐτοῦ συνοίκησιν, ἀλλὰ δηλοῦντες τὴν σωτηρίαν τοῦ λαοῦ, καὶ τὴν δεῖ ὃ κρεῖττον αὐτοῦ προκόπτειν, καὶ ὥστε μή τινα μῶμον ἐκ τούτου προσγενέσθαι τῇ ἱερωσύνῃ, μόνους ἡμᾶς τὸ λέγοντες, ὅτι οἱ μὲν θεῖοι ἀπόστολοι ἀρχὴν ἐγχύσεως τῆς πίστεως, καὶ ὃ θείου κηρύγματος οὔπω πλατυνθέντος συγκαταβατικώτερον διετίθεντο πρὸς τοὺς τῇ πίστει προσερχομένους, ὃ πάντα ἀπῄτουν ὃ πλεῖον, ἀλλ' ἐνεδίδοσαν τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν, καὶ τοῖς ἔθεσι τοῖς ἐθνικοῖς, καὶ Ἰουδαϊκοῖς. εἴ τε γὰρ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεῦσι γυναῖκες συνοικεῖν συγκεχωρημένον ἦν ἐκ τοῦ νόμου, καὶ τοῖς Ἑλλήνων ἀρχιερεῦσιν ὁ γάμος ἀκώλυτος ἦν· ἆρα γε τοῦ κηρύγματος πλατυνθέντος καὶ εἰς κρεῖττονα καταστάσεως καὶ τάξιν τῶν πιστῶν ἐλπιζόντων, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ὑπερβάσεις, ζημίαν φασὶ καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς τὸ οἰκεῖον βίον περὶ ἀκριβῆ σωφροσύνην ἀπαδυνεῖν, ὡς μὴ μόνον ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρότερον αὐτοῖς συζυγαζομένων, καὶ μὴ μόνον εὐνῆς αὐταῖς μὴ κοινωνεῖν, μηδὲ μίξεως, ἀλλὰ μηδὲ συνοικεῖν αὐταῖς, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ καταικίᾳ συζῆν. οἱ μὲν γὰρ ἴσως καὶ τὸ σωφρόνως ζήσονται, ἄλλοις δὲ προσκόμματα καὶ σκάνδαλον ἔσονται. καὶ φησὶν οἱ ἱεροὶ πατέρες ἐκεῖνοι καὶ Θ μέγαν Παῦλον λέγοντα, ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. μιμηταί μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. εἶτα τοῖς μὴ Θ κανόνα τῶν φυλάττουσιν ἐπάγουσιν ὕστερον τὴν καθαίρεσιν.

ARIST. *Etiamſi dictum ſit uxores non ejiciendas eſſe, nihilominus ad melius progreſſioni conſulentes, præſuli ordinato, cum uxore amplius ne cohabitet, in mandatis damus.*

ΑΡΙΣΤ. Εἰ καὶ λέλεκται μὴ ἐκβάλλειν γυναῖκας, ἀλλὰ τῆς δεῖ τὸ κρεῖττον προκοπῆς φροντίζομεν, τῷ χειροτονουμένῳ προέδρῳ μηκέτι συνοικεῖν γυναικὶ παραγγέλλομεν.

Quintus ſanè Canon Apoſtolicus nec Epiſcopum nec Presbyterum nec Diaconum uxorem ſuam religionis prætextu ejicere vellet; ſed & ab eo qui hoc fecerit pœnas petit; eumque ſi corrigi non poteſt, deponit. Hic autem Canon Epiſcopis, poſtquam ad F Epiſcopatum ordinati ſunt, unà cum ſuis cohabitare uxoribus non permittit; non in eorum quæ Apoſtolicè ſunt conſtituta contemptum & everſionem illud faciens, ſed populi ſalutis & ad meliora progreſſionis curam gerens, & ne ſtatus Sacerdotalis probo aliquo afficeretur. Omnia enim, inquit divinus Apoſtolus, ad Dei gloriam facite, ſine offendiculo eſtote & Judæis & Græcis, & Eccleſiæ Dei, quemadmodum & ego per omnia omnibus placeo, non meam quærens utilitatem ſed multorum, & ut ſerven-

Ο μὲν Ἀποστολικὸς πέμπτος κανών, ὅτι Ἐπίσκοπον, ὅτι πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλειν βάλλεται· ἀλλὰ καὶ Θ τοῦτο ποιοῦντα ἀθετεῖ, καὶ ἀδιόρθωτον μένοντα καθαιρεῖ. ἕτερος δὲ ὁ κανὼν ὁ συγχωρῶν τοῖς Ἐπισκόποις, μὴ τὸν δεῖ αὐτοῖς προελθοῦσι τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν, ταῖς ἰδίαις συνοικεῖν γαμεταῖς, σὺν ἐπ' ἀθετήσει καὶ ἀναιρέσει τῶν ἀποστολικῶν νενομοθετημένων τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ τῆς σωτηρίας καὶ τῆς δεῖ τὸ κρεῖττον προκοπῆς τοῦ λαοῦ προμηθούμενος, καὶ τοῦ μὴ δύνασθαι μῶμόν τινα κεῖσθαι τῆς ἱερατικῆς καταστάσεως. πάντα γάρ, φησὶν ὁ Θεῖος ἀπόστολος, εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε, ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ· καθὼς ἐγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

συμφέρον, ἀλλὰ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς ἐγὼ χριστοῦ. ὃς δὲ τοῦτο πράσσοντα Ἐπίσκοπον, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν τῆς ἐπισκοπῆς τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ συνοικοῦντα, καθαιρεῖσθαι προστάττει.

A tur. Imitatores mei estote, sicut ego sum Christi. Episcopum autem, qui hoc fecerit, & post ordinationem ad Episcopatum cum suâ habitaverit uxore, deponi jubet.

ΚΑΝΩΝ ιγ'.

Ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν, τοὺς μέλλοντας διακόνου ἢ πρεσβυτέρου χειροτονίας ἀξιοῦσθαι, καθομολογεῖν ὡς οὐκέτι ταῖς αὐτῶν συνάπτονται γαμεταῖς· ἡμεῖς τῷ ἀρχαίῳ ἐξακολουθοῦντες κανόνι τῆς ἀποστολικῆς ἀκριβείας καὶ τάξεως, τὰ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν κατὰ νόμους συνοικέσια, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐῤῥῶσθαι βουλόμεθα, μηδαμῶς αὐτῶν τὴν πρὸς γαμετὰς συνάφειαν διαλύοντες, ἢ ἀποστεροῦντες αὐτοὺς τῆς πρὸς ἀλλήλους κατὰ καιρὸν ὡς προσήκοντα ὁμιλίας· ὥστε, εἴ τις ἄξιος εὑρεθείη πρὸς χειροτονίαν ὑποδιακόνου ἢ διακόνου ἢ πρεσβυτέρου, ἐπὶ μηδαμῶς κωλυέσθω ἐπὶ τοιοῦτον βαθμὸν ἐμβιβάζεσθαι, γαμετῇ συνοικῶν νομίμῳ· μήτε μὴν ἐν τῷ τῆς χειροτονίας καιρῷ ἀπαιτείσθω ὁμολογεῖν, ὡς ἀποστήσηται ἀπὸ τῆς νομίμου πρὸς τὴν οἰκείαν γαμετὴν ὁμιλίας· ἵνα μὴ ἐντεῦθεν ὡς ἐκ θεοῦ νομοθετηθέντα, καὶ εὐλογηθέντα τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ, γάμον καθυβρίζειν ἐκβιασθῶμεν· τῆς τοῦ εὐαγγελίου φωνῆς βοώσης, ἃ ὁ θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω· καὶ τοῦ ἀποστόλου διδάσκοντος, τίμιον ὡς γάμον, καὶ τὴν κοίτην ἀμίαντον· καὶ, δέδεσαι γυναικὶ, μὴ ζήτει λύσιν. ἴσμεν δὲ, ὥσπερ καὶ οἱ ἐν Καρθαγένῃ συνελθόντες, τῆς ἐν βίῳ σεμνότητος τῶν λειτουργῶν τιθέμενοι πρόνοιαν, ἔφασαν, ὥστε τοὺς ὑποδιακόνους, τοὺς τὰ ἱερὰ μυστήρια ψηλαφῶντας, καὶ τοὺς διακόνους καὶ πρεσβυτέρους, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, καὶ ἐκ τῶν συμβίων ἐγκρατεύεσθαι· ἵνα καὶ ὃ διὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθὲν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχαιότητος κρατηθὲν καὶ ἡμεῖς ὁμοίως φυλάξωμεν, καιρὸν ἐπὶ παντὸς ἐπιστάμενοι πράγματος, καὶ μάλιστα νηστείας καὶ προσευχῆς. χρὴ γὰρ τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας, ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν ἁγίων μεταχειρήσεως ἐγκρατεῖς εἶναι ἐν πᾶσιν, ὅπως δυνηθῶσιν, ὃ παρὰ τοῦ θεοῦ ἁπλῶς αἰτοῦσιν, ἐπιτυχεῖν. εἴ τις οὖν τολμήσοι παρὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας κινούμενος, τινὰς τῶν ἱερωμένων, πρεσβυτέρων φαμὲν ἢ διακόνων ἢ ὑποδιακόνων ἀποστερεῖν τῆς πρὸς τὴν νόμιμον γυναῖκα συναφείας τε καὶ κοινωνίας, καθαιρείσθω· ὡσαύτως, ὃ εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλει, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω.

B

C

D

E

Canon XIII.

Quoniam Romanæ Ecclesiæ pro Canone traditum esse cognovimus, ut Diaconi vel Presbyteri, qui ut ordinentur, digni existimandi sunt, profiteantur se non amplius suis uxoribus conjungendos: nos antiquum Canonem Apostolicæ perfectionis ordinisque servantes, hominum in sacris ordinibus legitima conjugia deinceps ex hoc temporis momento firma & stabilia esse volumus, nequaquam eorum cum uxoribus conjunctionem dissolventes, vel eos mutua tempore convenienti consuetudine privantes. Quamobrem, si quis dignus inventus fuerit, qui Hypodiaconus vel Diaconus vel Presbyter ordinetur, is ad talem gradum assumi nequaquam prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet. Sed neque ordinationis tempore ab eo postuletur, ut profiteatur se à legitima cum uxore consuetudine abstenturum: ne ex eo à Deo constitutas & sua præstantia benedictas nuptias injuria afficere cogamur; evangelica voce exclamante, Quæ Deus conjunxit, homo ne separet; & Apostolo docente, Honorabiles nuptias, & thorum immaculatum; &, Alligatus es uxori, ne quære solutionem. Scimus autem, sicut & qui Carthagine convenerunt, ministrorum gravitatis honestatisque curam gerentes, dixerunt, ut Subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, & Diaconi & Presbyteri, propriis terminis à consortibus abstineant. Ut & quod per Apostolos traditum est, & ab ipsa usque antiquitate servatum, nos quoque similiter servemus, tempus in omni re scientes, & maximè in jejunio & oratione. Oportet enim eos qui divino altari assident, in sanctorum tractandorum tempore esse omnino continentes, ut possint id, quod à Deo simpliciter petunt, obtinere. Si quis ergo præter Apostolicos Canones, incitatus sit aliquem eorum qui sunt in sacris, Presbyterorum, inquimus, vel Diaconorum vel Hypodiaconorum conjunctione cum legitima uxore & consuetudine privare, deponatur. Similiter & si quis Presbyter vel Diaconus suam uxorem pietatis prætextu ejecerit, segregetur: & si perseveret, deponatur.

ΒΑΛΣ. Κωλύσαντες οἱ θεῖοι πατέρες τοὺς Ἐπισκόπους μετὰ τὴν χειροτονίαν ταῖς οἰκείαις συνοικεῖν γυναιξὶν, ὑποδιαστέλλουσι τὰ περὶ τῶν διακόνων καὶ τῶν ἱερέων· καὶ διορθούμενοι ὥσπερ ὃ γινόμενον χάριν τούτων εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν, δηλονότι ὃ ἀναγκάζεσθαι καὶ τούτους μετὰ τὴν χειροτονίαν ἀπέχειν ἐκ τῶν πρότερον συζευχθεισῶν αὐτοῖς γυναικῶν· ἀναστέλλοντες δὲ καὶ τοὺς ἴσως μέλλοντας εἰπεῖν κωλύεσθαι καὶ τούτους συνεῖναι ταῖς οἰκείαις γυναιξὶν, ὥσπερ δὴ κεκώλυνται καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, διορίζονται τοὺς ἀξίους χειροτονίας μὴ ἀποζευγνύεσθαι ἐκ τῶν προτέρων νομίμων γυναικῶν αὐτῶν. προστιθέασι δὲ μὴ ἔχειν τούτους τὴν μετὰ τῶν ὁμοζύγων αὐτῶν συνάφειαν ἀδιάφορον· ἀλλὰ ἀποδιΐστασθαι τούτων, κατὰ ὡς καιρὸν τῆς ἐφημερίας αὐτῶν, ἤγουν καθ' οὓς ἱερουργοῦσι καιρούς. ὥσπερ τοῦτο διωρίσατο καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ συνόδος ἐν τῷ γ'. καὶ κε'. καὶ ο'. κανόνι. καὶ ὁ γ'. κανὼν τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Διονυσίου· τοὺς δὲ τολμῶντας ἀποστερεῖν μετὰ τὴν χειροτονίαν τοὺς διακ-

F

Bals. Cùm prohibuissent sancti patres Episcopis cum propriis uxoribus habitare post ordinationem, de Diaconis & Sacerdotibus subdistinguunt; & veluti corrigentes quod ea de causa fit in Romana Ecclesia, scilicet quod & ii post ordinationem cogantur à prius sibi conjunctis uxoribus abstinere: reprimentes autem & eos, qui fortasse dicturi erant prohiberi & illos cum suis uxoribus coire, quemadmodum prohibentur & Antistites; decernunt eos, qui ut ordinentur digni sunt, à prioribus suis legitimis uxoribus non separari. Adjiciunt autem eos non cum suis conjugibus conjunctionem indiscriminatim habituros; sed ab iis abstenturos vicis suæ tempore, eo scilicet tempore quo sacrificant: sicut hoc definiit & Carthaginensis Synodus in iii. & xxv. & lxx. Can. & iii. Canon Dionysii Archiepiscopi Alexandrini. Eos autem, qui audeant post ordinationem Diaconos & Sacerdotes cum prioribus suis legitimis uxoribus consuetudine privare, deponendos dicunt. Præterea autem

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

autem & ipſos qui ordinantur, ſuas uxores pietatis prætextu expellentes, ſegregandos ſtatuunt: ſin autem in malo perſiſtant, ſeu eas non accipiant, etiam deponendos. Excipe mihi ſacerdotes, qui ſunt in Eccleſiis barbaricis. Lege & xxx. Canonem hujus ſynodi de his quoque ſtatuentem. Ne repugnare autem exiſtimes iii. Can. Carth. Syn. dicenti, prohiberi à conjunctione cum ſuis uxoribus, vicis ſuæ tempore, Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos. Ejuſdem enim Synodi Canon iv. & xxv. & præſens, etiam Hypodiaconos adjicit. Nota ex præſenti Canone, quod ſacerdotes & Diaconi & Hypodiaconi, ut qui ſacra tractant, à ſuis abſtineant uxoribus vicium ſuarum temporibus neceſſe eſt. Qui itaque perpetuo & indies propemodum miniſtrant, & ſacra attingunt, quonam modo ſe excuſabunt? Lege & iii. xxv. & lxx. Can. Synodi Carthaginenſis & quæ in iis ſcripta ſunt.

κόνους καὶ τοὺς ἱερεῖς τῆς μετὰ τῶν θεσπίσων νομίμων γυναικὸς αὐτῶν συναφείας, κελεύσαντα φασί. φεισάσθαι μὲν οὖν καὶ αὐτοὺς τοὺς χειροτονουμένους, φησὶν, ὁ τῆς ἐκκλησίας, ἀφορίζεσθαι δὲ τοὺς ἐπιμένοντας ἢ τῇ κακῇ, ἤγουν μὴ φεισαλαμβανομένους ταύτας, καὶ καθαιρεῖσθαι. ὑπεξελέσθαι μὲν τοὺς ἐν ταῖς βαρβαρικαῖς ἐκκλησίαις ἱερεῖς. καὶ ἀναγνωσθῆναι ΚΒ. κανόνα τῆς ἁγίας Συνόδου τοῦ ἐν τούτῳ διορισθέντα. μὴ ἐναντιωθῆναι δὲ τῷ γ'. κανόνι τῇ ἐν Καρθαγένῃ Συνόδου, λέγοντι καθόλου τοὺς μὴ τῶν ὁμοζύγων αὐτῶν συναφείας, καὶ ΚΒ. καιρὸν τῆς ἐφημερίας αὐτῶν, Ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους καὶ Διακόνους. ὁ γὰρ δ'. κανὼν τῆς αὐτῆς συνόδου, καὶ ὁ κά. καὶ ὁ πρῶτος, καὶ τοὺς ὑποδιακόνους προσίδηται, σημείωσαι διὰ τοῦ πρώτου κανόνος, ὅτι ἀναγκάζονται οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ διάκονοι, ὡς τὰ ἱερὰ μεταχειριζόμενοι, ἀπέχεσθαι τῶν ἰδίων γυναικῶν καὶ τοὺς καιροὺς τῆς ἐφημερίας αὐτῶν. οἱ γοῦν δι' ὅλης καθ' ἑκάστην λειτουργοῦντες καὶ ψαλφῶντες τὰ ἅγια, τί ἀποληψόμεθα; ἀνάγνωσιν καὶ γ'. κα'. καὶ ὁ'. κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς.

Zonar. In Romana Eccleſia morem invaluiſſe, vimque in ea legis obtinere divini Patres aiunt, ut quicunque ſacerdotes, aut Diaconi fiunt, ſibi nihil in poſterum cum uxoribus, quibus ante ſociati fuerant, amplius omnino commercii fore profiteantur, & ſpondeant. At nos, inquiunt, nihil ejuſmodi poſtulamus, verum Apoſtolico Canone edocti, contractum cum juſta uxore connubii fœdus, ratum inviolatumque eſſe volumus, neque quo minus mutua inter ſe conſuetudine, congreſſuque, habita nihilominus temporum ratione, conjuges perfruantur, prohibemus. Si quis igitur ſacro ſe presbyteratus, aut diaconatus, aut ſubdiaconatus ordine dignum præbeat, eligi, quamvis uxori alligatum, nulla ex eo divortii impoſita neceſſitate hominem licebit: ne alioqui nuptias, quas & ſuo ipſe conſpectu dominus honeſtavit, & miraculis ibidem editis conſecravit, improbare videamur. Quarum quidem etiam ſanctitatem, aliis quoque ſacrarum literarum teſtimoniis aſſerere nituntur. Deinde quod in connubiali copula temporis rationem ab initiatis habendam eſſe antea dictum eſt, id nunc allato ſynodi Carthaginenſis decreto, quale ſit explicant: quo ſcilicet quibus tractandarum rerum ſacrarum cura demandata eſt, per vices ſuas, conſtitutaque ipſis divini miniſterii tempora, abſtinere ab uxorum contagione jubentur. Quod idem Alexandrini quoque Archiepiſcopi Dionyſii Canone tertio ſancitum eſt. Quod ſi qui nihilominus ab uxoris legitimæ conſociatione, & commercio, ſacerdotes, aut Diaconos, aut Hypodiaconos conetur abducere, depoſitionis, quæ maxima eſſe poteſt, homini pœnam Patres denuntiant. Sed nec ſacris ordinibus initiatis, quos diximus, uxores ſuas religionis obtentu repudiare permiſſum, quin ſegregari primo, ſi id fecerint, ac niſi poſtea mutata ſententia eaſdem reduxerint, eos deponi præterea jubent.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ φασὶν οἱ θεῖοι πατέρες ἐθος κρατῆσαι, καὶ ὡς κανόνα ἐκείνοις κρίνειν τοὺς χειροτονουμένους ἱερεῖς καὶ διακόνους, συντίθεσθαι καὶ ὁμολογεῖν ἀπὸ χειρὸς πλείους μετὰ τὴν χειροτονίαν τῶν πρώτερον αὐτοῖς συζυγηθεισῶν γυναικῶν. τοῦτο δὲ ἡμεῖς οὐκ ἀπαιτοῦμεν φασὶν, ἀλλὰ τῷ κανόνι τῷ ἀποστολικῷ ἀκολουθοῦντες, τὰ νόμιμα ζυγοκοίτια τῶν εἰς ἱεροσύνην ἠρημένων κρατεῖν βουλόμεθα, καὶ ἱερωμένα εἶναι, καὶ ἀδιάλυτα, καὶ οὐκ ἀποτεροῦμεν αὐτοὺς τῆς πρὸς ἀλλήλους ζυγαφείας, καὶ μετὰ τοῦ προσήκοντος καιροῦ ὁμιλίας. ὅτι τοίνυν ἄξιον φανεῖ χειροτονίας πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἢ ὑποδιάκονον ἔχων γυναῖκα οὐ κωλυθήσεται τῆς τοιαύτης χειροτονίας, ἵνα ἀπαγορευθήσεται ὁμολογῆσαι ὡς ἀποχήσεται τῆς πρὸς τὸν οἰκείαν γαμετὴν ὁμιλίας. ὡς ἂν μὴ ἐντεῦθεν διαβάλλοιτο ὁ γάμος, ὃν ὁ κύριος παρουσίασε, καὶ ἐν αὐτῷ θαυματουργήσας, εὐλόγησεν. καὶ ἑτέρωθι δὲ γραφικῶς χρήσεσι κέχρηται περὶ τοῦ γάμου. εἶτα ὁ ἕκτον ἀνωτέρω περὶ τοῦ ΚΒ. προσήκοντα καιρὸν ὁμιλεῖν ταῖς γαμεταῖς τοὺς ἱερωμένους σαφηνίζει· καὶ μέμνηται τῆς ἐν Καρθαγένῃ Συνόδου διατεταγμένης τοὺς τὰ ἱερὰ ψηλαφῶντας εἴτουν μεταχειριζομένους τοὺς ἰδίους ὅρους, ἤγουν μετὰς ἐφημερίας αὐτῶν καὶ τοὺς καιροὺς καθ' οὓς ἱερουργοῦσιν, ἐκ τῶν συμβίων ἐγκρατεύεσθαι. καὶ ὁ τρίτος δὲ κανὼν τοῦ ἁγιωτάτου Ἀλεξανδρείας Διονυσίου τὰ αὐτὰ διατίθεται. καὶ ἐπὶ τούτοις ἀπειλοῦσιν οἱ ΚΒ. κανόνα θέμενοι πατέρες τοῖς ἀποτρέπειν ἐπιχειροῦσι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους τῆς πρὸς τὸν νόμιμον γυναῖκα ζυναφείας εἰς ὃ παντελὲς καθαίρεσιν. ἀλλ' εὐθὺ τοῖς εἰρημένοις ἱερωμένοις συγχωρεῖ τὰς οἰκείας γυναῖκας ἐκβάλλειν προφάσει εὐλαβείας· ἀφορίζει γὰρ τοὺς τοιούτους μέχρις ἂν προσλάβωνται αὐτὰς τὰς οἰκείας συμβίους, ὑπομένοντας ἢ καθαιρεῖ.

Arist. *Etiamſi Romani eum, qui Diaconus vel Presbyter ordinatus eſt, uxorem ſuam dimittere velint; nos tamen Diaconorum & Presbyterorum conjugia rata, firmaque manere volumus.*

ΑΡΙΣΤ. Κἂν οἱ Ῥωμαῖοι ΚΒ. εἰς διάκονον ἢ πρεσβύτερον προαγόμενον ἀφεῖναι τὴν γυναῖκα βεβούλωνται· ἡμεῖς ἐῤῥῶσθαι τὰ διακόνων καὶ πρεσβυτέρων βουλόμεθα συνοικέσια.

Et ſi in Eccleſiâ Rom. ut in Can. ordine hoc obtinuit, ut qui ad Presbyteratum aut Diaconatum eſt promovendus ante ordinationem confiteatur, ſe non amplius uxori ſuæ conjungi; ſed omnem cum eâ congreſſionem diſſolvere: tamen, ut Evang. & Apoſt. curæ contrarium, ab hoc Can. non admittitur, qui quidem decernit Presbyteros & Diaco. conjugia ſua legitime inita nequaquam diſſolvere,

Εἰ καὶ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ, ὡς ἐν τάξει κανόνος, κρατεῖ τὸ, ΚΒ. μέλλοντα χειρίσθαι πρεσβύτερον ἢ διάκονον, πρὸ τῆς χειροτονίας ὁμολογεῖν δεῖν μηκέτι συναπτεσθαι τῇ αὐτῆς γαμετῇ, ἀλλὰ τοῦ πρὸς αὐτὴν συναφεστὰ διαλύειν· ἀλλ' ἔοικε ὡς ἐναντιούμενον καὶ τῇ εὐαγγελικῇ καὶ τῇ ἀποστολικῇ ἀκριβείᾳ, ἀδέκτον εἶναι καὶ τοῦτο κανόνι·

καὶ

καὶ διορίζεται μηδαμῶς τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τὰ κατὰ νόμους συστάντα συνοικέσια διαλύειν· ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰς γαμετὰς αὐτῶν συνάφειαν διατηρεῖν, ἀπέχεσθαι δὲ τῆς πρὸς αὐτὰς ὁμιλίας κατὰ τὸν καιρὸν τὸν προσήκοντα, τοῦτ' ἔστιν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς νηστείας καὶ τῆς τῶν ἁγίων μεταχειρήσεως· ὅπως δυνηθῶσιν ὃ παρὰ τοῦ θεοῦ αἰτοῦσιν ἁπλῶς ἐπιτυχεῖν· τὸν δὲ ἐπιχειρήσαντα προφάσει εὐλαβείας τὴν ἑαυτοῦ ἐκβαλεῖν γυναῖκα, ἀφορίζεσθαι· εἶτα καὶ ἀδιόρθωτον μένοντα, καθαιρεῖσθαι κατὰ τὸν ἀποστολικὸν πέμπτον κανόνα.

A sed cum uxoribus suis conjunctionem observare, à consuetudine autem cum iis abstinere tempore convenienti, hoc est, in jejunii & sacrorum tractandorum tempore; ut possint id, quod à Deo simpliciter petunt, obtinere. Is autem qui pietatis prætextu uxorem suam ejicere aggressus est, segregatur, & si in emendabilis maneat, deponitur, juxta quintum Canonem Apostolicum.

ΚΑΝΩΝ ιδ'.

B

Ὁ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων ἡμῶν πατέρων κρατείτω κανὼν καὶ ἐν τούτοις, ὥστε πρεσβύτερον πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονεῖσθαι, κἂν πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλ' ἀποστερεῖσθαι. ὁ γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν· ὁμοίως, μήτε διάκονον, πρὸ τῶν εἰκοσιπέντε χρόνων, ἢ διακόνισσαν πρὸ τῶν τεσσαράκοντα ἐτῶν χειροτονεῖσθαι.

Canon XIIII.

Sanctorum divinorúmque patrum nostrorum canon in his quoque valeat, ut Presbyter ante xxx. annos non ordinetur, etiamsi sit homo valde dignus, sed reservetur. Dominus enim Jesus Christus xxx. anno baptizatus est, & cœpit docere. Similiter nec Diaconus ante xxv. annos, nec Diaconissa ante quadraginta annos ordinetur.

ΚΑΝΩΝ ιε'.

C


Præſulum electionem accipere, nec eos, qui paulo ante erant Metropolitani ullam in eis partem habere; hæc quoque expreſſe continet. Quoniam autem rurſus quoque Antiſtites, Chalced. Synodi Canonem adducentes, eos qui ex ſupplicatione altiore throno digni habiti ſunt, dicebant, præter Canones honorem perfectiorem conſequi, & rationis expertes eorum appetitiones coerceri volebant & canonicam auctoritatem afferebant; Imperium meum & Imperiali ſua poteſtate, quod à divinis Canonibus ei datum eſt privilegium, neglectui haberi non ſinens, & antiſtitum ob honoris provocationem ſupplicationes, ut non Canonicas neque legitimas, appellationis eventum accipere nolens ſtatuit, epiſcopatum non aliter in ſublimiorem thronum erigendum, Archiepiſcopatus ſcilicet vel Metropolis, quam ſi qui tunc eſt Imperator proprio motu impulſus, nulla humana indecore gratia intercedente, voluerit illam, quæ ſuperior eſt ac eminentior, dignitatem ei præbere, vel propter civitatis honorem, vel propter ejus fidem in ſanctam Eccleſiam, vel ejus, qui illi præeſt, virtutem honorans, & ex eo ſua ſponte incitatus ad largiendum honorem. Ac ei quidem, qui propter humanam affectionem, & mores non laudatos, ordinem ſublimem largitur divinorum Canonum metus intentatur. In quos ne ſæpe Imperator impingat, permittit & ſanctiſſimo, qui pro tempore eſt, Patriarchæ, non aliter à quovis allatam de cujuſcunque Eccleſiæ primatu chartam confirmare, nec ejus præſulum inter Archiepiſcopos vel Metropolitanos recipere, quam poſtquam de ea re ad Imperialem poteſtatem Patriarcha retulerit, & quid ſacris cautum ſit Canonibus docuerit, & intellexerit, quod Imperator, proprio motu, juſta de cauſa Eccleſiæ hunc honorem largitus eſt. Tunc enim & eam admittet, & in eorum qui ſub ſe ſunt antiſtitum numerum illum cooptabit, qui præſtantiorem honorem ab Imp. ſortitus eſt. Nota ergo quæ à præſenti Imp. edicto dicuntur, de Eccleſiis honoratis erectiſque ex Epiſcopatibus & Archiepiſcopatibus in Metropoles.

ΖΩΝΑΡ. Καινίζουσι πόλεις οἱ βασιλεῖς, ἀντὶ τῶν νέας ἀνεγείρουσι, καὶ δίδασι ταύταις θεσμόν πολιτικὸν, ἢ καὶ τιμῶσιν αὐτὰς εἰς ἐπισκοπὰς, ἢ καὶ μητροπόλεις· τυχὸν δὲ θεσμάτων ἐγγράφων, ἃ καὶ δημοσίους τύπους ὠνόμασαν, ἄλλως δὲ πραγματικὰς αὐτὰς καλεῖ, καὶ βασίλεια γράμματα. τούτοις οὖν τοῖς πραγματικοῖς ἢ δημοσίοις τύποις ἀκολουθεῖσθαι ὁ κανὼν καὶ τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν τάξιν ἀκολουθεῖν. ὡς εἴπε ἐπίσκοπος ἔχει κλῆσιν ἡ καινὴ πόλις, εἴτε εἰς μητροπόλεως ἀνήχθη τιμὴν, ὅταν καὶ τῇ τάξει τῶν ἐκκλησιαστικῶν δικαίων καταλογίζεσθαι.

ΑΡΙΣΤ. Εἴτις ἐκαινίσθη πόλις ἐκ βασιλέως, ἢ καινισθείη, τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύποις, καὶ ἡ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων τάξις ἀκολουθείτω.

Η ΘΕΩΔ. βασιλέως καινισθῆσα, ἢ καὶ καινισθησομένη πόλις, τὸν τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἕξει τῷ Ἐπισκόπῳ, ὑφ' ὃν ἐναπεγράφη καὶ τὴν ἀρχαιότητα. κἂν τῇ θρονικῇ ἑτέρα Ἐπισκόπου μᾶλλον εἰσήγεται, ἐκ ἐκδικήσει αὐτὴν ἔτοιμος ὁ γειτνιάζων, ἀλλὰ τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύποις ἐπακολουθήσει καὶ ἡ τοιαύτη πόλις, καθὼς καὶ ἐν τῷ ἑπταικαιδεκάτῳ κανόνι τῆς ἐν Χαλκηδόνι Συνόδου ὥρισται.

CANON XXXIX.

Cum frater & comminiſter noſter Joannes, inſulæ Cypri præſul, unà cum ſuo populo in Helleſpontica provincia, & propter barbaricas incurſiones, & ut à Gentilium ſervitute liberarentur, & Chriſtianiſſimæ potentiæ ſceptrio purè ſubjicerentur, à prædicta inſula emigraverint; clementis Dei providentia, & pii Chriſtique amantis Imperatoris noſtri labore, conſtituimus; ut citra ullam innovationem ſerventur quæ à divinis patribus, qui E-

ΚΑΝΩΝ λϑ'.

Τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ τῆς Κύπρου νήσου θεοφιλεστάτου ἅμα τῷ οἰκείῳ λαῷ ὅτε πρὸς Ἑλλησπόντιον ἐπεδήμησαν, διά τε τὰς βαρβαρικὰς ἐφόδους, διά τε τὸ τῆς ἐθνικῆς ἐλευθερωθῆναι δουλείας, καὶ καθαρῶς τοῖς σκήπτροις τοῦ Χριστιανικωτάτου κράτους ὑποταγῆναι, τῆς εἰρημένης μεταβασάντων νήσου, θεσμοῖς τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, καὶ μόχθῳ τοῦ φιλοχρίστου καὶ εὐσεβοῦς ἡμῶν βασιλέως, σωσωμεν, ὥστε ἀκαινοτόμητα διαμεῖναι τὰ θεῖα τῶν ὁσίων

Ephe-

Εφέσῳ ὃ πρότερον συνελθόντων θεοφόρων πατέρων τῷ A θρόνῳ τοῦ προγεγραμμένου ἀνδρὸς παρασχεθέντα προνόμια, ὥστε τὴν νέαν Ιουστινιανούπολιν τὸ δίκαιον ἔχειν τῆς Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἐπ' αὐτῇ καθιστάμενον θεοφιλέστατον Επίσκοπον, πάντων προεδρεύειν τῶν τῆς Ελλησποντίων ἐπαρχίας, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων Επισκόπων χειροτονεῖσθαι κατὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν· τὰ γὰρ ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ ἔθη καὶ οἱ θεοφόροι ἡμῶν πατέρες παραφυλάττεσθαι διεγνώκασιν; τοῦ τῆς Κυζικηνῶν πόλεως Επισκόπου ὑποκειμένου τῷ προέδρῳ τῆς εἰρημένης Ιουστινιανουπόλεως, μιμήσει τῶν λοιπῶν ἁπάντων Επισκόπων, τοῦ ὑπὸ θεοῦ λεχθέντα θεοφιλέστατον πρόεδρον Ιωάννην· ὑφ' οὗ χρείας καλούσης, καὶ ὁ τῆς αὐτῆς Κυζικηνῶν πόλεως Επίσκοπος χειροτονηθήσεται. B

ΒΑΛΣ. Απὸ μὲν τοῦ η'. κανόνος τῆς γ'. συνόδου παρίσταται, ὅτι ἐκ προσελεύσεως Επισκόπου τινὸς Κυπρίων, Ριγίνου ἐπιλεγομένου, ὡρίσθη αὐτοκέφαλον εἶναι τὴν ἐκκλησίαν τῆς Κύπρου· καὶ ἐκωλύθη ὁ Αντιοχείας χειροτονίας ἐν αὐτῇ ποιεῖν. ὁ δὲ παρὼν κανὼν ἐξενεχθεὶς ἀπὸ αἰτήσεως ἑτέρου ἀρχιεπισκόπου Κύπρου Ιωάννου, ἐπικυροῖ μὲν καὶ τὰ ἐν Εφέσῳ πεπραγμένα, ὀνομάζων καὶ τὴν ἐκκλησίαν τῶν Κυπρίων νέαν Ιουστινιανούπολιν. διορίζεται δὲ ἔχειν αὐτὴν καὶ τὰ δίκαια τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὡσαύτως καὶ τὰς ἐκκλησίας τῶν ἐπαρχιῶν τοῦ C Ελλησπόντου, καὶ τὴν ἐκκλησίαν τῆς Κυζίκου· καὶ γίνεσθαι τὰς τῶν Επισκόπων αὐτῶν χειροτονίας παρὰ τῶν Επισκόπου Κύπρου. σήμερον δὲ εὐδεμία ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν τούτων τῇ ἀρχιεπισκοπῇ Κύπρου ὑπόκειται, ἀλλ' οὐδὲ τὰ δίκαια τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἔχει. καὶ ζητητέον ὅπως τοῦτο γίνεται. Ελλήσποντος μέντοι ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῆς Αβύδου καὶ μέχρι τῆς Θρᾴκης παρεκτεινόμενα ἀνατολικὰ ὅρια.

ΖΩΝΑΡ. Εν τῇ τρίτῃ συνόδῳ ἐψήφισται παρὰ τῶν τῆς συνόδου ἐκείνης θείων πατέρων, τοὺς Κυπρίους Επισκόπους δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν Επισκόπων ποιεῖν. ἐπειρᾶτο γὰρ ὁ D Αντιοχείας τότε ὑφ' ἑαυτὸν καὶ τὴν Κύπρον ἔχειν, καὶ παρ' ἐκείνου χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐν αὐτῷ Επισκόπους. τοῦτο οὖν προνόμιον καὶ ὁ κανὼν οὗτος ἀκαινοτόμητον προσεῖναι ψηφίζεται τῶν ἐκκλησίαις τῶν ἐν τῇ Κύπρῳ, καὶ προστίθησι τῇ νέᾳ πόλει, ἥτις Ιουστινιανούπολις ἐπεκλήθη, ὃ ἔχειν ὃ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δίκαιον. καὶ ὥσπερ τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑποτέθειται ἥτε Ασιανὴ καὶ ἡ Ποντικὴ καὶ ἡ Θρᾳκικὴ ἐπαρχία, οὕτω καὶ τούτῳ δέδοται προεδρεύειν τῆς Ελλησποντίων ἐπαρχίας, ὑποκεῖσθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὸν Κυζίκου Επίσκοπον, καὶ παρ' αὐτοῦ χειροτονεῖσθαι. καὶ αὕτη γὰρ ἡ πόλις, τὸν Κύζικον φημὶ, Ελλησπόντιός ἐστιν. εἰ μὲν οὖν καὶ εἰς ἔργον ἦλθεν ἡ περὶ τῆς Κυζίκου ψῆφος ποτὲ, οὐκ οἶδα· E τέως δὲ οὐ κρατεῖ τὰ τῆς ψήφου, ὅσον πρὸς τὸν Κύζικον. ἀλλὰ οὐδ' ἐπὶ τῶν ἄλλαις Ελλησποντίων χώραις καὶ πόλεσι πρόσεστί τι τῷ Κύπρου δίκαιον.

ΑΡΙΣΤ. Η νέα Ιουστινιανούπολις ὃ δίκαιον ἐχέτω Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ὁ ταύτης πρόεδρος πάντων Ελλησποντίων, πρὸς οὓς μετῴκισε προεδρευέτω, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων Επισκόπων χειροτονείσθω· ὡς οἱ ἐν Εφέσῳ ἐθέσπισαν.

Οὗτος ὁ τῆς τῶν Κυπρίων νήσου πρόεδρος Ιωάννης, (αὕτη γάρ ἐστι καὶ νέα Ιουστινιανούπολις) διὰ τὰς τῶν βαρβάρων ἐφόδους, καὶ τὸ τῆς ἐθνικῆς ἐλευθερωθῆναι δουλείας, καὶ καθαρῶς τοῖς σκήπτροις τοῦ Χριστιανικωτάτου κράτους ὑποταγῆναι, μετανάστης τῆς Κύπρου γενόμενος, καὶ εἰς τὸν τῶν Ελλησποντίων μετοικίσας ἐπαρχίαν· ἐπετράπη τὸ δίκαιον ἔχειν Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ τῶν Ελλησποντίαις ἐπισκοπαῖς, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐπαρχίᾳ Επισκόπων προεδρεύειν αὐτὸν, καὶ ἰδιαιτάτην ἀρχὴν ἔχειν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων Επισκόπων χειροτονεῖσθαι· καθὼς καὶ ἡ ἐν Εφέσῳ σύνοδος ὥρισεν. ἐπεὶ δὲ ἡ Κύπρος τῆς ἐθνικῆς ἐλευθερώθη χειρὸς, ἐπανῆλθον πάλιν αἱ καθ' Ελλήσποντον μητροπόλεις πρὸς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον.

phesi olim convenerunt, prædicti viri throno privilegia concessa sunt; ut nova Justinianopolis Constantinopolis jus habeat, &, qui in ea constituitur, in primis pius ac religiosissimus Episcopus, præsit omnibus Hellespontiorum provinciæ Episcopis, & à suis Episcopis eligatur, ex antiqua consuetudine. Mores enim, qui sunt in unaquaque Ecclesia, divini etiam nostri patres servandos censuerunt, Cyzicenorum civitatis Episcopo prædictæ Justinianopoleos Præsuli subjecto existente, ad imitationem reliquorum omnium Episcoporum, qui subsunt prædicto Dei amantissimo præsuli Joanni, à quo, cùm usus postulaverit, etiam ipsius Cyzicenorum civitatis Episcopus ordinabitur.

Bals. Ab viii. Canone iii. Syno. apparet, quòd ex supplicatione cujusdam Cypriorum Episcopi, Rhegini dicti, statutum est ipsam Cypri Ecclesiam esse principalem ac primam: & prohibitus est Antiochenus Episcopus facere in ea ordinationes. Præsens autem Canon editus ad postulationem alterius Archiepiscopi Cypri, Joannis, confirmat quidem quæ Ephesi acta sunt, nominans etiam Cypriorum Ecclesiam novam Justinianopolin. Statuit autem, illam quoque habere jura Constantinopolis, similiter & Ecclesias provinciarum Hellesponti, & Ecclesiam Cyzici; & ipsorum Episcoporum ordinationes à Cypri Episcopo fieri. Hodie autem nulla ex his Ecclesiis Cypri Archiepiscopatui subjicitur, sed neque habet jura Constantinopolis. Quærendum ergo quomodo hoc fiat. Hellespontus quidem est, qui ab Abydo ad Thraciam usque extenduntur fines orientales.

Zonar. Cypri Episcopis, ejus insulæ Episcopum quemque renuntiandi auctoritas, divinorum tertiæ Synodi patrum decreto adjudicata est, Antiochenus enim Cyprum sub se habere, & Episcopos ibidem ordinare conatus est. Prærogativam igitur suam Cypri Ecclesiis inviolatam servare hic Canon jubet; novámque urbem, quæ Justinianopolis dicta, æquali cum urbe Constantinopolitana jure esse decernit. Et quemadmodum Constantinopolitanæ sedi Asiana provincia, Pontica, Thraciáque subjectæ, sic Hellespontica Justinianopolitanę adjudicata, & in Episcopum Cyzicenum auctoritas (nam ipsa quoque Cyzicus in Hellesponto est) ejusdémque renuntiandi facultas permissa. Hoc autem de Cyzico decretum utrum unquam in usu fuit, haud facile dixerim, nunc quidem hoc decretum, quod ad Cyziceni electionem attinet, negligi constat. Sed neque in Hellesponti regiones urbésque ulla hoc tempore Cypri Episcopo est potestas.

Arist. *Nova Justinianopolis Constantinopoleos jus obtineat, ejusque præsul omnibus Hellespontiorum Episcopis, ad quos emigravit, præsit, & à suis Episcopis ordinetur: uti patres Ephesini decreverunt.*

Hic qui Cypriorum præsidebat insulæ Johannes (hæc namque est & nova Justinianopolis) propter Barbarorum incursiones, & ut infidelium servitute eximeretur, planeque Christianissimæ potentiæ sceptris subjiceretur, insulâ decedens, & ad Hellespontiorum se recipiens provinciam, patrum indulgentiâ in Hellespontiacis Episcopalibus jus Constantinopolitanum habere, omnibusque in ea provincia Episcopis præsidere, & maximè propriam habere auctoritatem, & à suis Episcopis ordinari permissus est: quemadmodum & Synodus Ephesina decrevit. Postquam autem Cyprus gentilium manibus liberata fuit, quæ in Hellesponto erant Metropoles ad thronum Constantinopolitanum redierunt.

Canon

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Canon XL.

Quoniam Deo hærere per ſeceſſum ex vitæ ſtrepitu, valde eſt ſalutare, oportet nos non ſine examinatione eos, qui vitam monaſticam eligunt, non intempeſtivè admittere: ſed nobis à patribus traditum decretum in eis quoque ſervare, ut vitæ ſecundùm Deum profeſſionem, ut jam firmam & à ſcientia ac judicio factam, tunc admittamus, poſt rationis complementum. Qui ergo monachicum jugum eſt ſubiturus, ne ſit minor quàm decem annos natus, ejus quoque rei examinatione in præſulis arbitrio ſita, an augeri tempus conducibilius exiſtimet ad introductionem & conſtitutionem in vita monaſtica. Etſi enim magnus etiam Baſilius, in ſacris ſuis Canonibus, eam, quæ ſe ſua ſponte Deo offert, & virginitatem amplectitur, ſi decimum ſeptimum annum compleverit, in virginum ordinem referendam eſſe ſtatuit: ſed tamen de viduis & Diaconiſſis exemplum ſecuti, in dictum tempus, analogia & proportione habita, eos, qui vitam monaſticam elegerunt, deduximus. In divino enim Apoſtolo ſcriptum eſt, lx. annorum viduam in Eccleſia eligendam: ſacri autem Canones quadraginta annorum Diaconiſſam ordinandam eſſe ſtatuerunt, cùm Eccleſiam Dei gratia potentiorem evaſiſſe & ulterius procedere vidiſſent, fideliúmque, ad divinorum mandatorum obſervationem, firmitatem ac ſtabilitatem. Quod quidem cùm nos quoque optimè intellexiſſemus, perfectè ſtatuimus benedictionem gratiæ, ei qui certamina ſecundùm Deum aggreſſurus eſt, veluti quoddam ſignaculum celeriter imprimentes, hinc eum ad non diu cunctandum & tergiverſandum inducentes, vel potiùs etiam ad boni electionem & conſtitutionem incitantes.

ΚΑΝΩΝ μ'.

Ἐπειδὴ τῷ Θεῷ κολλᾶσθαι, καὶ τὸ ἐκ τοῦ βίου θορύβων ἀναχωρήσεως, λίαν ἐστὶ σωτήριον, χρὴ ἀνεξετάστως ἡμᾶς οὕτω καὶ ἐπὶ τοὺς τὸν μοναχὸν βίον αἱρουμένους προσιέναι. Ἀλλὰ καὶ παραδεδεγμένα ἡμῖν πάλαι τοῖς πατράσι καὶ ἐν αὐλοῖς φυλάττειν ὄφελον, ὥστε τὸν ὁμολογήσαντα καὶ τὸν θεῖον βίον, τότε προσιέναι, ὡς ἤδη βεβαίαν καὶ ἀπὸ γνώσεως καὶ κρίσεως γινομένην, μὴ τὸν ἀφ' ἑνὸς συμπλήσαντα. ἔστω τοίνυν ὁ μέλλων τὸν μοναχικὸν ὑπερχέσθαι ζυγὸν, οὐκ ἐτῶν ἢ δεκαεπτὰ, ἐν τῷ προτέρῳ κειμένης καὶ τοῦτο δοκιμασίας, εἰ τὸν χρόνον αὐτοῦ αὐξηθῆναι λυσιτελέστερον ἡγήσεται πρὸς τὸν ἐν τῷ μοναχῷ βίῳ εἰς ἀγωγὴν καὶ κατάστασιν. εἰ γὰρ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ κανόσι, τὴν ἑκουσίως ἑαυτὴν προσαγαγοῦσαν τῷ Θεῷ, καὶ τὴν παρθενίαν ἀσπαζομένην, ἐκκαιδεκαέτιδα γεγονυῖαν τῷ τῶν χηρῶν τε καὶ διακονισσῶν καταλόγῳ κατακολουθήσασθαι, εἰς ὃν εἰρημένον χρόνον ἀναλόγως τὸν τῷ μοναχῷ βίον ἐλομένης προεστήσαμεν· ἐν γὰρ τῷ θείῳ ἀποστόλῳ γέγραπται, ἐξηκοντέτιν ἐκλέγεσθαι τὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καταλέγεσθαι χήραν· οἱ δὲ ἱεροὶ κανόνες τεσσαρακοντέτιν ἐπὶ τῇ διακονίσσῃ χειροτονεῖσθαι παρεδέδωκασιν, τῇ ἐκκλησίᾳ χάριτι θείᾳ κρατιστέραν ἡγουμένοις, καὶ ὅπη ἂν ὁρόσῳ βαίνουσι, ἐφεκτέον, καὶ ὃ τῇ πιστῶν πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολὴν τήρησιν πάλιν τι καὶ ἀσφαλές· διὸ καὶ ἡμεῖς ἄρισα καταναοήσαντες, ἀρτίως διορισάμεθα τὴν εὐλογίαν τῇ χάριτι τοῦ μέλλοντος τῷ τοῦ Θεοῦ ἀγώνων ἐναρχεσθαι, ὥσπερ τινα σφραγῖδα ταχέως ἐντυπούμενοι, ἐνθένδεν αὐτὸν πρὸς ὃ μὴ δεῖ πολὺ ὀκνεῖν καὶ ἀναδύεσθαι προβιβάζοντες· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἀφορμῶντες ἐκλογὴν καὶ κατάστασιν.

Bals. Magnus quidem Baſilius in xviii. ſuo Canone eas, quæ poſt ſedecim annos ſe virginitatem ſuſcipere profitentur, admittit: ut quæ bonum à malo poſſint ſecernere ac eligere. Præſens autem Canon eum qui x. annos natus eſt, ſi monachus eſſe elegerit, non rejicit: ſed eum ad vitam monaſticam non aliter recipiendum decernit, quàm ſi ab Epiſcopo probatus fuerit. Adjicit autem ſe hæc ſtatuere, quoniam Eccleſia Dei gratia ad anteriora procedat, & ad divinorum mandatorum obſervationem firmior ac validior evadat. Uſus eſt autem ad eorum confirmationem etiam iis quæ de Diaconiſſis in iv. Synodo dicta ſunt, dicens: Quòd cùm ſanctus Paulus decreverit, quæ ſexaginta ſunt annorum, viduas in Diaconiſſarum ordinem poſſe referri, patres virginem xl. annos natam Diaconiſſam ordinari cenſuerunt: ut ex eo colligatur, patres nihil abſurdum decreviſſe, qui imperfectos tondendi tempus ab xviii. anno ad decimum redegerint. Eſt autem magna iis agenda gratia, quòd non quemcunque x. annos natum, nulla diligentiori perſcrutatione facta, tonderi permiſerint: ſed hoc Epiſcopi prudentiæ ac judicio reliquerint. Fortaſſe enim ejus examinatio, hunc quidem, qui decimum annum exceſſerit, ad tonſuram admittet: illum verò repellet. Atque hæc quidem ſunt, quæ in Canone continentur. Tu autem lege vi. Novellam Imperatoris domini Leonis philoſophi, quæ continet illum quidem, qui xvi. annum complevit vel xvii. abſque ullo impedimento poſſe tonderi, ut vult magnus Baſilius, atque etiam teſtari: eum autem, qui anno ætatis ſuæ decimo Monachus eſſe voluerit, poſſe quidem liberè hoc facere, ex ſententia hujus Canonis; de bonis autem, quæ habet, teſtamentum facere non poſſe, ſed expectare, donec xv. annum attigerit. Interea autem ſi mortuus fuerit, ejus quidem ſervi manumittentur, reliquæ autē facultates bifariàm dividentur; & duas quidem partes accipiet monaſterium, tertia verò pars cognatis dabitur. Quòd ſi defuncto non fuerint cognati, tertia quoque pars monaſterio accreſcet.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ιη'. κανόνι αὐτοῦ τὰς μὴ τὰ δέκαξ ἔτη ὁμολογήσας παρθενίαν προσδέχεσθαι· ὡς δυναμένας ὃ καλὸν ἀπὸ τοῦ φαύλου διακρίνειν καὶ ἐπιλέγεσθαι. ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὸν δεκαετῆ μοναχὸν αἱρεῖσθαι μὲν οὐκ ἀποπέμπει· πλὴν οὐκ ἄλλως τοῦτον εἰς τὸν μοναδικὸν βίον παραδέχεσθαι διορίζει, εἰ μὴ κατὰ δοκιμασίαν ὑπὸ Ἐπισκόπου. προστίθησι δὲ ταῦτα νομοθετῶν, διὰ τὸν ἐκκλησίαν χάριν Θεοῦ ὅπη πού πρόσω προβαίνειν, καὶ παχυτέραν ἡμέραν τὴν τῶν θείων ἐντολῶν σωτήρησιν. ἐρρήθη δὲ εἰς ὑπηρεσίαν μὲν τούτων καὶ τοῖς περὶ διακονισσῶν εἰρημένοις ἐν τῇ πεμπτῃ συνόδῳ· εἰπών, ὅτι ὁ θεῖος Παῦλος διαλαξάμενος τοὺς ἐξήκοντα ἐτῶν ὄντας χήρας τῷ τῶν διακονισσῶν καταλέγεσθαι τάγματι, οἱ πατέρες τὸν πρότερον τὸν πεντηκοντούτιδα χειροτονεῖν διακόνισσαν ὥρισε· ὡς ἐντεῦθεν συνάγεσθαι, μηδέν τι τοὺς πατέρας διορίσασθαι ἄτοπον, ὑποβιβάσαντας τὸν χρόνον τῆς ἀποκάρσεως τῶν ἀτελῶν καὶ δεκαοκτώ. εἰς ἐ. αὐτὸν προστήσαντας. δύο δὲ αἰτίαι δι' ἃς ἄξιοι μεγάλης εἰσὶν, ὅτι οὐκ ὑπερχώρησαν πρώτῃ δεκαετεῖ ἀπολυσαμένου μονήρους ἀποκαρσίας, ἀλλὰ ὅπη τῇ διακρίσει τοῦ Ἐπισκόπου τὰ περὶ τούτου ἀνέθεντο. ἴσως γὰρ δοκιμασία αὐτοῦ, τόνδε μὲν ὑφαναβαίνειν τὸν δεκαετῆ χρόνον εἰς ἀποκαρσιν προδέξεσθαι· τόνδε δὲ ἀποπέμψεσθαι. καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. οὐ δὲ ἀμάρτωλος τὴν ἕκτην νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, διαλαμβάνουσαν, τὸν μὲν ἀρρενα χρόνον ιε'. ἢ ις'. ἀπροκωλύτως ἀποκείρεσθαι, καὶ τὸ μέγα Βασίλειον, καὶ διαπίθεται· τὸν βουλόμενον μοναστὴν μὴ τὸν ι'. ἐνιαύσιον τῆς ἡλικίας αὐτοῦ, ἔχειν μὲν ἐπ' ἀδείας τοῦτο ποιεῖν, καὶ τοῦ πατρίου κανόνα· διαπέκλω δὲ χάριν τῶν προσόντων αὐτῷ μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ προμηθέσθαι μέχρις οὗ τοῦ πεντεκαιδεκάτου χρόνου ἅψηται. ἐν τῷ μέσῳ δὲ εἰ τελευτήσοι, οἱ μὲν οἰκέται αὐτοῦ ἐλεύθεροι ἔσονται, ἡ δὲ λοιπὴ τούτου οὐσία διαιρεθήσεται διχῇ, καὶ τὸ μὲν δίμοιρον τὸ μοναστήριον λήψεται, τὸ δὲ τρίτον τοῖς συγγενέσι τούτου δοθήσεται. μὴ ὄντων δὲ συγγενῶν τῷ τελευτήσαντι, καὶ τὸ τρίτον εἰς τὸ μοναστήριον προχωρήσει.

ΖΩΝΑΡ.

A

ΖΩΝΑΡ. Ο μὲν μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ αὐτοῦ κανόνι μὴ τὰ ἑξκαίδεκα ἢ καὶ ἑπτακαίδεκα ἔτη ζημίας τῆς πρώτης ὁμολογίας ἐγκρίνεσθαι βούλεται· πάσας δὲ τὰς περὶ τῆς ἡλικίας ταύτης συγκαταθέσεις παιδικὰς ἡγεῖται φωνάς. ὁ δὲ τῆς συνόδου ταύτης κανὼν δεκαέτιν φησὶν εἶναι δεῖν, τὸν μοναχικὸν ζυγὸν ὑποχρέμψαν. καὶ μέμνηται μὲν τοῦ κανόνος τοῦ μεγάλου Βασιλείου, λέγει δὲ οἰκονομεῖν τοῦτο, ὡς τῆς ἐκκλησίας κραταιοτέρας γενομένης, καὶ τῆς πίστεως δεῖ πλέον σημειουμένης, καὶ πρὸς τηρησιν τῶν θείων ἐντολῶν μᾶλλον ἑδραιωμένων. κέχρηται δὲ εἰς παράδειγμα καὶ τῇ περὶ τῶν διακονισσῶν κανόνι τῆς τετάρτης συνόδου, λέγων, ὅτι τῷ θείῳ Παύλῳ ἐξήκοντα ἐτῶν τὰς χήρας καταλέγεσθαι διαξαμένῳ, οἱ πατέρες πῶς παρθένον παραράκτα ἐτῶν ὑσμὴ χειροτονεῖσθαι δίκαιον ὥρισαν διὰ τὴν αὐτῷ πρέπουσαν αἰτίαν, ὡς τῆς πίστεως βεβαιοτέρας γενομένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων εὐλαβεστέρων πρὸς τὴν τῶν ἐντολῶν φυλακήν. πλὴν καὶ ὅ περὶ τοῦ χρόνου τῆς χάριτος Ἐπισκόπῳ ἀναπέμπουσιν· ἵνα ἐκεῖνος σκοπῇ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τὸν μονήρη βίον αἱρουμένων, εἰ δέον αὐξηθῆναι αὐτῷ τὸν χρόνον, ἢ καὶ δεκαέτιν ἐκβιβῶναι.

ZONAR. Puellas ad virginitatis professionem non nisi sexdecim aut septemdecim annis majores, Basilius Magnus decimo octavo canone admitti jubet: si quæ vero ante id tempus promissiones interceserint, non magis illis quam puerorum vocibus auscultandum arbitratur. Hic autem canon, qui decem modo annos natus sit, ad monasticæ disciplinæ exercitationes ac munia admittendum esse decernit. Et canonis quidem à Basilio editi meminit, sed quoniam hoc tempore & Ecclesiæ aliquid roboris, & fidei plus omnino firmitatis accesserit, sintque fidelium animi ad capessenda divinæ legis imperia paratiores, hoc dispensasse dicit. Similéque exemplum ex quarta Synodo de Diaconissis profert, dicens; Cùm viduam sexaginta annis natam eligi divus Paulus statuisset, eandem prorsus rationem secuti Patres, quod aucta fidei constantia, altiores divini quoque obsequii amor in humanis pectoribus radices egisset, quadragenariam virginem in album Diaconissarum referri licere decreverunt. In quo tamen rem totam, quod ad ætatem attinet, Episcopi arbitrio permittit; ut quicunque se monasticæ vitæ studio teneri ostenderit, num exacto decennio illico admittendum, an ætatis progressum aliquem expectandum putet, ipse dispiciat.

B

C

ΑΡΙΣΤ. Ο μοναζων μοναδι δεκαετης. εἰ γὰρ καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος τῷ ἀποκεφαλισμῷνον τὸν ἑπτακαιδέκαλον ἀνύειν χρόνον ἀπέφηνεν· ἀλλ' ἐπεὶ τῷ ἀποστόλῳ ἑξηκονταέτιν ὄσαν τῷ ἐν ἐκκλησίᾳ χήραν ἐγγυῶντο, οἱ πατέρες τῷ διακόνισσαν ἔφησαν τεσσαρακονταέτην γένεσθαι, κρατεροτέρας τῆς ἐκκλησίας γενομένης· καὶ ἡμεῖς ὀξυτέραν τὴν σφραγῖδα τῷ μοναζοντι σημαινόμεθα.

ARIST. *Monachus decem annos natus vitam monasticam aget. Etiamsi enim Divus Basilius detonsam septemdecim annos transigere censuerit: At quoniam Apostolus viduam sexagenariam Ecclesiæ desponsam tradit, Patres Diaconissam quadragenariam ordinari dixerunt, Ecclesiâ firmiori redditâ; & nos quoque citius monacho sigillum imponimus.*

D

Ο μὲν ὀκτωκαιδέκατος κανὼν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ὑπὲρ τοῦ δεκαεξ ἢ καὶ δεκαεπτὰ ἔτη λέγει ὀφείλειν εἶναι τὴν προσάγουσαν ἑαυτὴν τῷ κυρίῳ, καὶ ἀποτασσομένην τῷ γάμῳ· ἵνα αἱ ὑποχέσεις αὐτῆς βέβαιαι ὦσι, καὶ ἀθέτους ταύτας ἀπαραιτήτως καλάζηται. τὰς γὰρ παιδικὰς φωνὰς ὁ προσήκειν φησὶ, κυρίας δεῖν τῶν τοιούτων ἡγεῖσθαι. ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὸν μὴ ἧττονα τῶν δέκα ἐτῶν μοναζουσι θέλοντα ἐξεδέχεται, ἀνατιθεὶς τῷ δεῖν τῷ χρόνῳ δοκιμασίαν εἰς τὴν κρίσιν τοῦ ἡγουμένου, εἴτε ἡγεῖται λυσιτελεστέραν αὐξηθῆναι αὐτὸν πρὸς τὴν ἐν τῷ μονήρει βίῳ διαγωγὴν καὶ κατάστασιν. ἐλαττοῖ δὲ τὸν χρόνον τὸν ὁρισθέντα ὑφὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, διὰ τὸ τὴν ἐκκλησίαν κρείττω θείᾳ κραταιοτέραν ὁρᾶν, καὶ ὅτι τὰ πρόσω προβαίνουσαν καὶ προκόπτουσαν, καὶ τοὺς πιστοὺς πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν ἀσφαλεστέρους καὶ παγιωτέρους δείκνυσθαι. καὶ γὰρ διὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὅτι πρὸς τὸ κρεῖττον ἡ ἐκκλησία προέκοψεν, ἐλάττωσαν οἱ ἱεροὶ κανόνες καὶ τὸν χρόνον τῆς διακονίσσης, καὶ τεσσαρακοντα ἐτῶν χειροτονεῖσθαι ταύτην διέδεσαν· εἰ καὶ ὁ ἀπόστολος ἑξήκοντα ἐτῶν τὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μέλλουσαν καταλεγῆναι χήραν προστάττει.

E

Decimus quidem octavus Basilii magni canon eam, quæ se Domino offert & matrimonio renunciat, supra sexdecim vel etiam septemdecim esse annos debere dicit: ut promissa ejus firma fiant, eaque violans inexorabiles luat pœnas. Pueriles enim voces, inquit, in hisce ratas existimare non convenit. At præsens canon cum, qui non minor est quam decem annos natus, & monachum agere cupit, admittit, de tempore examinationem præsulis judicio committens, an augeri tempus conducibilius existimet ad introductionem & constitutionem in vitâ monasticâ. Tempus autem à Basilio magno definitum minuit canon, quia Ecclesiam gratiâ divinâ potentiorem esse, & ulteriùs procedere & provehi, & fideles ad divinorum mandatorum observationem firmiores & stabiliores videri deprehendissent patres. Ob eandem enim rationem, quoniam, viz. ad melius procedit Ecclesia, sacri Canones & Diaconissæ tempus imminuunt, eamque cum quadraginta sit annorum ordinari statuunt; etiamsi Apostolus ipse viduam quæ in Ecclesiâ est eligenda sexaginta esse annorum jubet.

F

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

CANON XLI.

Eos, qui in urbibus vel vicis in clauſuris volunt ſecedere, & ſibi ipſis ſeparatim ſeu in ſolitudine mentem adhibere, prius quidem in monaſterium ingredi oportet, & anachoreticam vivendi rationem exercere, & ſpatio triennii ei, qui manſionis præeſt, in Dei timore parere, & obedientiam in omnibus, ut æquum eſt, implere, & ita de ejus vitæ eligendæ inſtituto profitentes, & quòd eam ex toto corde ſua ſponte amplectuntur, ab ejus loci præſule examinari: deinde ſic alio anno extra clauſuram fortiter ſe gerere, ut ſcopus eorum evadat manifeſtior. Tunc enim plenè atque perfectè ſignificabunt, quòd non inanem gloriam captantes, ſed propter ipſum revera pulchrum ac honeſtum, hanc ſolitudinem perſequuntur. Poſt tanti autem temporis complementum, ſi in eodem eligendæ vitæ inſtituto permaneant, includi ipſos, & eis non amplius licere, quando etiam voluerint, ex tali manſione egredi, niſi propter communem utilitatem, vel aliam neceſſitatem ad mortem urgentem, ad id trahantur, & ita cum benedictione loci illius Epiſcopi. Qui autem ſine his jam dictis cauſis ex ſuis habitaculis exire aggrediuntur, primò quidem vel invitos dictâ clauſurâ coerceri, deinde jejuniis & aliis afflictionibus ipſos curare, ſcientes, quemadmodum ſcriptum eſt, quòd Nemo, qui manum aratro immiſit, & retro converſus eſt, eſt aptus regno cælorum.

B

C

D

E

F

BALS. Magna quædam res eſt, & inceptum valde audax, ſeparatim & in ſolitudine quieſcere ac ſilentium agere; ſeipſumque in exigua domuncula, tanquam toto vitæ ſuæ tempore mortuum, includere. Et propterea à patribus conſtitutum eſt, ne quiſpiam ubilibet & quomodocunque abſque diligenti inveſtigatione includatur: ſed ut is quidem, qui hoc facere voluerit, priùs triennio, ei qui monaſterio præeſt, ſubjectum & morigerum ſe præbeat, & ex prioribus plenè declaret, quænam futura ſit in poſterum ejus vitæ ratio, cum probatione ac examinatione regionis illius Epiſcopi. Deinde extra clauſuram uno adhuc anno ſe fortiter gerat. Quòd ſi ne ſic quidem viſus fuerit, is qui includi petit, propter mores improbos hoc facere, ſed propter ipſum honeſtum & animæ ſalutis deſiderium, is ab Epiſcopo includatur, ut ex clauſura amplius non exeat; præterquam propter communem utilitatem, vel propter mortis periculum: ad hæc, ut nec is aliter ſit exiturus, quàm cum Epiſcopali permiſſione. Si autem aliter, & non propter dictas cauſas exierit, primum quidem vel invitus includatur, ubi priùs erat: deinde & commiſſum ab eo delictum ſupplicio curetur. Neque enim is eſt, inquiunt, à Deo recipiendus, qui ſe bonum aliquod & ſalutare facturum profeſſus, ſuorum poſtea promiſſorum pœnitentiam agit. Nota ergo ejus, qui eſt includendus, quatuor annorum probationem. In externis enim regionibus è veſtigio includitur qui vult includi, abſque Epiſcopali permiſſione & conſuetis canticis. Nota ſimiliter, quòd ſine Epiſcopali permiſſione non licet ei, qui incluſus eſt, ex clauſurâ ſuâ egredi, etiamſi ſit cauſa juſtiſſima, quæ ei exeundum eſſe ſuadeat. Eos autem, qui non ſic egrediuntur, etiam invitos ab Epiſcopo rurſus includi. Et hæc quidem decernit canon. Primum autem caput cxxxiii. Novellæ, quæ ſita eſt in libro iiii. Baſilic. capite xiiii. hæc dicit; Statuimus neminem omnino propriam habere habitationem, neq; eam quæ dicitur cellula, niſi quis velit ſolus, & uno vel duobus fortaſſe utens adminiſtris, vitam in contemplatione & ſilentio tranſigere: ſed ſi plures omnino ſint viri, unam eſſe eandémque congreſſionem, & orantium, & naturæ opera facientium,

ΚΑΝΩΝ μά'.

Τὺς ἐν πόλεσιν ἢ χωρίοις ἐν ἐγκλείσεσις βυλομένυς ἀναχωρεῖν, καὶ ἑαυτοῖς καθαμόνας προσέχειν, πρώτερον ἐν μοναστηρίῳ εἰσιέναι δεῖ, καὶ τὴν ἀναχωρητικὴν παιδευθέντας ἀσκησιν, καὶ δὴ τελευτῶν ἔτος τῷ τῆς μονῆς ἐξάρχοντι ἐν φόβῳ θεοῦ ὑποτάττεσθαι, καὶ τὴν κτ' πάντα, ὡς προσήκει, ὑπακολουθεῖν ἐκπληροῦντας, καὶ ὕτως ὁμολογοῦντας περὶ τῆς ἐν τῷ τοιούτῳ βίῳ προαιρέσεως, καὶ ὡς ἐξ ὅλης καρδίας ἑκουσίως τοῦτον ἀσπάζονται, ὑπὸ τοῦ κτ' τὸν τύπον δοκιμάζεσθαι προέδρου· εἶθ' ὕτως ἐφ' ἕτερον ἑαυτὸν ἔξωθεν προσπαρτερεῖν τῇ ἐγκλείσει, ὡς ἂν ὁ σκοπὸς αὐτῶν πλειόνως φανερωθῇ. τότε γὰρ πληροφορίαν παρέξουσιν, ὡς οὐ κενὴν ἀπρόσμυοι δέξαν, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ ὄντως καλὸν τὴν ἡσυχίαν ταύτην διώκουσι. μετὰ δὲ τὸν τοσοῦτον χρόνον συμπλήρωσιν, εἰ τῇ αὐτῇ προαιρέσει ἐμμένοιεν, ἐγκλειέσθωσαν αὐτοὺς, καὶ μηκέτι ἔξεῖναι, ὅτε βύλοντο, τῆς τοιαύτης καθαμονῆς ἀφίστασθαι ἐκτὸς, εἰ μὴ διὰ κοινὴν λυσιτέλειαν, ἢ ἑτέραν ἀνάγκην πρὸς θάνατον αὐτοὺς βιαζομένην, πρὸς τοῦτο ἑλκύοντο, καὶ ἔτω μετ' ἐπιλογῆς τοῦ κτ' τὸν τόπον ἐποιοῦντο. τῶν δὲ εἰρημένων προφάσεων δίχα ἐγχειροῦντας ἐκ τῶν καταγωγίων αὐτῶν ἔξιέναι, πρωτοτύπως μὲν ἀκοινωνήτους αὐτοὺς καθαργυρεῖν ἐν τῇ εἰρημένῃ ἐγκλείστρᾳ, ἔπειτα δὲ νηστείαις καὶ ἑτέραις σκληραγωγίαις αὐτοὺς θεραπεύειν, εἰδότας, κτ' τὸ γεγραμμένον, ὡς οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

ΒΑΛΣ. Μέγα τι καὶ τολμηρὸν, καθαμόνας ἡσυχάσαι τινὰ, καὶ ἐν βεαχυβίῳτῳ οἰκίσκῳ ἐγκλείσαι ἑαυτὸν ὡς πάνυ σπουδαῖα παρ' ὅλον τὸν τῆς οἰκείας ζωῆς χρόνον. καὶ διὰ τοῦτο νενομοθέτηται παρὰ τῶν πατέρων, μὴ ἁπλουστεραγμονήτως ἐγκλείειν τινὰ ὁπωσδήποτε· ἀλλὰ τὸν βυλόμενον τοῦτο ποιῆσαι, πρότερον ὅτι τελείᾳ διὰ καθημένῳ ὑποτάττεσθαι· καὶ διδόναι πληροφορίαν ἐκ τῶν προτέρων τῆς εἰς ὃ μέλλον διαγωγῆς αὐτοῦ, μετὰ δοκιμασίας τοῦ κτ' χώραν ἐποιοῦντο. εἶτα περιχαρτερεῖν ἔξωθεν τῆς ἐγκλείστρας καὶ ἐφ' ἕτερον ἑαυτόν. καὶ εἰ μηδὲ ὕτως ἀναφανῇ ὁ τὸ ἐγκλείειν ζητῶν, διὰ φαῦλον τρόπον τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ διὰ αὐτὸ τὸ καλὸν καὶ δι' ἔφεσιν ψυχικῆς σωτηρίας, ἐγκλείεσθαι τοῦτον διὰ τοῦ ἐποσίτου, ἐφ' ᾧ μηκέτι ἐξελθεῖν τῆς ἐγκλείστρας ἐκτὸς, εἰ μὴ διὰ κοινὴν λυσιτέλειαν ἢ διὰ κίνδυνον θανάτου· καὶ ταύτην δὴ τὴν ἐξέλυσιν μὴ ἄλλως γίνεσθαι, εἰ μὴ μετὰ περιοπῆς ἐποσπικῆς. εἰ δὲ ἄλλως, καὶ μὴ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ἐξέλθῃ, πρῶτον μὲν, καὶ ἄκοντα ἐγκλείεσθαι ἔνθα καὶ πρότερον ἦν· εἶτα καὶ διὰ ἐπιτιμίων τὸ γεγονὸς πρᾶγμα τοῦτο ὁλόθυμα θεραπεύειν. ἀνένδεκτον γάρ φασιν εἶναι τῷ θεῷ ὁ ἐπαγγελάμενόν τι ἀγαθὸν καὶ σωτηριώδες ποιῆσαι, καὶ τῶν οἰκείων ὑποσχέσεων ὄπισθεν ἐκμεταμελείας γενέσθαι. σημείωσαι οὖν τὴν πραγματείαν δοκιμασίαν τῶν μέλλοντων ἐγκλείεσθαι. εἰς τὰς ἔξω δὲ χώρας ἄμ' ἕπου ἄμ' ἔργον ἐγκλείεται ὁ βυλόμενος, δίχα ἐποσπικῆς ἐπιτροπῆς καὶ τῶν συνήθων ψαλτῳδημάτων. ὡσαύτως σημείωσαι, ὅτι χωρὶς ἐποσπικῆς ἐπιτροπῆς οὐκ ἔξεστιν ἐγκλείστῳ ἐξιέναι ἀπὸ τοῦ ἐγκλειστηρίου, κἂν διλογωθῇ τὴν ἔξιν αἰτίαν, σβεσθῆναι πρὸ τούτου ἐξέλυσιν. τὸν δὲ μὴ ὕτως ἐξερχομένους, καὶ ἀκοινώνητους ἐγκλείεσθαι πάλιν σὺν τῷ ἐποσπικῷ. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα διορίζεται. τὸ δὲ α'. κεφ. τῆς ρλγ'. νεαρᾶς τῆς κειμένης ἐν βιβλίῳ τῶν βασιλικῶν δ'. κεφ. ιδ'. φησὶ ταῦτα· Θεσπίζομεν μηδένα παντελῶς ἰδίαν ἔχειν οἴκησιν, μηδὲ τὸ καλούμενον κελλίον, εἰ μή τις βύλοιτο μόνος· ὃν καὶ ἑνὶ τυχὸν ἢ δύο χρώμενος ὑπουργοῖς, κατὰ τὸν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ διάγειν βίον· ἀλλ' ὅλως ὄντων πλειόνων

ἀνδρῶν

ἀνθρώπων, μίαν ἔτι καὶ τὴν αὐτὴν συνέλουσιν, καὶ διηχομένων, A
καὶ τὰ τῆς φύσεως ἔργα θεατίζοντων, ὁπόσα ἀμεμπτά τε
καὶ ἀδιάβλητα κατέστηκε· καὶ κοινῇ μὲν, ὡς εἴρηται,
σπεῖσαι, κοινῇ δὲ καθεύδειν, καὶ εἰ μὲν τοσοῦτον εἴη τὸ πλῆθος,
ὅσον εἰς ἕνα οἶκον χωρεῖσθαι, ἐπιτοιγε τυχὸν δύο ἢ τρεῖς
οἴκους ἔτι τοὺς δεχομένους αὐτοὺς, μηδένα μέντοι πάντελῶς ἴδιον
ἔχειν μηδὲν, ἀλλ' ἐν κοινῷ ζῆν νυκτῶρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, ἵνα
αἱ νύκτες αὐτοῖς τὸ αὐτὸ ταῖς ἡμέραις ἔχοιεν θεατήρησιν.
εἰ γὰρ καθεύδουσιν ἅπαντες ἀεὶ, ἀλλὰ δῆλον, ὡς οἱ μὲν
ἐν τῷ καθεύδειν εἰσὶν, οἱ δὲ ἐγρηγόρασι· καὶ πάντως ἔσονταί τι-
νὲς τοὺς καθεύδοντας ἐποπτεύοντες. εἰ δέ τινα οἰκήματα ἔξιν
ἐν οἱῳδήποτε μοναστηρίῳ τῆς ὑπὸ τὸν οἰκουμενικὸν πατρι- B
άρχιν ταύτης τῆς μεγαλοπόλεως, ἢ τῆς ὑπὸ τὸ σὸν ὄντων
ἁγιωσύνην, εἴτε ὑπὸ τῆς αὐτῆς ὑποφοικίδος, εἴτε παρ' ἡμῖν
αὐτοῖς οἰκοδομημένων, ἢ παρ' ἑτέρων· ταῦτα πάντα καθαιρή-
σεις πρόποις ἅπασιν, ἀνοίξεις τε αὐτοῖς τὴν ἀλλήλων θέαν, καὶ
ὄψονται πάντα τὰ παρ' ἀλλήλων θεατίσματα. τί γὰρ δὴ καὶ
διλαδηπόσοι τοῦτο πεπαίτικεν, ἅπαξ ἑαυτοὺς ἀναθέντες τῷ
θεῷ, καὶ ἀπειπόντες πρὸς πᾶσαν δημώδη διαίταν; καὶ τοῦτο
μὲν τοιοῦτον κρατεῖν νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον
βουλόμεθα, ἐκείνους, ὡς εἴρηται, ἔχοντας οἴκησιν ἰδίαν, ἀλλὰ
συναθροιζομένων ἀπάντων καὶ θεωμένων τὰ παρ' ἀλλήλων
θεατίσματα. πρόδηλον γὰρ, ὅτι τὰ ζηλωτὰ σπεύσουσιν αὐ-
τὰ κατεσκευάσθαι, εἶτα πάντελῶς ἀνεπίληπτα μένει. εἰ δέ τις C
ὀφθείη τοσοῦτον ἀναιδὴς, ὥστε τολμᾶν ὅτι χρεῖν παραβαίνειν
τι τῶν νενομοθετημένων, ὁ τῆς μονῆς ἡγούμενος ταῦτα ἐξε-
ταζέτω. βουλόμεθα γὰρ τὴν νῦν σφοδροτέραν γενέσθαι παρα-
τήρησιν. λέγουσιν οὖν τινὲς ἐναντιοῦσθαι τῷ κανόνι τῷ νεα-
ρᾷ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, τὸν μὲν κανόνα περὶ τὴν ἐγκλείστραν
ἐκφωνηθῆναι, τὴν δὲ νεαρὰν περὶ τὰς ἐχούσας κελλία εἰς κοινό-
βια μοναστηρίων. καὶ ἔστι μεγάλη διαφορὰ ἀμφοτέρων τῶν
νομοθεσιῶν· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐναντιοῦται τὰ ὁρισθέντα.
σήμερον δὲ εἰς μὲν τὰ γυναικεῖα μοναστήρια ἐνεργοῦσι τὰ τῆς
νεαρᾶς· εἰς δὲ τὰ ἀνδρεῖα οὐδαμοῦ. D

quæcunque à vituperatione ac reprehenſione aliena ſunt; & communiter quidem, ut dictum eſt, comeſſe, communiter autem dormire, & ſi ſit tanta multitudo, quantam una domus comprehendat, etſi duæ ſunt fortaſſe vel tres domus quæ eos ſuſcipiunt, nullus tamen quidquam omnino proprium habeat, ſed in communi noctu & diu vivat, ut noctes eandem illis habeant obſervationem, quam dies. Non enim omnes ſemper dormiunt; ſed clarum eſt, quòd alii quidem dormiunt, alii verò vigilant: & erunt ſemper aliqui, qui dormientes obſervent. Si ſint autem aliqua domicilia in quovis monaſterio eorum, quæ ſunt ſub univerſali Patriarcha hujus magnæ civitatis, vel quæ ſunt ſub tua ſanctitate, ſeu in eodem circumcirca incolatu, ſive quæ ſunt à nobis ædificata ſive ab aliis: ea omnia omnino dirues, & eis aperies ſui invicem ſpectaculum, & videbunt omnia quæ à ſe invicem fiunt. Cur enim hoc facere cavebunt, cùm ſe Deo ſemel dicarint, & omnem popularem vivendi rationem valere juſſerint? Et hoc quidem ſervari volo, & nunc & in omne deinceps tempus, nullo, ut dictum eſt, habente propriam habitationem, ſed congregatis omnibus & ea quæ à ſe invicem fiunt ſpectantibus. Clarum eſt enim, quòd ea ſtudebunt eſſe ejuſmodi, ut ab omni penitus reprehenſione aliena maneant. C Si quis autem uſque adeò impudens viſus fuerit, ut eorum, quæ lege cauta ſunt, tranſgredi aliquid conari audeat, qui illi præeſt manſioni hoc examinet. Volumus enim nunc acriorem fieri obſervationem. Dicunt itaque nonnulli novellam canoni adverſari. Mihi autem videtur quidem canon loqui de anachoretarum incluſionibus, Novella autem eſſe edita propter eos, qui in monaſteriorum cœnobiis habent cellas. Et eſt magna utrarumque legum differentia: & ideo, hac ratione non repugnant quæ iis conſtituta ſunt. Hodie autem in mulierum quidem Monaſteriis locum habent quæ Novella cauta ſunt; in virorum autem D minimè.

ΖΩΝΑΡ. Σφαλερὸν ἡγήσαντο οἱ θεῖοι πατέρες, ὃ ἐκ κοσμικῆς διαγωγῆς τινας εἰς ἀναχωρητικὸν καθίσαντας βίον, καὶ ἑαυτοὺς ἐγκλείειν βεβαίοις οἰκίσκοις, καὶ αὐτοὺς ἑαυτοῖς ἔτι καθηγεμόνας. διὸ τοὺς βουλομένους τοιοῦτόν τι, πρότερον εἰς ἀσκητήριον εἰσιέναι κελεύουσι, καὶ ὅπως τριετίαν ἐν ὑποταγῇ γίνεσθαι, οὕτω τε παιδευθέντας τὸν ἀναχωρητικὸν διαγωγὴν, καὶ ἐνδιατρίψαντας ἐν ὑπακοῇ ὁμολογεῖν, ὅτι ὁλοψύχως αἱροῦνται τὴν ἀναχώρησιν· καὶ οὕτω δὴ κρίναν ἀρχιερέως αὐτοὺς δοκιμάζεσθαι, καὶ πάλιν ὅπως ἑνιαυτὸν ἕτερον προσμένειν τῆς ἐγκλείστρας ἐκτὸς, ἵνα μᾶλλον τὸ ἀμετάθετον φανείη τῆς γνώμης αὐτῶν, οὕτω τε πληροφορήσαντες ὡς ὑ δόξης ἕνεκα ἀνθρωπίνης, ἀλλὰ δι' ἀρετῆς ἐργασίαν τὴν ἡσυχίαν ζητοῦσιν, ἐγκλειόντων, οὐκέτι ἐξελθοῦσθαι τοῦ οἰκίσκου, εἰ μή που διαθείη ὑπ' ἀνάγκης τινὸς ὁρώσης ἢ πρὸς κοινὴν ὠφέλειαν ἴσως τῆς χώρας ἐν ᾗ διάγουσιν, ἢ διὰ κίνδυνον ἴσως θανάτου ἀπειλοῦντα. καὶ οὕτως μὲν γνώμης καὶ βουλῆς τοῦ Ἐπισκόπου ἐξελθοῦσιν. εἰ δὲ ἄλλως καὶ μὴ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ἐξέλθωσι, πρῶτον μὲν καὶ ἄκοντας αὐτοὺς ἐγκλείεσθαι ἔνθα καὶ πρότερον, οἱ πατέρες ὥρισαν· εἶτα καὶ δεινοτέροις αὐτοὺς ὑποβάλλεσθαι. ἵνα νηστείαις καὶ σκληραγωγίαις ἑαυτοὺς θεραπεύσωσιν, ἧσυν ὃ τῆς ἑαυτῶν γνώμης ἀμετάβολον.

ZONAR: Qui ſe ex communi vitæ conſuetudine ad anachoreticum inſtitutum ſubitò transferunt, cellulæque anguſtiis incluſi facti ſibi duces vivendi, degunt, periculoſo ſe negotio haud dubie committere divini Patres exiſtimavere. Quos igitur aliquid ejuſmodi animo agitare contingat, aſceterium prius ingredi, ibique ſe tribus annis majorum imperiis obſequentes præbere jubent, ut eo pacto anachoreticæ diſciplinæ præceptis imbuti, ac in exercitatione parendi multum diuque verſati, E remotum illud ab hominum ſocietate vitæ genus ex animo ſe amplecti velle demonſtrent. Tum mentem eorum ipſe quoq; loci Antiſtes exploret, uniuſque anni præterea ſpatium, probandæ magis conſtantiæ, extra cellæ ſepta exigat. Hinc ubi ſe non laudis humanæ ſtudio, ſed virtutis exercendæ deſiderio ſolitudinem adamaſſe fidem fecerint, ita demum includi volunt, ut omnem ſibi penitus ex ſtatiuncula ſua amplius egrediendi poteſtatem ereptam eſſe intelligant: Niſi ſi forte neceſſaria cauſa, vel aliquid in publica totius regionis, ubi degunt, commodà futurum procurandi, vel periculum, ex quo mors fortaſſe impendeat, declinandi, exire compellat. Et ſic porro, Epiſcopo annuente, ipſiſque benedicente, egredientur. Qui verò nulla ejuſmodi cauſa intercedente egreſſi fuerint, primò vel invitos ad ſuas clauſuras rejici, deinde F pœnis quoque in eos animadverti patres jubent: ut jejuniis ſeverioréque diſciplinæ ratione exerciti, ea veluti medicina, animum levitatis inconſtantiæque morbis liberare nitantur.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

ARIST. *Qui clausuram ingressurus est, triennium in monasterio prius agat, & priusquam includatur alium annum transigat, & sic ingrediatur. Et ne egrediatur, nisi mors aut communis utilitas cogat.*

Eum qui clausuram ingredi & sibi soli attendere cupit, oportet primo in monasterium secedere, & per triennii spatium ei, qui mansioni præest, in Dei timore subjici; & sic à loci illius Episcopo propositum ejus examinari, an suâ sponte & ex toto animo talem vitam amplectatur. Et si adhuc confiteatur eodem modo se eam desiderare, alio etiam anno extra claustrum patienter maneat, ut planius demonstret se non ob vanam gloriam, sed ob ipsum bonum, solitudinem persequi; post tempus autem illud elapsum si in eâdem sententiâ permanens inveniatur: tunc includatur, & amplius illinc non exeat, nisi forte communis utilitas proponatur, aut alia necessitas mortem ei minata: tunc enim cum Episcopi, qui loco præest, benedictione egredietur. Sine dictis autem causis si egrediatur, primo quidem etiam invitus includetur, deinde autem jejuniis & aliis tractationibus duris subjicietur, & per eas pusillanimitatis suæ medelam inveniet, sciens, juxta quod scriptum est, quod nemo, qui manum suam aratro immisit, & retro conversus est, aptus est Cœlorum regno.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἐγκλεισθησόμενος, τριετίαν προδιάγων ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ πρὸ τῆς ἐγκλείστρας ἕτερον ἐνιαυτὸν μετιὼν, οὕτως εἰσίτω· καὶ μὴ ἐξίτω, εἰ μὴ βιάζοι θάνατος, ἢ πρὸς τὸ κοινὸν λυσιτέλεια.

Τὸν εἰς ἐγκλείστραν βουλόμενον εἰσιέναι, καὶ ἑαυτῷ μόνῳ προσέχειν, δεῖ πρότερον ἐν μοναστηρίῳ εἰσελθεῖν, καὶ ἐπὶ τριετῆ χρόνον ὑποταγῆναι τῷ τῆς μονῆς προεστῶτι ἐν φόβῳ θεοῦ, καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ κατὰ χώραν Ἐπισκόπου τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ δοκιμασθῆναι, εἰ ἑκουσίως καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τὸν τοιοῦτον βίον ἀσπάζηται. καὶ εἰ ἐπιμένει ὁμολογῶν τοιοῦτο τρόπως ἐπιποθεῖν αὐτὸν, καὶ ἐφ' ἕτερον ἐνιαυτὸν προσκαρτερεῖν ἔξωθεν τῆς ἐγκλείστρας, ὡσὰν περισσωτέραν παρέξει πληροφορίαν, ὡς οὐδιὰ ματαίαν δόξαν τὴν ἡσυχίαν μεταδιώκει, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλόν· μετὰ δὲ τὴν τοῦ τοσούτου χρόνου παραδρομὴν εἰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὑρίσκεται γνώμης ἱστάμενος, ἐγκεκλεῖσθαι αὐτὸν, καὶ μηκέτι ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθαι, εἰ μήπου κοινὴ ὠφέλεια πρόκειται, ἢ ἑτέρα ἀνάγκη, θάνατον ἐπαπειλοῦσα αὐτῷ· τηνικαῦτα γὰρ, μετ' εὐλογίας τοῦ κατὰ χώραν Ἐπισκόπου ἐξελεύσεται. ἄνευ δὲ τῶν εἰρημένων προφάσεων εἰ ἐξέλθῃ, πρῶτα μὲν ἄκων ἐγκλεισθήσεται, ἔπειτα δὲ νηστείαις καὶ ἑτέραις σκληραγωγίαις ὑποπέσῃ, καὶ δι' αὐτῶν τῆς μικροψυχίας αὐτοῦ θεραπείαν εὑρήσει, γινώσκων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὡς οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖραν αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

CANON XLII.

Eos qui dicuntur Eremitæ, qui quidem nigris vestibus induti & capite comati urbes obeunt, & cum viris laicis ac mulieribus versantur, & propriæ professioni faciunt injuriam, statuimus, si elegerint quidem tonsis comis reliquorum monachorum amictum suscipere, eos in monasterio constitui, & inter fratres referri. Quòd si hoc non elegerint, eos omnino ex urbibus expelli, & eremos habitare, ex quibus sibi etiam denominationes confinxere.

BALS. Complures populi seductores, urbes obeuntes, induuntur nigris vestibus, & sunt intonsis capillis, jejunium ac squallorem præ se ferentes, & simpliciores decipientes, ac monachalem professionem injuria afficientes. Ac nonnulli quidem eorum, unà cum viris laicis mulieribúsque versantes, & in triviis dæmoniacis doctrinis circumstrepentes, pro populo utique precantur, & pœnitentiam prædicant. Alii verò dicunt se Dei jussu ex solitudine in civitates venisse, ut futura quædam prædicant: & simplicioribus bona quædam impudenter pollicentur, lucri & mercimonii gratia. Hæc ergo Synodus statuit, ut eis comæ tondeantur, & in monasteria introducantur, ut monasticam in eis vitam agant. Sin autem hoc nolint, ut ex urbibus expellantur, quò in Eremis eam vivendi rationem persequantur, quam sibi, non ex veritate, sed ex fallacia & morum improbitate, confinxere. Neque enim in Eremo propter animæ salutem habitavissent, si hanc reipsa necessariò tenuissent, ad urbes accedere non concessi.

ZONAR. Antiquum hoc malum est, in hominum pectoribus ab ipso malorum omnium auctore & parente disseminatum. Olim quoque igitur non defuere, qui nigro amictu, comáque nequaquam detonsa, sed in cincinnos plexa & intorta, in pectus humerósque defluente, ita demum urbes pervolitarent, & cum Laicis viris pariter ac fœminis, non sine injuria monasticæ professionis ac instituti, assiduè versarentur. Eos igitur homines detonsa coma in monasteria deduci, ibique cum monachis degentes eadem vitæ munia obire: quòd si hoc non volunt, omnino ex urbibus extrudi, ac in Ere-

ΚΑΝΩΝ μβ'.

Τοὺς λεγομένους ἐρημίτας, οἵ τινες μελανειμονοῦντες καὶ τὰς κεφαλὰς κομῶντες περιάγουσι τὰς πόλεις, μεταξὺ ἀνδρῶν λαϊκῶν καὶ γυναικῶν ἀναστρεφόμενοι, καὶ τὸ οἰκεῖον ἐπάγγελμα καθυβρίζοντες, ὁρίζομεν, εἰ μὲν αἱροῦνται τὰς κόμας ἀποκειράμενοι τὸ τῶν λοιπῶν μοναχῶν ἀναδέξασθαι σχῆμα, τούτους ἐν μοναστηρίῳ ἐγκαθίστασθαι, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐγκαταλέγεσθαι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο προέλοιντο, παντάπασιν αὐτοὺς τῶν πόλεων ἀπελαύνεσθαι, καὶ τὰς ἐρήμους οἰκεῖν, ἐξ ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἑαυτοῖς ἀνεπλάσαντο.

ΒΑΛΣ. Πολλοὶ λαοπλάνοι τὰς πόλεις περιέρχονται μελανειμονοῦντες καὶ ἀκειροκόμαι, νηστείαν καὶ ἀλουσίαν ὑποκρινόμενοι, καὶ ἀπατῶντες τοὺς ἁπλουστέρους, καὶ τὸ μοναχικὸν ἐπάγγελμα καθυβρίζοντες. καὶ οἱ μὲν ἐξ αὐτῶν μετὰ λαϊκῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν συνδιάγοντες, καὶ τὰς τριόδους δαιμονιώδεσι διδάγμασι καταβομβοῦντες, εὔχονται δῆθεν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ μετάνοιαν κηρύσσουσιν. οἱ δὲ λέγουσι καθ' ὁρισμὸν θεοῦ ἐξ ἐρήμου εἰς τὰς πόλεις ἐλθεῖν, ἐφ' ᾧ προμηνύσαι τινὰ μέλλοντα· καὶ ἀναιδῶς ἀγαθά τινα τοῖς ἁπλουστέροις ἐπαγγέλλονται, χάριν κέρδους καὶ ἐμπορίας. τούτων οὖν ἡ σύνοδος αὕτη διορίζεται τὰς κόμας κείρεσθαι, καὶ ἐν μοναστηρίοις εἰσάγεσθαι, ὥστε τὸν μονήρη βίον διάγειν ἐν αὐτοῖς. εἰ δ' οὐ βούλονται τοῦτο, ἐκδιώκειν αὐτοὺς ἐκ τῶν πόλεων, ὡς ἂν ἐν ἐρήμοις διάγωσι· καὶ ἣν ἑαυτοῖς ἀνεπλάσαντο διαγωγὴν, οὐκ ἐξ ἀληθείας, ἀλλ' ἀπὸ πλάνης καὶ τρόπου σκαιοῦ. εἰ δὲ γὰρ ᾤκησαν τὴν ἔρημον διὰ σωτηρίαν ψυχῆς, εἰ ταύτην πραγματικῶς ἐξ ἀνάγκης ἔχωσι, μὴ παραχωρούμενοι ἐν πόλεσι παραβάλλειν.

ΖΩΝΑΡ. Παλαιὰ ἡ κακία, ἀεὶ ταύτην ταῖς τῶν ἀνθρώπων καρδίαις τοῦ ἀρχεκάκου ἐνσπείροντος. ἦσαν γὰρ καὶ πάλαι τινὲς, οἱ μέλανα περιβλήματα ἐνεδύοντο, καὶ τὰς κόμας οὐκ ἔκειρον, ἀλλ' εἴων εἰς βοστρύχους αὐτὰς καθισταμένας τοῖς στέρνοις αὐτῶν καὶ τοῖς ὤμοις περικεῖσθαι, καὶ οὕτω τὰς πόλεις περιέτρεχον, καὶ λαϊκοῖς ἀνδράσι συνῆσαν καὶ γυναιξὶ, τὸ μοναχικὸν ἐπάγγελμα καθυβρίζοντες. τούτοις ἡ σύνοδος αὕτη προστάσσει τὰς κόμας κείρεσθαι, καὶ ἐν μοναστηρίοις εἰσάγεσθαι, ὥστε μοναχοῖς συνοικεῖν τε καὶ συνασκεῖν· εἰ δ' οὐ βούλονται τοῦτο, παντελῶς τῶν πόλεων ἀπελαύνεσθαι,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

λεύεσθαι, ἵνα ἐν ἐρήμοις ἐξάγωσιν, ἐξ ὧν τὴν ἐπωνυμίαν τὸ ἐρημῖται καλεῖσθαι ἑαυτοῖς ἀνεπλάσθησαν. οὐ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐσχήκασι τὴν ἐπωνυμίαν, ἀλλὰ ψευδῶς ταύτην ἑαυτοῖς ἐπονόμασαν, καὶ πλάσμα αὐτοῖς τὸ σχῆμά τε καὶ τὸ ὄνομα.

A mis, unde Eremitarum sibi falsum nomen adsciverant, relegari Synodus jubet. Nec enim nomen illud ex vero ductum, sed quod sibimet ipsi falsò indiderant, cum habitu mendaci nomen quoque fictum habuere.

ΑΡΙΣΤ. Μελανείμων, καὶ ἀκερσεκόμης ἐρημίτης, εἰ μὴ κειρόμενος ἐκβαλλέσθω τῷ μοναστηρίῳ, τῆς πόλεως ἀπελαυνέσθω.

ARIST. *Eremita nigris vestibus indutus, & comas non detonsus, nisi detonsus monasterio includatur, urbe expellatur.*

Οἱ τὰς πόλεις περιέχοντες, αἷς δὴ ἐρημῖται, καὶ τὰς κεφαλὰς κομῶντες, καὶ μελανειμονοῦντες, ἢ εἰς μοναστήριον εἰσερχέσθωσαν, τὰς τρίχας κειρόμενοι, καὶ τὸ σχῆμα τῶν λοιπῶν μοναχῶν ἀναδεχόμενοι· ἢ εἰ μὴ τοῦτο αἱρῶνται, τῶν πόλεων ἀπελαυνέσθωσαν, ἵνα μὴ τὸ οἰκεῖον ἐπάγγελμα καθυβρίζωσι· καὶ τὰς ἐρημίας οἰκείτωσαν, ἐξ ὧν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκλήσαντο.

Qui urbes percurrunt, ut scilicet Eremitæ, & capitum comam nutriunt, & nigris induuntur vestibus, vel monasterium ingrediantur, capillos detonsi, & reliquorum Monachorum habitum suscipientes, vel si hoc non elegerint, urbibus abigantur, ne professioni suæ injuriam faciant: & Eremos inhabitent, è quibus & nomen sortiti sunt.

ΚΑΝΩΝ μγ'.

Ἐξὸν ὑπάρχει Χριστιανῷ τὸν ἀσκητικὸν ἑλέσθαι βίον, καὶ τῷ πολυτάραχον τῆς βιωτικῆς πραγμάτων ζάλην ἀποθέμενον ἐν μοναστηρίῳ εἰσέναι, καὶ κῦρ ὃ μοναχικὸν σχῆμα ἀποκαρῶναι, κἂν ἐν οἱῳδήποτε πλαίσματι ἁλῷ· ὁ γὰρ σωτὴρ ἡμῶν φησὶ· Τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω. ὡς οὖν τῆς μοναχικῆς πολιτείας, τῆς ἐν μετανοίᾳ γεγραφότος ζωὴν ἡμῖν, τῇ γνησίως ταύτῃ προσπεθεμένῳ σωφρονοῦντι, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν παρεμποδίσῃ πρόπου πρὸς τὴν τοῦ οἰκείου σκοποῦ ἀποπλήρωσιν.

Licet Christiano vitam asceticam eligere, & rerum ad vitam pertinentium deposita tempestate, monasterium ingredi, atque instar monachi tonderi, in quocunque delicto deprehensus fuerit. Servator enim noster Deus inquit, Eum qui ad me venit non ejiciam foras. Tanquam ergo monachali vitæ agendæ instituto in pœnitentia nobis vitam describente, ei, qui ad illud sincerè accedit, acquiescimus ac favemus; nec ulli ei mores impedimentum afferent, quo minus proprium scopum adimpleat.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν, ἐκωλύοντο τινὲς τὴν ἀπόκαρσιν προαιρούμενοι, ἢ διὰ τὸ βίου αὐτῶν αἰσχρόν τε καὶ ἀδιάφορον, ἢ διά τι πλημμέλημα. φησὶν οὖν ὁ κανών, ὅτι οὐδὲν ἁμάρτημα κωλύει τὸν Χριστιανὸν τὸν ἀσκητικὸν ἑλέσθαι βίον, καὶ διὰ μετανοίας τὸν θεὸν ἐξιλεώσασθαι. ὅτι οὐδέ ἐστιν ἁμάρτημα τὴν τοῦ θεοῦ νικῶσαν φιλανθρωπίαν. καὶ ὁ σωτὴρ ἔφη, τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω. καὶ ἕτεροι δὲ κανόνες, Ναυατιανῶν ἔτι λέγουσι, τὸ μὴ δέχεσθαι τὴν μετάνοιαν τῶν προσερχομένων, ἀλλὰ ἐᾶν τινὰς πλημμελήσαντάς τι, κἂν ὑπομένειν τοῦτό ἐστι τῆς ἀπογνώσεως καλύπτεσθαι βυθῷ. κατασκευάζοντες δὲ οἱ πατέρες τὴν οἰκείαν νομοθεσίαν, λέγουσιν, ὅτι ὥσπερ ἡ στήλη τὸ γεγραφέμενον ζωγραφεῖ, οὕτω καὶ τὸ μοναχικὸν ἐπάγγελμα τὴν μετάνοιαν ὑπογράφει τῷ μοναχῷ. ταῦτα δὲ νόησον ὅπερ τὴν ἀπόκαρσιν οὐκ ἐμποδίζῃ ἡ ἀτελὴς ἡλικία ἢ ἄλλο τι εὔλογον. τότε καὶ τὴν ὀφειλομένην δοκιμασίαν ὀφείλει τὸ ποιητέον, κατὰ τὸν μ'. κανόνα τῆς πρώτης συνόδου. εἰ δὲ θέλεις μαθεῖν, ὡς πολλαὶ αἰτίαι εἰσὶ κωλύουσαι τὴν ἀπεντεῦθεν ἀπόκαρσιν, ἀνάγνωθι κεφ. γ'. τοῦ α'. τίτλου τοῦ δ'. βιβλίου τῆς βασιλικῆς, συνοψισθὲν ἐκεῖ τοῦ πατριάρχου περὶ τὰ μέσα τοῦ γ'. κεφ. τοῦ ια'. τίτλου τοῦ πρόπου σκοταίρου, καὶ καταγεγραμμένον εἰς τὸ σχόλιον τοῦ λϛ'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ πρόπου σκοταίρου.

B A L s. Ut est verisimile, prohibebantur quidam qui tonderi volebant, ad hoc inducti, vel propter suam vitæ turpitudinem sordésque ac contemptum, vel propter aliquod delictum. Dicit ergo canon, quod nullum peccatum prohibet Christianum vitam ascéticam eligere, & per pœnitentiam Deum placare. Neque enim ullum est peccatum, quod Dei clementiam superet. Porrò etiam Servator noster dixit, Eum, qui ad me venit, non ejiciam foras. Et alii etiam canones dicunt Novatianorum esse, eorum qui accedunt pœnitentiam non suscipere, sed sinere eos qui offenderunt, si magnum sit aliquod delictum, profundo desperationis obrui. Patres autem id quod à se decretum est confirmantes, dicunt, quòd sicut columna id, quod in ea describitur, exprimit, ita & monachica professio monachi pœnitentiam describit. Hoc autem intellige, quando tonsuram non impedit ætas imperfecta, vel aliquid aliud rationabile. Tunc enim Episcopalis examinatio id quod erit agendum excutiet, ut vult xl. Canon præsentis Synodi. Si vis autem scire quàm multæ sint causæ, quæ hic tonderi prohibeant, lege cap. iii. tit. 1. lib. iiii. Basilic. à Patriarcha in Synopsin redactum circa medium iii. cap. undecimi tit. præsentis operis, & positum in commentario xxxii. cap. ix. tit. præsentis operis.

ΖΩΝΑΡ. Πταισμάτων μέγεθος ἢ πλῆθος, ἀπογνωσιν μετανοίας τοῖς εἰς τὴν θείαν ἀφορῶσι φιλανθρωπίαν οὐ δεῖ ἐμποιεῖν. τοῦτο δὲ ὁ κανὼν ὅτός φησιν, ἔξεστι λέγων πρωτὶ, κἂν μεγάλα ἡμάρτηκε, τὸν ἀσκητικὸν ἑλέσθαι βίον, καὶ ἐν μοναστηρίῳ ἀποκαρῆναι, καὶ τὴν μοναχικὴν μεταλαβεῖν πολιτείαν, ἥτις ἡμῖν τὴν ἐν μετανοίᾳ ζωὴν γεγραφεῖ. ὡς γὰρ ἡ στήλη δείκνυσιν ἡμῖν καὶ τὸ σχῆμα τοῦ γεγραφυμένου· οὕτω καὶ τὸ μοναχικὸν ἐπάγγελμα τὴν μετάνοιαν ἡμῖν ὑπογράφει καὶ σχηματίζει, καὶ ταύτης μεμνῆσθαι ἀδιασκοπάζει διηνεκῶς.

ZONAR. Peccatorum magnitudo aut multitudo efficere non debet, ut ii qui ad Dei misericordiam intuentur, spem propitiandi sibi pœnitentia numinis abjiciant. Idem hic quoque canon asserit, ac unicuique integrum esse affirmat, valde scelerato quamvis & nefario, vitam ascéticam eligere, & in monasterio tonderi, monasticámque disciplinam amplecti, quæ nobis in pœnitentiâ vitam describit. Ut enim columna quod in eâ describitur nobis exprimit, sic monastica professio pœnitentiæ imaginem ita effingit ac exprimit, ut eam ex animis nostris elabi aut effluere nunquam omnino patiatur.

CANON XLIII.

ARIST. *Quilibet vitæ procellam fugiens, & monaſterium ingredi cupiens, ejus rei licentiam habeat.*

Deo & ſervatore noſtro dicente, Eum qui venit ad me nullo modo ejiciam foras; licet omni Chriſtiano turbulentam vitæ fugere tempeſtatem, & ad monaſterium ſe recipere, & tonderi, etiamſi omnem perpetraverit iniquitatem. Sincere enim agentes pœnitentiam Deus recipit, & nulli mores eis impedimento erunt, quo minus ſcopum ſuum attingent.

ΑΡΙΣΤ. Ἄδειαν ἅπας, ὁ τὴν ζάλην τοῦ βίου φεύγων, καὶ εἰς μοναστήριον εἰσιέναι βουλόμενος, ἀπενέγκηται.

Τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν εἰπόντος, τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω, ἔξεστι παντὶ χριστιανῷ τὴν πολυτάραχον ζάλην τοῦ βίου φεύγειν, καὶ εἰς μοναστήριον ἀπέρχεσθαι, καὶ ἀποκείρεσθαι, κἂν πᾶσαν διεπεράξατο ἁμαρτίαν. γνησίως γὰρ τοὺς μετανοοῦντας δέχεται ὁ θεός, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς τρόπος ἐμποδίσει πρὸς τὴν τοῦ οἰκείου σκοποῦ ἀποκλήρωσιν.

CANON XLIIII.

Monachus fornicationis convictus, vel qui ad matrimonii communionem vitæque ſocietatem uxorem duxit, fornicatorum pœnis ſecundùm canones ſubjicietur.

BALS. Quòd fornicatorum pœnis ſubjiciatur, qui fornicatus eſt monachus, eſt ut clementiſſimum amplectendum ac recipiendum. Fortè enim dixerit quiſpiam, non ex æquo debere puniri Laicos & Monachos fornicantes. Quòd autem fornicatorum ſolùm pœnis puniatur, qui venit ad matrimonii ſocietatem Monachus, non eſt, ut exiſtimo, ſine diſtinctione. Vidi enim, tempore ſanctiſſimi illius Patriarchæ domini Lucæ, Monachum quendam Leontium Muzacem nomine, cùm veſte militari indutus ſynodicè adſtitiſſet, & ab ea muliere, cum qua matrimonii ſocietate male vixerat, ſeparari non perſuaderetur; ea de cauſa cum ſeveritate monachalibus fuiſſe veſtimentis indutum, & carceri traditum, & aliàs valde punitum. Mihi ergo videtur, quòd præſens canon illum Monachum, qui in matrimonio verſatus eſt, fornicatorum] pœnis ſubjiciendum dicit, qui ſua ſponte ab illicitis nuptiis ſejunctus eſt, & ad priorem monachalem ſtatum reverſus eſt ac confeſſus. Qui enim non ſua ſponte ab illicito matrimonio recedit, propter apertam impudentiam graviter punitur: ut dicit ii. decret. undecimi cap. primi tit. quarti libri, quod eſt pars cxxiii. Novellæ Juſtiniani. Lege autem hoc, poſitum in primo commentario xxxii. cap. ix. tit. præſentis operis. Quære & xvi. can. iiii. Syn. & lege can. xix. Anc. Syn. & can. lx. magni Baſilii, dicentes; Graviùs puniri monachos, qui virginitatem profeſſi ſunt, eámque non ſervaverunt. Et dic canones inter ſe non pugnare; eo quòd hic, ſive præſens canon, de Monachis confitentibus ſtatuat: illi verò de condemnatis, qui propterea graviùs puniuntur.

ΚΑΝΩΝ μδ'.

Μοναχὸς ὁ ὕστερον πορνείᾳ ἁλοὺς, ἢ τοῖς γάμου κοινωνίαν καὶ συμβίωσιν γυναῖκα ἀγόμενος, τοῖς τῶν πορνευόντων ὑπέπεσε, οἷς καὶ τοὺς κανόνας ὑποβέβληται.

ΒΑΛΣ. Τὸ μὲν ὑπέπεσοις πορνευόντων καθυποβάλλεσθαι τὸν πορνεύσαντα μοναχὸν, φιλάνθρωπόν ἐστιν ὡς συμπαθέστατον. ἴσως γάρ τις εἴποι μὴ ὀφείλειν ὑπέχειν κολάζεσθαι τοὺς λαϊκοὺς καὶ τοὺς μοναχοὺς πορνεύσαντας. Ὃ δὲ μόνον ὑπέπεσθαι καὶ πόρνης τὸν τοῦ γάμου κοινωνίαν ἐλευθερίᾳ μοναχὸν, οὐκ ἔστιν, ὡς οἶμαι, ἀδιάφορον. εἶδον γάρ, ὅτι τῇ ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ, μοναχόν τινα Λεόντιον Μυζάκιον καλούμενον, μετὰ ἐξιτηρίου στρατιωτικῆς σκεπάσεως συνοδικῶς, καὶ μὴ πειθόμενον ἀποζυγῆναι τῆς κακῶς συμβιοπορευούσης αὐτῷ κατὰ γάμου κοινωνίαν γυναικός· καὶ διὰ τοῦτο μετ' ἀσπρείας τὸ μοναχικὸν ἐνδυθέντα, καὶ εἱρκτῇ παραδοθέντα, καὶ ἄλλως μεγάλως κολασθέντα. δικαίως μοι δοκῶ, ὡς ὁ πρὸ κανόνων ἐκείνων τὸν μοναχὸν, τὸν γάμῳ συμπλακέντα, λέγω τοῖς τῶν πορνευόντων ὑπέπεσθαι, τὸν ἑκουσίως λύσαντα τὸν ἀθέσμον γάμον, καὶ πρὸς τὸν πρότερον μοναδικὸν ἐπανελθόντα κατάστασιν καὶ ὁμολογησάμενον. ὁ δὲ ἑκουσίως τὸν ἀθέμιτον γάμον μὴ ἀφισάμενος, μεγάλως τιμωρεῖται διὰ τὸ προφανῆ ἀναίδειαν· καθὼς φησι ὁ β'. τόμος τοῦ ια'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ δ'. βιβλ. μέρει ὃν τρίτ. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς. καὶ ἀνάγνωθι τοῦτο, καὶ λάμψεις εἰς τὸ α'. σχόλιον τοῦ λε'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ πρώτου συντάγματος. ζήτει καὶ τὸν ις'. κανόνα τῆς δ'. συνόδου, καὶ ἀνάγνωσον κανόνα ιθ'. τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου, καὶ κανόνα ξ'. τοῦ μεγάλου Βασιλείου, λέγοντας, βαρυτέρως κολάζεσθαι τοὺς μοναχοὺς, τοὺς παρθενίαν ἐπαγγειλαμένους καὶ μὴ φυλάξαντας. καὶ εἰ πῇ μὴ ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλοις τοὺς κανόνας, διὰ τὸ τὸν μὲν, ἥρωσι τὸν παρόντα κανόνα, περὶ τῶν ἐξομολογουμένων μοναχῶν νομοθετεῖν· τὸν δὲ περὶ τῶν καταλαμβανομένων, καὶ διὰ τοῦτο κολαζομένων πικρότερον.

ZONAR. Qui virginitatis voto obſtricti, fidem promiſſi poſtea fallerent, eos decimo ſexto canone quarta Synodus communione privatos eſſe decernit; iiſque clementiæ aliquid impertiendi, ac animadverſionis moram contrahendi, vel etiam, ſi res tulerit, augendi, poteſtatem Epiſcopo defert: at undevigeſimus Ancyranæ Synodi canon eos digamorum pœnis teneri jubet, qui virginitatem profeſſi, à ſuſcepto conſilio propoſitoque poſtea deſciverint. Magnus autem Baſilius in canone ſexageſimo, ait; Quæ mulier virginitatis votum nuncupavit, & fidem voti non ſolvit, ea adulterorum pœnas luet. Idem ab eo de monachis quoque decretum. Hic autem canon, ſi quis monachus cum muliere deprehenſus fuerit, ſibive fœminam matrimonio copulârit, mulctam, inquit, ſcortatoribus conſtitutam perſolvat. Atque hunc quidem canonem, quippe poſt alios editum, ex omnibus arbitror retinendum.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲ ἐκκαιδέκατος τῆς τετάρτης συνόδου κανὼν ἀκοινωνήτους φησὶ ψηφίζεσθαι τοὺς ὁμολογήσαντας παρθενεύειν, καὶ μὴ φυλάξαντας τὴν ὁμολογίαν· καὶ τῷ Ἐπισκόπῳ τὴν διάκρισιν ἀνατίθησι τοῦ φιλανθρωπεύσασθαι, καὶ συσκίλαι αὐτοῖς, ἢ καὶ ὑπτεῖναι ἴσως ζημίαν. ὁ δὲ τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανὼν ἐννεακαιδέκατος τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληροῖ· ὁρίζει τοὺς παρθενίαν ἐπαγγειλαμένους, καὶ μὴ φυλάξαντας τὴν ὁμολογίαν. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν κανόνι ἑξηκοστῷ φησὶν· ἡ παρθενίαν ὁμολογήσασα, καὶ ἐκπεσοῦσα τῆς ὁμολογίας, τὸν χρόνον τοῦ ὑπολειμμένου τῆς μοιχείας ἐκπληρούτω· ὁμοίως καὶ ὁ τῶν μοναχῶν. ὁ δὲ παρὼν κανὼν τῷ τῶν πορνευόντων ὑπολειμμένῳ ὑποβάλλει τὸν ὑπὸ πορνείᾳ ἁλόντα μοναχὸν, ἢ γάμον ἑλόμενον. οἶμαι τοίνυν τὸν κανόνα τοῦτον δεῖν μᾶλλον κρατεῖν, ὡς τῶν ἄλλων μεταγενέστερον.

ARIST. *Monachus matrimonio conjunctus, aut fornicatus, pœnas fornicatoris luat.*

Æquales pœnas dabit Monachus, ſive fornicatus fuerit, ſive ad matrimonii communionem uxori conjunctus.

ΑΡΙΣΤ. Μοναχὸς ζευγνύμενος, ἢ πορνεύων, δεχέσθω τὸ τοῦ πορνεύοντος ὑπόλειμμα.

Ἐπίσης ὁ μοναχὸς ὑπολειμπάνεσθαι, κἂν τε πορνεύσῃ, κἂν τε πρὸς γάμου κοινωνίαν γυναικὶ συζυγῇ. τὸ δὲ ὑπτίμιον τῶν

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

τῶν πορνευόντων ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν ἔστι, καὶ τὸν πεντήκοστὸν ἔνατον κανόνα τοῦ μεγάλου Βασιλείου. δύο γὰρ ἔτη προσκλαίει, δύο ἀκροᾶται, δύο ὑποπίπτει, ἐν ἐνὶ συνίστατο τοῖς πιστοῖς, καὶ τῇ ὀγδόῃ δέχεται εἰς κοινωνίαν.

A Fornicatorum autem pœna est septem annorum, juxta quinquagesimum nonum Basilii magni canonem; Duos namque annos deflet, duos audit, duos substernitur, unum cum fidelibus consistit, & octavo ad communionem admittitur.

ΚΑΝΩΝ με΄.

Ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν, ἔν τισι γυναικείοις μοναστηρίοις τοὺς μελλούσας τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου καλλωπισμοῦ, πρότερον σηρικαῖς καὶ παντοίαις στολαῖς, ἔτι μὴν καὶ κοσμίοις χρυσῷ καὶ λίθῳ πεποικιλμένοις, ὑπὸ τῶν προσαγόντων αὐτοὺς ἐξιέλλεσθαι, καὶ οὕτω τῷ θυσιαστηρίῳ προσιέναι, ἐκδιδύσκεσθαι τὴν τοσαύτην τῆς ὕλης ἀμφίασιν, καθαρσίῳ τε χίνεσθαι ἐπ' αὐταῖς τὴν τοῦ κτήματος ἀπολογίαν, καὶ τὸ μέλαν ἀυταῖς ἔνδυμα ἀμφιέννυσθαι· ὁρίσαμεν, ὥστε μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι. ἐπεὶ γὰρ δίκαιόν ὑπάρχει, τὴν ἤδη ἀφ' ἑαυτῆς προαιρέσεως ἀποθεμένην πᾶσαν τὴν τοῦ βίου τερπνότητα, καὶ ἀσπασαμένην τὴν κατὰ θεὸν πολιτείαν, καὶ βεβαιώσασθαι ταύτην λογισμοῖς ἀκλινέσιν, καὶ οὕτω τῷ μοναστηρίῳ προσελθοῦσαν, αὖθις εἰς ἀνάμνησιν ἀφ' ἑαυτῆς τοῦ τοιούτου φθαρτοῦ τε καὶ ῥέοντος κόσμου ἐλθεῖν, ὧν ἤδη ἐποιήσατο λήθην· ὃ τούτου τι ἀμφίβολον καταστῶσι, καὶ τὴν ψυχὴν ἐκταραχθῆναι δίκην κυμάτων ὑπακλυζόντων, καὶ τῇδε κἀκεῖσε φερομένων, ὡς μήτε δάκρυον ἔξω ὅτε λοιπὸν ἀφιεῖσθαι καὶ τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ διὰ τοῦ σώματος κατάνυξιν ὑποδείκνυσθαι. ἀλλ' εἰ καὶ βραχύ τι, ὡς εἰκὸς, ἐκπηδήσειεν δάκρυον, μὴ μᾶλλον τῆς διὰ τὸν ἀσκητικὸν ἀγῶνα διαθέσεως χάριν, ἢ διὰ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ καταλιπεῖν, ὑπὸ τοῖς ὁρῶσιν τοῦτο παρελθὸν λογισθῆναι.

Canon XLV.

Quoniam intelleximus, in nonnullis mulierum monasteriis, mulieres quæ sacro illo amictu dignæ habentur, prius sericis & omnis generis vestibus, præterea autem & mundis auro & gemmis variatis, ab iis qui illas ducunt, exornari, & sic ad altare accedentes, exuitanto opum apparatu, & statim in illis fieri habitus benedictionem, illásque nigro amictu indui: statuimus ne hoc deinceps fiat. Neque enim fas est, ut quæ jam propria voluntate omnem vitæ jucunditatem deposuit, & eam quæ est secundùm Deum vitæ agendæ rationem amplexa est, firmísque ac stabilibus rationibus eam confirmavit, & ita ad monasterium accessit, per ornatum hujusmodi corruptibilem & caducum, ea quorum jam oblita erat in memoriam revocet; & ex eo anceps reddatur, & ejus anima perturbetur instar exundantium fluctuum, húcque & illuc versantium, ut nec reliquam nonnunquam lacrymam emittendo cordis per corpus compunctionem ostendat: sed & si exigua aliqua, ut est consentaneum, lacryma exilierit, non magis propter affectionem quam habent propter exercitatorium certamen, quàm propterea quòd mundum & mundana seu secularia relinquant, ea à videntibus profluxisse putetur.

Ὅθεν οἱ θεῖοι πατέρες ἔμαθον τότε εἰς τὰ γυναικεῖα γίνεσθαι μοναστήρια, καὶ θεαρέστως ἐκώλυσαν, τοῦτο καὶ νῦν μᾶλλον ἐπὶ τοῖς κελλιωτικοῖς καὶ μάλιστα μοναστηρίοις. τὴν γὰρ μέλλουσαν ἀποκείρεσθαι στολίζουσι νυμφικῶς μὲν ἐνδυμάτων πολυτελῶν καὶ κοσμίων χρυσῷ καὶ λίθοις πεποικιλμένων, καθ' αὐτὴν τὴν ὥραν χαλὸν τῆς ἀποκόρσεως, καὶ ὃν τῷ ναῷ ταύτην οὕτω κεκοσμημένην εἰσάγουσι· τοῦ δὲ κυρίου ἐπιφαίνεται τῆς ἀποκόρσεως, τὴν μὲν μαπαίαν ἐκείνην ἐνδυμασίαν καὶ τὴν πολυτελῆ στολὴν ἀπὸ τῆς νυμφουμένης ἀπεκδιδύσκουσιν, ἔνδυμα δὲ μέλαν ταύτῃ περιτιθέασι. τοῦτο οὖν γίνεσθαι ἡ ἁγία ἐκώλυσε σύνοδος, ὡς προτρεπτικὸν κοσμικῆς ἐπιθυμίας, καὶ ὑπὸ τῶν βλεπόντων καταγινωσκόμενον. ὡς ἔοικε δέ, οὐδὲ ἄλλο τι παρεγράψατο τοιοῦτον σωτηριώδες διάταγμα, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ μὴ ἐπάγεσθαι κόλασιν τοῖς τούτου καταφρονηταῖς. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὅτι πάντες οἱ τοὺς κανόνας ὑπερβαίνοντες κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ ἐγχωρίῳ Ἐπισκόπῳ τιμωρηθήσονται· κἂν μὲν ἐκφωνήθῃ ὑπὸ τῶν κανόνων ἐν τισι τὸ εἶδος τῆς ἐπιτιμίου.

Quod didicerunt divini patres in mulierum fieri monasteriis, & piè ac sanctè prohibuerunt, hoc nunc vel maximè fit à cellulariis monasteriis. Eam enim quæ est tondenda, instar sponsæ sumptuosis & splendidis vestibus auro ac gemmis variatis, in ipso ferè tonsuræ tempore induunt, & eam sic exornatam in templum introducunt: cùm autem instat tonsuræ tempus, supervacaneam illam & sumptuosam vestem sponsæ exuunt, & illam nigris vestimentis induunt. Ne autem hoc fieret, sancta prohibuit Synodus, ut quod & ad mundi cupiditatem excitet, & à videntibus damnetur. Ut est autem verisimile, non aliam ob causam contemnitur hoc salutare decretum, quàm quòd ejus contemptoribus supplicium quoque non simul ab eo inducatur. Mihi autem videtur, quòd omnes, qui canones transgrediuntur, pro regionis Episcopi arbitratu punientur, etiamsi in nonnullis non fuerit genus supplicii canonibus expressum.

ΖΩΝΑΡ. Κωλύει ὁ κανὼν τὰς κείρεσθαι μελλούσας κοσμεῖσθαι πρότερον στολαῖς λαμπροτέραις, χρυσοῖς τε καὶ λίθοις, καὶ οὕτω τῷ θυσιαστηρίῳ προσάγεσθαι, κἀκεῖ τὴν μὲν φλυαρίαν ἐκείνην ἐκδύεσθαι, ἐνδύεσθαι δὲ τὰ μοναχικὰ ἄμφια, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς εὐλογίαν γίνεσθαι, καὶ ὁρίζει μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι. ἥτις γὰρ ἐκουσίως, φησὶν, ἀπέθετο τὰ βιωτικὰ, καὶ ἠσπάσατο τὴν κατὰ θεὸν πολιτείαν, καὶ τῷ μοναστηρίῳ προσῆλθεν, αὕτη εἰς ἀνάμνησιν αὖθις ἔρχεται τῆς κοσμικῆς ὕλης τε καὶ τερπνότητος διὰ τὸ κοσμεῖσθαι τοῖς φθαρτοῖς καὶ ῥέουσι κόσμοις, καὶ ἐκταράσσεται τὴν ψυχὴν τῆς μνήμης τῶν ἡδέων τῷ κόσμῳ ἐπεγειρομένης, καὶ δίκην κύματι καταβαπτιζούσης αὐτήν· καὶ τοσοῦτον ὡς μηδὲ κατάνυξιν αὐτῇ τότε προσγίνεσθαι, ἵνα τεκμηριοῦσι τὰ δάκρυα. εἰ δὲ καὶ δακρύσῃ, φησὶ, κἀκεῖνο τοῖς ὁρῶσιν ἀμφίβολον κρίνεται, τῶν πλειόνων διὰ τὴν τοῦ κόσμου τέρψιν καὶ τῶν ἡδέων αὐτοῦ λογιζομένων δακρύειν αὐτήν.

ZONAR. Mulieres, antequam tondeantur, splendido vestium apparatu, auróque ac gemmis conspicuas ad altare sistendi, ibique illa ornatus inanitate exutis, monastica indumenta de more consecrata tribuendi consuetudinem hic canon damnat; idque in posterum fieri omnino vetat. Nam quæ mulier, inquit, omnibus hujus seculi rebus à se sponte abdicatis, religiosúmque vivendi institutum secuta ad monasterium accesserat, hæc, ubi sese fluxo & caduco ornatu comptam atque excultam videt, mundanarum sordium profanæque voluptatis iterum revivíscente memoria, commovetur animo ac perturbatur, terrenarúmque suavitatum identidem subeunte recordatione, quasi fluctibus vicissim ingruentibus absorbetur: usque adeo, ut nec compunctio quidem, quam testantur lachrymæ, ei excitetur. Nam etsi aliquis etiam, inquit, fletus existat, dubiæ tamen adhuc intuentibus lacrymæ illæ & suspectæ sunt; quas nimirum plerique vitæ solutioris ac earum, quibus caritatem se animadvertit, voluptatum desiderio expressas esse arbitrantur.

ARIST.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ARIST. *Parentes eam, quæ monasticam vitam eligit, sericis non induent, & sic habitum ei circumponent. Hoc enim est labentis mundi in animum revocatio.*

Patres intelligentes, quod mulieres quædam, quæ monastico amictu habentur dignæ, primo sericis vestimentis, & alio omnis generis auro & lapidibus variegato amictu, ab iis qui eas introducunt induuntur, & sic omni modo ornatæ altari afferuntur; postea talis materiæ amictum exuentes, habitus benedictionem statim recipiunt, & nigro vestimento induuntur: hoc non amplius fieri jubent. Nec licitum enim nec sanctum est, ut illa, quæ omnem vitæ jucunditatem per propositum suum deposuit, & eam quæ secundum Deum est vivendi rationem amplectitur, & rationibus quæ everti nequeunt eandem confirmavit, & sic monasterium accessit, rursum per corruptibilem & fluentem ornatum ad eorum recordationem venire, quorum modo oblita fuerat, & animam exundantium ad instar fluctuum perturbari, eamque huc & illuc circumvertere, ut neque lachrymam emittat, quæ cordis compunctionem ostendat.

ΑΡΙΣΤ. Οὐκ ἀμφιάσουσιν οἱ γονεῖς σηρικοῖς τὴν ἀσχεθεῖσαν μονάσαι, καὶ οὕτω τὸ σχῆμα περιθήσουσιν· ἀνάμνησις γὰρ τοῦτο τοῦ ῥέοντος κόσμου.

Manθάνοντες οἱ πατέρες, ὡς τινες τῶν γυναικῶν τῷ μοναδικῷ καταξιοῦσθαι μέλλουσι σχήματος, πρότερον σηρικὰ ἱμάτια ἐνδιδύσκουσι, καὶ πάντοιαν ἄλλην πολλὴν χρυσῷ καὶ λίθοις πεποικιλμένην, ὑπὸ τῶν προσαγόντων αὐτὰς, καὶ οὕτω κεκοσμημέναι πολυτελῶς, τῷ θυσιαστηρίῳ προσάγονται· εἶτα τὴν τοιαύτης ὕλης ἀμφίασιν ἀποδυόμεναι, ἀντιδιδῶσι τῷ τοῦ σχήματος δύλογίαν δέχονται, καὶ τὸ μέλαν ἔνδυμα ἀμφιέννυνται· προστάττουσι μὴ τοῦτο ἀπὸ τοῦ νῦν γένεσθαι. οὐδὲ γὰρ δίκαιον, οὐδὲ ὅσιον, τὸ τῷ ἥδη διὰ τῆς οἰκείας προαιρέσεως ἀπορρίψασθαι, πᾶσαν τὴν τοῦ βίου τερπνότητα, καὶ τὴν καλὴν θεοῦ πολιτείαν ἀσπασαμένην, καὶ λογισμοῖς ταύτην ἀπερισπάστοις βεβαιώσασαν, καὶ ὅτε τῷ μοναστηρίῳ προσελθοῦσαν, αὖθις εἰς ἀνάμνησιν διὰ τοιούτου φθαρτοῦ καὶ ῥέοντος κόσμου ἐλθεῖν, ὧν ἥδη ἐποιήσατο λήθην, καὶ τὴν ψυχὴν, δίκην κυμάτων ἀνακλυζόντων, ἐκταράττεσθαι, καὶ τοῦτο καὶ ἐκεῖσε περιστρέφειν αὐτήν· ὡς μηδὲ δάκρυον ἐπαφῆναι, καὶ τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ κατάνυξιν ἀποδείκνυσθαι.

CANON XLVI.

Quæ vitam asceticam eligunt, & in monasteriis sunt constitutæ, ne omnino progrediantur. Siqua autem inexorabilis necessitas ad hoc trahit, cum benedictione & permissione ejus, quæ præest, hoc agant: túncque non sola per se, sed cum aliquibus vetulis, & quæ in monasterio primæ sint, cum mandato ejus quæ præfecta est. Eis autem omnino extra cubare non licet. Sed & viri qui vitam monasticam consectantur, urgente necessitate, & ipsi, cum benedictione ejus cui regimen creditum est, procedant. Quamobrem qui transgrediuntur id quod est nunc à nobis decretum, sive sint viri, sive mulieres, convenientibus pœnis subjiciantur.

BALS. Alii quoque canones statuunt non debere Monachos, circuncursare ubi velint. His ergo consequenter præsens canon de Monachis mulieribus decernit, eis non licere monasterio egredi. Quòd si inexorabilis necessitas eas ad egrediendum urgeat, ne sic quidem egredi licere absque benedictione & permissione ejus quæ præest, & nisi unà cum illis egrediantur anus aliquæ piæ ac sanctæ monachæ. Eis autem omnino extra cubare, seu extra mansionem pernoctare, non permittit. Et hæc quidem de mulieribus Monachis. Jubet autem Monachos propter solam inexorabilem necessitatem à mansione egredi cum benedictione & permissione ejus qui præfectus est. Qui autem hæc transgrediuntur, monachos vel monachas, convenientibus suppliciis ab eo qui præest subjici. Lege & ii. just. xi. cap. primi tit. iiii. lib. Basilic. quod quidem est pars cxxiii. Justiniani Novellæ, & redacta circa finem iiii. cap. xi. tit. præsentis operis. Nota autem, quòd mulieribus quidem non est omnino concessum extra monasterium permanere, seu pernoctare: viris autem ne pernoctent non est prohibitum. Et quòd muliebris quidem cum aliis religiosis mulieribus egredi permittitur extrà monasterium, urgente quandoque necessitate, idque omnino propter muliebris animi lubricitatem & inconstantiam. Monachi verò per se & soli, cum rectoris benedictione, ad urgentia ministeria & solùm abeunt. Hæc autem omnia, ut mihi videtur, dicenda de iis, qui propter juventutem suspecti sunt: non autem de iis, qui propter senium & virtutem à suspicione sunt alieni.

ΚΑΝΩΝ μϛ'.

Αἱ τὸν ἀσκητὴν αἱρήσωμαι βίον, καὶ ἐν μοναστηρίοις κατατίθωμαι, καθόλου μὴ προϊέτωσαν. εἰ δέ τις ἀναγκαίτης αὐτὰς ἀνάγκη περὶ τοῦτο ἕλκοι, μετὰ εὐλογίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς προεστώσης τοῦτο πραττέτωσαν· καὶ τότε μὴ μόναι καθ' ἑαυτὰς, ἀλλὰ μετά τινων πρεσβυτίδων καὶ πρωτοθυσῶν ἐν τῷ μοναστηρίῳ, μετ' ἐντολῆς τῆς καθηγουμένης. παντελῶς δὲ αὐταῖς ἐξωκοιτεῖν οὐκ ἔξεστιν. ἀλλὰ καὶ ἄνδρες οἱ τὸν μονήρη μετερχόμενοι βίον, χρείας ἐπειγούσης, καὶ αὐτοὶ μετ' εὐλογίας τοῦ τῷ ἡγουμένου ἐμπεπιστευμένου προϊέτωσαν· ὥστε οἱ παραβαίνοντες τὸν νῦν ὁρισθέντα παρ' ἡμῶν ὅρον, εἴτε ἄνδρες εἶεν, εἴτε γυναῖκες, πρεσφόροις ἐπιτιμίοις ὑποβληθήτωσαν.

ΒΑΛΣ. Καὶ ἄλλοι διάφοροι κανόνες διορίζονται μὴ ἐξεπολεῖν τὰς μοναχὰς ἔνθα βέλουσι. ἀκολούθως οὖν τούτοις καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται περὶ τῶν μοναζουσῶν, μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τοῦ μοναστηρίου ἐξέρχεσθαι. ἀναγκαίτης δὲ χρείας κατεπειγούσης, τότε ἐξέλθοιεν μετ' οὐ πολλῶν χωρὶς εὐλογίας καὶ παραπομπῆς τῆς καθηγουμένης, καὶ μάλιστα καὶ σωφρονεστάτης μετὰ τινων ἀρχαίων μοναζουσῶν. ὅλως δὲ ἐξωκοιτοῦσαι αὐταὶ οὐκ ἔχουσιν ἔξω τῆς μονῆς διανυκτερεῦσαι, ἐν ἀδείᾳ χωρεῖ. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν μοναζουσῶν. τοὺς δὲ μοναχοὺς ἀδεκελδίτους ἀπὸ ἀναφαιτίστου καὶ μόνου χρείαν τῆς μονῆς ἐξέρχεσθαι μετ' εὐλογίας καὶ παρὰ ἐπιτροπῆς τοῦ καθηγουμένου. τοὺς δὲ παραβαίνοντας ταῦτα μοναχοὺς καὶ τοὺς μοναζούσας, προσφόροις ἐπιτιμίοις ἀπὸ τοῦ ἱερέως τοῦ καθυποβάλλεσθαι. ἀπάγνωθι καὶ τὸ β'. δόγμα τοῦ ια'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ δ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, μέρους ὄντος τοῦ ρκγ'. Ἰουστινιανείου νεαρῶν, καὶ σωνοψισθὲν ἀπὸ τοῦ πίνακος τοῦ δ'. κεφ. τοῦ ια'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. σημείωσαι οὖν ὅτι γυναιξὶ μὲν οὐκ ἐνεδύθη ὅλως ἔξω τοῦ μοναστηρίου καταμεῖναι, ἤγουν νυκτερεύσαι καταμονήν· ἄνδρες δὲ ὅτου διανυκτερεύσαι οὐκ ἐκωλύθησαν. καὶ ὅτι αἱ μὲν γυναῖκες μὴ ἐπέρων ἀδελφῶν μοναζουσῶν ἐξέρχεσθαι τῆς μονῆς ἀδιακωλύτως, ἀνάγκης ἔστιν ὅτε καταπειγούσης, πρώτως διὰ ὀλιγωρίαν τοῦ γυναικείου φρονήματος. οἱ δὲ μοναχοὶ καθ' ἑαυτοὺς καὶ μόνοι ἀπασι, μετ' εὐλογίας ἡγουμενικῆς, εἰς τὰς καταπειγούσας ὑλείας καὶ μόνον. ταῦτα δὲ πάντα, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἀδιακωλύτως ἀπὸ τῶν διὰ τὴν νεότητα ὀφείλομεν εἰπεῖν, ἤγουν καὶ ἀδιακρίτων διὰ γῆρας καὶ ἀρετήν.

ΖΩΝΑΡ.

ΖΩΝΑΡ. Τὰς μοναζούσας ἀφορίτους βούλονται οἱ πατέρες ἐξέρχεσθαι τῆς μονῆς. εἰ δέ ποτέ τις γένηται ἀναγκαίας ἀνάγκης ἐξελθεῖν τοῦ μοναστηρίου μοναζούσης, καὶ πάντως μετὰ ἐπιτροπῆς τῆς προεστώσης ἐξέρχεσθαι ἐξαπατῶνται, καὶ μηδὲ μόναι, ἀλλὰ συνεῖναι αὐταῖς καί τινας τῶν γηραιοτέρων, καὶ προτετιμημένων τῷ τε χρόνῳ καὶ τῇ ἀρετῇ, καὶ μηδὲ ἔξω τῆς μονῆς ἢ νύκτα διάγειν. τοῦτο γὰρ τὸ ἐξωκοιτεῖν. καὶ οἱ ἀσκηταὶ δέ φησιν ὁ κανών, ὅτε χρεία τις κατεπείγῃ μετὰ εὐλογίας τοῦ ἡγουμένου ἐξιέτωσαν. οἱ δὲ μὴ οὕτω ποιοῦντες, κἂν ἄνδρες κἂν γυναῖκες ὦσι, προσφόρως ἐπιτιμάσθωσαν, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὸν ἑκάστου διάθεσιν ὁ προεστὼς αὐτοῖς ἐπαγέτω τὸ ἐπίτιμον, ἢ μαλακώτερον ἢ σφοδρότερον. τοῖς μὲν γὰρ ταπεινωμένοις καὶ μεταμελουμένοις ἐπὶ τῷ σφάλματι ἀνήσει τὸ ἐπίτιμον, καὶ ποινὴν κουφότερον· τοῖς δὲ σκληρυνομένοις καὶ ἀναιδευομένοις ἐντονωτέραν θήσει καὶ βαρυτέραν τὴν ἐπίτιμησιν, καὶ οὕτω προσφόρως ἑκάστῳ ἐπιτιμήσει.

ZONAR. Monialibus extra monasterii sepța egrediendi facultatem esse Patres vetuere. Quòd si necessaria exeundi causa quandoque inciderit, id non nisi Præfectæ facultate impetrata, nec tamen solis, sed earum, quæ cum ætate grandiores tum moribus præ cæteris probatæ sint, honesto comitatu septis, licere decernunt; & extra monasterium nullo modo pernoctent, (id enim verbo ἐξωκοιτεῖν planè indicatum.) Sed monachi quoque, inquit canon, cum id aliqua necessitas postulaverit, Præfecto ipsis benedicente egrediantur. Qui secus fecerint, sive viri sive mulieres, in eos accommodate atque appositè, hoc est, leviore aut acerbiore pœna, prout quemque affectum animo viderit, Præfectus animadvertat. Quos enim animo consternatos, culpæque pertæsos cognorit, leviore in eos erit animadversione contentus: contumaces vero atque arrogantes, omnino severiùs accipiet, eaque ratione accommodatè atque appositè pœnam singulis decrevisse existimabitur.

ΑΡΙΣΤ. Οὐκ ἐξεισι μοναζούσα τῆς μονῆς, εἰ μὴ μετὰ εὐλογίας τῆς προεστώσης. καὶ οὐδὲ μόνη, ἀλλὰ μετ' ἑτέρας πρεσβύτιδος· ἐξωκοίτους δὲ τὸ παράπαν οὐ χρή. κατὰ ταυτὸ καὶ μοναζων, εἰ μὴ μετ' ἐπιτροπῆς ἡγουμένου, τῆς μονῆς μὴ ἐξιέτω.

ARIST. *Monialis monasterio non egredietur, nisi ejus quæ præfecta est benedictione: & neque sola, verùm cum aliâ vetulâ. Extra vero cubare nullo modo licet. Eodem modo & Monachus, nisi præfecto permittente, monasterio non egredietur.*

Τὸ μὴν, μένειν ποτε καθ' οἱονδήτινα τρόπον ἔξω τῆς μοναστηρίου μοναζουσαν, παντελῶς ὁ κανὼν ἀπηγόρευσε. δὲ, ἀνάγκης ἀπαραίτητου παρεμπίπτοιτος ταύτῃ ἐξέρχεσθαι τῆς μονῆς μὲν γνώμης καὶ εὐλογίας τῆς προεστώσης, καὶ αὖθις ἐπανέρχεσθαι, καὶ μένειν ἐν αὐτῇ, οὐ κεκώλυκεν, ἀλλὰ ἐπιτρέπει γίνεσθαι. πλὴν καὶ ἐν τούτῳ προστίθησι, τὸ μὴ μόνην ἐξέρχεσθαι, ἀλλὰ μετὰ τινῶν πρεσβυτίδων, καὶ προτετιμημένων ἐν τῷ μοναστηρίῳ· ὡσαύτως δὲ, οὐδὲ μοναχὸν, ἄνευ εὐλογίας τοῦ προεστῶτος αὐτῆς, βέλεται τοῦ μοναστηρίου ἐξελθεῖν. τοὺς δὲ παραβαίνοντας τὰ ὡρισμένα, προσφόροις ἐπιβάλλει ἐπιτιμίοις.

Monialem quocunque modo extra monasterium unquam manere canon omnino prohibet: eam autem, si inexorabilis aliqua inciderit necessitas, mansione exire cum voluntate & benedictione ejus qui præest, & rursum redire, & in eâ manere non prohibet, sed fieri permittit. Sed & in eo addit, eam non solum exire, sed cum vetulis quibusdam & quæ sunt in monasterio primæ. Similiter verò, nec monachum, sine benedictione ejus qui ipsi præest, monasterio exire vellet. Hæc autem decreta transilientes convenientibus pœnis subjicit.

ΚΑΝΩΝ μζ'.

Μήτε δὲ ἐν ἀνδρείῳ μοναστηρίῳ γυνὴ, μήτε ἐν γυναικείῳ ἀνὴρ καθευδέτω. παντὸς γὰρ προσκόμματος καὶ σκανδάλου ἔξω εἶναι δεῖ τοὺς πιστοὺς, καὶ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσδεκτον τῷ κυρίῳ ἑαυτοῖς διάγειν βίον. εἰ δέ τις τοῦτο πράξοι, εἴτε κληρικὸς εἴη, εἴτε λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

Canon XLVII.

Neque mulier in virorum monasterio, neque vir in mulierum dormiat. Extra offendiculum enim & scandalum fideles esse oportet, & ad id quod est decorum ac honestum, Deoque gratum, vitam suam componere. Si quis autem hoc fecerit, sive sit Clericus, sive Laïcus, segregetur.

ΒΑΛΣ. Παντὸς σκανδάλου ἀπηλλάχθαι ὁ κανὼν οὐχὶ τοὺς μοναχοὺς μόνους ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς πιστοὺς ἁπάντας, καὶ μήτε ἑαυτοῖς διὰ ἑτέρων πράττειν σκάνδαλα, μήθ' ἑτέροις διὰ ἑαυτῶν· τοὺς δὲ μοναχοὺς πολλῷ πλέον. τὸ δὲ ἐν γυναικείῳ μοναστηρίῳ καθεύδειν ἄνδρας ἢ τοὐναντίον, καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις σκανδάλων αἴτιον ἔσται καὶ ἄλλοις. ἔμφυτον γὰρ τῇ σαρκὶ τὸ πῦρ τὸ ἐκ τῆς παιδὸς, καὶ μόλις, ἡμῖν ὕλης ἀναπτέσεως αὐτὸ πόρρω καθιστῶσιν ἑαυτῶν, μαλθακώτερον ἡμῶν ἔσται· καὶ καταφλέξει ὡς χόρτον ἡμᾶς ῥᾳδίως. τί δ' ἂν ἔσται ἀνδράσι πρὸς τὸ τῆς ἐπιθυμίας πῦρ δραστικώτερον ὑποκαύμα γυναικὸς, ἢ γυναιξὶν αὖθις, ἀνδρὸς, πρὸς ἔξαψιν τῆς φλογός; καὶ οὕτω μὲν ἀλλήλοις οἱ μοναχοὶ λαβὰς σκανδάλου παρέξουσιν, ἕτερας δὲ σκανδαλίσουσιν ὀφθεῖσαι γυναῖκες ἐν ἀνδρῶν καταγωγίοις διανυκτερεύουσαι, ἢ ἄνδρας ἐν ἀσκητηρίοις γυναικῶν. καὶ γὰρ οἱ πλείους καὶ ἀφορμὰς ζητοῦντες σκανδάλων καὶ διαβολῶν. διὸ καὶ τοῖς πατράσιν ἀπηγόρευται τοῦτο. τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντας ἀφορισμῷ καθάζουσι. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. δὲ β'. κεφ. τῆς ρκγ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, ἤτοι δ' ιε'. κεφ. τοῦ ά. πίτλου τοῦ δ'. βιβλίου τοῦ βασιλικοῦ, φησὶν· οὐκ εἰσελεύσεται δὲ, οὔτε γυνὴ πάντελῶς εἰς ἀνδρικὸν μοναστήριον, οὐδὲ ἀνὴρ εἰς γυναικεῖον, ἢ προφάσει τελευτήσαντος κἀκεῖσε κειμένου μνήμης, ἢ καθ' ἕτερόν τινα αἰτίαν.

BALS. Ab omni scandalo esse remotos exigit canon, non solùm Monachos, sed & omnes fideles, & nec eis scandala per alios, nec aliis per eos dari: sed multo magis Monachos. In mulierum autem monasterio dormire viros, vel contrà, & illis ipsis est offensionis causa, & aliis. Carni enim innatus est animi perturbationum ignis, & vix, nobis etiam procul à materiâ quæ eum accendit nosmet constituentibus, debilior fiat. Quòd si nos ei fomites addiderimus, erit acris & vehemens, &, sicut fœnum, facilè nos incendet. Quod autem viris ad ignis cupiditatem potest esse acrius fomentum muliere, vel mulieribus rursus, viris, ad flammam excitandam? Et sic inter se quidem Monachi offensionis ansam præbebunt; aliis verò scandalum afferent, cùm viderint mulieres in virorum habitaculis pernoctantes, vel viros in mulierum asceteriis. Sunt enim quàm plurimi suspiciosi, offensionúmque & calumniæ occasionem quærunt. Quãobrem & hoc quoque à patribus interdictum est. Eos autem, qui aliter faciunt, segregatione puniunt. Et hæc quidem canon. Secundum autem caput cxxiii. Novellæ, seu xv. caput primi tit. iiii. libri Basilic. dicit: Non ingredietur autem omnino, nec mulier in virorum monasterium nec vir in mulierum, vel prætextu memoriæ ac monumenti alicujus mortui qui illic positus est, vel aliam ob causam. Et maximè, si quis fratrem

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

fortè vel sororem vel aliquem ex suo genere in monasterio se habere dixerit: non est enim cognatio Monachis, qui eam quæ est in cælo vitam æmulati sunt. Quid enim sibi volunt qui sic ingrediuntur, si non aliquid eorum, quæ sunt prohibita, volunt agere? Cùm ergo, quæ viris conveniunt, possint viri in virorum monasterio facere, & similiter quæ mulieribus attributa sunt, in mulierum monasteriis mulieres facere: nullus quoque misceatur alteri, nec si quis fortè dicatur frater vel soror vel alius cognatus. Neque enim alicui eo prætextu introire permittimus. Si enim ipsa principia absciderimus, & eam quæ per visum animis infunditur fraudem, &, quæ ex eo oritur, prolapsionem prohibuerimus, erit multo facilior & planior sacris concertatoribus vitæ melioris correctio. Omnes ergo illi legi pareant, & nec viri in mulierum monasteriorum sepulcris reponantur, nec mulieres in virorum inhumentur monasteriis. Neque enim viris Gynæcea, nec rursus mulierum catalogis virorum habitacula conveniunt. Hinc nec propter defunctos indecoras has congressiones à superstitibus fieri volumus: ne ex eo naturæ ad seipsam detur aditus, ut quomodo non fas est se delicatè gerat & ludat, & res divinas injuria afficiat, & pietatis utique prætextu & sub sanctitatis specie ea agat, quæ ne dicere quidem nec cogitare fas est eos qui honestam vitam monasticam persequuntur. Cùm hoc autem sit apertum, necesse est eos qui sepulturis deserviunt, & eos maximè qui lectum ferunt, & qui fodiunt, ad monasterium accedere. Et in virorum quidem monasteriis res est facilis, sed non sic in mulierum, propter dictam prohibitionem. Statuimus itaque, si quando quid ejusmodi futurum est, & sepelienda sit mulier in tali mulierum monasterio (virum enim non admittimus) ut religiosissimæ quidem mulieres in suo monasterio maneant; sola autem ostiaria vel ostiariæ & ipsa fortè rectrix, si velit, adsint iis quæ fiunt: & illi cùm primùm justa & exequias quàm celerrimè fecerint, & sepulcrum foderint, corpúsque contexerint, statim recedant, nec ullis à se visis religiosissimis fœminis, nec eis vicissim ab ullis earum conspectis. Sed nec viri alium excogitent prætextum, quo ad mulierum monasteria accedant, vel mulieres ad monasteria quæ viris dedicata sunt, ab obtentu eorum quæ in exequiis & justis mortuo præbendis fiunt; ut qui eorum memoriam faciunt, tertio & nono die convenientes, vel quando quadraginta dies venerint, vel etiam annus: cùm liceat quidem mulieribus, si mulierum sit monasterium, omnia facere; sin autem virorum, viris; & non talium observationum prætextu sanctis monasteriis aliquam infamiæ notam inurere.

ZONAR. Offensiones omnes & scandala evitare, neque vel ex aliis sibi peccandi occasiones quærere, vel aliis ipsi præbere, non ascetæ, sed omnes quidem fidei mysteriis initiati, proindeque multo magis monachi hoc canone jubentur. Quòd si in monasteriis mulierum viri pernoctent, aut contra, in eo, tum ipsorum qui id faciunt tum aliorum quoque, offensionem aliquam intercedere necesse est. Carni enim innatus est animi perturbationem ignis, & vix nobis, procul à materiâ, quæ eum accendit, nosmet constituentibus debilior fiat. Quod si etiam fomitem ipsimet ingeramus, invalescet vehementiùs, nósque nullo negotio fœni stipulæve instar absumet. Quid porrò ad cupiditatis in homine flammam excitandam muliere vehementius? quid vicissim, ut inflammetur hoc igne mulier, homine periculosius? Erunt igitur tum sibi invicem, qui in monasteriis degunt, offen-

A καὶ μάλιστα εἴτις ἀδελφὸν τυχὸν ἢ ἀδελφὴν ἤ τινα τῶν ἐκ τοῦ γένους ἔχειν ἐν τῷ μοναστηρίῳ φήσει· συγγένεια γὰρ τοῖς μοναχοῖς οὐκ ἔστι, τοῖς γε ἐν οὐρανῷ ζηλώσασι βίον. τί γὰρ δὴ καὶ βουλόμενοι τὰς τοιαύτας εἰσόδους ποιήσοιντο, εἰ μὴ βέλοιντό τι πράττειν τῶν ἀπηγορευμένων; ἐξὸν δῶν καὶ τὰ ἀνδράσι πρέποντα ἐν τοῖς ἀνδρικοῖς μοναστηρίοις ἄνδρας ποιεῖν, καὶ τὰ γυναιξὶν ὁμοίως ἀτονενεμημένα, ἐν τοῖς γυναικείοις μοναστηρίοις πράττειν γυναῖκας, οὐδενὸς ἐπιμιγνυμένου θατέρῳ· οὐδὲ εἴτις τυχὸν εἶναι λέγοιτο ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ ἢ ἄλλος συγγενής. οὐδὲ γὰρ κατὰ ταύτην τὴν πρόφασιν εἰσιτητὸν εἶναί τισι συγχωροῦμεν. εἰ γὰρ αὐτὰς τὰς
B ἀρχὰς ἐκκόψομεν, καὶ τὴν δι' αὐτῆς τῆς ὁράσεως εἰσκρινομένην ταῖς ψυχαῖς ἀπάτην, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ὄλισθον καλύσομεν· ἔσται πολλῷ ῥάων τε καὶ εὐκολωτέρα τοῖς ἱεροῖς ἀγωνισταῖς ἡ τοῦ κρείττονος βίου κατόρθωσις. πάντες τοίνυν τῷδε τῷ νόμῳ πειθέσθωσαν, καὶ μήτε ἄνδρες ἀποτιθέσθωσαν ἐν γυναικείων μοναστηρίων τάφοις, μήτε γυναῖκες ἀνδρικοῖς μοναστηρίοις κατορυττέσθωσαν. οὐδὲ γὰρ ἀνδράσι γυναικωνίτιδες πρέποισιν, οὔτε αὖθις ἀνδρῶνες τοῖς τῶν γυναικῶν καταλόγοις. οὐδὲ ἐντεῦθεν διὰ τοὺς τελευτήσαντας τοῖς περιοῦσι τὰς ἀσχήμονας ταύτας ἐπιμίξεις γίνεσθαι βουλόμενα· ἵνα μὴ πάροδος ἐντεῦθεν γένη-
C ται τῇ φύσει πρὸς ἑαυτὴν, ἃ μὴ θέμις τρυφᾶν τε καὶ παίζειν, καὶ τὰ θεῖα καταισχύνειν πράγματα, καὶ εὐσεβείας δῆθεν προκαλύμματι καὶ τῷ τῆς ὁσίας σχήματι ταῦτα πράττειν, ἅπερ οὐδὲ λέγειν οὐδὲ ἐννοεῖν τοῖς μονήρη βίον ἀσκοῦσι καλόν. ἐκείνου δὲ οὕτω φανεροῦ ὄντος, ἀνάγκη καθέστηκε τοὺς ταῖς ταφαῖς ὑπηρετουμένους, καὶ μάλιστα τοὺς τὴν κλίνην φέροντας, τούς τε ὀρύττοντας, εἰσφοιτᾶν εἰς τὰ μοναστήρια. καὶ ἐν μὲν τοῖς ἀνδρικοῖς μοναστηρίοις ὃ πρᾶγμα εὔκολον ἔστιν, ἐν δὲ τοῖς γυναικείοις οὐχ οὕτως, διὰ τὴν εἰρημένην ἀπαγόρευσιν. θεσπίζομεν τοίνυν εἴποτε μέλλοι τοιοῦτον γίνεσθαι, καὶ θάπτεσθαί τις
D γυνὴ ἐν γυναικείῳ μοναστηρίῳ (ἄνδρας γὰρ οὐκ ἐφίεμεν) τὰς μὲν εὐλαβεστάτας γυναῖκας ἐν τῷ οἰκείῳ μένειν μοναστηρίῳ· μόνην δὲ τὴν θυρωρὸν ἢ τὰς θυρωροὺς, καὶ τὴν ἡγουμένην ἴσως αὐτὴν, εἰ βουληθείη, παρεῖναι τοῖς γινομένοις· καὶ θᾶττον ἐκείνους πράξαντας τὰ περὶ τὴν ὁσίαν νενομισμένα, καὶ τὸν τάφον ὀρύξαντας, καὶ ὃ σῶμα καλύψαντας, εὐθὺς ἀποχωρεῖν μὴ τεθεαμένους τινὰς τῶν εὐλαβεστάτων γυναικῶν, μήτε παρά τινων αὐτῶν θεασθέντας. ἀλλὰ μηδὲ ἐπινοείτωσαν πρόφασιν ἢ ἄνδρες τῶν εἰς γυναικεῖα μοναστήρια παρόδων, ἢ γυναῖκες τῶν ἀνδράσιν ἀφωρισμένων, καὶ προφάσει τῶν περὶ τὴν ὁσίαν πραττομένων· ἃς δὴ μνήμας ποιοῦσιν, εἰς τρίτην καὶ ἐννάτην
E συνιόντες ἡμέρας, ἢ ἡνίκα τεσσαράκοντα ἐξήκοιεν, ἢ καὶ ἐνιαυτός. ἐξὸν, εἰ μὲν γυναικεῖον εἴη τὸ μοναστήριον, γυναῖκας ἅπαντα πράττειν· εἰ δὲ ἀνδρῶον, ἄνδρας· καὶ μὴ προφάσει τῶν τοιούτων παρατηρήσεων ἀδοξίαν τινὰ τοῖς εὐαγέσι μοναστηρίοις προστρίβεσθαι.

ΖΩΝΑΡ. Παντὸς σκανδάλου ἀπηλλάχθαι ὁ κανὼν οὐχὶ τοὺς ἀσκητὰς ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς ἅπαντας, καὶ μήτε ἑαυτοῖς δι' ἑτέρων περιποιεῖν σκάνδαλα, μήθ' ἑτέροις δι' ἑαυτῶν, τοὺς δὲ μοναχοὺς πολλῷ πλέον. ὃ
F δὲ ἐν γυναικείῳ μοναστηρίῳ καθεύδειν ἄνδρας, ἢ τοὐναντίον, καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις σκανδάλων αἴτιον ἔσται καὶ ἄλλοις. ἔμφυτον γὰρ τῇ σαρκὶ ὃ πῦρ ὃ ἐκ τῶν παθῶν, καὶ μόλις ἡμῖν ὕλης ἀναπτούσης αὐτὸ πόῤῥω ἑαυτοὺς καθιστῶσι μαλθακώτερον γένοιτ' ἄν. εἰ δὲ ἡμεῖς αὐτῷ παρατιθέαμεν ὑπεκκαύματα, λαῦρον ἔσεται, καὶ καταπρήσει ὡς χόρτον ῥᾳδίως ἡμᾶς. τί δ' ἂν ἔσται ἀνδράσι πρὸς ὃ τῆς ἐπιθυμίας πῦρ δραστικώτερον ὑπέκκαυμα γυναικὸς, ἢ γυναιξὶν αὖθις ἀνδρὸς πρὸς ἔξαψιν τῆς τοιαύτης φλογός. καὶ οὕτως μὲν ἀλλήλοις οἱ μοναστὰ λαβὰς σκανδάλου παρέξουσιν, ἑτέρους δὲ σκανδαλίσουσιν, ὁρῶν-

τας

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

τας γυναῖκας ἐν ἀνδρῶν κελαγωγίοις ἀγρυκτερεύουσι, ἢ ἄνδρας ἐν ἀσκητηρίῳ γυναικῶν ὁμοίως ποιοῦντας. ταχύποποι γὰρ οἱ πλείους, καὶ ἀφορμὰς ζητοῦντες σκανδάλων ἢ καὶ διαβολῶν. διὸ καὶ τοῖς παροῦσιν ἀπαγορεύεται τοῦτο εἰς σὴν δύσκριτον· τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντας ἀφορισμῷ κολάζουσιν.

A sionis causa, tum aliis quoque, quicunque aut muliebrem in diversorio virili, aut virorum in muliebri asceterio pernoctationem animadverterint. Suspicioſi etenim sunt plerique homines, quique offensionis & calumniæ occasiones undique aucupantur. Eam rem igitur, à recti specie quippe alienam, Patres hac constitutione damnant; quique constitutioni non paruerint, eos segregatione mulctari jubent.

ΑΡΙΣΤ. Οὔτε γυναῖκα χρεὼν ἐν ἀνδρῶν καθεύδειν μοναστηρίῳ· οὔτε γυναικῶν, ἄνδρα. Σαφές.

ARIST. *Neque mulierem in virorum, nec virum in mulierum monasterio dormire oportet.* Perspicuus.

ΚΑΝΩΝ μή'.

Canon XLVIII.

B

Η τῆς πρὸς ὁπουοῦν προβιβαζομένου γυνὴ κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τῆς οἰκείου ἀνδρὸς προχωρίζουσα, μὴ πρὸ ἐπ' αὐτῇ τῆς ὁπουοῦν χειροτονίαν, ἐν μοναστηρίῳ εἰσίτω πόρρω τῆς τοῦ Ἐπισκόπου καταγωγῆς ᾠκοδομημένῳ, καὶ τῆς ἐκ τοῦ Ἐπισκόπου προνοίας ἀπολαυέτω. εἰ δὲ καὶ ἀξία φανείη, καὶ πρὸς τὸ τῆς διακονίας ἀναβιβαζέσθω ἀξίωμα.

Uxor ejus, qui ad Episcopalem dignitatem promotus est, communi sui viri consensu prius separata, postquam in Episcopum ordinatus est, monasterium ingrediatur procul ab Episcopi habitatione extructum, & Episcopi providentia fruatur. Sin autem digna visa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem provehetur.

ΒΑΛΣ. Οἱ μὲν ἅγιοι ἀπόστολοι ἐν πέμπτῳ κανόνι διορίζόμενοι, Ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον πρὸ ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλέτω προφάσει εὐλαβείας, ἐνέδωκαν τοῖς Ἐπισκόποις καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἔχειν τὰς οἰκείας γυναῖκας. οἱ δὲ τῆς παρούσης συνόδου ἅγιοι πατέρες ἐν μὲν τῷ ιβ'. κανόνι διωρίσαντο ὅσα δεῖ καὶ ὥρισαν. ἀρτίως δὲ προκαλοῦνται καὶ ψηφίζονται εἰς ἐπισκοπὴν ἀποδίεσθαι τῆς προσούσης αὐτῷ γυναικός, καὶ κοινὴν αἵρεσιν, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐν μοναστηρίῳ εἰσέρχεσθαι τὴν γυναῖκα, πόρρω ὄντι τῆς ἐπισκοπῆς. Ὁ γὰρ ἀλλήλους ὁρᾶν συνεχῶς, ἀναμιμνήσκειν μέλλει πάντως αὐτοὺς τῆς προτέρας ἀναγωγῆς τε καὶ συμβιώσεως, καὶ ὑποκκαίειν καὶ ἔρωτα. οὕτω δὲ τούτου γινομένου, ἀξιοῦσθαι τὴν γυναῖκα παρὰ τοῦ Ἐπισκόπου προνοίας σωματικῆς, ἐνδεῆ οὖσαν· εἰ γὰρ ἀπορεῖ, οὐδέν τι δοθήσεται αὐτῇ παρὰ τοῦ Ἐπισκόπου. οὐ γὰρ αὐτὸς ἀπορῶν δύναταί τι εἰς ἑαυτὸν δαπανᾶν ἐκ τῆς εἰσόδων τῆς ἐπισκοπῆς. εἰ δὲ καὶ ὁ βίος τῆς γυναικὸς σεμνός ἐστι καὶ τοῦ βαθμοῦ τῆς διακονίας ἄξιος, καὶ πρὸς ταύτην προαναβιβασθήσεται. ταῦτα τοῦ κανόνος διορίζομένου, ἐρωτήσει τις, ὡς τῆς ρκζ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς τῆς πολλάκις ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ καταγραφείσης, ἀπαγορευούσης τὸ κατὰ συναίνεσιν τῆς ὁμοζύγων λύεσθαι τὰ συνοικέσια, πῶς ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται ἀποδίεσθαι κατὰ συναίνεσιν τοῦ χειροτονηθέντος ἀνδρὸς τὴν γυναῖκα; Λύσις. κατὰ συναίνεσιν μὲν οὐ λύεται συνοικέσιον· ἐξ ἀλόγου δὲ αἰτίας λύεται. καὶ ὥσπερ τοῦ ἑνὸς τῶν ὁμοζύγων ἀποκειρομένου λέγομεν ἀγαθῇ χάριτι τὴν διάζευξιν γίνεσθαι· οὕτω καὶ τοῦ ἀνδρὸς ψηφισθέντος, λυθήσεται μετὰ τὴν χειροτονίαν καὶ τὸ συνοικέσιον. καὶ οὐ δοκεῖ κατὰ συναίνεσιν λύεσθαι τοῖς νόμοις ἀποδεδόκτον· περὶ δὲ τῆς χειροτονίας οὐ λύεται, ὅτι εἰκὸς ἐστιν αὐτὴν μὴ προβῆναι διά τινα ἀναφυησόμενα δίκαια αἴτια. τί δὲ, τῆς γυναικὸς μὴ ἀρεσκομένης ἰδιοκτητῆσαι ἐκ τοῦ ψηφισθέντος ὁμοζύγου αὐτῆς, ἐμποδιεῖ ἡ χειροτονία; Λύσις. δοκεῖ μοι τὴν ψῆφον ἀκυροῦσθαι, ἐὰν ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς ἀνακαλῆται τὴν συζυγίαν. διὰ τοῦτο γὰρ εἴρηκεν ὁ κανὼν, καὶ συναίνεσιν καὶ αὐτῆς τὴν διάστασιν γίνεσθαι· εἰς μὴ δυναμένην γενέσθαι, εἰ αὕτη ἀπαναίνεται τὴν διάζευξιν. εἰ δέ τις ἐρεῖ, καὶ μὴν ἡ ἀποκαρσις καὶ μὴ θέλοντος θατέρου τὴν ὁμοζύγων γίνεται ἀσφαλῶς, εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἔστι μὲν τῆς ἀποκάρσεως, ὁ ὠφελιφθεὶς δύναται πρὸς συζυγίαν ἑτέραν ἐλθεῖν, ᾧ οὐκ ἀδικεῖται τοσοῦτον· ἔστι δὲ τῆς χειροτονίας, οὐ δύναται πρὸς ἕτερον γάμον ἐλθεῖν ἡ τοῦ χειροτονηθέντος γυνὴ ἀποκειρομένη, καὶ ὡς μεγάλως ἐντεῦθεν ἀδικουμένη, εἰσακουσθήσεται μὴ θέλουσι τὴν διάζευξιν.

B A L S. Sancti quidem Apostoli in v. canone definientes, Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus suam uxorem ne ejiciat pietatis prætextu, concesserunt Episcopos post ordinationem habere proprias uxores. Præsentis autem Synodi sancti patres in xii. quidem canone definierunt, quæ tandem definierunt. Nunc autem jubent eum, qui electus est Episcopus, ab ea quam habet uxore communi consensu separari, & post consecrationem mulierem monasterium ingredi, quod sit longè ab Episcopatu. Se enim invicem frequenter intueri, priorem eorum vitæ rationem ac consuetudinem est omnino in memoriam eis revocaturum, & amorem accensurum. Cùm hoc autem sic fiat, mulierem quidem ab Episcopo dignam existimari providentia corporali, si sit pauper: sin autem sit locuples, nihil ei ab Episcopo dignam existimari providentia corporali, si sit pauper: sin autem sit locuples, nihil ei ab Episcopo dabitur; quoniam nec si ipse quidem sit locuples, ex Episcopatû reditibus quidquam potest in seipsum expendere. Si autem ejus uxoris vita sit gravis & gradu diaconatûs digna, ad eam quoque provehetur. Hæc cùm à canone decernantur, interrogabit quispiam, cùm Iustiniani cxxvii. Novella, quæ in præsenti libro sæpe posita est, prohibeat conjugum consensu dissolvi matrimonium, quomodo decernit præsens canon, uxorem ab electo marito consensu separari? Solutio. Consensu quidem non solvitur matrimonium: sed justa de causa solvitur: & quemadmodum, si unus ex conjugibus tondeatur, dicimus bona gratia separationem fieri: ita & viro electo post ordinationem solvetur conjugium. Nec videtur consensu solvi matrimonium, quod legibus non admittitur. Ante ordinationem autem non solvitur, quoniam consentaneum est eum fortè non provehendum propter aliquas probabiles causas exorturas. Quòd si mulieri non placeat seorsum à suo conjuge, qui electus est, vitam agere, impedietúrne ordinatio? Solutio. Videtur mihi esse infirmanda electio, si uxor mariti conjugium revocet. Propterea enim dixit canon, ejus quoque consensu separationem fieri: ut quæ non possit fieri, si ipsa divortium recuset. Si quis autem dicat, Atqui monachalis tonsura, etiam nolente altero ex conjugibus, fit securè; dic ei, quòd in tonsura quidem, is qui relictus est, potest ad alterum venire conjugium, nec tanta injuria afficitur: in consecratione autem non potest ad alterum venire matrimonium consecrati Episcopi uxor quæ tondetur, & ut quæ magna ea ex re injuria afficiatur, audietur si nolit separari. Quòd autem ordinati

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

dinati uxor tonderi, & monasticam vitam agere non cogetur, coram Imperatore sancto Domino Isaacio Angelo disceptatum est, mense Septembri indictionis v. præsentibus tribus Patriarchis, Constantinopolitano, Antiocheno, & Hierosolymitano, & Metropolitanis circiter xl. & judicatum est, quòd ordinati uxor necessariò detonderi debet. Quære igitur dictam constitutionem, in Chartophylacio repositam. Præterea interrogabit aliquis, cur, cùm canon dicat, Nullum monasticam vitam invitum subire oportere, ejus, qui electus est, uxor, quæ nihil mali fecit, in monasterium includitur? Sol. Dicunt quidam, quòd quoniam canon non statuit expressè eam esse tondendam, includetur quidem in monasterio, tonderi tamen non cogetur, quemadmodum & adulteratæ mulieres, vel quæ alias extremè deliquerunt: & maximè quoniam etiam ad Diaconatus dignitatem vult eam posse provehi, quæ aliquando mulieribus laïcis concedebatur. Mihi autem videtur oportere eam necessariò tonderi. Licebat enim ei ante consecrationem, ut dictum est, à proprio marito non separari, & ita efficere, ut nec consecratio nec tonsura locum haberet. Quoniam autem per consecrationem divortium elegit, per tonsuram cogetur separationem perficere, & non ludere ubi non est ludendum. Cum laïco enim habitu eam esse in monasterio, supplicii non beneficii opus est: quod ad non parvum consecrationis dedecus spectat. Quare nec vi suscipi tonsura, sed sponte ac consilio reputatur. Quòd autem laïcæ solum mulieres dignæ Diaconissæ dignitate habeantur, verum non est. Nam & monachæ ea dignæ habebantur. Alioqui si concessum fuerit, ut cum laïco habitu ingrediatur monasterium, ejus qui consecratus est uxor, justè ac probabili de causa extrà quoque versari quæret, fortè autem etiam cum alio viro conjungi, vel etiam cum eo, qui Episcopus factus est, consuetudinem habere: quod quidem est absurdum, & contra divinorum canonum voluntatem. Nota ergo hæc omnia, & maximè propter eos qui existimant Sacerdotum uxores posse etiam secundò nubere. Existimo enim, quòd ab hoc canone, eis secundò nubere non permittetur. Quoniam autem in multis novanocanonis invenitur Iustiniani novella (sita in iii. lib. Basilic. tit. primo cap. vii. quod quidem positum est à nobis in cap. xxiii. primi tituli præsentis operis) quæ statuit ad Episcopalem dignitatem non esse provehendum qui habet uxorem vel liberos, vel eum alioqui, qui præter hæc facit, deponendum, & frequens de ea re mentio facta est: Dicimus eam Novellam exoleviſſe, eo quod in Basilicis non ponitur; hunc autem canonem esse in usu, & secundam Novellam Imperatoris Domini Leonis philosophi, quam lege, quæ hæc apertè decernit circa finem. Nostra igitur Imperatoria, quæ ex Deo est, majestas, si mandatis Divinis insistatur, id longè convenientius fore animadvertens, consonam illis profert legem; & quemadmodum ipsis videtur ad primarium Sacerdotium promoveri, qui illo honore alioqui dignus sit, etiamsi liberos habeat legitimos: & ita quidem censens, ut à lege quæ contradicere ausa fuit, in audaciæ pœnam perpetuum in futurum exigatur silentium.

A

B

C

D

E

F

ZONAR. Si quis maritus ad Episcopale munus vocetur, eum non ab uxore invita divelli, sed ea consentiente & volente divortium fieri; eo vero facto, ne vel sub eodem tecto, vel in vicinis ædibus uxor habitet, sed in monasterio procul ab Episcopi statione degat, hoc canone constitutum. Mutuus namque & quotidianus illorum inter se conspectus, prioris vitæ consuetudinisque memoriam proculdubio renovabit, & amoris in utroque flammam accendet. Uxori vero longè,

Τὸ ὀφεῖλον τῆ μὴ ἀναγκάζεσθαι τὴν γυναῖκα τῆ χειροτονηθέντος ἀποκείρεσθαι καὶ μοναζειν, ἐλλιπὲς ὑπάρχον τῆ βασιλέως τῆ ἁγίου κυροῦ Ἰσαακίου τοῦ Ἀγγέλου ᾧ ἐπὶ σεπτεμβρίου μηνὸς τῆς ε'. ἰνδικτιῶνος, ὄντων παρόντων τῶν, τῆ Κωνσταντινουπόλεως, τῆ Ἀντιοχείας, καὶ τῆ Ἱεροσολύμων, καὶ μητροπολιτῶν ὡσεὶ μ'. καὶ διεγνώσθη ὀφείλειν ἀποκείρεσθαι ᾧ ὁ ἀπαραίτητον τὴν γυναῖκα τῆ χειροτονηθέντος. ζήτει γοῦν ὃ τοιοῦτον σημείωμα κατεχόμενον ἐν τῷ χαρτοφυλακίῳ. ἔτι ἐρωτήσῃ τις διὰ τί τῶν κανόνος λέγοντος μηδένα ᾧ μονήρη βίον ἄσκοντα ὑποδύεσθαι, ἡ τῆ χειροτονηθέντος γυνὴ μηδὲν ἀδικήσασα ἐγκλείεται εἰς ὃ μοναστήριον; Λύσις. τινὲς λέγουσιν ὡς ἐπεὶ ὁ νόμων ὑ διορίζεται αὐτῷ ῥητῶς ἀποκείρεσθαι, ἀποκλεισθήσεται μὴ εἰς ὃ μοναστήριον, ἀποκαρῶσαι δὲ οὐκ ἀναγκασθήσεται, κατὰ ὃν μοιχευθεῖσης γυναῖκας, ἡ καὶ ἄλλως ἐγκάτως ᾠδαπεσύσας· καὶ μάλιστα ὅτι καὶ φησὶ ὃ τῆς διακονίας ἀξίωμα θέλει παύτῳ φυλάττεσθαι, ὃ ταῖς λαϊκαῖς γυναιξὶ ποτὲ χαριζόμενον. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἐξ ἀνάγκης ὀφείλειν αὐτὸν ἀποκείρεσθαι. ἐξὸν γὰρ παύτῃ φυλάττεσθαι τῆς χειροτονίας, ὡς εἴρηται, μὴ διαζυγιῶσαι τῆ οἰκείου ἀνδρὸς, καὶ τοῦτον καὶ τῶν χειροτονίαν ἀποκτῆσαι καὶ τῶν ἀποκαρσιν. ἐπεὶ δὲ διὰ τῶν χειροτονίαν τῶν διάζυξιν ἐρεπίσαι, ἀναγκασθήσεται διὰ τῆς ἀποκείρεως πλείωσαι ὃ διάζυγιον, καὶ μὴ παίζειν ἐν οὐ παικτοῖς. τὸ γὰρ μὴ λαϊκοῦ σχήματος ἐν αὐτῷ εἰς ὃ μοναστήριον, κολάσεως ἔργον ὄντων οὐκ ἐνεργείας· ὅθεν εἰς ἀτιμίαν τῆς χειροτονίας ἀφορᾷ οὐ μικράν. δεῖ οὖν λογίζεσθαι ἀναγκαστικὴ ἡ ἀποκάρσις, ἀλλὰ αἱρετή. τὸ δὲ λαϊκὰς μόνας γυναῖκας ἀξιοῦσθαι διακονικοῦ ἀξιώματος, οὐκ ἔστιν ἀληθές· καὶ μοναζούσας γὰρ ἠξιοῦντο αὐτῶ. ἄλλως τε εἰ δοθῇ μὴ λαϊκοῦ σχήματος ἐν εἰς ὃ μοναστήριον τὴν τῆ χειροτονηθέντος γυναῖκα, ζητήσῃ διάλογος καὶ ὀκτὼς διαμείνῃ αὐτῆ, ἴσως δὲ καὶ συζυγῆναι ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἡ καὶ μὴ τῆ ὑποκρυβέντος συνδιάγειν. ὅθεν ἄτοπον καὶ τοῖς θείοις κανόσιν ἀδούλητον. σημείωσαι δὲ καὶ πάντα διὰ τὰς ἀξιουμένας δευτερογαμεῖν ταῖς τῶν ἱερέων γυναῖκας. νομίζω γὰρ ὡς ἀπὸ τῶν νέοντος κανόνος οὐ προχειρισθήσονται δευτερογαμῆσαι. ἐπεὶ δὲ ἐν πολλοῖς τῶν νομοκανόνων εὑρίσκεται νεαρὰ Ἰουστινιάνου (κεῖται δὲ ἡ τοιαύτη νεαρὰ καὶ εἰς βιβλίον γ'. τῶν βασιλικῶν, πτλ. α'. κεφ. ζ'. ὅθεν καπτέον ἡμῶν εἰς κεφ. κγ'. τοῦ α'. πτλου τοῦ νέοντος συντάγματος,) δηλουμένη μὴ ἀνάγεσθαι εἰς ἀξίωμα διακονικὸν ᾧ ἔχοντα γυναῖκα ἢ τέκνα, ἢ μᾶλλον ᾧ καὶ παῦτα χειροτονησόμενον καθαιρεῖσθαι, καὶ ἐλαλήσαμεν τὰ νῦν πολλάκις, λέγομεν ὡς τὰ τῆς τοιαύτης νεαρᾶς ἠσφάκτησεν διὰ τὸ μὴ πεθῆναι εἰς τὰ βασιλικὰ, καὶ ἐνεργοῦσι τῷ τοῦ νέοντος κανόνος, καὶ ἡ δευτέρα νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, ἣν καὶ ἀναγνῶτε, διορίζομένου ὅθεν τὸ πλος. ταῦτα ῥητῶς. ἡ οὖν ὀκ ἔστιν βασιλεία ἡμῶν τοῦτο ἁρμοδιώτερον καταναοῦσα τοῖς θείοις ἑπεσθαι ἐντάλμασι, σύμφωνον ἐκείνοις ἐκφέρει νόμον. καὶ ὥσπερ αὐτοῖς δοκεῖ τὸ πρὸς ἀρχιερωσύνην ἀνάγεσθαι τὸν ἄξιον τιμῆς, κἂν ὦσι γονεῖς νόμῳ τετιμημένοι· οὕτως ὁρίζουσα καὶ ἀντιφθέγγεσθαι θρασυνθέντα νόμον, δίκην τῆς θρασύτητος, τὴν εἰς καὶ ἔπειτα χρόνον καὶ διηνεκῆ ἀφωνίαν εἰσπράττεσθαι.

ΖΩΝΑΡ. Οὐκ ἀκούσης τῆς γυναικὸς διαζεύγνυσθαι αὐτῆς καὶ ἄνδρα βούλεται ὁ καινὸς καλούμενος εἰς ἐπισκοπήν, ἀλλ' ἐκ συμφώνου, καὶ διαζυχθεῖσαν μὴ συνοικεῖν αὐτῷ, μήτ' εἶναι τῆς ἐκείνου κατοικίας οἰκεῖν, ἀλλ' ἐν μοναστηρίῳ πόῤῥω κειμένῳ τῆς τοῦ Ἐπισκόπου καθέδρας. ὁ γὰρ ἀλλήλους ὁρᾶν συνεχῶς ἀναμνήσκειν μέλλει πάντως αὐτοὺς τῆς φορτέρας διαγωγῆς τε καὶ συμβιώσεως, καὶ ἐκκαίειν σφίσι καὶ ἔρωτα. πόῤῥω δὲ οὖσαν φροντίδος

φροντίδος ἀπολαύειν κελεύει τῆς Ἐπισκόπου. τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτε μὴ οἴκοθεν ἐκείνη διώκηται εἰς τὰ ἀναγκαῖα ἐφόδια ἑαυτῇ. εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἐπίσκοπος οὐ συγκεχώρηται περαιτέρω τῶν ἀναγκαίων εἰς ἑαυτὸν δαπανᾶν ἐκ τῶν τῆς ἐπισκοπῆς προσόδων, καὶ τοῦτο, ὅτε μὴ οἴκοθεν ἀπορεῖ τῶν ἀναγκαίων, πῶς οὐ μᾶλλον τῇ προίκι συνοικησάσῃ αὐτῷ κωλυθήσεται χορηγεῖν τι ἐκ τῶν τῆς ἐκκλησίας, δικαιοῦσθαι προείζεσθαι τὸ πρὸς ἔγκτησιν ἄλοθεν ἢ ὡς χρεὼν ἐνδεῖ κἀκείνῃ, ὅτε μὴ ἔχει, παρέξει ἐκ τῶν τῆς ἐπισκοπῆς. εἰ δὲ καὶ ὁ βίος αὐτῆς σεμνὸς εἴη, καὶ τοῦ βαθμοῦ τῆς διακονίας ἄξιος, καὶ πρὸς ταύτην προβιβασθήσεται.

ΑΡΙΣΤ. Ἡ διαζευχθεῖσα τοῦ Ἐπισκόπου μέλοντος δέξασθαι, μετὰ τὴν χειροτονίαν εἰσίτω πρὸς μοναστήριον, τῆς ἐπισκοπῆς πορρωτάτω, καὶ ἀπολαυέτω τῆς προνοίας τοῦ Ἐπισκόπου.

Διὰ τὸ μὴ σκάνδαλον καὶ πρόσκομμα τοῖς λαοῖς γίνεσθαι, δεῖ τὴν κοινὴν συμφωνίαν, ἣν ἀνδρὸς αὐτῆς διαζευχθεῖσαν, πρὸς ἐπισκοπῆς πρεσβείαν ἀναφθῆναι, εἰς μοναστήριον εἰσέρχεσθαι, μετὰ τὴν χειροτονίαν αὐτῆς, πόρρω κείμενον τῆς τοῦ Ἐπισκόπου καταμονῆς. τὴν δὲ πρόνοιαν αὐτῆς πᾶσαν χρεὼν παρὰ τοῦ Ἐπισκόπου.

A inquit, agenti, Episcopi cura providentiáque subveniet. Quod quidem ita est accipiendum, nisi mulieri scilicet, ex domestica istius copia, opportuna vitæ subsidia suppeditari queant. Si namque Episcopo ipsi, ne sui quidem commodi causa, quidquam ex Episcopatus sui proventibus, præterquam in necessarios ulus, idque nisi domesticis facultatibus destituto, insumere concessum est: quanto minus illi ad uxoris relictæ subsidium derivare aliquid ex Ecclesiæ bonis, si mulieri vitæ opportunitates aliunde suppeditentur, licebit? Igitur uxori quoque, ut indigenti, cum eam cuncta fecerint, ex Episcopali proventu submi-
B nistrabit. Quòd si etiam morum gravitate dignam se honore Diaconatûs exhibuerit, ad eum quoque gradum evehi fas esse decernit.

ARIST. *Quæ à futuro Episcopo separatur, post ordinationem Monasterium ingrediatur, procul Episcopatus situm, & Episcopi curâ fruatur.*

Ne scandalum & offensio populo detur, oportet eam communi consensu à viro suo ad Episcopatus dignitatem promoto separatam, Monasterium, post ipsius ordinationem, procul ab Episcopi habitatione extructum ingredi: Episcopum autem ei omnino
C providere.

ΚΑΝΩΝ μθ'.

Ἀνανεούμενοι καὶ τοῦτον τὸν ἱερὸν κανόνα, ὁρίζομεν ὥστε τὰ ἅπαξ καθιερωθέντα μοναστήρια καὶ γνώμῃ Ἐπισκόπου, μένειν εἰς ὃ διηνεκῆ μοναστήρια, καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πράγματα φυλάττεσθαι τῷ μοναστηρίῳ, καὶ μηκέτι διαφόρως γίνεσθαι αὐτὰ κοσμικὰ καταγώγια, μηδὲ ἀπό τινος τῶν ἁπάντων κοσμικοῖς ἀνδράσι ταῦτα ἐκδίδοσθαι, ἀλλὰ εἰ καὶ μέχρι νῦν γέγονε τοῦτο, μηδαμῶς κρατεῖσθαι ὁρίζομεν· τοὺς δὲ ἀπὸ τοῦ νῦν τοῦτο πράττειν ὁρμωμένους, ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις.

D

ΒΑΛΣ. Ὁ κδ'. κανὼν τῆς δ'. συνόδου προσῳμένου, ὡς ἔοικεν, ἀνανεοῦται ἀρτίως, καὶ ἀναγνωστέον τὴν ἑρμηνείαν καὶ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ιγ'. κανόνος τῆς ζ'. συνόδου ἀναγκαίαν οὖσαν.

ΖΩΝΑΡ. Οὗτος ὁ κανὼν προερμήνευται. κδ'. ὢν τῆς δ'. συνόδου.

ΑΡΙΣΤ. Ὅσα καὶ γνώμῃ Ἐπισκόπου πέπηγε μοναστήρια, μηκέτι κοσμικοῖς καταγώγια γίνεσθαι· μήτε κοσμικοῖς ἀν-
E δράσιν ἐκδίδοσθαι.

Τὰ αὐτὰ τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κανόνι τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ ὁ κανὼν οὗτος λέγει. ὁ γὰρ τετάρτος κανὼν τῆς αὐτῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κωλύει ὃ κτίζεσθαι μοναστήριον, ἄνευ ἐνιαυτῆς καὶ τόπου Ἐπισκόπου.

CANON XLIX.

Hunc sacrum etiam Canonem renovantes, decernimus, ut quæ Episcopali voluntate semel consecrata fuerint Monasteria, semper Monasteria maneant, & res quæ ad ipsa pertinent Monasterio serventur, & ea non possint esse amplius secularia habitacula, nec ab ullo secularibus tradi hominibus; sed etiam si hoc hucusque factum est, nequaquam servandum decernimus: eos autem, qui in præsentia & deinceps hoc facere aggrediuntur, Canonum quoque pœnis subjici.

BALS. Vigesimus quartus Canon quartæ Synodi contemptus, ut est verisimile, hîc renovatur. Et lege eam quæ illic est interpretationem, & interpretationem Can. xiii. Syn. vii. quæ necessaria est.

ZONAR. Hic Canon antea interpretatus est, ut qui sit xxiiii. Syn. iiii.

ARIST. *Quæcunque Episcopi sententiâ extructa sunt Monasteria, ne secularibus postea fiant habitacula, nec hominibus secularibus elocentur.*

Eadem quæ vigesimus quartus Synodi Chalcedonensis, etiam hic Can. dicit. Cæterùm quartus ejusdem Synodi Chalcedonensis Can. prohibet extrui Monasterium, sine ejus qui loco præest Episcopi voluntate.

ΚΑΝΩΝ ν'.

ZONAR. Videtur hoc quidem canone, ne baptiſmus in privato ſacello miniſtretur, penitus interdictum; quique id auſus fuerit, initiatum deponi, Laicos vero ſegregatione teneri placet. Duodecimus vero canon primæ & ſecundæ in templo ſanctorum Apoſtolorum habitæ Synodi, à clero ſepoſitos, hoc eſt, Epiſcopi auctoritate ex omni clero loci illius, qui in privata æde ſacra facturi ſunt, eíque muneri ſeparatim addictos eſſe oportere decernit. Illud ergo ex utroque hoc canone efficitur, ut in tali oratorio ſacra peragere, baptiſmúmque miniſtrare, nec omnino vetitum, nec omnibus permiſſum eſſe intelligamus: ſed qui ejuſmodi ſacra miniſteria privatim obituri ſunt, eos delectos, & bene cognitos eſſe Patres voluerunt; nec alium præterea ad illa quenquam admitti, nec cujuſque ſacerdotis voluntati hoc conceſſum eſſe; ſed ex regionis Epiſcopo veniam impetrari. Quicunque verò ſeſe non vocati operi accinxerint, deponi, quique eis communicaverint, ſegregari jubet. Primo quoque & trigeſimo canone eadem hæc ſexta Synodus in ejuſmodi oratorio ſacra myſteria peragere & baptizare, niſi Epiſcopo annuente, vetat.

ARIST. *In ædibus oratoriis intra domum conſtitutis baptiſmum non celebrabunt. Qui hoc autem non obſervat, Clericus quidem deponitur: Laicus autem ſegregatur.*

In oratorio quod eſt intra domum ſacra facere, ita volente regionis iſtius Epiſcopo, trigeſimus primus Synodi præſentis canon præſcripſit: licet quinquageſimus octavus Synodi Laodicenſis canon illud ab Epiſcopis aut Presbyteris fieri prohibuit. Baptiſmum autem celebrari in ejuſmodi ædibus oratoriis præſens canon vetat, mandatque eos, qui divinâ illuminatione habebuntur digni, catholicas adire Eccleſias, & in iis dono iſto perfrui. Sin minùs, eum, qui decreta hæc transgreditur, ſi quidem Clericus ſit, deponi: ſi verò Laicus, ſegregari.

CANON LX.

Cùm clamet Apoſtolus, quòd qui Domino adhæret unus eſt ſpiritus, clarum eſt, quòd qui etiam cum contrario init familiaritatem ac conſuetudinem, cum illo conjunctione unum fit. Eos ergo qui ſe dæmone correptos eſſe ſimulant, & morum improbitate eorum figuram & habitum ſimulatè præ ſe ferunt, viſum eſt omni modo puniri, & ejuſmodi afflictionibus laboribúſque ſubjici oportere, quibus ii qui verè à dæmone correpti ſunt, ut à dæmonis operatione liberentur, jure ſubjiciuntur.

BALS. Eos qui ad lucrum ſibi parandum ſe dæmone correptos eſſe ſimulant, & cum mala ſatanica conſcientia quædam dæmoniaca inſtar vatum gentilium prædicant, canon puniendos eſſe decernit, iis denique afflictationibus laboribúſque ſubjici, quibus ſubjiciantur & qui verè dæmoniaci fuerint, ut à dæmone liberentur. Dicit autem & eorum ſimulatione dæmones quoque illis familiares fieri. Ego autem, cùm videam ejuſmodi complures civitates obeuntes, & non puniri, ſed ut ſanctificatos à quibuſdam obviis ulnis excipi, cauſam ſcire deſidero, & correctionem poſtulo. Atqui Stauracium illum Oxybaphum, qui revera juſtus erat, eam autem quæ eſt propter Deum ſtultitiam agebat propter ſeductores, cum Hypocritis per ignorantiam ponebam: fortaſſe autem à me nonnulli quoque alii præjudicio affecti ſunt. Oportebat ergo talia per præſentem canonem prohiberi, ne boni propter malos puniantur. Multi enim ſunt modi ſalutis animæ, & poteſt quis per eos ſervari abſque ullo ſcandalo. Hæc autem non ex meopte ingenio dico, ſed ex bonorum

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲν κανὼν ἅπας καθάπαξ ἔοικε κωλύειν ὃ γίνεσθαι βάπτισμα ἐν δικτυείῳ οἰκίῳ ὄντι, καὶ Ⓐ τοῦτο τολμῶντα ἱερωμένον καθαιρεῖ, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζει. ὁ δὲ δωδέκατος κανὼν τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συστάσης, ἀπεκλησιάζεσθαι ἢ βούλεται τοὺς ἐν δικτυείῳ λειτουργοῦντας ἔνδον οἰκίας ὄντι, ἀντὶ τῶν ὡρισμένους ἐκκεχωρημένους παρὰ τῆς κῆς τόπον Ⓔπισκόπου. τοῦτο οὖν ἐξ ἀμφοῖν τῶν κανόνων τούτων καταλαμβάνεται, ὅτι μὲν πάντη κεκώλυται τὸ ἱερουργεῖν ἐν δικτυείῳ τοιούτῳ καὶ βαπτίζειν, ὅτι πάντη ἐπετήρητο, ἀλλὰ ὡρισμένους καὶ ἐγνωσμένους ἤθελον οἱ πατέρες εἶναι τοὺς μέλλοντας ἐν δικτυείοις ἱερουργεῖν, καὶ παρ' ἐκείνους ἑτέρῳ μὴ ἐξεῖναι τοῦτο ποιεῖν, μηδὲ τῇ ἑκάστου ἱερέως βουλήματι τοῦτο ἄνετον εἶναι· ἀλλὰ τῇ Ⓔπισκόπου δὲ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνειν τὴν ἐπιχώρησιν. τὸ δὲ ἐξ οἰκείας ὁρμῆς τοῦτο ποιοῦντας καθαιρεῖσθαι, καὶ τὴν μεταρρύθμισιν τῆς κοινωνίας αὐτοῖς ἀφορίζεσθαι. καὶ ὁ τριακοστὸς πρῶτος κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου ταύτης καὶ ἡνωμένης τῇ Ⓔπισκόπου ἱερουργεῖν καὶ βαπτίζειν ἐν δικτυείῳ τοιούτῳ οἴκῳ προστάσσει.

ΑΡΙΣΤ. Ἐν δικτυείοις οἴκοις ἔνδον οἴκου οὐκ ἐπιτελέσουσι βάπτισμα. ὁ δὲ μὴ φυλάξας, κληρικὸς μὲν, καθαιρεῖται· λαϊκὸς δὲ, ἀφορίζεται.

Τὸ μὲν, ἐν δικτυείῳ οἴκῳ ἔνδον οἰκίας τυγχάνοντι λειτουργεῖν μὴ γνώμης τῆς κῆς χώρας Ⓔπισκόπου, ὁ τριακοστὸς πρῶτος κανὼν τῆς ἁγίας συνόδου προεστήσατο· καὶ ὁ πεντηκοστὸς ὄγδοος κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου τοῦτο ἐκώλυσε γίνεσθαι παρὰ Ⓔπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων. τὸ δὲ βάπτισμα τελεῖσθαι ἐν δικτυείοις τοιούτοις οἴκοις ὁ παρὼν ἀπαγορεύει κανών, καὶ προστάττει τοὺς μέλλοντας ἀξιοῦσθαι τοῦ φωτίσματος Ⓒ, ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις προσέρχεσθαι, καὶ ἐν αὐταῖς τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀπολαύειν· εἰ δὲ μή, Ⓑ παραβαίνοντα τὰ ὡρισμένα, εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρεῖσθαι· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεσθαι.

ΚΑΝΩΝ ξ.

Τοῦ ἀποστόλου βοῶντος, ὅτι ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι, προσῆκον ὡς καὶ ὁ τῷ ἐναντίῳ ἑαυτὸν οἰκειοῦν, ἐν γίνεται τῇ πρὸς αὐτὸν συναφείᾳ. τοὺς τοίνυν δαιμόνων ὑποκρινομένους, καὶ ὄντων φαυλότητι προσποιοῦντας τὰ ἐκείνων σχηματιζομένους, ἔδοξεν ὅτῳ ὁμοτιμᾶσθαι πάθει, καὶ παιδαγωγίαις καὶ πόνοις ὑποβάλλειν, οἷς ἂν οἱ ἀληθῶς δαιμονῶντες ὑποβληθεῖεν, ἵνα ἀπαλλαγεῖεν τοῦ δαίμονος. φησὶ δὲ καὶ πῶς προσποιοῦνται αὐτοῖς τοὺς δαίμονας οἰκειοῦσθαι. ἐγὼ δὲ βλέπων πολλὰς τοιούτους τὰς πόλεις περιερχομένους, καὶ μὴ κολαζομένους, ἀλλὰ καὶ ὡς ἡγιασμένους ἀσπαζομένους παρά τινων, ζητῶ μαθεῖν τὴν αἰτίαν, καὶ ἐξαιτοῦμαι πῶς διόρθωσιν. Ⓑ μέντοι συμφέρον ἐκεῖνον τὸν Ὀξυβάφον, Ⓑ ὡς ἀληθῶς δίκαιον, ὑποκρινόμενον τῷ θεῷ θεὸν μορφὴν θεοῦ καὶ τὰς ἀπατεώνας, μετὰ τῆς ὑποκριτοῦς ἐπιμελοῦς καὶ ἀγνοίας· παρομοίως δὲ ἐμοὶ καὶ ἑτέροις ἴσως ἵνα ἐπειμαρτήσωμεν ἤδη οὖν τοῦ τοιαῦτα κωλυθῆναι κατὰ Ⓑ πάντα κανόνα, ἵνα μὴ καὶ οἱ ἀγαθοὶ διὰ τοὺς φαύλους δοκιμῶνται. πολλοὶ γάρ εἰσι τρόποι σωτηρίας ψυχῆς, καὶ δύναταί τις δι' αὐτοῦ σωθῆναι σκανδάλου δίχα πάντως. ταῦτα δὲ λέγω, οὐκ οἰκόθεν, ἀλλ' ἐξ ἀφηγήσεως καλῶν ἀνδρῶν,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἀνθρώπων, πλασαμένων μὲν τὴν τοιαύτην θεάρεστον δῆθεν διαγωγὴν, καταγνόντων δὲ ταύτης ὡς ἐπωλέθρου, καὶ καταγούσης εἰς σατανικὴν μερίδα. διά τοι τοῦτο καὶ διάφοροι ἁγιώτατοι πατριάρχαι πολλοὺς προσκαθημένοις μετὰ ἀλύσεων ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Νικήτα, καὶ ἑτέρους τὰς τριόδους περιερχομένους, καὶ προσποιουμένους δαιμονᾶν, κατέσχον μετὰ αὐθεντίας, καὶ εἰς δημοσίας φρουρὰς κατέκλεισαν ἀκολούθως τῷ κανόνι.

A virorum narratione, qui hanc utique Deo gratam vivendi rationem effinxerunt, sed eam, ut perniciosam & ad partem satanæ deducentem, condemnarunt. Et eam ob causam multi etiam sancti Patriarchæ multos cum catenis assidentes in æde sancti magni martyris Nicetæ, & alios trivia obeuntes, & se dæmone corripi præ se ferentes, cum auctoritate detinuerunt, & in publicis custodiis canoni consequenter incluserunt.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς προσποιούμενοι δαιμονᾶν εἰς πόρον κέρδους τῇ ὑποκρίσει ταύτῃ ἐκέχρηντο, ἢ καὶ νῦν κέχρηνται. τοῦτο κωλύει ὁ κανὼν ἐστὶ, καὶ τοὺς σχηματιζομένους τοιαῦτα ἐπιτιμᾶσθαι ὁρίζει. καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐπιτιμᾶσθαι, ἀλλὰ βαρύτερον καὶ σκληραγωγίαις αὐτοὺς καὶ πόνοις ὑποβάλλεσθαι τοιούτοις, οἵοις ἂν οἱ ἀληθῶς δαιμονῶντες ὑποβληθεῖεν, ἵν' ἀπαλλαγεῖεν τοῦ δαίμονος. λέγει γὰρ, ὅτι διὰ τρόπων φαυλότητα τῷ δαίμονι προσοικειοῦντες ἑαυτοὺς ἓν γίνονται τῇ πρὸς αὐτὸν συναφείᾳ, καὶ ἐπάγει μαρτυρίαν ἐκ τοῦ μεγάλου Παύλου λέγοντος, ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν.

B Zonar. Quidam homines, cùm à dæmone se correptos esse simularent, ea simulatione, quod nunc quoque contingit, ad quæstum abutebantur. Id hoc canone vetitum est, ac ejusmodi impostores pœnis, & quidem gravioribus, coërcendos esse decretum. Eos quippe iisdem laboribus & asperitatibus exerceri placet, quibus qui arreptitii revera sunt, dæmonis fugandi causa fatigantur. Nam illi, inquit, ob morum improbitatem se in familiaritatem cacodæmonis insinuantes, impuro spiritui intima conjunctione copulantur: quam rem magni Pauli testimonio confirmat; Qui Deo, inquit, adhæret, unus est spiritus.

ΑΡΙΣΤ. Εἴ τις ὑποκρίνεται δαιμονᾶν, τὰ τῶν δαιμονώντων ἐπιτίμια ὑποστήσεται.

C Arist. *Qui dæmone se correptum simulat, dæmoniacorum pœnas subibit.*

Εἰ ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, κατὰ τὸν ἀπόστολον, ἓν πνεῦμά ἐστι, πρόδηλον ὡς ὁ τῷ διαβόλῳ ἑαυτὸν οἰκεῶν, ἓν γίνεται τῇ πρὸς αὐτὸν συναφείᾳ. διὰ τοῦτο τὸν ὑποκρινόμενον δαιμονᾶν, καὶ τὰ ἐκείνων πράττειν σχηματιζόμενον, τοιαύταις αὐτὸν σκληραγωγίαις ὑποβάλλει καὶ πόνοις, ὁποίοις ἂν καὶ τὸν ἀληθῶς δαιμονῶντα πρὸς ἀπαλλαγὴν τῆς τοῦ δαίμονος ἐνεργείας.

Si qui Domino conglutinatur, secundùm Apostolum, unus est spiritus, manifestum est, quòd qui cum diabolo familiaritatem init, cum isto conjunctione unum fit. Quapropter eum, qui se dæmoniis correptum simulat, & eorum opera perficere præ se fert, talibus eum afflictionibus subjicit & laboribus, qualibus & revera dæmone correptum, ut dæmonis operatione eximatur.

ΚΑΝΩΝ ξά.

D Οἱ μάντεσιν ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες ἢ τοῖς λεγομένοις ἑκατοντάρχοις, ἤ τισι τοιούτοις, ὡς ἂν παρ' ἐκείνων μάθοιεν, ὅ, τι ἂν αὐτοῖς ἐκκαλύπτεσθαι βούλοιντο κατὰ τὰ πρόην ὑπὸ τῶν πατέρων περὶ αὐτῶν ὁρισθέντα, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἑξαετίας. τῷ αὐτῷ δὲ τούτῳ καθυποβάλλεσθαι δεῖ, καὶ τοὺς τὰς ἄρκτους ἐπιφερομένους, ἢ τοιαῦτα ζῶα, πρὸς παίγνιον καὶ βλάβην τῶν ἁπλουστέρων, καὶ τύχην, καὶ εἱμαρμένην, καὶ γενεαλογίαν, καὶ τοιούτων τινῶν ῥημάτων ὄχλον κατὰ τοὺς τῆς πλάνης λήρους φωνοῦντας, τούς τε λεγομένους νεφοδιώκτας, καὶ γυτευτὰς, καὶ φυλακτηρίους, καὶ μάντεις, ἐπιμένοντας δὲ τούτοις E καὶ μὴ μετατιθεμένους καὶ ἀποφεύγοντας τὰ ὀλέθρια ταῦτα καὶ Ἑλληνικὰ ἐπιτηδεύματα, πανταπάσιν ἀπορρίπτεσθαι τῆς ἐκκλησίας ὁρίζομεν, καθὼς καὶ οἱ ἱεροὶ κανόνες διαγορεύουσι. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ὡς φησὶν ὁ ἀπόστολος, ἢ τίς συγκατάθεσις ναῷ θεοῦ μετὰ εἰδώλων; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ;

Canon LXI.

Qui vatibus seipsos tradiderunt, vel iis qui Centuriones dicuntur, vel aliis ejusmodi, ut ab illis discant, si quid sibi revelari velint: convenienter iis quæ de ipsis à patribus nuper constituta sunt, sexennii canoni subjiciantur. Eidem autem eos quoque subjici oportet, qui ursas vel ejusmodi animalia, ad ludum & simpliciorum noxam circumferunt, & fortunam, ac fatum, & genealogiam, & quorundam ejusmodi verborum multitudinem ex fallaciæ imposturæque nugis proferunt: eosque, qui nubium persecutores & incantatores & amuletorum præbitores & vates appellantur. Eos autem, qui in iis persistunt, & non ab ejusmodi perniciosis gentilibúsque studiis avertuntur & aufugiunt, Ecclesia omnino exturbandos decernimus: sicut & sacri canones dicunt. Quæ est enim luci cum tenebris communicatio? ut ait Apostolus; vel quæ templo Dei cum idolis consensio? vel quæ fideli cum infideli pars est? Quæ autem Christo est cum Belial concordia?

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ κε'. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος κατεστρώσαμεν διαφόρους νόμους περὶ μάγων καὶ ἐπαοιδῶν καὶ ἑτέρων τοιούτων, καὶ ἀνάγνωθι τούτους. ὁ δὲ παρὼν F κανὼν διορίζεται, μηδένα μάντεσιν ἢ γόησιν προσέρχεσθαι ἢ τοῖς λεγομένοις ἑκατοντάρχοις, ἢ τοῖς ἐπισυρομένοις τὰς ἄρκτους ἢ τοῖς νεφοδιώκταις, ἢ τοῖς γυτευταῖς, ἢ τοῖς παρέχουσι τὰ φυλακτήρια. εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἐπὶ ἑξαετίαν ἀφορισθήσεται· καὶ ἐπιμένων τῷ κακῷ, τῆς ἐκκλησίας ἐκκηρυχθήσεται, καὶ οὐκέτι μετὰ τῶν ὀρθοδόξων συναυλισθήσεται. τίς γάρ, φησι, κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα τοῦ κανόνος διορίζομένου, καὶ ἀποτρέποντος τὰς δαιμονιώδεις τοιαύτας ἐργασίας, ὡς ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ ἐθνικῆς ἀπιστίας καταγομέ-

Bals. In xxv. cap. ix. tit. præsentis operis diversas leges posuimus de magis, incantatoribus & aliis ejusmodi, quas lege. Præsens autem canon constituit, ne quis ad vates vel præstigiatores accedat, vel ad eos qui dicuntur Centuriones, vel ad eos qui ursas trahunt, vel ad nubium persecutores, vel incantatores, vel ad eos qui præbent amuleta. Si quis autem hoc fecerit, sexennio segregabitur: & si in malo perseveret ab Ecclesia publicè ejicietur, & non amplius cum orthodoxis versabitur. Quæ est enim, inquit, communicatio luci cum tenebris? & cætera. Cùm canon hæc decernat, & ejusmodi dæmoniacas operationes avertat, ut quæ à gentili infidelitate oriantur, particulatim quærenda sunt quæ hoc canone comprehenduntur.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

duntur. Vates dicuntur palmæ inſpectores, iíque qui in pelve divinant, & ii qui per ſacrificia patrem ſuum Satanam de re aliqua interrogant: & omnes, ut ſemel dicam, qui per quædam ſigna ex ſuggeſtione dæmoniaca ſcire futura profitentur, & ſe dæmoni addicunt. Centuriones ſunt qui à nobis primicerii dicuntur: erant autem antiquitùs homines ſenes, utique prudentiores, & ſe reliquis conſulere præ ſe ferentes; qui quidem cùm per execrabiles hujuſmodi operationes ſimpliciores ſeducerent, ut pſeudothei colebantur. Urſas trahere dicuntur ii, qui arctotrophi, id eſt, urſorum altores, appellantur: qui quidem in capite & totius animalis corpore tincturas appendentes, & pilos ex ipſo tondentes, eos unà cum tincturis dant, ut remedia & amuleta, & tanquam in morbis & faſcinantibus oculis aliquid conferre poſſint. Alii verò ſerpentes in ſinu geſtantes, qui etiam ἀδίσηδμοι dicuntur, hunc quidem die maligno, illum verò felici ſidere natum eſſe dicunt, & futuras felicitates & infelicitates annunciant, & alia quædam nugantur, quæ nec ſcribi quidem digna ſunt. Nubium perſecutores dicuntur, qui, quæ multis ignota ſunt, ex nubibus prænuntiant. Nonnulli enim nubes aſpicientes, & præcipuè quando ſole occidente ſunt maximè candentes, ſe ex iis ſcire veritatem nugantur: & ex hac quidem nube, quæ columbæ (Græcè φάσσα dictæ) eſt ſimilis, dicunt, φάσσειν, hoc eſt, caſum, vel eventum interroganti imminere; ex altera, quæ homini enſem intentanti ſimilis eſt, bellum ſignificant; ex alia, quæ eſt leoni ſimilis, Imperatoris mandatorum executionem prædicunt, & alias quaſdam alienas nugas Apollineorum inſtar vatum debacchantur. Incantatores autem, quot videas, qui divina quædam cantica dicunt, & nominum martyrum memineruntvel etiam ſolius ſanctiſſimæ virginis? Quæ omnia divini patres & Eccleſiæ doctores eſſe fugienda ſtatuunt, & plus quàm alij, ſanctus Chryſoſtomus, in homiliis de ſtatuis apertè ſic dicens: Non ſolùm alligata amuleta, ſed & carmina ſeu incantationes ei applicas, temulentas & delirantes aniculas in tuam domum & introducens, & non erubeſcis, nec pudore ſuffunderis, ſi poſt tantam humanitatem ad hæc ſtupefactus attonitúſque reddaris; &, quod eſt deceptione gravius, quando ne hæc facias admonitus, te defendere exiſtimans, dicis, Chriſtiana eſt mulier quæ hæc incantat, & nihil aliud quàm Dei nomen loquitur. Propterea ergo, inquit, eam magis odi & averſor, quæ Dei nomine in eo abuſa eſt, quòd cùm dicat ſe eſſe Chriſtianam, ea quæ ſunt Græcorum oſtentet. Nam & dæmones Dei nomen loquebantur, ſed erant dæmones: & Chriſto ſic dicebant, Novimus te quis ſis, ſanctus Dei; os tamen eis occludebat, & expellebat. Amuletorum autem præbitores dicuntur, qui fraude dæmonis eis, qui à ſe decipiuntur, ſacculos quoſdam ex ſericis filis contextos, qui & φυλακτήρια dicuntur, præbent, quæ aliquando quidem intus habent ſcripturas, aliquando verò falſa quædam alia, quæcunque inciderint. Dicunt autem hæc juvare, ſi ex collis eorum, qui illa accipiunt, perpetuò pendeant, ad omne malum vitandum. Si haberem tempus narrandi ea quæ vidi ſynodicè puniri, de iis magnam narrationem conficerem: ſed pauca jam dicentur. Præfectus quidam Hoſii de re ejuſmodi accuſatus, manifeſtò deprehenſus eſt in ſinu ferens indumentum infantis nuper nati, & dixit hoc ſibi datum fuiſſe à quadam muliere, ad avertendum eiſque os occludendum, qui adverſus eum dicere conarentur. Unde etiam condemnationi ſubjectus fuit. Alius ſacerdos accuſatus, quòd magna quinta feria ſanctum panem dabat diverſis mulieribus & viris, ut convinceretur qui rem aliquam ſurripuerat, qui ex eo, quòd hoc non facilè ebibit, bibit poculum depoſitionis. Et alius ſacerdos, cum Evangelio ligno alligato, quod

A

B

C

D

E

F

νας, ζητητὸν τὰ κατὰ μέρος τῷ κανόνι φερόμενα· μάντεις λέγονται οἱ παλαμοσκόποι, οἱ λεκανομάντεις, οἱ ἀφ' ὑδάτων καὶ πυρὸς αὐτῷ καὶ σατανᾶν ἐρωτῶντες, ἁπλῶς πάντες οἱ ἀφ' τινων σημείων ἐξ ὑποβολῆς δαιμονικῆς τὰ μέλλοντα βλέπειν φαντασούμενοι, καὶ τῷ δαίμονι ἑαυτοὺς προσκτιζόμενοι. ἑκατόνταρχοί εἰσιν οἱ παρ' ἡμῖν λεγόμενοι πριμικήριοι· πάσαι δὲ ὁ παλαιὸν ἄνθρωποι γηραλέοι, φρονιμώτεροι δῆθεν, καὶ κατὰ συμβουλὴν τῶν λοιπῶν ὑποφέροντες, οἵ τινες ἀφ' ὑφούτων μαγγανειῶν ἐργασιῶν τοὺς ἁπλουστέρους πλανῶντες, ὡς ψιλοθέοι δυσεβάζοντο. ἄρκτους ὀπτεύειν λέγονται, οἱ καλούμενοι ἀρκτοτρόφοι· οἵ τινες βάμματα ἐξαρτῶσι κατὰ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ ὅλου σώματος τοῦ ζώου, καὶ τρίχας κείροντες ἐκ τούτου, διδόασιν ταύτας σὺν τοῖς βάμμασιν, ὡς φυλακτήρια, καὶ ὡς δυναμένας λυσιπλῆ ἐν ποσὶ καὶ ἐν βασκάνοις ὀφθαλμοῖς. ἄλλοι δὲ τοὺς ὄφεις ἐγκολπιζόμενοι, οἱ καὶ ἀδίσηδμοι λεγόμενοι, καὶ μὴν φασι γεννᾶσθαι εἰς ἡμέρεν κακοποιόν, καὶ δὲ αὐτῷ ἀστέρα ἀγαθόν, δύτυχίας καὶ δυσκολίας γεννησομένας ἀπαγγέλλοισι, καὶ ἄλλα τινὰ φλυαροῦσι, μηδὲ γραφῆ προσδοθῆναι ἄξια. νεφοσκόπαι, λέγονται, οἱ ἐκ τῶν νεφῶν προμαντεύοντες δῆθεν τὰ τοῖς πολλοῖς ἄγνωστα. τινὲς γὰρ βλέποντες τὸν νέφη, καὶ μᾶλλον ὅταν δυόντος τοῦ ἡλίου γένονται πυρωδέστερα, φλυαροῦσιν ἐκ τούτων μαντεύεσθαι ἀλήθειαν. ἐκ τοῦ δὲ μὴ γὰρ τοῦ νέφους ἐοικότος φάσσαν, φάσσειν λέγουσι τῷ ἐρωτῶντι ἐπελθεῖν· ἐξ ἑτέρου ἐοικότος ἀνθρώπῳ σπαθίῳ ὑποφερομένῳ, πόλεμον προμαντεύονται· ἐξ ἄλλου ἐοικότος λέοντι, βασιλικῶν προσταγμάτων προλέγουσιν ἐνέργειαν, καὶ ἄλλα τινὰ ἀλλόκοτα ἀποφοιβάζουσι φλυαρήματα. γοητευτὰς δὲ πόσους ἂν ἴδῃς λέγοντας θεῖα τινὰ ψαλμῳδήματα, καὶ μεμνημένους ὀνομάτων μαρτυρικῶν, ἢ καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας Θεοτόκου; ἅπαντα δὲ οἱ Θεοφόροι πατέρες καὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι φεύγειν δέουσιν, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων, ὁ θεῖος Χρυσόστομος, λέγων εἰς τοὺς ἀνθρωπαίτας ταῦτα ῥητῶς· οὐ περιαπτὰ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπῳδὰς αὐτῷ περιάπτεις, γραϊδία μεθύουσα καὶ θρασυτάτη εἰς τὴν οἰκίαν σαυτῆς εἰσάγων, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, οὐδὲ ἐρυθριᾷ μὴ τοσαύτην φιλανθρωπίαν πρὸς ταῦτα ἐπιδεικνύμενος, καὶ ὃ χαλεπώτερον τῆς ἀπάτης, ὅταν νουθετούμενος ταῦτα μὴ ποιεῖν, δοκῇ ἀπολογεῖσθαι, φησί, Χριστιανή ἐστιν ἡ γυνὴ ἡ ταῦτα ἐπᾴδουσα, καὶ οὐδὲν ἕτερον φθέγγεται ἢ ὃ τοῦ Θεοῦ ὄνομα. ἀφ' τοῦτο μὲν οὖν αὐτὴν μᾶλλον μισῶ καὶ ἀποστρέφομαι, ὅτι τοῦ Θεοῦ τὸ ὄνομα καταπέζηται, ὅτι λέγουσα Χριστιανὴ εἶναι, τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπιδείκνυται. καὶ γὰρ οἱ δαίμονες τοῦ Θεοῦ ὄνομα ἐφθέγγοντο ἀλλ' ὅσον δαίμονες· καὶ ἔστως ἔλεγον πρὸς τὸν Χριστόν, οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅμως ἐπεστόμιζεν αὐτοὺς καὶ ἀπέλασε. φυλακτήριοι δὲ λέγονται, οἵ καὶ ἀπάτῃ δαιμονικῇ διδόντες τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀπαλωμένοις δέματά τινα ἐκ σηρικῶν νημάτων ὑφασμένα, καὶ πυθία λεγόμενα, ἔχοντα ἔσωθεν ποτὲ μὲν γραφάς, ποτὲ δὲ ψυδή τινα ἕτερα τὰ συμπτύχοντα· καὶ λέγοντες ὀφείλειν ταῦτα διλωσεκῶς ἐκ τῶν προσηλῶν τῶν λαμβανόντων αὐτὰ ἐξεωρηδὸς εἰς φυλακὴν παντὸς κακοδαίμονος οὗ εἶχον κωλύσαντος ἀφηγήσασθαι ὅσα εἶδον τοιαῦτα συνοδικῶς ἐκδικηθέντα, μεγάλην ἂν τὴν περὶ τούτων ἐποιησάμην ἀφήγησιν. εἰρήσθω δὲ ὀλίγα αὐτίκα. πρῶτος τις τοῦ Οσίου περὶ τοιούτων τινῶν κατηγορηθεὶς, εὑρέθη ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐγκόλπιον ἔχων ἔνδυμα νεογνοῦς παιδίου, καὶ εἶπε τοῦτο δεδόσθαι αὐτῷ παρά τινος γυναικὸς εἰς ἀποτροπὴν καὶ ἀποκομισμὸν τῶν ἐπιχειρούντων κατ' αὐτῆς λέγειν. ὅθ' καθοσιώσει ὑπέπεσεν. ἕτερος ἱερεὺς αἰτιαθεὶς, ὡς δεδοὺς τὸ ἅγιον ἄρτον τῆς μεγάλης πέμπτης διαφόροις γυναίοις καὶ ἀνδράσιν, ἐφ' ᾧ ἐλεγχθῆναι τὸ ἀποσυλήσαντα τὸ δέτι προσάγμα· ἐν τῷ μὴ ῥᾳδίως τοῦτον καταπιεῖν, καθαιρέσεως ποτήριον ἔπιε. καὶ ἄλλος ἱερεὺς μετ' εὐαγγελίου ξύλῳ συνδεδεμένου, καὶ κυκλικῶς περιφερόμενος

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ςρεφομένου κατηγορηθεὶς ἐρωτήσεις ποιῆν περί τινων ἀποθέ- A
σεων διὰ ψαλμῶν Δαβιδικῶν, καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς ἀναιπ-
ους εἰς μεγάλας ὀχλήσεις ἀγαγὼν, ἀσύγνως ⊙. ἔμεινε. μο-
ναχοὶ δὲ πολλοὶ, καὶ ταῦτα καθηγηταὶ, συνοδικῶς ἐκολάσθη-
σαν, ὅτι προσῆλθον γυναιξί τισι, μὴ κριθαρίων ἀπαγ-
γελούσαις τὰ παρά τινων ἀγνοούμενα. τοιαῦταί εἰσι καὶ αἱ
λεγόμεναι κρίτρια, αἱ ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ταῖς ἁγίαις εἰκό-
σι προσεδρεύουσαι, καὶ κηρύσσουσαι ἐκ τούτων μανθάνειν
τὰ μέλλοντα, καὶ προλέγουσαι, ὡσεί τινες ἔχουσαι Πύ-
θωνος πνεῦμα, τὰ ἀγνούμενα. γίνωσκε δὲ ὅτι ὁ μὲν παρ-
ὼν κανὼν τοὺς προσερχομένους τούτοις, ὡς εἴρηται, κολά- C
ζει. ἄλλοι δὲ κανόνες καὶ οἱ καταςρωθέντες νόμοι ἐν τῇ
κέ. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ πρώτου συντάγματος, οὐ μόνον
τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρωταιτίους καὶ αὐτουργοὺς μεγάλως
κολάζουσιν. ἀκούων δὲ ὅτι ἐξαετίαν κολάζειν τοὺς προσ-
ελθόντας τοιούτοις τισὶ, λέγε τούτους λαϊκούς. οἱ γὰρ
ἱερωμένοι καθαιρεθήσονται. σημείωσαι δὲ καὶ τοῦ πρώτου
κανόνος, ὅτι ὁ μὲν ἁμαρτάνων καὶ ὑποστρέφων συγγινώ-
σκεται, καὶ μετρίως κολάζεται· ὁ δὲ ἐπιμένων τῇ κακῇ, καὶ
ἄκων πρὸς τὸ βέλτιον μεταῤῥυθμιζόμενος, μεγάλως κο-
λάζεται. καὶ ἐνταῦθα γὰρ, ὁ μὲν προσελθὼν καὶ ἐξομολογή-
μενος τὸ ἁμάρτημα δι' ἀφορισμοῦ ἑξαετοῦς κολασθήσε-
ται, ἢ καὶ συμπαθέστερον κατὰ τὸ δόξαν τῷ Ἐπισκόπῳ. ὁ δὲ ἐπιμέ- D
νων τῇ κακῇ ἐκκήρυκτος τῆς ἐκκλησίας γενήσεται. ἐπεὶ
δέ ἠκουσά τινος λέγοντος, ὀφείλειν συγγινώσκεσθαι τοὺς
χάριν θεραπείας σωματικῆς ἢ ἑτέρου τινὸς σωτηριώδους
τοιαῦτα πράττοντας, λέγω ὅτι τῆς δαίμονος μεθο-
δείας καὶ τοῦτό ἐστιν. ὅπως δήποτε γὰρ χρᾶσθαι τοιούτῳ τινὶ
ὀλεθριώτατόν ἐστι. καὶ ἀνάγνωσον τοὺς καταςρωθέντας
νόμους εἰς τὸ φύλλον τοῦ κέ. κεφ. τοῦ θ'. τίτλου τοῦ πρώτου
συντάγματος, καὶ τὸν ξέ. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέ-
οντος τοῦ φιλοσόφου, διορίζομένου περὶ τοῦ τέλους ταῦτα
ῥητῶς· εἴτις ἢ ὅλως τοιαῦτα φαρμακεῖα μαγγανεύοντος, E
εἴτε προφάσει τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, εἴτε ἀποτροπῆς
τῶν πρὸς καρπίμων βλάβης, τῷ ἐσχάτῳ εἰκαρατέσθω τοι-
νῦν, τῷ ἀπεσταλμένῳ κόλασιν ὑφιστάμενος.

ZΩNAP. Τοὺς πιστοὺς σφόδρα κερδῶσι δεῖ ἐστὶ τῆς
οἷς οἱ ἐθνικοὶ καὶ ἄπιστοι κέχρηνται), καὶ οἷς ἐκέχρηντο Ἕλληνες
μαντείαις λέγω καὶ γοητείαις καὶ τοιούτοις ἄλλοις οἱοισδήτισι
καλουμένοις ὀνόμασιν, οὐδὲ ζητεῖν δεῖ παρὰ τούτων μανθάνειν ἃ
γνῶναι βούλοιτο). φασὶ γὰρ οἱ θεοφόροι πατέρες καὶ τῆς ἐκκλησίας
διδάσκαλοι, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων ὁ θεῖος Χρυσόστομος, ὅτι
κἂν ὁ τῆς ἁγίας τριάδος ὄνομα ἐπιλέγηται τοῖς τοιούτοις, κἂν
ἁγίων γόνων ἐπικλήσεις, κἂν ὁ σημεῖον τοῦ θείου σταυροῦ E
ἐπάγηται, φεύγειν δεῖ τὰ τοιαῦτα καὶ ἀποτρέπεσθαι. διὸ καὶ
οἱ τῆς συνόδου ταύτης πατέρες τοὺς τοιοῦτόν τι ποιοῦντας
ἐπὶ ἑξαετίαν ἀφορίζεσθαι διωρίσαντο. (ἀλλὰ τὸ ἀφορισμὸν ἐπὶ
λαϊκῇ νοητέον· οἱ γὰρ ἱερωμένοι καθαιρεθήσονται). ἐν οἷς γὰρ
πλαίσμασιν οἱ λαϊκοὶ ἀφορίζονται, ἐν τούτοις οἱ ἱερωμένοι
καθαιροῦνται)· ἐπιμένοντας δὲ τούτοις, καὶ τῆς ἐκκλησίας
ἐκκόπτεσθαι, ἤγουν τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως. καὶ ὁ μὲν
εἰρημένα κωλύει γίνεσθαι ὁ κανών, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ
ὑποβάλλει καὶ τοὺς τοὺς ἄρκτους ἐπισυρομένους ἢ τοιαῦτα
ζῶα πρὸς πάγνιον καὶ βλάβην τῶν ἀπλουστέρων. καὶ γὰρ
βάμματα ἐξαρτῶσιν αὐτῶν, καὶ τρίχας κείροντες ἐξ αὐτῶν, F
διδόασι γυναιξὶν ὡς φυλακτήρια, καὶ ὡς ἴαμα ἐν νόσοις,
ἢ βασκάνοις ὀφθαλμοῖς λυσιτελῶν τι δυνάμενα· αἱ δὲ ταῦ-
τα ὡς ἀναγκαῖα λαμβάνουσαι, μισθὸν ἐκείνοις παρέχουσι, καὶ
ἀξιοῦσι τὰ τέκνα αὐτῶν τοῖς νώτοις τῶν θηρῶν ἐπιθεῖναι, ὡς
δή τινων κακῶν ἀποτροπῆς ἐσομένης ἐκ τούτου τοῖς παισὶν ἑ-
αυτῶν, καὶ τὴν τύχην ὀνομάζοντας καὶ εἱμαρμένην καὶ γενε-
αλογίαν (ταῦτα δὲ Ἑλληνικῆς εἰσι φλυαρίας) ὁμοίως ἐπιπ-
μᾶσθαι βλασκελδίᾳ)· τίς γὰρ φησι κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;
καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἀποστόλου ῥητά.

in orbem circumagebatur, accusatus, quòd interroga- A
tiones faceret de quibusdam rebus per Psalmos Davi-
dicos, & multis propterea insontibus negotia ac mole-
stias exhiberet, veniam impetrare non potuit. Multi etiam
monachi, atque adeò priores, synodicè puniti sunt, quòd
ad quasdam mulieres accessissent, quæ cum hordeo, ea
quæ ab aliis ignorãtur, enunciant. Hæ sunt quæ dicuntur
κρίτρια, quæ Ecclesiis & sanctis imaginibus assidentes,
& se ex iis discere futura prædicantes, non secus ac quæ
Pythonis habent spiritum quæ ignorantur prædicunt.
Scias ergo, quòd præsens quidem canon eos, qui ad illos
accedunt, ut dictum est, punit. Alii autem canones, & le- C
ges sitæ in xxv. cap. ix. tit. præsentis operis, non eos so-
lùm, sed & primos auctores ac effectores valde puniunt.
Cùm autem audis eos qui ad aliquos hujusmodi acce-
dunt sexennio puniri, dic eos Laicos. Qui enim sunt sa-
cris initiati deponentur. Nota autem ex præsenti canone,
quòd ei quidem, qui peccat & convertitur, datur venia,
& leviter punitur: qui autem in malo perseverat, & in-
vitus ad id quod est melius traducitur, graviter punitur.
Nam & hîc, qui accessit & peccatum confessus est, per sex-
ennii segregationem puniatur, vel etiam mitiùs ut Epi-
scopo videbitur: qui autem in malo perseverat ex Eccle-
sia expellitur. Quoniam verò audivi quendam dicentem,
eis debere ignosci, qui pro corporali medela, vel aliqua D
alia re salutifera hæc faciunt, dico quòd hoc quoque est
occulta diaboli circumventio. Nam quomodocunque
ea re uti est perniciosissimum. Lege quæ in commenta-
rio xxv. cap. ix. tit. præsentis operis posita sunt leges,
& lxv. Novellam Imp. domini Leonis philosophi, hæc
circa finem expressè definientem: si quis autem omnino
hac præstigiatoria arte uti deprehensus fuerit, sive cor-
poris medelæ prætextu, sive avertendæ à fructibus no-
xæ extremum luat supplicium, apostatarum pœnam
subiens. E

ZONAR. A vaticinationibus & præstigiis & quo-
cunque demum nomine appellentur ejusmodi aliis, qui-
bus ethnici homines & à fide alieni Græcique quondam
addicti fuerant, prorsus abstinere, neque his artibus i-
gnota sibi vestigare fideles oportet. Ita enim Deo pleni
Patres & Ecclesiæ magistri, ac ex omnibus divinus in
primis Chrysostomus docent, etiamsi sanctæ Trinitatis
nomen ejusmodi actionibus admisceatur, si cœlites etiam
advocentur, divinéque insuper signum crucis inter-
ponatur, fugere tamen ea nos ac penitus aversari debe-
re. Proinde hujus quoque Synodi Patres, qui tale quid-
piam admiserint, segregari ad sex annos jussere: (Quæ
tamen de laicis accipienda segregatio est: sacri námque
ordinis homines depositione punientur. Nam quæ
ob crimina segregatio laicis irrogatur, ob ea sacris
ordinibus initiati depositione mulctari solent) ac,
nisi postea resipuerint, ab Ecclesiæ corpore abscindi,
hoc est, è toto fidelium cœtu eliminari. Nec ea solùm,
quæ diximus, Canon fieri vetat, sed eos quoque qui ursas
aliáve id generis animantia ad imperitorum oblectamen-
tum simul noxámq; circumducunt, iisdem pœnis obnoxi-
os esse decernit. Suspensas enim de corporibus ferarum
tincturas, detractósque iisdem villos pro amuletis contra
morbos & fascinationes mulierculis tradunt: illæq; pre-
tium quasi accepto necessario medicamento persolvunt,
infantésq; suos, veluti probato ad calamitates avertendas
remedio, feræ tergo imponi rogant. Tum qui fortunæ
aut fati aut genealogiæ nomen usurpaverint, quæ omnia
prophanæ superstitionis sunt, iisdem pœnis canon mul-
ctandos esse constituit. Quæ enim, ait, societas luci cum
tenebris? aliáque deinceps Apostoli verba continuat.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ARIST. *Qui centurionibus vel dæmonibus seipsum tradit, ut aliquid secreti ediscat, sexennium substernatur. Eodem modo & qui ursum circumfert, qui incantatoribus & nubium persecutoribus se conjungit, & fortunæ fatoque fidem habet, ab Ecclesiæ conventu arceatur.*

Eos, qui Ethnicorum sequuntur mores, & vatibus ac incantatoribus seipsos tradiderunt, ut arcana quædam ex iis discerent; & eos similiter qui ursos, aut alia quæcunque animalia ad ludum & simpliciorum deceptionem circumferunt, & fortunam & fatum & genealogias proferunt, eosque qui incantatoribus fidem habent, & istis qui nubium persecutores dicuntur, decrevit sancta synodus sex annos pœnam luere, ita ut quatuor annos inter substratos permaneant, ac duos alios annos cum fidelibus constituantur, & sic divinis Sacramentis haberi dignos. Si autem nec per inflictam pœnam corrigi possunt, & à Græcanicis istis institutis non convertuntur, Ecclesiâ prorsus abjiciendos esse.

CANON LXII.

Calendas, & Bota, & Brumalia ut vocantur, & conventum, qui in primo Martii mensis die fit, ex fideliũ civitate omnino tolli volumus; sed & publicas mulierum saltationes multam noxam exitiúmque afferentes; quin etiam eas, quæ nomine eorum qui falso apud Græcos dii nominati sunt; vel quæ à viris ac mulieribus fiunt saltationes ac mysteria, more antiquo & à vita Christianorum alieno, amandamus & expellimus: statuentes, ut nullus vir deinceps muliebri veste induatur, vel mulier veste viro conveniente; sed neque comicas vel satyricas vel tragicas personas induat, neque execrandi Bacchi nomen uvam in torcularibus exprimentes invocent, neque vinum doliis infundentes risum moveant, ignorantiâ vel vanitate ea quæ à dæmonis impostura procedunt exercentes. Eos ergo, qui deinceps aliquid eorum quæ scripta sunt aggredientur, ubi ad horum cognitionem pervenerint, si sint quidem Clerici, deponi jubemus: si verò Laici, segregari.

BALS. Nota præsentem canonem, & quære correctionem in iis, quæ fiunt à Clericis in festo Natalis Christi, & festo Luminarium, adversus eum, & magis in sanctissima magna Ecclesia. Ex Chronologicâ enim historiâ Scylitzæ, hoc malum non fuisse ab antiquis traditum, sed ex permissione Theophylacti Patriarchæ Constantinop. filii Imp. domini Romani Lacapeni pro comperto habetur. Enumerat enim hic historicus, unà cum reliquis improbis & diversis ejusdem Patriarchæ actis, hoc malum. Calendæ dicuntur decem primi dies mensis, nonæ secundi, idus tertii. Sic autem appellatæ sunt à tribus proceribus Romanis, qui Romanos à malo famis eripuerunt. Mos ergo erat apud Romanos in eorum memoriam festum annuatim paulo gentiliùs magisque more Græco celebrare, & quædam indecora facere: quod etiamnum fit à quibusdam rusticis, primis Januarii mensis diebus, non more Romano calendarum & reliquorum recordantibus, sed eo quòd Luna tunc temporis renovetur, & ejus fundamentum ab hujus mensis principio statuatur, & quòd existiment se lætè ac jucundè totum annum transacturos, si in ejus principio festum celebraverint. Ejusmodi festum est alienum, & ea quæ dicuntur Rusalia, quæ post sanctum Pascha ex mala consuetudine fiunt in externis regionibus. Bota & Brumalia Græca festa sunt; Illud quidem, quod fit pro falso nominato Deo Pane, qui

A ΑΡΙΣΤ. Ὃς ἑαυτὸν ἑκατοντάρχοις ἢ δαίμοσιν ἐπιδῷ, ὥστε τι τῶν ἀπορρήτων μανθάνειν, ἑξαετίαν ὑποπιπτέτω. κατὰ ταὐτὸ καὶ ὁ ἄρκτον ἐπισυρόμενος, ὁ γυναικαῖς καὶ νεφοδιώκταις κολλώμενος, καὶ εἱμαρμένῃ καὶ τύχῃ πιστεύων, τῆς ἐκκλησίας ἀποσυναγωγός.

Τοὺς ἐξακολουθοῦντας τοῖς ἔθεσι τῶν ἐθνῶν, καὶ μάντεσιν ἢ ἐπαοιδοῖς ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότας, ὡσὰν μάθωσιν ἐξ αὐτῶν ἀπόρρητά τινα· ὡσαύτως καὶ τοὺς ἐπισυρομένους τὰς ἄρκτους ἢ ἕτερά τινα ζῶα πρὸς παίγνιον καὶ πλάνην τῶν ἁπλουστέρων, καὶ τύχην καὶ εἱμαρμένην καὶ γενεαλογίας λέγοντας, καὶ τοὺς πιστεύοντας τοῖς γοητευταῖς καὶ τοῖς λεγομένοις νεφοδιώκταις, ὥρισεν ἡ σύνοδος ἑξαετίαν ἐπιτιμᾶσθαι· ὥστε ἐν τέσσαρσιν ἔτεσι μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἵστασθαι, ἐπὶ δὲ δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ οὕτως ἀξιοῦσθαι τῶν θείων ἁγιασμάτων. εἰ δὲ ἀδιόρθωτοι μένοισι καὶ μετὰ τὸ ἐπιτίμιον, καὶ τῶν ἑλληνικῶν τούτων ἐπιτηδευμάτων οὐ μετατίθενται, τῆς ἐκκλησίας παντάπασιν ἀπορρίπτεσθαι.

B

ΚΑΝΩΝ ξβ'.

Τὰς οὕτως λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα Βοτά, καὶ τὰ καλούμενα Βρουμάλια, καὶ τὴν ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἡμέρᾳ ἐπιτελουμένην πανήγυριν, καθάπαξ ἐκ τῆς τῶν πιστῶν πολιτείας περιαιρεθῆναι βουλόμεθα· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς τῶν γυναίων δημοσίας ὀρχήσεις, καὶ πολλὴν λύμην καὶ βλάβην ἐμποιεῖν δυναμένας· ἔτι μὴν καὶ τὰς ὀνόματι τῶν παρ' Ἕλλησι ψευδῶς ὀνομασθέντων θεῶν, ἢ ἐξ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν γινομένας ὀρχήσεις καὶ τελετάς, κατά τι ἔθος παλαιὸν καὶ ἀλλότριον τοῦ τῶν Χριστιανῶν βίου, ἀποπεμπόμεθα· ὁρίζοντες, μηδένα ἄνδρα γυναικεῖαν στολὴν ἐνδιδύσκεσθαι, ἢ γυναῖκα τὴν ἀνδράσιν ἁρμόδιον· ἀλλὰ μήτε προσωπεῖα κωμικὰ ἢ σατυρικὰ ἢ τραγικὰ ὑποδύεσθαι, μήτε τοῦ βδελυκτοῦ Διονύσου ὄνομα τὴν σταφυλὴν ἀποθλίβοντας ἐν ταῖς ληνοῖς ἐπιβοᾷν, μηδὲ ὡς οἶνον ἐν τοῖς πίθοις ἐπιχέοντας γέλωτα ἐπικινεῖν, ἀγνοίας τρόπῳ ἢ ματαιότητος τὰ τῆς δαιμονιώδους πλάνης ἐνεργοῦντας. τοὺς οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν τι τῶν προειρημένων ἐπιτελεῖν ἐγχειροῦντας, ἐν γνώσει τούτων καθισταμένους, τούτους, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν· εἰ δὲ λαϊκοί, ἀφορίζεσθαι.

C

D

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ ζήτησον διόρθωσιν ἐπὶ τοῖς γινομένοις παρὰ τῶν κληρικῶν εἰς τὴν ἑορτὴν τῆς γενήσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν φώτων, ὑπεναντίως τούτῳ· καὶ μᾶλλον εἰς τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν. καταλαμβάνεται γὰρ ἀπὸ τῆς χρονικῆς ἱστορίας τοῦ Σκυλίτζη, ὅτι οὐδὲ ἀρχαιοπαράδοτον ἐστὶ τὸ κακόν, ἀλλὰ ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ χρηματίσαντος πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Θεοφυλάκτου, τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως κυροῦ Ῥωμανοῦ τοῦ Λακαπηνοῦ. ἀπαριθμεῖται γὰρ ὁ τοιοῦτος ἱστορικός, μετὰ τῶν λοιπῶν φαύλων καὶ ἀσχαφόρων ἐργασιῶν τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου καὶ τὸ τοιοῦτον κακόν. Καλάνδαι λέγονται αἱ πρῶται δέκα ἡμέραι τοῦ μηνός, νόνναι αἱ δεύτεραι, καὶ εἰδοῖ αἱ τρίται. ἐκλήθησε δὲ οὕτως ἀπό τινων τριῶν Ῥωμαίων μεγιστάνων ἀνδρῶν, ἐν καιρῷ λιμοῦ τοὺς περὶ τὴν Ῥώμην ἀποτρεψάντων. εἴθιστο γοῦν παρὰ Ῥωμαίοις, εἰς μνήμην τούτων ἐτησίως πανηγυρίζειν Ἑλληνικώτερον, καί τινα ἄσεμνα σχαπράττεσθαι, ὅπερ καὶ μέχρι τῶν νῦν παρά τινων ἀγροτῶν γίνεται κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας τοῦ Ἰανουαρίου μηνός, οὐ κατὰ Ῥωμαίους μεμνημένων τῶν καλανδῶν καὶ τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ διὰ τὸ τηνικαῦτα τὴν σελήνην ἀνακαινίζεσθαι, καὶ τὸν θεμέλιον ταύτης ψηφίζεσθαι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ αὐτοῦ μηνός, καὶ νομίζειν μετὰ εὐθυμίας τὸν ὅλον διελθεῖν αὐτοὺς ἐνιαυτόν, ἐὰν ἐν τῇ καταρχῇ τούτου πανηγυρίσωσι. τοιαύτη πανήγυρις ἀλλόκοτός ἐστι, καὶ τὰ λεγόμενα ῥουσάλια, τὰ μετὰ τὸ ἅγιον Πάσχα ἀπὸ κακῆς συνηθείας ἐν ταῖς ἔξω χώραις γινόμενα. τὰ Βοτὰ καὶ τὰ Βρουμάλια, ἑορταὶ ἦσαν Ἑλληνικαί, ἡ μὲν τελουμένη χάριν τοῦ ψευδωνύμου θεοῦ τοῦ Γανός, τοῦ ἐφορῶντος, ὡς ἐφλυάρουν

E

F

οἱ

οἱ Ἕλληνες, τῷ τῷ βοτῷ, ἤγουν τὸ τῷ τροβάτων καὶ τῷ λοιπῶν ζώων. ἡ δὲ χάρις τοῦ Διονύσου, τοῦ σωτῆρος, ὡς ὀκνοι ἐλασφήμουν, τοῦ οἴνου. Βρόμιος γὰρ λέγεται ἐπίθετον τοῦ Διονύσου. καὶ ἦν Μάρτιον μὴν ἐτελεῖτο πανήγυρις Ἑλληνικὴ μεγάλη διὰ τὴν τῶν ὡρῶν καὶ τοῦ ἀέρος εὐκρασίαν· ἔτε καὶ ὀρχήσεις ἀπρεπεῖς ἐγίνοντο διά τινων γυναίων καὶ ἀνδρῶν. ἅπαντα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια οἱ ἅγιοι πατέρες ἀποτρεπόμενοι, ἐπήγαγον μηδένα ἄνδρα ὁτεδήποτε κεχρῆσθαι γυναικείᾳ στολῇ, ἢ ὅ ἀνάπαλιν· ἀλλὰ μηδὲ προσωπεῖα κωμικὰ ὑποδύεσθαι ἢ τραγικὰ ἢ σατυρικά· μήτε μὴν τοῦ Διονύσου ὄνομα ὀνομάζειν ἐν ταῖς λιμναῖς, μηδὲ τοῖς πίθοις ἐγχεομένου τοῦ οἴνου γελᾶν καὶ ἐπικαγχάζειν. τοὺς δὲ τοιοῦτόν τι ἐπιχειρήσοντας ποιῆσαι μὴ τὸ λαθεῖν εἴδησιν τοῦ κανονικοῦ διορισμοῦ, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι· λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. ζητητέον οὖν τίνα εἰσὶ τὰ κωμικὰ προσωπεῖα, τίνα τὰ τραγικά, καὶ τίνα τὰ σατυρικά. καὶ κωμικὰ μὲν εἰσι τὰ γελωτοποιὰ καὶ ἐφύβριστα, ὡς τὰ συγγραφέντα παρὰ τοῦ Ἀριστοφάνους. τραγικὰ, τὰ συμπαθῆ καὶ τὰ θρηνώδη, ὡς τὰ τοῦ Εὐριπίδου ἰαμβεῖα. καὶ σατυρικὰ, τὰ εἰς ὕμνον τοῦ Διονύσου πλουμένα ὄργια παρὰ Σατύρων καὶ Βακχῶν. ταῦτα τῷ πατέρων διορισαμένων ἁγιοπρεπῶς, καὶ τοῦ ξδ'. κεφ. τῆς ρκγ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, ἤ ἐν τῷ ιγ'. κεφ. τοῦ ἀ πίτλου τοῦ δ'. βιβλίου συγκελδομένων ταῦτα ῥητῶς. πᾶσι δὲ καθάπαξ τοῖς ἐν κοσμικοῖς ἀναστρεφομένοις, καὶ μάλιστα τοῖς τὰ σκηνικὰ μετερχομένοις, ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶ, καὶ μὴν καὶ ταῖς προϊσταμέναις, ἀπαγορεύομεν κεχρῆσθαι σχήματι μοναχῶν ἢ ἀσκητρίας, ἢ ὁτιοῦν τρόπῳ τῶν μιμεῖσθαι. ὑπισχνουμένων πάντων τῶν τολμώντων ἢ χρήσασθαι τῷ τοιούτῳ σχήματι, ἢ μιμήσασθαι, ἢ ἐμπαίξαι εἰς οἱανδήποτε ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ὅτι καὶ σωματικὰς τιμωρίας ὑποστήσονται, καὶ ἐξορίαν παραδοθήσονται. προνοούντων δὲ τοιοῦτον μόνον τῶν κατὰ τόπον ὁσιωτάτων Ἐπισκόπων καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς κληρικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν στρατιωτικῶν ἀρχόντων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς τάξεων, καὶ τῶν κατὰ τόπον ἐκδίκων. οἱ δὲ σκηνικοὶ παντοῖα προσωπεῖα ὑποδύονται, καὶ ἀδεῶς τοὺς μοναχοὺς ἐμπαίζουσι καὶ τοὺς κληρικούς. ἀλλὰ καὶ τινες κληρικοὶ κατά τινας ἑορτὰς, περὶ διάφορα μεταχηματίζονται προσωπεῖα. καὶ ποτὲ μὲν, ξιφήρεις ὄντες τῷ μεσονάῳ τῆς ἐκκλησίας μετὰ στρατιωτικῆς ἀμφίου εἰσέρχονται, ποτὲ δὲ, καὶ ὡς μοναχοὶ προσεύχονται, ἢ καὶ ὡς ζῶα τετράποδα. ἐρωτήσας ἐγὼ, ὅπως ταῦτα ἐπιτρέπεται γίνεσθαι, οὐδέν τι ἕτερον ἤκουσα, ἀλλ' ἢ ὅτι μακρᾶς σωφροσύνης ταῦτα τελεσθέντα εἰσὶν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τὰ παρά τινων δομεστικευόντων ὄντων κλήρου γινόμενα, ἢ ἀέρα τῆς δακτύλοις καὶ ἱππάζουσι τυπτόντων, καὶ φύκη τῷ γνάθοις δηθὲν ἐπιτιθεμένων καὶ ὑποκρινομένων ἔργα τινὰ γυναικεῖα, καὶ ἕτερα ἀπρεπῆ, ἵνα πρὸς γέλωτα τοὺς βλέποντας μετακινήσωσι. τὸ δὲ γελᾶν τοὺς ἀγροίκους ἐγχεομένους τοῦ οἴνου τοῖς πίθοις, ὡσεί τι παρεπόμενον ἐξ ἀνάγκης ἔχει τοῖς λιμναζομένοις· εἰ μήτις εἴποι τῷ σατανικῷ τούτῳ ἐργασίαν καταργεῖσθαι, διὰ τοῦ λέγειν τοὺς ἀγρίους συχνότερον ἐφ' ἑκάστῳ μέτρῳ γελᾶν, κύριε ἐλέησον. τὰ μὲν τοιαῦτα γινόμενα ἀπρεπῆ παρὰ τῶν νοταρίων παιδοδιδασκάλων καὶ τῷ ἑορτῷ τῶν ἁγίων νοταρίων, μετὰ προσωπείων σκηνικῶν διερχομένων τῷ ἀγορᾷ, πρὸ χρόνων τινῶν κατηργήθη, κατ' ὁρισμὸν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ.

ut Græci nugabantur, pecoribus, ſcilicet ovibus, & reliquis animalibus, proſpicit & eorum curam gerit: Hoc vero pro Baccho, vini, ut illi impie dicebant, conſervatore. Eſt enim Bromius Bacchi epitheton. Menſe autem Martio fiebat magna Græca concio, ſeu univerſalis conventus, propter bonam temporum & aëris temperiem: quo tempore etiam indecoræ ſaltationes à quibuſdam mulierculis viriſque fiebant. Quæ omnia & his ſimilia ſancti patres averſantes, nulli viro permittebant muliebri ſtola ullo modo uti, vel contrà; ſed neque perſonas induere comicas vel tragicas vel ſatyricas: nec Bacchi quidem, nomen in torcularibus nominare, nec vino doliis infuſo ridere & cachinnari. Eos autem qui tale quid facere adorti fuerint, poſtquam canonici decreti cognitionem ceperint, ſi ſint quidem Clerici deponi: ſi verò Laici, ſegregari. Quærendum ergo eſt quænam ſint comicæ perſonæ, quæ tragicæ, & quæ ſatyricæ. Ac ſunt quidem comica, quæ riſum movent & ſunt petulantia ac contumelioſa, ut quæ ab Ariſtophane ſcripta ſunt. Tragica, quæ movent affectus & ſunt lamentabilia, ut Euripidis Iambica. Et ſatyrica, quæ in Bacchi hymnum ac laudem celebrantur orgia à Satyris & Bacchis. Cùm patres hæc ſanctè ſtatuerint, & lxiiii. cap. cxxiii. Juſtiniani nov. ſive xiii. cap. primi tit. iiii. lib. Baſilic. hæc expreſsè dicat: Omnibus autem omnino qui in ſecularibus verſantur, & iis maximè, qui ſcenica tractant, viris & mulieribus, atque iis etiam quæ præſunt, interdicimus, ne Monachi amictu vel aſcetriæ utantur, vel eum quovis modo imitentur; ſcientibus univerſis, qui audent vel tali uti amictu, vel imitari, vel in quamcunque Eccleſiaſticam conſtitutionem illudere, quòd etiam corporalia ſupplicia ſubibunt, & exterminabuntur: huic rei proſpicientibus, non ſolùm locorum ſanctiſſimis Epiſcopis & qui ſub eis ſunt Clericis, ſed etiam civilibus & militaribus magiſtratibus, eiſque ſubjectis ordinibus, & locorum defenſoribus. Hiſtriones autem quaſvis perſonas induunt, Monachóſque & Clericos ſecurè ludificantur. Sed & quidam Clerici in quibuſdam feſtis varias perſonas ſuſcipiunt & effingunt: & aliquando quidem enſe cincti cum militaribus veſtibus in Eccleſiæ meditullium ingrediuntur, aliquando verò ut Monachi progrediuntur, vel ut quadrupedia animalia. Cùm itaque interrogaſſem, quomodo hæc fieri permiſſum ſit, nihil aliud audivi, quàm hæc longa conſuetudine fieri. Ejuſmodi ſunt, ut mihi videtur, & quæ à quibuſdam, qui in clero ſunt, domeſticorum inſtar fiunt, qui aërem digitis ut aurigæ feriunt, & genis fucos apponunt, & muliebria quædam opera fingunt, & alia indecora, ut ſpectatoribus riſum moveant. Ridere autem agreſtes vino infuſo doliis, eſt aliquid veluti neceſſariò conſequens iis, qui in lacum ingrediuntur, vinitoribus: niſi quis dixerit hanc ſatanicam operationem exoleviſſe, eo quòd agreſtes frequentiùs dicant in unaquâque ferè menſura, Kyrie eleiſon. Quæ porro indecora aliquando fiebant à notariis, adoleſcentium inſtructoribus, in ſanctorum notariorum feſto, cum ſcenicis perſonis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleverunt, ſanctiſſimi illius Patriarchæ domini Lucæ decreto.

ΖΩΝΑΡ. Καλάνδαι εἰσὶν αἱ πρῶται ἑκάστου μηνὸς ἡμέραι, ἃς αἱ εἴθισται τοῖς Ἕλλησι ποιεῖν πανηγύρεις. καὶ τὰ Βοτὰ δὲ καὶ τὰ βρουμάλια Ἑλληνικαὶ ἦσαν ἑορταί. Βρόμιος γὰρ ἐπίθετον ἦν τοῦ Διονύσου. καὶ τἄλλα ὁμοίως, ἅπαντα κωλύουσι γενέσθαι οἱ πατέρες παρὰ τῶν πιστῶν. εἴρηνται δὲ καὶ τὰς τῶν γυναικῶν δημοσίας ὀρχήσεις, ὡς εἰς ἀκολασίας ἐρεθισμὸν τοῖς θεωμένοις αὐτάς, καὶ ὅσα τοῖς Ἕλλησιν ἐθεράπευτο ἐξ ἀνδρῶν ἢ γυναίων ὀνόματι

ZONAR. Sunt Calendæ primi menſis cujuſque dies, quos Græci ſolenni religione ac ceremonia de more celebrabant. Bota quoque & Brumalia Græcorum feſti dies fuere. Bromius ſiquidem Bacchi epithetum. Eos igitur alióſque ejuſmodi Græcorum feſtos dies, ne cultu aliquo proſequi fidelibus liceat, Patres decrevere. Publicas quoque mulierum ſaltationes, quibus ſpectandis videlicet ad libidinem homines incitantur, tum quæcunque Græci viri aut fœminæ, commentitiorum

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

numinum honori tribuentes, peragere ſoliti ſunt, exhiberi vetant. Præterea viris muliebri ornatu, virili fœminis, quæ bacchantium ſibi conſuetudo permiſerat; quinimo perſonarum quoque, comicæ, tragicæ, Satyricæve uſu penitus interdictum. Eſt vero comica perſona, quæ ad alios ſcommate perſtringendos aſſumitur. Tragica, quæ perturbationes animi ac dolores incitat. Satyrica, demum, eorum qui Baccho initiarentur propria fuit. Satyrorum ſiquidem, ſicut & Baccharum, è Bacchi comitatu eſſe dicebatur illa furoris attoniti plena ſaltatio. Ad hæc neque Bacchi nomen in torcularibus paſſim cieri, neque merum, interea dum in doliis conditur, riſu & cachinno proſequi ſinunt. Porro Bacchus à Græcis in Deorum numero habitus, quem ebrietatis præſidem vinique largitorem agnoſcebant. Hi tamen mores à ruſticis, eorum quæ faciunt ignoratione, nunc quoque retinentur. Verùm hic canon, ſacri ordinis Clericum, ſi ejuſmodi quidpiam ſciens admiſerit, deponi; Laicum verò ſegregari, jubet.

A τῆς ψευδωνύμων θεῶν αὐτῆς, καὶ μὴ κεχρῆσθαι κελεύουσι τοὺς ἄνδρας γυναικείαις στολαῖς, ἢ ἃς γυναῖκας ἀνδρώαις, οἷα ἐποίουν οἱ τῷ Διονύσῳ βακχεύοντες· ἀλλὰ μηδὲ προσωπεῖα Κωμικὰ ὑποδύεσθαι, ἢ Τραγικά, ἢ Σατυρικά. Κωμικὰ μὲν οὖν προσωπεῖά εἰσι τὰ εἰς σκώμματά τινων ἐπιτηδούμενα. Τραγικὰ δὲ τὰ προπαθῆ καὶ θρηνώδη ἐμποιοῦντα. τὰ δὲ Σατυρικὰ τῆς τοῦ Διονύσου πλουμβύων ἕστιν. καὶ οἱ Σάτυροι δέ, ὡς αἱ Βάκχαι, τῆς περὶ τὸν Διόνυσον ἐμπλήκτου χορείας ἐλέγοντο εἶναι. μήτε μὴν τὸ τοῦ Διονύσου ὄνομα ἐν ταῖς ληνοῖς ὀνομάζειν, μήτε τοῖς πίθοις ἐγχεομένου τοῦ οἴνου γελᾶν καὶ ἐπικαγχάζειν. ὁ δὲ Διόνυσος θεὸς ὀνομίζετο παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἔφορος τῆς μέθης καὶ τοῦ οἴνου δοτήρ. ἃ καὶ νεωστὶ γένοντα ἔθη παρὰ τοῖς ἀγρόταις, μὴ εἰδέσιν ἃ ποιοῦσιν. ὁ δὲ κανὼν ἐπὶ μὲν τοὺς ἱερωμένους καθαιρεθῆναι προστάσσει, τοιοῦτόν τι ποιοῦντας ἐν γνώσει· τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι.

B

Arist. *A fidelium vitæ ratione auferantur Bota, & Calendæ, & Brumalia, & in Deorum honorem ſaltationes, & Comicæ, & Satyricæ, & Tragicæ perſonæ, & Bacchi in torcularibus invocatio, riſuſque in doliis. Qui autem poſt canonem in his perſiſtunt, obnoxii ſunt.* C

Omnem idololatriam & vanitatem è fidelium converſatione patres tollentes, non permittunt ea, quæ in præſenti Canone diſertè numerantur, à Chriſtianis peragi: Sed ſi ſint quidem Clerici, qui hæc & hujuſmodi faciunt, deponi jubet canon; ſin vero Laici, ſegregari.

ΑΡΙΣΤ. Περιαιρείσθω τῆς πίστεως Βοτὰ πολιτείας, καὶ αἱ καλάνδαι, καὶ τὰ βρυμάλια, καὶ αἱ ὀρχήσεις εἰς θεούς, καὶ τὰ κωμικὰ, καὶ σατυρικὰ, καὶ τραγικὰ πρόσωπα, καὶ ἡ ἐπὶ ληνοῖς τοῦ Διονύσου ἐπίκλησις, καὶ ὁ ἐπὶ τοῖς πίθοις γέλως· οἱ δὲ ἐπιμένοντες μὴ ταῦτα ποιοῦντες, καθαιρείσθωσαν.

Πάντα τὰ τῆς εἰδωλικῆς καὶ ματαιότητος ἐκ τῆς πίστεως πολιτείας οἱ πατέρες διαιροῦντες, οὐκ ἀτέλεστα τελεῖσθαι τῆς χριστιανῶν τὰ ὁμοῖα τῷ παρόντι κανόνι ῥητῶς ἀπηγορεύκασι· ἀλλ' εἰ μὲν κληρικοί εἰσιν οἱ τοιαῦτα ποιοῦντες, καθαιρεῖται καθαρεῶς· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀφορίζεσθαι.

D

Canon LXIII.

Quæ à veritatis hoſtibus falsò confictæ ſunt Martyrum hiſtoriæ, ut Chriſti Martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri eſſent, ad infidelitatem deducerent, in Eccleſiis non publicari jubemus, ſed eas igni tradi. Qui eas autem admittunt, vel tanquam veris iis mentem adhibent, anathematizamus.

ΚΑΝΩΝ ξγ'.

Τὰ ψευδῶς ὑπὸ τῆς τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν συμπλασθέντα μαρτυρολόγια, ὡς ἂν τοὺς Χριστοῦ μάρτυρας ἀτιμάζοιεν, καὶ πρὸς ἀπιστίαν ἐνάγοιεν τοὺς ἀκούοντας, μὴ ἐπ' ἐκκλησίαις δημοσιεύεσθαι προστάττομεν, ἀλλὰ ταῦτα πυρὶ παραδίδοσθαι. τοὺς δὲ ταῦτα παραδεχομένους, ἢ ὡς ἀληθέσι τούτοις προσέχοντας, ἀναθεματίζομεν.

E

Bals. Non latuit ſanctos patres, quòd multi infideles & Chriſtum exoſi, ſanctorum Martyrum & confeſſorum certamina non admittentes, vel etiam Chriſtianos qui hæc recipiunt irridentes, quædam falſa & aliena, ſuâque improbitate digna confinxerunt, tanquam à martyribus dicta vel facta eſſent: ut qui in ea incideret, vel ad infidelitatem deducerentur vel riſum, ſanctique ignominia ac probro afficerentur. Et ideo ſtatuerunt hæc ſcripta non omnino in vulgus edenda, ſed eſſe igni mandanda: eos autem, qui hæc admittunt, eſſe anathematizandos. Propter hanc itaque cauſam, ut eſt conſentaneum, lxxxv. canon ſanctorum Apoſtolorum definiit, quinam libri legi debeant ex antiquo teſtamento, & quinam ex novo: & re iqua ut adulterina obeliſco confodit. Magna itaque beato Metaphraſtæ agenda eſt gratia, qui martyrum pro veritate certamina non ſine multis laboribus & ſudoribus repurgavit & exornavit, ad Dei laudem & ſanctorum Martyrum perennem gloriam. Porrò ſanctiſſimus ille Patriarcha dominus Nicolaus Muzalon, cùm vitam ſanctæ Paraſceves, quæ in quodam Callicratiæ vico colebatur, à quodam vicano ineptè ac indoctè, & ſanctæ angelica vivendi ratione indigne compoſitam inveniſſet, eam igni mandari juſſit: & Diacono illi Baſilico mandavit, vitam ejus Deo gratã conſcribere.

F

Βαλς. Οὐκ ἔλαθε τοὺς ἁγίους πατέρας, ὅτι πολλοὶ τῆς ἀπίστων καὶ μισοχρίστων μὴ παραδεχόμενοι τοὺς τῶν ἁγίων μαρτύρων καὶ ὁμολογητῶν ἄθλους, ἢ καὶ καταμωκώμενοι τῶν ταῦτα δεχομένων Χριστιανῶν, συνεπλάσατό τινα ψευδῆ καὶ ἀλλόκοτα, καὶ ἄξια τῆς αὐτῶν κακίας, ὡς δῆθεν παρὰ τῶν μαρτύρων λαληθέντα ἢ πραχθέντα· ἐφ' ᾧ τὸν ἐντυγχάνοντας ἐνάγειν εἰς ἀπιστίαν ἢ γέλωτα, καὶ τοὺς ἀκούοντας βλασφημίζειν. διὸ καὶ ὥρισε τὰ τοιαῦτα συγγράμματα μὴ δημοσιεύεσθαι ὅλως, ἀλλὰ κρύπτεσθαι· τοὺς δὲ παραδεχομένους ταῦτα ἀναθεματίζειν. διὰ τοιαύτην οὖν, ὡς ἔοικεν, αἰτίαν καὶ ὁ πε. κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διωρίσατο, ποῖα ὀφείλουσι βιβλία ἀναγινώσκεσθαι παρὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, καὶ ποῖα παρὰ τῆς νέας· καὶ τὰ λοιπὰ ὠβέλισεν ὡς νενοθευμένα. χάρις τοίνυν τῷ μακαρίτῃ μεταφραστῇ τῷ τὰ μαρτυρικὰ ἀπὸ τῆς ἀληθείας σκάμματα πολλοῖς πόνοις καὶ ἱδρῶσι κατακαλύναντι, εἰς ὕμνον θεοῦ καὶ δόξαν αἰωνίζουσῶν τῶν ἁγίων μαρτύρων. ὁ ἁγιώτατος δὲ πατριάρχης ἐκῦρ Κῦρ Νικόλαος ὁ Μυζάλων, εὑρὼν συγγραφέντα τὸν βίον τῆς ἁγίας Παρασκευῆς, τῆς ἐν τῷ χωρίῳ τῇ Καλλικρατίᾳ τιμωμένης, ὅπου τις κῦρ χωρίτης ἰδιωτικῶς καὶ ἀναξίως τῇ ἀγγελικῇ διαγωγῇ τῆς ἁγίας, ὥρισεν πυρὶ παραδοθῆναι· καὶ ἐπέτρεψε τῷ διακόνῳ ἐκείνῳ τῷ βασιλικῷ συγγράψαι τὸν ταύτης ἀκέραιον βίον.

Zonar. Quidam à fine alieni homines, noſtrorum accuſationi & contumeliis intenti, nonnulla plena abſurditatis & ineptiarum, quaſi à martyribus dicta aut effecta fuiſſent, literis conſignaverant: ut in eo ſcilicet fidei noſtræ contemptus, & ſanctis quoque martyribus ignominia conciliaretur. Eorum non modo lectione interdi-

Ζωναρ. Ὑπό τινων, ὡς ἔοικε, θελόντων διαβάλλειν τὰ τῶν Χριστιανῶν συγγράφησάν τινα, ὡς λεχθέντα καὶ πραχθέντα παρὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων, ἀλλόκοτα ἢ καὶ γελοῖα, ἵν' ὕστερον καταγελῶτο μὲν ἡ πίστις ἡμῶν, ὑβρίζοιντο δὲ καὶ οἱ μάρτυρες. τὰ γοῦν τοιαῦτα οὐ μόνον ἀναγινώσκεσθαι

σκεδαζ κωλύει ὁ κανὼν, ἀλλὰ καὶ καῆναι αὐτὰ ἀπαιτεῖ. εἰ δέ τινες τούτοις χρῶνται πιστεύοντες ὡς ἀληθέσιν, ἀναθεματίζεσθαι κελεύει αὐτούς.

cit, ſed flammis quoque aboleri canon jubet. Qui vero ea legerint, ac pro veris acceperint, anathemate puniendos eſſe decernit.

ΑΡΙΣΤ. Τὰ ὑφ' Ἑλλήνων συμπλασθέντα μαρτυρολόγια μὴ ἐκκλησιάζοιτο.

Οὐ δεῖ ἐπ' ἐκκλησίαις ἀναγινώσκεσθαι, ἀλλὰ καὶ πυρὶ παραδίδοσθαι, τὰ τοῦ ὕβριν τοῦ τοῦ χριστοῦ μαρτύρων παρὰ τῶν Ἑλλήνων γραφέντα μαρτυρολόγια· εἰ δέ τις εὑρεθῇ, ὡς ἀληθῆ ταῦτα παραδεχόμενος, ἀναθεματιζέσθω.

ARIST. *Martyrologia ab ethnicis conficta in Eccleſiâ ne publicentur.*

Martyrologia in Chriſti martyrum ignominiam ab ethnicis conſcripta non oportet in Eccleſiis legere, ſed igni tradere. Si quis autem deprehendatur ea, ut vera, recipiens, anathemate percutiatur.

ΚΑΝΩΝ ξδ'.

Ὅτι οὐ χρὴ δημοσίᾳ λαϊκὸν λόγον κινῆσαι ἢ διδάσκειν, ἀξίωμα ἑαυτῷ διδασκαλικὸν ἐντεῦθεν περιποιούμενον, ἀλλ' εἴκειν τῇ χαρισθείσῃ παρὰ τοῦ κυρίου τάξει, καὶ θύρας τοῖς πάλαι χάριν τοῦ διδασκαλικοῦ λόγου διανοίγειν, καὶ τὰ θεῖα παρ' αὐτῶν ἐκδιδάσκεσθαι. ἐν γὰρ τῇ μιᾷ ἐκκλησίᾳ διαφόρους μέλη πεποίηκεν ὁ θεός, καθὼς τοῦ ἀποστόλου φωνοῦ. διὸ ὁ θεολόγος ἑρμηνεύων Γρηγόριος, σαφῶς τοῦτο ἐν τούτοις τάξιν παρίστησι, λέγων· τούτῳ αἰδώμεθα τὴν τάξιν ἀδελφοί, τούτῳ φυλάττωμεν. ὁ μὲν, ἔστω πρακτικός· ὁ δὲ, γλῶττα· ὁ δὲ, χεὶρ· ὁ δὲ ἄλλο τι· ὁ δὲ, διδασκέτω· ὁ δὲ μανθανέτω· καὶ μὴ βραχέα· καὶ ὁ μανθάνων ἐν εὐπειθείᾳ, καὶ ὁ χορηγῶν ἐν ἱλαρότητι, καὶ ὁ ὑπουργῶν ἐν εὐθυμίᾳ· μὴ πάντες ὦμεν γλῶσσα, τὸ ἑτοιμότατον· μὴ πάντες ἀπόστολοι, μὴ πάντες προφῆται, μὴ πάντες διερμηνεύωμεν· καὶ μετά τινα, τί σεαυτὸν ποιεῖς ποιμένα, πρόβατον ὤν; τί γένῃ κεφαλή, πρὸς τυγχάνων; τί στρατηγεῖν ἐπιχειρεῖς, πταίων ἐν στρατιώταις; καὶ ἐπίρρωθι ἡ σοφία μᾶλλον, μὴ ἴδιε ταχὺς ἐν λόγοις· μὴ συμπρεκτείνου πένης ὢν πλουσίῳ, μηδὲ ζήτει τοῖς σοφοῖς εἶναι σοφώτερος. εἰ δέ τις ἄλλῳ τὸν πρόντα παρασαλεύων κανόνα, ὑπὸ ἡμέρας πεντήκοντα ἀφοριζέσθω.

CANON LXIV.

Quòd non oportet laicum publicè diſputare vel docere, docendi auctoritatem ex eo ſibi vindicantem, ſed ordini à Domino traditò cedere, & aurem iis, qui docendi gratiam acceperunt, aperire, & divina ab eis doceri. In una enim Eccleſia diverſa membra fecit Deus, ut eſt vox Apoſtoli: Quam interpretans Gregorius Theologus, eum qui in iis eſt ordinem apertè commendat, dicens: Hunc ordinem revereamur fratres, hunc ſervemus. Hic quidem ſit auris; ille verò lingua; hic autem manus; ille verò aliquid aliud. Hic quidem doceat: ille verò diſcat. Et paulo pòſt, Et qui diſcit, in docilitate, & qui ſuppeditat, in hilaritate, & qui opem fert ac ſubminiſtrat, in alacritate. Ne ſimus omnes lingua, quod eſt promptiſſimum; ne omnes Apoſtoli; ne omnes Prophetæ; ne omnes interpretemur. Et poſt quædam, Cur te paſtorem facis cùm ſis ovis? Cur caput efficeris, cum ſis pes? Cur Imperator eſſe conaris, cum relatus ſis in numerum militum? Et alibi jubet ſapientia, ne ſis velox in ſermonibus; ne, cum ſis pauper, unà cum divite extendaris; nec quæras ſapientibus eſſe ſapientior. Si quis autem præſentem canonem labefactans deprehenſus fuerit, xl. diebus ſegregetur.

ΒΑΛΣ. Τὸ διδάσκειν τοῦ τοῦ κυρίου λαὸν, καὶ ἑρμηνεύειν τὰ θεῖα δόγματα, μόνοις ἐδόθη παρὰ τῆς χάριτος τοῦ πνεύματος τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς παρὰ τούτων ὑπερτρεπομένοις. ὡς ἔοικεν οὖν τινὲς λαϊκοὶ, ἴσως πεπαιδευμένοι σοφίαν, διελέγοντο δημοσίᾳ περί τινων ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων, καὶ διδασκαλικὸν ὑπεκρίνοντο ἀξίωμα. τοῦτο ἀπαγορεύοντες οἱ ἅγιοι πατέρες, διωρίσαντο μηκέτι τοιοῦτόν τι γίνεσθαι, καὶ συγχέεσθαι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ συντάξιαν. ἀλλ' ἐπεί φασιν ἐκ διαφόρων μελῶν ὁ θεὸς τοῦ ἐκκλησίαν ἐστερέωσέ τε καὶ ὕψωσε, καὶ οἱ λαϊκοὶ διδάσκεσθαι ἐτάχθησαν, οὐχὶ διδάσκειν, ὀφείλησι μᾶλλον ὑπέχειν τὸ οὖς τοῖς διδάσκουσιν, ἢ τοῦ γλῶτταν κινεῖν, καὶ σκανδαλίζειν πολλάκις· καὶ ἕκαστον μένειν ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει, καθ' ἣν τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. ἐχρήσαντο δὲ, εἰς ὑπόσυσασιν τοῦ λόγου αὐτῶν, καὶ γραφικοῖς διαφόροις ῥητοῖς, ἀποστολικοῖς δηλαδὴ, θεολογικοῖς, καὶ προφητικοῖς. τοὺς μύτοι παραβαίνοντας τὸν παρόντα κανόνα, ὑπὸ τεσσαράκοντα ἡμέραις ἀφορίζεσθαι διωρίσθητο. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τοῦ κανόνος κωλύοντος δημοσίᾳ διδάσκειν ἢ διαλέγεσθαι τοὺς λαϊκοὺς περὶ ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων, κωλυθήσονται κληρικοὶ καὶ μοναχοὶ παρομοίως τοῖς λαϊκοῖς ἢ οὔ; Λύσις. ἐπεὶ τὸ διδάσκειν μόνων τῶν ἀρχιερέων ἔξεστι, καὶ τῶν τεταγμένων εἰς τοῦτο, εἴτις ἐξ αὐτῶν τοῦ κανονικοῦ παραβράμῃ παραγγελίαν, ὑπόδικος ἔσται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν τῇ κατεξετάσει τοῦ εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ, τοῦ λέγοντος, ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι, πολλοὶ μοναχοὶ καὶ κληρικοὶ, ὅτι περὶ τούτου ἀντιθετικῶς ἢ ἐλάλησαν ἢ ἔγραψαν, ἐκολάσθησαν· καλῶς δὲ προσετέθη τὸ δημοσίᾳ. ἐπεὶτοιγε κατ' ἰδίαν ἐρωτώμενός τις σωτὸς περί τινος δογματικῆς ὑποθέσεως, ἢ περὶ ἄλλης ψυχωφελοῦς αἰτίας, καὶ κωλυθήσεται τὸ δοκοῦν αὐτῷ

BALS. Populum Domini docere, & divina decreta interpretari, ſolis Antiſtibus à divina ſpiritus gratia conceſſum eſt, & iis quibus ab illis permiſſum eſt. Ut eſt ergo veriſimile, quidam Laici & fortè etiam docti, de quibuſdam Eccleſiaſticis argumentis publicè diſputabant, & quandam auctoritatem docendi præ ſe ferebant. Divini ergo patres hoc prohibentes, ſtatuerunt, ne quid amplius ejuſmodi fieret, ne Eccleſiæ ordo confunderetur. Sed quoniam, inquit, Deus ex diverſis membris Eccleſiam ſuis ſtabiliit & erexit, & conſtitutum eſt ut Laici docerentur, non docerent, debent potiùs aurem docentibus præbere, quàm linguam movere, ac multos offendere: & unuſquiſque manere in quo vocatus eſt ordine, ut dicit ſacra ſcriptura. Ad ejus autem, quod dixerunt, confirmationem diverſis ſcripturæ dictis Apoſtolicis ſcilicet, & theologicis, & Propheticis uſi ſunt. Eos autem qui præſentem can. tranſgrediuntur lx. diebus ſegregari juſſerunt. Interrogaverit autem quiſpiam, cùm can. prohibeat Laicos de rebus Eccleſiaſticis publicè docere vel differere, an Clericus vel Monachus prohibebitur ſimiliter ac Laici, an non? Solutio. Quoniam docere ſolorum eſt Antiſtitum, & eorum qui ad hoc ſunt ordinati, ſi quis ex eis canonicum præceptum tranſgreſſus fuerit, is, ut mihi videtur, canone tenebitur. Propterea enim & evangelici dicti examinatione, quod dicit; Pater meus major me eſt, multi Monachi & Clerici, quoniam de eo contentioſè, vel locuti fuerant, vel ſcripſerant, puniti ſunt. Rectè autem adjectum eſt illud, publicè. Si quis enim intelligens privatim de aliqua decreti materia, vel de alia ad animæ utilitatem pertinente cauſa, interrogetur, non prohibebitur id quod ſibi videtur reſpondere. Iiij. enim cap. i. tit.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

primi lib. Basilic. dicit, Nemo vel Clericus vel Monachus militans, vel quicunque is sit alius cogens multitudinem, publicè de fide disserat. Videtur enim injuriam facere Chalcedon. Syn. quæ omnia aptè definiit; quæ etiam dat omnibus hæreticis nostra cognoscenda. Quocirca si is quidem, qui hæc facit, fuerit Clericus, à Clericorum conventu excidet: si autem miles, à militia. Reliqui autem, prout cujusque fuerit conditio, punientur.

ZONAR. Ordinem ab unoquoque, in quem vocatus est, retinendum, divino oraculo admonemur. Idem hic quoque canon præcipit, laicúmque hominem, neque publice disputationem de fide instituere, neque docendi sibi munus usurpare, verùm quibus ea docendi cura demandata est silentio attentas aures præbere jubet. Unicum est enim Ecclesiæ corpus, quod ex multis membris perficitur, ut divinus Apostolus docet. Deinde Theologi verba, hoc Apostoli dictum interpretantis, subnectit. Tum illa quoque sapientiæ subjicit, Ne sis velox in loquendo, & quæ sequuntur. Qui vero canoni non obtemperaverint, quadraginta dierum segregatione mulctari placet. Privatim tamen quis interroganti respondere, ac propositæ ab eo quæstioni docendo satisfacere, non prohibebitur.

ARIST. *Laicus ne doceat: Non enim omnes Prophetæ, non omnes Apostoli.*

Unusquisque debet suum cognoscere ordinem, & non se pastorem facere, cum sit ovis, vel caput se efficere, cùm sit pes: sed ordine à Domino tradito contentum esse, & aurem iis aperire qui docendi gratiam acceperunt. Omnes enim non sunt prophetæ, nec omnes Apostoli. Quapropter Laici neque doceant, nec verba dogmatica moveant, docendi autoritatem sibi exinde vendicantes.

CANON LXV.

Qui in noviluniis à quibusdam ante suas officinas & domos accenduntur, rogos, supra quos etiam antiqua quadam consuetudine salire nonnulli ineptè ac delirè solent, jubemus deinceps cessare. Quisquis ergo tale quid fecerit, si sit quidem Clericus, deponatur: sin autem Laicus, segregetur. In quarto enim libro Regum scriptum est, Et ædificavit Manasses altare universæ militiæ cœli, in duobus atriis domus Domini, & filios suos traduxit per ignem, sortibúsque & auguriis auspiciísque usus est, & fecit ventriloquos, & divinatores multiplicavit, & perrexit facere malum coram domino, ut eum ad iram provocaret.

BALS. Novilunia dicebantur dies primi mensium. Mos ergo erat apud Judæos & Græcos festum tunc agere & genu flectere, ut totum mensem feliciter transigerent. De quibus Deus quoque dixit per Prophetam: Novilunia vestra & sabbata odit anima mea. Sed & ante suas officinas & ædes rogos incendebant, & supra eos saliebant, per id existimantes ea quæ illis priùs obtigissent mala comburi, foréque ut in alia bona inciderent. His ergo consequenter faciebant etiam quidam orthodoxi eo tempore quo hæc habita est Synodus. Unde etiam patres ea cessare jusserunt; & eum quidem qui tale quid fecisset, si esset Clericus, deponi; si verò Laicus, segregari sanxerunt. Cùm autem vellent ostendere hæc esse mala maxima, & à Deo alienationem: ex quarto quoque libro Regum verbis usi sunt, de rege Manasse, qui Deum ad iram provocavit, quia in domus Domini atriis sacrificavit militiæ cœli, astris scilicet, & quòd filios suos per ignem traduxit, sortibúsque & auguriis auspi-

A ἀποκρίνεσθαι. καὶ ὃ δ'. γὰρ κεφάλ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ α'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, φησί, μηδεὶς ἢ κληρικὸς ἢ μοναχὸς στρατευόμενος, ἢ ἄλλος οἱοσδήποτε πληθὺν συνάγων δημοσίᾳ περὶ τῆς πίστεως διαλεγέσθω. ὑβρίζειν γὰρ δοκεῖ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, τὴν δεόντως πάντα διατυπώσαντα, ἥτις καὶ τοῖς αἱρετικοῖς πᾶσι δίδωσι γινώσκειν τὰ ἡμέτερα. ὥστε οὖν εἰ μὲν κληρικὸς εἴη ὁ ταῦτα ποιῶν, τοῦ συλλόγου τῶν κληρικῶν ἐκπεσεῖται· εἰ δὲ στρατευόμενος, τῆς στρατείας. οἱ δὲ λοιποὶ κατὰ τὴν ἰδίαν τύχην τιμωρείσθωσαν.

ZΩΝΑΡ. Εκαστος ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει, ἐν ταύτῃ μενέτω, φησὶν ἡ θεία γραφή. τοῦτο δὲ καὶ ὁ κανὼν ἐνταῦθα νομοθετεῖ, καὶ B λαϊκὸν δημοσίᾳ διαλέγεσθαι περὶ πίστεως, ἢ διδάσκειν ὡς διδάσκαλον, οὐ βούλεται, ἀλλ' ὑπέχειν τὸ οὖς τοῖς ταχθεῖσιν εἰς ὃ διδάσκειν. ἓν γάρ ἐστι σῶμα ἡ ἐκκλησία, ὑπὸ διαφόρων δὲ συμπληροῦται μελῶν κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. εἶτα τοῦ θεολόγου ἐπάγει ῥητὰ, ἑρμηνεύοντος τὰ ἀποστολικὰ ῥήματα, καὶ προσεπάγει τὰ τῆς σοφίας λεγούσης, μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν λόγοις, καὶ τὰ λοιπά. τοὺς δὲ παραβαίνοντας τὸν κανόνα, ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα ἀφορίζει. ἰδίᾳ δέ τις ἐρωτώμενος, οὐ κωλυθήσεται ἀποκρίνεσθαι καὶ διδάσκειν τὸν ἐρωτῶντα.

C ΑΡΙΣΤ. Λαϊκὸς μὴ διδάσκοι· μὴ γὰρ πάντες προφῆται, μὴ πάντες ἀπόστολοι.

Εκαστος ὀφείλει τὴν ἑαυτοῦ τάξιν εἰδέναι, καὶ μὴ ποιμένα ἑαυτὸν ποιεῖν, πρόβατον ὤν, ἢ κεφαλὴν καθιστᾶν πούς τυγχάνων· ἀλλ' ὑπείκειν τῇ παραδοθείσῃ παρὰ τοῦ κυρίου τάξει, καὶ τὸ οὖς διανοίγειν τοῖς τὴν χάριν τοῦ διδασκαλικοῦ λόγου λαβοῦσιν. οὐ γὰρ πάντες προφῆται, οὐδὲ πάντες ἀπόστολοι. διὰ τοῦτο οἱ λαϊκοὶ μήτε διδασκέτωσαν, μήτε λόγους δογματικοὺς κινείτωσαν, ἀξίωμα διδασκαλικὸν ἐντεῦθεν ἑαυτοῖς περιποιούμενοι.

D

ΚΑΝΩΝ ξέ.

Τὰς ἐν ταῖς νουμηνίαις ὑπό τινων πρὸ τῶν οἰκείων ἐργαστηρίων ἢ οἴκων ἀναπτομένας πυρκαϊάς, ἃς καὶ ὑπεράλλεσθαί τινες κατά τι ἔθος ἀρχαῖον ἐπιληροῦσι, ἀπὸ τοῦ παρόντος καταργηθῆναι προστάσσομεν. ὅστις οὖν τοιοῦτόν τι πράξοι, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. γέγραπται γὰρ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν βασιλειῶν· καὶ ᾠκοδόμησε Μανασσῆς θυσιαστήριον πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, ἐν ταῖς δύο αὐλαῖς οἴκου κυρίου, καὶ διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, καὶ ἐκληδονίζετο καὶ οἰωνίζετο, καὶ ἐποίησεν ἐγγαστριμύθους, καὶ γνώστας E ἐπλήθυνε, καὶ ἐπλήθυνε τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, τοῦ παροργίσαι αὐτόν.

ΒΑΛΣ. Νουμηνίαι ἐλέγοντο αἱ πρῶται ἡμέραι τῶν μηνῶν. εἴθιστο οὖν παρὰ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησιν ἑορτάζειν τηνικαῦτα καὶ γονυκλιτεῖν, ὡς ἂν τὸ μηνιαῖον διάστημα εὐτυχῶς διέλθωσι· περὶ ὧν καὶ ὁ θεὸς εἶπε διὰ τοῦ προφήτου, τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου. ἀλλὰ καὶ ἔμπροσθεν τῶν ἐργαστηρίων αὐτῶν καὶ τῶν οἰκείων ἀνῆπτον πυρκαϊάς, καὶ ἐπήδων ἐπάνω τούτων, νομίζοντες διὰ τοῦτο τὰ προσυμβάντα ἴσως αὐτοῖς δυσχερῆ F κατακαίεσθαι, καὶ ἑτέροις ἀγαθοῖς ἐντυγχάνειν. ἀκολούθως οὖν τούτοις ἐποίουν καί τινες ὀρθόδοξοι ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς ἡ παροῦσα γέγονε σύνοδος. ἔνθεν τοι καὶ διωρίσαντο οἱ πατέρες καταργηθῆναι ταῦτα. καὶ τοιοῦτόν τι ποιήσαντα, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι· λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. θέλοντες δὲ παραστῆσαι ὅτι μέγιστόν τι κακὸν ταῦτα εἰσὶ, καὶ ἀπαλλοτρίωσις τοῦ θεοῦ, ἐχρήσαντο καὶ ῥήμασιν ἀπὸ τῆς δ'. τῶν βασιλειῶν, περὶ τοῦ βασιλέως τῶν Μανασσῆ τοῦ θεὸν παροργίσαντος, ὅτι ἔθυσεν ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ οἴκου κυρίου τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, ἤτοι τοῖς ἄστρασι, καὶ ὅτι

ὅτι διήγαγε τὰ τέκνα αὐτῆ ἐν πυρὶ, καὶ ἐκληδονίζετο καὶ οἰωνίζετο, καὶ ἐγαστρομαντεύετο καὶ γνώσεις ἐπλήθυνε. καὶ περὶ μὲν τῶν πυρκαϊῶν ὅπως ἐτελοῦντο, εἴπομεν ἄνωθεν. κληδὼν δὲ ἔστιν ἡ ἀπὸ φθόγγων ἢ πτήσεως οἰωνῶν, ζωύτων ἀγρίων πτερωτῶν ζώων, περὶ ὧν αἱρετή τις μάθησις· ἐξ οὗ καὶ οἰωνοσκοποι λέγονται. ἐγγαστρίμυθοι δὲ καὶ γνῶσαι λέγονται πάντες οἱ σατανικῶς ἐνθουσιάζοντες, καὶ προλέγοντες δῆθεν τὰ ἄγνωστα· ὡς οἱ κριτρίαι, οἱ ἀθίγγανοι, οἱ ψευδοπροφῆται, ἐρημῖται, καὶ ἕτεροι. ταῦτα τοῦ κανόνος ἀφαιρεῖ τὸν νουμηνιακὸν ἑορτὴν προαπημονούντων ἱερέων ἐχόλασε, καὶ ἀντὶ ταύτης, θεοῦ χάριτι, ἱλαστήριοι εὐχαὶ πρὸς θεὸν καὶ ἁγιασμοὶ ἐπ' ἐκκλησίας πρὸ τοῦ πιστοῦ λαοῦ γίνονται καθ' ἑκάστου ἀρχομηνίαν, καὶ ὕδασιν εὐλογίας οὐκ ἀντιλογίας χριόμεθα. ἡ δὲ τῶν πυρκαϊῶν δαιμονιώδης πλεκτὴ καὶ αἱ κληδόνες ἐγίνοντο, μέχρι τῆς ἐφημερείας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ γενομένου πάππου τῶν φιλοσόφων, εἰς ταύτην πως τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν, οὕτως. κεʹ τῷ ἐσπέρᾳ τῆς κγʹ. τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἠθροίζοντο ἐν ταῖς ῥυμαῖς καὶ ἔν τισιν οἴκοις ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ πρωτότοκον κοράσιον νυμφικῶς ἐστόλιζον. μεθ' ἡσυχῆ δὲ συμποσιάσαντες καὶ βακχικώτερον ὀρχήσαντες, καὶ χορεύσαντες καὶ ἀλαλάξαντες, ἔβαλον ἐν ἀγγείῳ συστόμῳ χαλκῷ θαλάττιον ὕδωρ, καὶ εἴδη τινὰ ἐκάστῳ ζώντων ἀνήκοντα· καὶ ὡσαύτως τῆς παιδὸς ἐκείνης λαβούσης ἰχνὺν ἐκ τοῦ σατανᾶ προμαντεύειν τὰ ἐρωτώμενα, αὐτοὶ μὲν περὶ τοῦ δὲ τινος ἀγαθοῦ ἢ καὶ ἀποτροπαίου ἀνεβόων ἐρωτηματικῶς. τὸ δὲ κοράσιον ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἀγγείῳ ἐμβληθέντων εἰδῶν τὸ συντυχὸν ἐξαγαγὼν, ὑπεδείκνυεν· ὃ καὶ λαμβάνων ὁ αὐτὸς τοῦτο δεσπότης, ἐπληροφορεῖτο τάχα τὰ ἐπ' αὐτῷ συνεχθησόμενα μέλλοντα, εὐτυχῆ τε καὶ δυστυχῆ. τῇ ἐπαύριον δὲ μετὰ τυμπάνων καὶ χορῶν σὺν τῷ κοράσιῳ εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς ἀφικόμενοι, καὶ ὕδωρ θαλάττιον ἀφθόνως ἀναλαμβανόμενοι, τὰς κατοικιῶν αὐτῶν ἔρραινον· καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἐτελοῦντο πρὸ τῶν συνετωτέρων, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἀπὸ κόρτου πυρκαϊὰς ἀνάπτοντες, ἐπήδων ὑπάνω αὐτῶν, καὶ κληδονίζοντο ἤτοι ἐμαντεύοντο περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας καὶ ἄλλων τινῶν, δαιμονιωδῶς. τὰς δὲ ἔνθεν κἀκεῖθεν εἰσόδους αὐτῶν, καὶ τὸ δωμάτιον ἐν ᾧ ἐτελεῖτο ἡ κληδὼν, σὺν τοῖς παρακειμένοις ὑπαίθροις, χρυσίζουσι πέπλοις καὶ σηρικοῖς καταπετάσμασιν ὑφάσμασιν. ἀλλὰ μὴν καὶ φυλλάσι δένδρων κατεστεφάνουν, εἰς πομπὴν καὶ ὑποδοχὴν, ὡς ἔοικε, τοῦ οἰκειωσαμένου αὐτοὺς σατανᾶ· ἃ δὴ πάντα ὁ ῥηθεὶς ἁγιώτατος πατριάρχης μετὰ πάσης ὀφειλομελείας καταργηθῆναι ἐπέτρεψεν· ὅπερ καὶ γέγονε. καὶ νῦν δυσχεραίνοντος θεοῦ, τὰ τοιαῦτα θεομισῆ ἔργα παντελῶς ἠφάνισται· ὡς τῶν ἐν ταῖς χθονίαις οὖσι προκριτωτέρων καὶ τῶν ἱερέων ὀφειλόντων τιμηθέντων, παντοίως φροντίζειν καὶ μὴ ἀφανίζειν τοιοῦτόν τι γίνεσθαι. ἠμύνετο δὲ καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν κορωνῶν καὶ τῶν κορακίων καὶ τῶν λοιπῶν ἀγρίων ζώων οἰωνοσκοπίαις καταργηθῆναι, ὡσαύτως καὶ τὰς φλυαρίας τῶν Κριτριῶν καὶ τῶν ἑτέρων λαοπλάνων. τὸ μέντοι, διήγαγε τὰ τέκνα αὐτῆ ἐν πυρὶ, ὁ μέγας Κύριλλος, ἐξηγούμενος τῷ προφήτῃ Ησαΐαν, ἀντὶ τοῦ ὁλοκαύτωσε, ἡρμήνευσεν, ἤγουν θυσίαν προσήγαγε τοῖς δαίμοσιν.

ZΩNAP. Εθη Ελληνικά τε καὶ ἐθνικὰ κατὰ παράδοσιν ἐποίουν τινὲς, καὶ ποιοῦσι, μηδὲ εἰδότες τί δηλοῦσι τὰ γινόμενα περὶ αὐτῶν· οἷόν ἐστι καὶ τὸ πυρκαϊὰς ἀνάπτεσθαι ἔμπροσθεν ἐργαστηρίων καὶ οἰκιῶν, καὶ αὐτὸ ὑπεραλλεσθαι, καὶ τοῦτο δὲ ὁ κανὼν ἀπείργουσι γίνεσθαι, καὶ τοὺς τοιοῦτόν τι πρᾶττοντας, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖ, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζει. εἶτα δείκνυς, ὅτι ἀπηγορευμένα εἰσὶ ταῦτα καὶ παρὰ παλαιοτέρῳ νόμῳ, ἐκ τῆς τετάρτης τῶν βασιλειῶν ἐποιήσατο τὴν ἀπόδειξιν λέγουσης· καὶ ᾠκοδόμησε Μανασσῆς θυσιαστήριον, καὶ τὰ ἑφεξῆς.

A cii ſque uſus eſt, & ventriloquos divinatores multiplicavit. Ac de rogis quidem ſeu pyris priùs diximus quomodo fierent. Sors autem eſt divinatio, quæ fit per ſigna. Augurium eſt ex volatu vel garritu avium, hoc eſt, ſylveſtrium pennatorum animalium, eorum quæ quis ſcire deſiderat, cognitio; unde & auſpices ſeu avium inſpectores augureſque dicuntur. Ventriloqui autem aruſpicesque dicuntur omnes, qui ſatanica incitatione afflati, dicunt ea quæ cognoſci non poſſunt, ut Critriæ, Athingani, pſeudoprophetæ, Eremitæ & alii. Hæc ſtatuente Canone, Novilunii quidem feſtum ante annos omnem memoriam ſuperantes ceſſavit, & ejus loco Dei gratia propi-
B pitiatoriæ preces ad Deum ac ſanctificationes in Eccleſia à fideli populo fiunt, in uniuſcujuſque menſis principio, & aqua benedictionis, non contradictionis, inungimur. Rogorum autem dæmoniacum myſterium ſortéſque fiebant, uſque ad tempus ſanctiſſimi Patriarchæ domini Michaëlis, qui fuit philoſophorum princeps in hac urbium regina, hoc modo. Xxiii. menſis Junii veſpere cogebantur in littoribus & quibuſdam ædibus viri & mulieres, & primogenitam puellam inſtar ſponſæ ornabant. Poſtquam ergo convivati eſſent, & bacchantûm ritu ſaltâſſent & choreas duxiſſent, in feſtiſque conſuetas exclamationes uſurpâſſent, in vas oris contractioris mari-
C nam aquam injiciebant, & res quaſdam ad unumquemq; eorum pertinentes: & tanquam puella illa à Satana facultatem accepiſſet futura prædicendi, ipſi quidem de bono aliquo, vel etiã averſando ac fugiendo quopiam, interrogando exclamabant. Puella autem ex rebus in vas injectis eam, quæ incidiſſet, eductam oſtendebat; Quam etiam accipiens ſtultus ejus dominus, certior forſan fiebat de proſperis vel adverſis ex eo eventuris. Poſtridie autem cum tympanis & choris unà cum puella ad littora venientes, & aquam marinam copioſè accipientes, ædes ſuas aſpergebant: & à paulò ſapientoribus hæc non ſolùm fiebant, ſed & per totam noctem rogos ex fœno
D accendentes, ſupra eos ſaliebant, & ſortiebantur ſeu divinabant de felicitate & infelicitate, & de quibuſdam aliis, planè dæmoniacè. Eorum autem hinc & illinc aditus, & domunculam, in qua ſors illa fiebat, unà cum iis ſub dio locis quæ propè erant, aureis veſtibus & ſericeis textibus exornabant. Quinetiam arborum foliis coronabant, ad honorandum, ut veriſimile eſt, & excipiendum Satanam, qui illos ſibi familiares effecerat. Quæ quidem omnia prædictus ſanctiſſimus Patriarcha cum omni diligentia prohiberi & penitùs aboleri curavit; quod & factum. Et nunc, ut Deo placuit, hæc opera Deo inviſa omnino exoleverunt; ideo quòd qui propè habitabant, &
E judices & ſacerdotes ſæpe ſunt reprehenſi, & admoniti, ut omnino curarent ac viderent, ne quid tale fieret. Ac utinam corvorum & cornicum & reliquarum ferarum avium inſpectiones abolitæ eſſent: ſimiliter autem & Critriarum nugæ & aliorum populi ſeductorum. Illud autem, Traduxit filios ſuos per ignem, magnus Cyrillus, prophetam Eſaiam explicans, interpretatus eſt, in holocauſto obtulit ſeu ſacrificabat dæmonibus.

F

ZONAR. Græcorum ethnicorúmque conſuetudines à majoribus acceptas nonnulli ſervabant, hodiéq; ſervant, etſi quid iis, quæ per ipſos geruntur, indicetur haud ſatis intelligant. Tale illud eſt, cum pro foribus officinæ aut domus rogos incendunt ſaltúq; tranſiliunt. Atq; id quidem, & fieri vetat canon, & qui fecerit Clerico depoſitionis, Laico verò ſegregationis pœnam injungit. Deinde ut hæc antiqua quoque lege vetita fuiſſe oſtendat, rei demonſtrandæ illa ex quarto Regum protulit; Et ædificavit Manaſſes altare, & quæ ſequuntur. Ergo

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

si qui minus perfecta vivendi lege tenebantur, prava hæc nihilominus esse, Deique iracundiam elicere arbitrantur: quanto magis ea nobis, qui magis perfectam, magisque spiritualem legem accepimus, & iniqua & inconcessa videri debent? Verba porro illa, Et traduxit filios suos per ignem, hujus quidem Synodi Patres videntur accipere, pro his, transilire fecit ignem accensum. Magnus vero Cyrillus illud, traduxit filios suos per ignem, hoc est, holocaustum obtulit dæmonibus sacrificans, interpretatus est. Ita ille in suis in Esaiam commentariis. Et sortibus usus est. Sors autem est, cum per signa quædam fortuna cujuspiam infortuniave indagatur; quod quidem hoc quoque tempore nonnullis fortunæ suæ cognoscendæ cupidis est usitatum. Et utebatur auspiciis. Auspicium vero est, cum volatus avium (nam aves vocantur οἰωνοὶ) clangor & alia hujusmodi observantur: quæ observatio οἰωνοσκοπία à Græcis dicta, maximóque olim in honore tota hæc auspiciorum ratio apud Romanos habita est. Militiam porro cœli stellas intellige.

A εἰ οὖν παρὰ τοῖς τὸν ἀτελέστερον δεξαμένοις νόμον ταῦτα πονηρὰ ἐδόκει, καὶ εἰς ὀργὴν κυρίου. πόσῳ μᾶλλον ἐφ' ἡμῖν, τοῖς τὸν τελεώτερον καὶ πνευματικώτερον παραλαβοῦσι νόμον, ἄθεσμα ταῦτα καὶ ἀπηγορευμένα λογίζεσθαι χρή; ὃ δὲ, καὶ διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, οἱ μὲν τῆς συνόδου ταύτης πατέρες ἐοίκασι νοῆσαι, ἀντὶ τοῦ, ὑπερπηδᾶν ἐποίει ἃ ἀναπτόμενον πῦρ. ὁ δὲ μέγας Κύριλλος ὃ διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, ἀντὶ τοῦ, ὁλοκαύτωσεν, ἡρμήνευσε, θυσίας προσάγων τοῖς δαίμοσι. τοῦτο δὲ τὸν Ησαΐαν φησὶν ἐξηγούμενος. καὶ ἐκληδονίζεν· κληδὼν λέγεται ὃ διά τινων ζητεῖν γνῶναι, εἰ μέλλοι τις B εὐπραγῆσαι ἢ δυσπραγῆσαι, οἷα καὶ νῦν ποιοῦσί τινες θέλοντες τὴν τύχην τὴν ἰδίαν καταμαθεῖν. καὶ οἰωνίζετο· οἰωνισμὸς δ' ἐστὶ ὃ ἐπιτηρεῖν τὰς τῶν ὀρνέων πτήσεις. οἰωνοὶ γὰρ τὰ ὄρνεα λέγονται· καὶ τὰς αὐτῶν κλαγγὰς, καὶ τοιαῦτά τινα, ἃ καὶ οἰωνοσκοπίαι παρὰ τοῖς Ελλησιν ὠνομάζοντο, καὶ ἐν τάξει τιμῆς μεγίστης ἡ οἰωνοσκοπικὴ παρὰ Ρωμαίοις λελόγιστο. στρατιὰν δὲ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς ἀστέρας νοητέον.

ARIST. *Rogi, qui noviluniis in officinis extruuntur, & qui eos transiliunt, abrogentur.*

ΑΡΙΣΤ. Αἱ ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις ἐν νουμενίαις πυρκαιαὶ, καὶ οἱ ταύτας ὑπαλλόμενοι, καταργείσθωσαν.

Quidam coram officinis domibúsve suis rogos accendentes, eis juxta antiquam quandam consuetudinem insiliebant. Et illud abolentes patres, jubent, quòd si quidem Clericus inveniatur aliquid ejusmodi faciens, deponetur: si Laicus autem, segregabitur. Nam & Manasses per ignem filios suos traducens, & auguriis usus, Deum ad iram provocavit.

C Τινὲς ἔμπροσθεν τῶν ἐργαστηρίων ἢ τῶν οἴκων πυρκαιὰς ὑπανάπτοντες, ἐν αὐταῖς κατά τι ἀρχαῖον ἔθος ἐπήδων. καὶ καταργοῦντες αὐτὸ οἱ πατέρες προστάττουσιν, ὡς εἰ μὲν κληρικὸς εὑρεθήσεται τοιοῦτόν τι πράττων, καθαιρεθήσεται· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορισθήσεται. καὶ γὰρ ὁ Μανασσῆς ἐν πυρὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ διαγαγὼν, καὶ οἰωνιζόμενος, παρώργησε τὸν θεόν.

CANON LXVI.

A sancta Christi Dei nostri resurrectionis die usque ad novum dominicum, tota septimana in sanctis ecclesiis vacare fideles jugiter oportet psalmis & hymnis & spiritualibus canticis, in Christo gaudentes festúmque celebrantes, & divinarum scripturarum lectioni mentem adhibentes, & sanctis mysteriis jucundè & lautè fruentes. Sic enim cum Christo unà resurgemus & exaltabimur. Nequaquam ergo prædictis diebus equorum cursus vel aliquod publicum fiat spectaculum.

ΚΑΝΩΝ ξϛ'.

Ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστασίμου Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας μέχρι τῆς καινῆς κυριακῆς, τὴν ὅλην ἑβδομάδα ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις σχολάζειν δεῖ ἀπαραλείπτως τοὺς πιστοὺς, ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, εὐφραινομένους Χριστῷ καὶ ἑορτάζοντας, καὶ τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσει προσέχοντας, καὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων κατατρυφῶντας. ἐσόμεθα γὰρ οὕτω Χριστῷ συνανιστάμενοί τε καὶ συνανυψούμενοι. μηδαμῶς οὖν ἐν ταῖς προκειμέναις ἡμέραις ἱππόδρομια ἢ ἑτέρα δημώδης θέα ἐπιτελείσθω.

BALS. Tanquam unus dies dominicus per omnia reputatur ea quæ post sanctam Domini & Dei & Servatoris nostri Jesu Christi resurrectionem currit septimana: in eo verò quod genu non flectatur, & tota etiam Pentecoste. Quoniam autem festi celebrandi prætextu apud quosdam inoleverant equorum cursus, & alia etiam publica ludicra spectacula, statuerunt patres, nos sic festum non oportere celebrare in hac paschali hebdomade, sed religiosè & quoad fieri potest, sancte videlicet ecclesia vacare, divinisque canticis satiari: & tanquam jam digni simus resurrectionem domini celebrare, divinis mysteriis jucundè lautéque perfrui, & unà consurgere cum eo qui resurrexit, & nos in cœlum unà sustulit, Christo Deo nostro. Nota ergo quòd omnes fideles debent esse parati sancta mysteria participare unoquoque die, si fieri potest, quemadmodum & in aliis canonibus ante scriptum est. Cùm autem canon hæc statuat, interrogaverit quispiam, quomodo artifices post diem tertium hujus septimanæ suas mechanicas artes & opera exercent? Existimo ergo eos malè hoc facere. Etsi enim à præsenti Canone non puniuntur, qui festum sic solvunt: ab alio tamen Canone, qui Laicos, qui non sunt agricolæ & in diebus

ΒΑΛΣ. Ὡς μία κυριώνυμος ἡμέρα λογίζεται κατὰ πάντα ἡ μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ τρέχουσα ἑβδομὰς, κατὰ δὲ ὃ μὴ γόνυ κάμπτειν, καὶ ἡ ὅλη πεντηκοστή. ἐπεὶ δὲ ἑορτῆς καὶ πανηγύρεως ἀφορμὴ ἐνομίζοντό τισιν αἱ ἱπποδρομίαι, πρὸς δὲ καὶ αἱ ἄλλαι δημοτικαὶ παιγνιώδεις θεῖαι, διωρίσαντο οἱ πατέρες, μὴ οὕτως ἑορτάζειν ἡμᾶς κατὰ ταύτην τὴν πασχάλιον ἑβδομάδα, ἀλλὰ θεοφιλῶς καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἁγιοπρεπῶς δηλονότι σχολάζειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ διὰ τῶν θείων ψαλτωδημάτων κορέννυσθαι· καὶ ὡς ἤδη ἀξίους γενομένους ἑορτάσαι τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν, κατατρυφᾶν τῶν θείων μυστηρίων, καὶ συνανίστασθαι τῷ ἀναστάντι, καὶ ἡμᾶς εἰς οὐρανοὺς ἀνυψώσαντι, F Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν· σημείωσαι οὖν ὅτι πάντες οἱ πιστοὶ ὀφείλουσιν ἐν ἑτοιμότητι εἶναι τοῦ μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων μυστηρίων καθ' ἑκάστην εἰ δυνατὸν, καθὼς καὶ ἐν ἑτέροις κανόσι τοῦτο προείρηται. τοῦ δὲ κανόνος ταῦτα διορίζομένου, ἐρωτήσει τις, οἱ χειρωνάκται μετὰ τὴν τρίτην τῆς ἑβδομάδος ταύτης τὰ οἰκεῖα ἐργάζονται ἐργόχειρα; νομίζω οὖν, ὅτι κακῶς τοῦτο ποιοῦσι. κἂν γὰρ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος οὐ κολάζονται οἱ οὕτω τὴν ἑορτὴν καταλύοντες· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἑτέρου κανόνος τοῦ ἀφορίζοντος τοὺς λαϊκοὺς, μὴ ὄντας γεωργοὺς, καὶ κατὰ τὰς κυριωνύμους,

κυριακὴν ἄγομεν· ἐργαζομένους, καὶ ἔτοι κολαζέσθων. Ζήτει καὶ πῶ νδ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ, διαλαμβάνουσαν μηδὲ αὐτοὺς τοὺς γεωργοὺς τῇ κυριακὴν ἐργάζεσθαι. ὥστε ἀπηγόρευται καὶ αὐτοῖς τὴν ὅλην παχάλην ἑβδομάδα ἐργάζεσθαι, ὡς μιᾶς κυριακῆς λογιζομένης αὐτῆς.

A dominicis operantur, ſegregat, ii quoque punientur. Quære etiam liv. domini Imp. Leonis ſapientis Novellam, ſtatuentem ne ipſos quidem agricolas in die dominico operari debere. Quare eis quoque prohibitum eſt tota paſchali ſeptimana operari, nempe cùm ipſa unus dies dominicus reputetur.

ΖΩΝΑΡ. Ἑορτάζειν οἱ ἀπὸ Χριστοῦ κεκλημένοι ὀφείλομεν, οὐ τρυφὰς ἑαυτοῖς καὶ λαμπρότητας καὶ ἀνέσεις ὑπηνδυόντες, ἀλλὰ πνευματικῶς διαφαινόμενοι. πνευματικὴ δέ ἐστιν εὐφροσύνη, τὸ ἄδην τῷ κόσμῳ, καὶ δοξάζειν αὐτὸν, ἐφ' οἷς ἐποίησε θαυμασίοις, ῥυσάμενον ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ διαβόλου. οὕτω τοίνυν καὶ τῇ τοῦ Πάσχα ἑορτῇ βέλει ἑορτάζειν ἡμᾶς ὁ κανών, ὅλην τὴν ἑβδομάδα ἐν ἐκκλησίαις σχολάζοντας, ἐν ψαλμοῖς τε καὶ ὕμνοις ᾄδοντας τῷ κύριῳ, καὶ οὕτως ἐν Χριστῷ ἑορτάζοντας καὶ τῇ μελέτῃ παρατείνοντας τῶν θείων γραφῶν, καὶ καθαρευούσας τῶν θείων μυστηρίων. καὶ οὕτω φησὶν ἐσόμεθα Χριστῷ συναναστάμενοι, καὶ συναναφερόμενοι. ἀναστάμενοι μὲν τῷ τῶν ἁμαρτίας, καὶ τῆς χαμαιζήλου καὶ γήϊνης ζωῆς· ἀναφερόμενοι δὲ πρὸς ὑψηλοτέραν καὶ πνευματικωτέραν τῶν ὄντων διαγωγήν. ὅθεν ὅτε ἱπποδρομίας ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἑβδομάδι γίνεσθαι συγχωρεῖ, ὅτε θέας ἑτέρας δημοσίας, ἐν αἷς δηλονότι ὁ δῆμος ἀθροίζεται θεώμενος τὰ γινόμενα.

Zonar. Non delitias aut luxum otiave ſectantes, ſed ſpirituali gaudio exultabundi, feſtos dies agere Chriſtiani debemus. Spiritualis porro lætitiæ eſt canticis numen venerari, illiúſque laudes, pro iis quæ admirabilia præſtitit, quodque diabolo mancipatos in libertatem nos aſſeruit, celebrare. Hanc ergo rationem Paſchæ quoque feſtos atque ſolennes dies agitandi præſcribit Canon, ut ea nimirum ſeptimana, perpetuam in Eccleſiis ſtationem agentes, pſalmis hymniſque Domino concinendis occupati, in Chriſto proinde lætemur, ſacrarúmque litterarum accurata meditatione tempora traducentes, divinorum myſteriorum epulis inſaturabiliter expleamur. Atque hoc pacto, inquit, cum Chriſto ſimul exurgere, atque ad altiora ſimul eniti continget. A peccati ſcilicet lapſu menteque humi depreſſâ & ad terrena abjectâ exurgemus: ad ſublimiorem autem & verè ſpiritualem vivendi rationem excitabimur. Proinde nec equeſtres ludos tota Paſchatis hebdomada, nec alia publica ſpectacula, ad quæ nimirum tuenda multitudo convenit, exhibendi facultatem eſſe decernit.

ΑΡΙΣΤ. Τὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν πᾶσαν ἑβδομάδα πᾶς ἐκκλησιαζέτω πιστός.

Ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις δεῖ σχολάζειν τοὺς πιστούς, καὶ ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις διάφαίνεσθαι πᾶσαν τὴν ἑβδομάδα τὴν μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν.

Aᴀ ʀ ɪ ꜱ ᴛ. *Quiſque fidelis per totam poſt reſurrectionem hebdomadam in Eccleſiâ verſetur.*

In ſanctis Eccleſiis fideles oportet vacare, & in Pſalmis & hymnis gaudio exultare totam ſeptimanam poſt ſanctam Chriſti veri Dei noſtri reſurrectionem.

ΚΑΝΩΝ ξζ'.

Cᴀɴᴏɴ LXVII.

Ἡ θεία ἡμῖν γραφὴ ἐνετείλατο, ἀπέχεσθαι αἵματος καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας. τοῖς οὖν ἀφ' ὑπὸ τὴν λίχνον γαστέρα αἷμα οἱασδηποτοῦν ζώου τέχνῃ τινὶ κατασκευάζουσιν ἐδώδιμον, καὶ ἕτω τοῦτο ἐσθίουσι, παραφόρως ὑπαπιμφλῶ· εἴ τις οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν αἷμα ζώου ἐδίεται ὑπαιχμήσει οἱῳδήποτε τρόπῳ, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφορίζεσθω.

Divina nobis ſcriptura mandavit, à ſanguine & ſuffocato & fornicatione abſtinere. Eos ergo, qui propter lautum & delicatum ventrem cujuſcunque animalis ſanguinem arte aliqua eſculentum condiunt ac inſtruunt, & ſic illo veſcuntur, ut par eſt punimus. Si quis ergo deinceps animalis ſanguinem quovis modo comedere aggrediatur, ſi ſit Clericus, deponatur: ſin Laicus, ſegregetur.

Bᴀʟꜱ. Γέγραπται ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, μὴ ἐδίειν ἡμᾶς οἱονδηποτοῦν αἷμα, ἢ ζῶον πνικτὸν, ἀπέχεσθαι δὲ καὶ πορνείας. Ὁ δὲ Μωσαϊκὸς δὲ νόμος ἐκελεύσατο, αἷμα μὴ φάγεσθε. ἐπεὶ οὖν τινὲς αἷμα μὲν οὐκ ἔδιον, ἐποίουν δέ τινα ἐδώδιμα ἔκτε ἄλλων καὶ ἐξ αἱμάτων, καὶ ἔλεγον φυλάττειν τὸ τῆς θείας γραφῆς, ὅτι οὐκ ἔδιον ἀμέσως αἷμα, ὥρισαν οἱ ἅγιοι πατέρες, τὸν τοιοῦτον περιγραφὴν τῆς θείας νομοθεσίας σχολάσαι· καὶ τὸν καθ' οἱονδήτινα λόγον ἢ τέχνην φαγόντα αἷμα ζώου τινὸς, κληρικὸν μὲν ὄντα καθαιρεῖσθαι· λαϊκὸν δὲ ἀφορίζεσθαι. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα· οἱ δὲ Λατῖνοι ἀδιαφόρως ἐδίουσι τὰ πνικτά. ἀλλὰ καὶ οἱ Ἀδριανουπολῖται, ὡς ἀκούω, τοῖς αἵμασι τῶν ζώων χρῶνται μὴ ἐδωδίμων τινῶν. ζήτει καὶ πῶ νή. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, διορίζομένην, τοὺς μὲν πλουσίους ἢ ἐδίους εἶδος οἱονδηποτοῦν αἵματος ἠρῆσθαι καὶ αἰκίζεσθαι, καὶ διὰ τῆς ἐν χρῷ κυρᾶς τιμωρεῖσθαι, καὶ ἀζημίους καθακρίνεσθαι· τοὺς δὲ μὴ τὰ τοιαῦτα διεκδικοῦντας ἀρχοῦσι δέκα λιτρῶν χρυσίου φορτίμῳ ὑβύνεσθαι.

Zonar. A ſanguine, ſuffocato & fornicatione abſtinendum eſſe in Actis Apoſtoli decrevêre. Cum enim circumciſionem fidelibus neceſſariam eſſe nonnulli aſſeverarent, convenêre ſimul Apoſtoli cum fratre Domini Jacobo, & conſilio ea de re habito, fideles ab idolothytis, ſanguine, ſuffocato & fornicatione, nihil eis præterea oneris imponentes, abſtinere juſſerunt. Verùm in Geneſi quoque præceptum hujuſmodi extat: Carnem, in ſanguine animæ non comedetis. Divinæ igitur ſcripturæ auctoritatem, cum mactatorum animantium ſanguinem à nonnullis quadam

ΖΩΝΑΡ. Τὸ αἷμα καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας ἐν ταῖς πράξεσι γέγραπται. τινῶν γὰρ λεγόντων δεῖν τοὺς πιστοὺς περιτέμνεσθαι, συνελθόντες οἱ ἀπόστολοι καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος ἐβουλεύσαντο περὶ τούτου, καὶ ἐπέστειλαν τοῖς πιστοῖς ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας, καὶ μηδὲν πλέον αὐτοῖς ἐπιτίθεσθαι βάρος· καὶ ἐν τῇ γενέσει δὲ ἐντέταλται, Ὅ κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. τῇ θείᾳ τοίνυν γραφῇ καὶ οἱ θεῖοι πατέρες ἑπόμενοι, ἐπεὶ ἔμαθόν τινας μεθόδοις πισὶ δὲ αἷμα τῶν σφαττομένων ζώων ποιοῦντας ἐδώδιμον, καὶ ἐδίουσας

arte vel ratione animalis ſanguinem comederit, ſi ſit quidem Clericus, deponendum: ſin verò Laicus, ſegregandum. Et hæc quidem canon. Latini verò indiſcriminatim ſuffocata comedunt. Adrianopolitani etiam, ut audio, animalium ſanguine cum quibuſdam eſculentis utuntur. Quære & Imp. domini Leonis Sapientis novellam lviii. quæ ſtatuit eos, qui quamcunque ſanguinolentam ſpeciem comedunt, publicandos & corpore puniendos, & impreſſa cuti tonſura notandos, & perpetuo exilio condemnandos: eos autem, qui hæc non vindicant, magiſtratus x. librarum auri mulcta corrigendos.

Zonar. A ſanguine, ſuffocato & fornicatione abſtinendum eſſe in Actis Apoſtoli decrevêre. Cum enim circumciſionem fidelibus neceſſariam eſſe nonnulli aſſeverarent, convenêre ſimul Apoſtoli cum fratre Domini Jacobo, & conſilio ea de re habito, fideles ab idolothytis, ſanguine, ſuffocato & fornicatione, nihil eis præterea oneris imponentes, abſtinere juſſerunt. Verùm in Geneſi quoque præceptum hujuſmodi extat: Carnem, in ſanguine animæ non comedetis. Divinæ igitur ſcripturæ auctoritatem, cum mactatorum animantium ſanguinem à nonnullis quadam

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

arte condiri, atque ab iis esitari cognovissent, id hoc Canone fieri vetuere; quiq; non paruerint, Clericos quidem depositione: Laicos verò segregatione mulctari jubent.

ARIST. *Clericus sanguinem edens deponitur: Laicus autem segregatur.* Perspicuus.

CANON LXVIII.

Nemini licere veteris & novi testamenti librum, sanctorumve nostrorum & approbatorum praeconum ac doctorum, corrumpere vel conscindere, vel librorum cauponatoribus, vel iis qui dicuntur unguentarii, vel alii cuicunque, ad eum perdendum tradere: nisi utique omnino, vel à tineis, vel ab aqua, vel aliquo alio modo reditus fuerit inutilis. Qui autem tale quid facere deinceps deprehensus fuerit, anno uno segregetur. Similiter & qui tales libros emit, si eos quidem ipse non ad suam utilitatem retineat, nec alteri, ad ejus beneficium, & ut ii permaneant, vendat, sed eos corrumpere aggressus fuerit, segregetur.

BALS. Nonnulli turpis quæstus gratia divinarum scripturarum libros ementes delebant, vel etiam conscindebant, Dei quæ ex ea re proficiscebatur condemnationem non reputantes. Hæc ergo divini sanctique patres corrigentes, nulli licere statuerunt corrumpere, vel conscindere, vel vendere unguentariis vel librorum cauponatoribus, ad delendum vel conscindendum, quemcunque librum divinæ scripturæ, & ex vetere testamento & novo: nisi talis liber vel ab aqua, vel à vermibus, vel ab alio modo, ab igne videlicet, fuerit omnino redditus inutilis: eum autem, qui aliter facit, anno uno segregandum, eúmque etiam, qui ejusmodi libros emit, & eos non possidet vel ad suam vel ad alienam utilitatem. Cùm autem audis canonem dicentem, non esse delendos vel quomodocunque corrumpendos libros veteris vel novi testamenti, vel aliquem alium ex divina scriptura, dic canonem de iis libris loqui, quos permissum est legi. Eos enim, qui non sunt in usu, si quis deleat & conscindat, non punietur. Nota autem hæc propter librorum cauponatores, qui divinarum scripturarum membranas delent: & ne admiseris eos dicentes, quod licet hunc divinæ scripturæ librum delere, & alium loco deletorum transcribere. Dato enim uno absurdo, multa quoque alia absurda consequentur: sed sunt quidem laudandi bibliopolæ.

ZONAR. Veteris ac novi testamenti, divino spiritu dictante, conscriptos libros, ut & sanctorum Patrum ac Doctorum, qui non sine probatione videlicet admissi receptique sunt, (multi namque res fidei, multi sacrarum literarum interpretationes scripserunt, verùm improbatis postea damnatisque operibus prosecuti fuerant.) Sacros igitur veteris ac novi testamenti, & probatorum Patrum libros hic Canon studiosè conservari jubet. Neque vero eos inquit corrumpere aut conscindere, vel librorum cauponatoribus, unguentariisve perituros tradere cuiquam liceat. Cauponatores autem librorum, non qui libros vendunt, sed quæ in libris scripta sunt obliterantes, ipsisve alia ratione, ita ut scriptura intereat, abutentes Canon intelligit. Si quæ verò forte exemplaria sic à tineis corrosa sunt, ut corrupta penitus censeantur, vel superfusa aqua, aut alio malo ita consumpta, ut nullo amplius usui legentibus esse possint, ea si quis obliteraverit, non idcirco pœnam Canonis violatori propositam, ut uno anno segregetur, incurret. Reus autem violati Canonis est, tum qui vendit libros, tum qui emit, eo nomine ut corrumpat.

ARIST. *Divinas scripturas non corrumpes nec corrumpendas trades, nisi sint prorsus inutiles.*

Non licet cuipiam veteris & novi testamenti vel etiam eximiorum & sanctorum nostrorum magistrorum

Α αὐτὸ, δι' ὃ τῶν κανόνων τοῦτο κεκωλύκασι μὴ τοιοῦτόν τι ποιεῖν, ἐπιτιμήσεις τοῖς τοιοῦτόν τι ποιοῦσιν, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαίρεσιν· εἰ δὲ λαϊκοὶ ἀφορισμόν.

ΑΡΙΣΤ. Κληρικὸς αἷμα ἐσθίων καθαιρεῖται, λαϊκὸς δὲ ἀφορίζεται. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ ξη'.

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναί τινι τῶν πάντων βιβλίων τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης, τῶν τε ἁγίων καὶ ἐγκρίτων ἡμῶν κηρύκων καὶ διδασκάλων, διαφθείρειν ἢ κατατέμνειν, ἢ τοῖς βιβλιοκαπήλοις, ἢ τοῖς λεγομένοις μυρεψοῖς, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἀπόντων πρὸς ἀφανισμὸν ἐκδιδόναι· εἰ μή τι ἄρα τέλεον, εἴτε ὑπὸ σητῶν ἢ ὕδατος ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ ἀχρειωθῇ. ὁ δέ τι τοιοῦτο ποιεῖν ἀπὸ τοῦ νῦν ἁλισκόμενος, ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀφοριζέσθω· ὁμοίως καὶ ὁ πρὸς τοιαύτας βίβλους ὠνούμενος, εἰ μήτε αὐτὸς ταύτας κατέχοι πρὸς οἰκείαν ὠφέλειαν, μήτε ἑτέρῳ πρὸς διεργασίαν καὶ τὸ ἀξιωθῆναι ἀποδιῇ, ἀλλὰ ταῦτα διαφθείρειν ἐπιχειρήσει, ἀφοριζέσθω.

ΒΑΛΣ. Τινὲς δι' αἰσχροκέρδειαν βιβλίων τῶν θείων γραφῶν ἐμπορευόμενοι ἀπώλειφον, ἢ καὶ καθῃρουν, μὴ συλλογιζόμενοι τὸν ἐντεῦθεν τῷ Θεῷ κατάκρισιν. διορθούμενοι οὖν τὰ περὶ τούτου οἱ θεῖοι καὶ ἅγιοι πατέρες, διωρίσαντο μὴ ἐξεῖναι ἐπ' ἀδείας τινὰ τῶν ἀπόντων διαφθείρειν ἢ καταταμνειν ἢ πωλεῖν πρὸς μυρεψοὺς ἢ βιβλιοκαπήλους, χάριν ἀπαλοιφῆς ἢ κατατομῆς, οἱονδηποτοῦν βιβλίον ἐκ τῆς θείας γραφῆς, ἔκτε τῆς παλαιᾶς δηλονότι διαθήκης καὶ τῆς νέας, εἰ μήπω τὸ τοιοῦτον βιβλίον, ἢ ἀπὸ ὕδατος ἢ ἀπὸ σκωλήκων ἢ ἀπὸ ἑτέρου τρόπου, πυρὸς δηλονότι, παμπόλλου ἀχρειωθῇ· τὸν δὲ περὶ ταῦτα ποιοῦντα ὅτι ἐνιαυτὸν ἀφορίζεσθαι, καὶ τὸν ὀξωνούμενον ὑπὸ ταῦτα, καὶ μὴ ὀφείλοντα ἢ εἰς ἰδίαν ἢ εἰς ἀλλοτρίαν ὠφέλειαν. ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος, μὴ ἀπαλείφεσθαι ἢ ὁπωσδήποτε διαφθείρεσθαι βιβλίον τῆς παλαιᾶς ἢ τῆς καινῆς διαθήκης, ἢ ἕτερον ἐκ τῆς θείας γραφῆς, περὶ ἐκείνων τῶν βιβλίων λέγε τὸν κανόνα διαλέγεσθαι τῶν ἐκκεκριμένων ἀναγινώσκεσθαι. τὰ γὰρ ἀποβεβλημένα, καὶ καταταμνων τις καὶ ἀπαλείφων, οὐ κεκωλυσθήσεται· σημείωσαι ταῦτα διὰ τοὺς βιβλιοκαπήλους, τοὺς ἀπαλείφοντας τὰς μεμβράνας τῶν θείων γραφῶν, καὶ μὴ παραδίδοντας τούτους λέγοντας, ὡς ἐρεῖ τις· ὃ δέ τι ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἀπαλείφειν, καὶ ἕτερον ἐν τοῖς ἀπαλειφεῖσι μεταγράφειν. ἑνὸς γὰρ ἀτόπου δοθέντος, καὶ ἕτερα πολλὰ ἄτοπα συμπαρεμβήσονται· οἱ μῦθοι βιβλιοπῶλαι ἐπαινετέοι εἰσί.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ βιβλία τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, τῆς τε παλαιᾶς διαθήκης καὶ τῆς καινῆς, καὶ τὰ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων τῶν ἐγκριθέντων δηλαδὴ τῶν μὴ δοκιμασίας δεχθέντων. (πολλοὶ γὰρ συνεγράψαντο περὶ πίστεως λόγους καὶ ἑρμηνείας γραφῶν, ἀλλ' ἀπεβλήθησάν καὶ ἀπεδοκιμάσθησαν.) τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἐγκριθέντων πατέρων φυλάττεσθαι ὁ κανὼν κελεύει, ἀλλὰ μὴ διαφθείρεσθαι, μηδὲ κατατέμνεσθαι, μηδὲ τοῖς βιβλιοκαπήλοις, ἢ τοῖς μυρεψοῖς ἐκδίδοσθαι εἰς ἀφανισμόν. βιβλιοκαπήλους δέ, οὐ τοὺς τὰ βιβλία πωλοῦντας φησὶν ὁ κανών, ἀλλὰ τοὺς ἀπαλείφοντας ἢ καὶ ἄλλως χρωμένους τοῖς βίβλοις εἰς ἀφανισμὸν τῶν ὄντων αὐτοῖς γεγραμμένων. τὰ δὲ ὑπὸ σκωλήκων ἴσως βρωθέντα ὡς τέλεον διαφθαρλῶσαι, ἢ ὑπὸ ὕδατος, ἢ ἄλλως ἀχρηστωθέντα, ὡς μὴ χρησιμεύειν εἰς ἀνάγνωσιν, εἰ ἀπαλείψῃ τις, οὐκ ὑποπεσεῖται τῷ ἐπιτιμίῳ, ὃν φησὶ δεῖ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεσθαι τὸν παραβαίνοντα τὸν κανόνα. παραβάτης δὲ ἐστὶ καὶ ὁ πωλῶν ταύτας ὅτι διαφθορᾷ καὶ ἥτως ὠνούμενος.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ διαφθαρεῖς θείων βιβλίων. οὐδὲ δώσεις διαφθαρῆναι· εἰ μὴ τέλεον καθυχρειωθῇ.

Οὐκ ἐξέσται τινὶ τῶν ἁπάντων βιβλίων τῆς παλαιᾶς ἢ τῆς καινῆς διαθήκης, καὶ τῶν ἐγκρίτων καὶ ἁγίων ἡμῶν διδασκάλων

διδασκάλων διαφθείρειν, ἢ τοῖς βιβλιοκαπήλοις, ἢ τοῖς μυρεψοῖς δι δόναι, πρὸς τὸ καταλῦσαι καὶ ἀφανίσαι αὐτό, εἰ μὴ πλέον ἠχρειώθη ὑπὸ σητῶν, ἢ ὕδατος, ἢ ἑτέρου τρόπου. ὁ δὲ παραβαίνων τὸ ὁρισθέν, δι' ἑαυτὸν ἀφορίζεται.

A librum quemvis corrumpere, vel librorum caupõnatoribus aut unguentariis tradere, ad eum deſtruendum perdendumve, niſi reddatur prorſus inutilis à tineis aut aquâ aut alio modo. Qui hoc autem decretum tranſgreditur, anno ſegregatur.

ΚΑΝΩΝ ξθ'.

Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἀπρίτων ὂν λαϊκοῖς πλοῦντι ἔνδον ἱερᾶς εἰσιέναι θυσιαστηρίου, μηδαμῶς ὅτι τοῦτο τῆς βασιλικῆς ἀρχομένης ἐξουσίας καὶ αὐθεντείας, ἵνικα δ' ἂν βουληθείη προσάξαι δῶρα τῷ πλάσαντι, κατά τινα ἀρχαιοτάτην παράδοσιν.

B

CANON LXIX.

Non liceat cuipiam ex Laicorum numero intra ſacri altaris ſeptum ingredi: ab eo tamen nequaquam prohibita poteſtate & auctoritate Imperatoria quando quidem luerit creatori dona offerre, ex antiquiſſima traditione.

ΒΑΛΣ. Ἀπαγορεύει ὁ κανὼν εἰσιέναι τοὺς λαϊκοὺς ἔνδον τοῦ θείου θυσιαστηρίου, ὡς ὄντος τούτου ἀφωρισμένου μόνοις τοῖς ἱερωμένοις. τῷ βασιλεῖ δέ, καὶ λαϊκῷ ὄντι, συνεχώρηται φησὶ τοῦτο, ἵνικα προσάξαι δῶρα τῷ θεῷ αἱρετίσεται, κατά τινα παλαιὰν παράδοσιν. ὅπως οὖν εἰς τὸ θεῖον ἄδυτον τοῦ ἐνδόξου ναοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐν τῇ Χαλκῇ ἀκωλύτως εἰσέρχεται ὁ βουλόμενος, ἀγνοῶ. ἐκεῖ δέ γε τῶν Λατίνων μανθάνω, ὅτι οὐ μόνον λαϊκοὶ ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες εἰς τὸ ἅγιον βῆμα εἰσέρχονται καὶ κάθηνται, ἱσταμένων πολλάκις καὶ τῶν ἱερουργούντων. ἐκεῖ μέντοι τῶν βασιλέων εἶπόν τινες, τοῖς ῥήμασιν ὑπακούοντες τοῦ κανόνος, ὅτι τότε οὐ κωλυθήσονται ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου εἰσιέναι, ὅτε προσαγαγεῖν δῶρον τῷ θεῷ μέλλουσιν, οὐ μὴν ὅτε χάριν προσκυνήσεως μόνον βουληθῶσιν εἰσελθεῖν ὀν αὐτῷ· ἐμοὶ δὲ τοῦτο οὐ δοκεῖ. οἱ γὰρ παναρχαῖοι προβαλλόμενοι ὀρθόδοξοι βασιλεῖς δι' ὑπομνήσεως τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ χρισθέντες Κυρίου, ἀκωλύτως ὅτε καὶ βούλονται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται, καὶ θυμιῶσιν καὶ σφραγίζουσι μετὰ τριπυρίου, καθὼς οἱ ἀρχιερεῖς.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ θυσιαστήριον τοῖς ἱερωμένοις ἀφώρισται. διὸ καὶ ὁ κανὼν τοῖς λαϊκοῖς ἀπαγορεύει πάσῃ πρὸς αὐτὸ εἴσοδον. τῷ δὲ βασιλεῖ μόνῳ συγχωρεῖται εἰς τὸ θυσιαστήριον εἴσοδος, ὅτε προσάγῃ δῶρα τῷ θεῷ. ὥσπερ δὲ ὑφαπολογούμενοι ἑαυτῶν οἱ τοῦτο δόντες τῷ βασιλεῖ τὸ προνόμιον τῆς ἐξουσίας καὶ τῆς αὐθεντείας ἐμνήσθησαν, μονονουχὶ τοῦτο λέγοντες, ὅτι καὶ τοῦτον, καθὸ λαϊκός ἐστιν, ἐξαίρετόν ἐστιν εἰσιέναι τοῦ θυσιαστηρίου· ἀλλὰ διὰ πάσαν ἐξουσίαν καὶ πᾶσαν αὐθεντείαν, συνεχώρηθεν αὐτῷ ἀρχῆθεν τοῦτο παραδόντων τῶν παλαιοτέρων πατέρων.

C D

ZONAR. Altare ſacratis hominibus deſtinatur. Proinde Laicos ab illius ingreſſu arceri canon jubet; ſed ita, ut Imperatori tamen, cum ſacra munera Deo oblaturus acceſſerit, ſacra adyta intrandi ſoli ſit facultas. Quaſi verò ſe abundanter excuſarent, qui hanc Imperatori prærogativam conceſſerant, Imperatoriæ poteſtatis ſupremæque auctoritatis mentionem idcirco injecere, ferme hoc dicentes, quòd Imperatori quoque, qua Laicus eſt, ad ſacrum altare ingredi non licet: ſed propter eam, qua præditus eſt, ſupremæ poteſtatis ac autoritatis amplitudinem, id ei pervetuſto antiquorum Patrum exemplo ipſi quoque concedere non recuſarunt.

ΑΡΙΣΤ. Εἰ μὴ βασιλεύς, ὅστις τῶν λαϊκῶν εἰς ἱλαστήριον εἴσῃσιν.

Τοῖς χρισμένοις τὸ ἱλαστήριον ἄβατον· βασιλεὺς δὲ οὐ κεκώλυται εἰσέρχεσθαι ἐν αὐτῷ, ὁπόταν ἂν βουληθῇ, καὶ προσάγειν δῶρα τῷ θεῷ.

E

ARIST. *Nullus Laicus excepto Imperatore ad altare accedit.*

LAicis altare eſt inacceſſum. Imperator autem non prohibetur intra ſeptum ejus ingredi, quandocunque voluerit dona etiam Deo offerre.

ΚΑΝΩΝ ο'.

Μὴ ἐξέστω ταῖς γυναιξὶν ἐν τῷ χωρῷ τῆς θείας λειτουργίας λαλεῖν· ἀλλὰ κατὰ τὸν φωνὸν Παύλου τοῦ ἀποστόλου, σιγάτωσαν· οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάττεσθαι, καθὼς καὶ ὁ νόμος φησίν· εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν.

CANON LXX.

Ne liceat mulieribus divini miniſterii tempore loqui, ſed ſecundum Apoſtoli Pauli præceptum ſileant. Non enim eis loqui permiſſum eſt, ſed ſubjici, ſicut dixit lex: ſi quid autem volunt diſcere, domi proprios maritos interrogent.

F

ΒΑΛΣ. Πρὸς Κορινθίους ἐπιστέλλων ὁ μέγας Παῦλος, παρεγγυᾷ ταῖς γυναιξὶ σιγᾶν, καὶ τοῖς οἰκείοις ἀνδράσιν ὑποτείνειν, κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, τὸν λέγοντα, πρὸς τὸν ἄνδρα σου γύναι ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. ἀκολούθως οὖν τούτοις διορίζεται ὁ κανών, μὴ λαλεῖν τὰς γυναῖκας ἐν χωρῷ τῆς θείας λειτουργίας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀνδρῶν οἴκοι μανθάνειν πρὸ ὧν θέλωσι· τοῦτο δὲ ὁρισθὲν ὅτω, μὴ εἶπῃς κατὰ μὲν τὸν καιρὸν τῆς λειτουργίας κωλύε-

BALS. Prohibet præſens canon, ne Laici ad divinum altare ingrediantur, ut quod ſolis ſacratis hominibus ſit deſtinatum. Id autem, inquit, Imperatori ſoli, licèt ſit laicus, conceſſum eſt, quando munera Deo offerre voluerit, ex antiqua quadam conſuetudine. Quomodo ergo in divinum adytum inclyti templi Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod eſt in Chalce, quicunque vult citra ullum impedimentum ingreditur, neſcio. De Latinis autem audio, quòd non ſolùm viri Laici, ſed & mulieres in ſanctum tribunal ingrediuntur, & ſedent, ſtantibus ſæpe iis qui ſacrificant. De imperatoribus autem dixerunt quidam, verbis canonis inſiſtentes, quòd tunc non prohibebuntur intra ſeptum altaris ingredi, quando ſunt Deo munera oblaturi, non autem ſi ſolius adorationis gratia ipſum ingredi voluerint: ſed mihi non ita videtur. Orthodoxi enim Imperatores, qui per ſanctæ Trinitatis invocationem Patriarchas provehunt, & ſunt uncti Domini, ſine ullo impedimento, quando etiam voluerint, ad ſacrum altare accedunt, & ſuffiunt, & cum triplici cereo ſignant, ſicut & Pontifices.

BALS. Corinthiis ſcribens magnus Paulus, præcipit mulieribus ſilere, & maritis ſuis ſubjectas eſſe, convenienter legi Moſaicæ, quæ dicit, Ad virum tuum mulier converſio tua, & ipſe dominabitur tibi. His ergo conſequenter decernit canon, ne mulieres divini miniſteri tempore loquantur, ſed domi à viris ſuis ea diſcant, quæ ſcire volunt. Hoc autem ſic conſtituto, ne dixeris eas quidem prohiberi loqui tempore miniſterii: in aliis autem Eccleſiaſticis conventibus

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

nihil vetare eas loqui. Debent enim tunc quoque tacere. Ut est autem verisimile, mulieres quædam eo tempore divinas scripturas legere præ se ferentes, concionari sæpe aggrediebantur, & ad interrogationes ac responsiones se comparare. Quod quidem patribus nequaquam mulieribus convenire visum est; ideoque est prohibitum. Privatim autem prudentiores interrogare de aliquibus animæ conducibilibus, novum non est. Lege & viii. lib. Basil. tit.i. cap.i. decret. v. quod prohibet mulieres publicè causas agere, sic expressè dicens; Pro se solis causas agunt mulier & cæcus: mulier enim virili officio non fungitur,& xxi.lib.tit.1.cap.xi.dicens,Mulier in testamento non fert testimonium: in aliis autem dicit testimonium, in quibus viri non accersuntur. Et xlviii. novellam Imp. domini Leonis Sapientis; quæ prohibet mulieres in conventionibus & contractibus ferre testimonium: in partu autem, & in iis, in quibus solus fœmininus aspectus admittitur, non etiam oculi hominum, eas testimonium præbere permittit. Quære & Justiniani cxviii. novellam, seu caput xiiii. iiii. tit.xxxvii. libri Basilic. quæ prohibet mulieres fieri tutrices, & hæc præcisè dicit; Fœminis enim nos quoque prohibemus,ne tutelæ munera subeant,nisi sit mater vel avia. Iis enim solis secundum hæreditatis ordinem tutelam quoque subire permittimus, si scriptis & aliis nuptiis, & senatusconsulti Velleiani auxilio renunciaverint. Si hæc enim servaverint, omnibus qui in transversa sunt linea cognatis in tutela præferentur, testamentariis demum tutoribus eas anteeuntibus. Defuncti enim voluntatem & electionem præferri volumus. Lege & tit.v.ejusdem libri cap.xx.thema iii.dicens; Mulier non est curatrix.

ZONAR. Silentium fœminis, non solùm quandiu sacra mysteria peraguntur, sed ubicunque fideles convenerint, magnus Paulus indicit. Hoc autem iis etiam, qui sunt extra Ecclesiam, conveniens visum est. Mulieres enim,inquit poëta nescio quis, ornat silentium. Hic vero canon sacri ministerii tempore fœminas silere duntaxat jubet. Si quid autem scire cupiunt, viros,inquit canon,idque ex Apostolo,domi interrogent. Legis porro nomine Apostolica oracula hoc canone significantur.

ARIST. *Mulieribus in Ecclesiis loqui non permittitur.*

Si enim discere aliquid vellent, maritos suos domi interrogent.

CANON LXXI.

Eos, qui docentur leges civiles, Græcis moribus uti non oportere, & neque in theatrum induci, neque quæ dicuntur Cylistræ peragere, vel præter usum communem sibi vestes induere, nec quo tempore disciplinam aggrediuntur, vel ad finem ejus perveniunt, vel,ut in summa dicam,in ejus doctrinæ dimidio: si quis autem deinceps hoc facere ausus fuerit, segregetur.

BALS. Magnus Theologus Gregorius hæc scribit in funebri magni Basilii oratione; quòd plurimi, iique stultissimi, ex adolescentibus qui erant Athenis, sophistico quodam furore perciti,& non secus ac ii,qui equestris cursus certaminis furioso desiderio tenentur, contra adversarios suos pugnantes, urbes viásque anticipant, & recenter advenientes sophistas excipiunt & complectuntur, magna splendidâque pompa deducentes, & hospitaliter comitantes, & alia quædam ludibria sophistis familiaria facientes. Ut est ergo credibile, in hac

A ἀνομώζει δ λαλεῖν· κζ' ἢ ταὶς ἑτέραις ἐκκλησιαστικαὶς συναξέσι ἀπαρεμποδίστως λαλεῖν. καὶ πωικαῦτα γὰρ σιγᾶν ὀφείλουσιν. ὡς ἔοικε ἤ γυναῖκες πινὲς κζ' τὸν τότε καιρὸν ἀναγνώσεσιν θείων γραφῶν ὑποκρινόμεναι, ἐκκλησιάζειν ἐπεχείρουν τὰ πολλά, καὶ περὶ ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις ἑτοιμάζεσθαι. ὅπερ ἀνοίκειον δὴ γυναιξὶν ἔδοξε ζοῖς πατράσι· καὐντεῦθεν καὶ ἐκωλύθη. κατ' ἰδίαν ἢ ἐρωτᾶν ταὶς συνετωτέραις περὶ ψυχωφελῶν τινων, οὐκ ἔστι κωλύον. ἀνάγνωθι καὶ βιβλίον ιδ'. τῇ βασιλικῇ τίτλω α'. κεφ. α'. θέμα ε'. κωλύον ταὶς γυναῖκας σωτηρίων δημοσίᾳ, λόγον ὕτω ῥητῶς· περὶ μόνων ἑαυτῇ συνηγορῆσι γυνὴ καὶ τυφλός· ἡ γυνὴ γὰρ ἡ μετρ-
B κὲ ἀνδρῶν ὀφφικίων. καὶ βιβλίον κα'. τίτλ. α'. κεφ. ια'. λέγον, Γυνὴ ὸν δύναται μαρτυρεῖ, ὸν ἄλλοις ἢ μαρτυρίαν νέμει, ὸν οἷς ἄνδρες οὐ παρακαλοῦνται. καὶ πάλ. νεαρᾷ τῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τῦ σοφῦ κωλύουσθαι γυναῖκας ὅτι συμφώνοις μαρτυρεῖν καὶ συναλλάγμασιν· ὅτι ἢ τοκετῷ καὶ ἐφ' ὧν μόνη ἁπλυκὴ ὄψις ὁρᾷ, ἡ μόλις καὶ ὀφθαλμοὶ ἀῤῥένων, ὅπερ παρέπεσθαι αὐτοῖς μαρτυρεῖν. ζήτει δὲ πάλ. ριή. Ἰουστινιάνου νεαρᾶν, ἤτοι κεφ. ιδ'. τῦ δ'. τίτλω τῦ λζ'. βιβλίῳ τῇ βασιλικῇ, κωλύουσθαι ταὶς γυναῖκας ὅπλοφόρους γίνεσθαι, καὶ λέγουσθαι ὕτω ῥητῶς ὸν μέρει· ταῖς γὰρ γυναιξὶ καὶ ἡμεῖς ἀπαγορεύομεν τὰ τῆς ὅπλοφορίας ὑπελθεῖν λειτουργήματα, εἰ
C μήτηρ ἢ μάμμη εἴη. ταύταις γὰρ μόναις κζ' πάλ. τῆς κληρονομίας τάξιν, καὶ πάλ. ὅπλοφορῆσαι ὑπελθεῖν ἐφιεμεν, ἐὰν ὸν ὑπομένωσι καὶ γάμοις ἑτέροις καὶ τῇ βοηθείᾳ τῦ Βελλιανείου δόγματος ἀπαγορεύσωσι. ταῦτα γὰρ φυλάττουσαι πρόπαν τῇ ὸκ πλαγίων συγγενῶν εἰς πάλ. ὅπλοφορίαν προτιμηθήσονται, τῇ ὸκ ἀγχιστείας μόνον ὅπλοφόρων προλαμβανόντων ταύτας. πάλ. γὰρ τῦ πλουτήσαντος βέλτιόν τι καὶ ὅπλογίαν προτιμᾶσθαι βουλόμεθα. ἀνάγνωθι καὶ τίτλον ε'. τῦ αὐτῦ βιβλίου κεφ. κ'. καὶ θέμα γ'. λέγον, γυνὴ ἡ κυβερνωρδίᾳ.

ΖΩΝΑΡ. Σιγᾶν ὁ μέγας Παῦλος ταῖς γυναιξὶν ὅπιτάττει, ἡ κζ' ὸν καιρὸν μόνον τῆς λειτουργίας, ἀλλ' ὅπι πάσης συνελεύσεως τῶν πιστῶν. τῦτο δὴ καὶ τοῖς θύραθεν ἁρμόδιον ἔδοξε· φησὶ γάρ τις τῶν ποιητῶν, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. πῶς δ' ὁ παρὼν κανὼν σιγὴν αὐταῖς ὅπιτάττει ὸν τῇ τῆς λειτουργίας καιρῷ. εἰ δέ τι φησὶ μαθεῖν θέλουσι, τὺς οἰκείους ἄνδρας οἶκοι ἐρωτάτωσαν. καὶ τῦτο δὴ ἀποστολικὸν ἔστι νόμον δὴ ταῦτα ὠνόμασεν ὁ καινὸν τὰ ἀποστολικὰ διατάγματα.

D

ΑΡΙΣΤ. Γυναιξὶ λαλεῖν ἐπ' ἐκκλησίας ὐκ ὅπιτέτραπται.

E Εἰ γὰρ θελήσουσί τι μαθεῖν, ὸν οἴκῳ τὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν.

ΚΑΝΩΝ οα'.

gnum divini verbi ſapientiæ templum accedunt, ad libertatem proclamantes, & genus ſuum ad libertatis oſtenſionem allegantes (dicunt enim ſe ex liberis parentibus eſſe natos, Bulgaris fortè vel aliquibus aliis, quos in ſervitutem noſtra non accepit reſpublica) ea quidem quæ dicunt demonſtrare permittuntur. Et poſtquam teſtes omni exceptione majores, & in quos nulla cadit criminatio, adduxerint, ad alios eis teſtes opponendos eorum domini procedunt; & ſic cùm ii, qui provocant, non poſſint amplius in judiciis perſiſtere, ſervilis conditionis onere rurſus opprimuntur: & quando matrimoniales fiunt ſervorum conſuetudines & convinctiones in noſtra republica, eas tamen ſacra non conſequitur benedictio, caventibus dominis ne ſervi inter ſe invicem cum ſacra benedictione conjungantur, ne ex eo ad libertatem conveniant. Eorum autem utrumque convenienti correctione opus habere cenſuit; & propterea hanc conſtitutionem magna cum cautione & obſervatione edidit, per quam ſtatuitur de his qui ad libertatem proclamant ſervis, ne ii, qui contrà adducuntur, teſtes vim ullam locúmve habeant, in quocunque ſeu civili ſeu Eccleſiaſtico judicio: ſed ii ſoli, qui in jus vocant, legitimas probationes afferant; & ſi ii quidem teſtibus abundent, qui jure ſunt recipiendi, neque calumnia inducti, teſtium jurejurando judicium ſolvatur; ſed non contrariæ etiam per teſtes probationes eorum dominis permittantur, ne magna adverſariorum inæqualitas ſit inferioribus damni cauſa. Sed quemadmodum in iis, qui idem tributum ſolvunt, lex beatiſſimi domini Baſilii potentibus adverſus pauperes contrarias probationes per teſtes non permiſit: ſic & hîc dominis adverſus ſervos vis contrariæ per teſtes probationis extincta erit, & ſola apud eos valebit adverſus ipſos teſtes illata criminatio; contraria non omnino per teſtes probatione excluſa, quando ii, qui trahunt in ſervitutem, adverſus illos, qui jure ſunt liberi, ſervis in jus vocatis teſtes, produxerint. Inferioribus enim & imbecillis præſens conſtitutio gratificatur, & quod eos juvet ſubminiſtrat: non autem pro majoribus & potentioribus editur. Adjicit autem & ſacras benedictiones, non ſolùm apud liberos, ſed etiam apud ſervos valere. Et nuptias non alias legitimas & Chriſtiana inſtitutione dignas eſſe & exiſtimari, niſi etiam benedictio eos, qui conjunguntur, colliget. Abſurdum enim eſſet, cùm una in omnibus Chriſtiana fides valeat, & unus ſit in confeſſo baptiſmus, per quem ad Dominum deducti ſumus, & eadem ſalus à nobis omnibus qui credimus ſperetur, nonnullis hanc obortam eſſe ſuſpicionem, quòd ſervi ſint boni minùs participes; & liberi quidem matrimonio invicem conjungantur, priùs oratione colligati: ſervi autem à tali bono excidant, & Deum non aſſumant in congreſſus benedictione, vel metuant, quòd ſi aſſumpſerint, eorum dominus in dominio injuria afficeretur, illorum dominio privatus. Si hoc autem locum habuerit, ſanctum quoque baptiſmum timere oportet, ne ſervi dominium ſibi vendicent: ſed etiam immaculatorum myſteriorum aſſumptionem, ne per eam ab illis quoque alienentur. Quo fiet ut in ſervis intereat magnum & venerabile divinæ fidei nomen: & non ſolùm ſervi hominum, ſed etiam diaboli homicidæ, fient homines. Eorum autem domini in periculum quoque venient, ne dum hominum miniſterio privari formidant, à Dei gloria ſeipſos abalienare ſuſtineant, ſed neque hoc eſt rationi conſentaneum, & ſacram benedictionem in ſervis quoque valere æquum, & Chriſtiana inſtitutione dignum eſt. Verum enimvero fortuna novit in hominibus diverſa eſſe dominium & ſervitutem, & quæ noſtra accepit reſpublica, ea in iis quoque valere oportet. Unus autem dominus omnium, una fides, unum baptiſma:

A μεγάλῳ τε καὶ θείῳ ναῷ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σοφίας, εἰς ἐλευθερίαν ἀναφωνοῦντες, καὶ φερόφασιν τῆς ἐλευθερίας τὸ γένος ποιούμενοι (φασὶ γὰρ ἐξ ἐλευθέρων γεγονέναι γονέων, Βουλγάρων τυχὸν ἢ τινῶν τοιούτων ὡς εἰς δουλείαν ἢ καθ' ἡμᾶς ὑπ' οὐδέποτε πολιτείᾳ,) εἰς ἀπόδειξιν τοῦ λεγομένου ἀφίενται. καὶ ἐπειδὴ παρασίσονται μάρτυρας ἀδιαβλήτους, εἰς ἀντιπαράστασιν μαρτυρίαν οἱ κύριοι τούτων χωροῦσι, καὶ οὕτως τοῦ ἐγκαλουμένων ἕως τέλους ἐμβαλοῦσι τοῖς δικαστηρίοις ἀδυνατοῦντες, ἡ δουλικὴ τύχη πάλιν τούτοις ἐπιφορτίζεται· καὶ ὅτι γαμικαὶ δούλων ὁμιλίαι τε καὶ συναρμογαὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς γίνονται πολιτεύματι, οὐ μὴν τοιγε καὶ ἱερολογία ταύταις ἀκολουθεῖ, τοῦ κυρίων αὐτῶν δὲ λαβουμένων μεθ' ἱερολογίας ἀλλήλοις συναπτειν τοὺς δούλους, ἵνα μὴ πρὸς ἐλευθερίαν ἐντεῦθεν σπεύδωσι, καὶ τῆς προσηκούσης ἄμφω διορθώσεως ἔγνωκε δεῖν· καὶ ἀφ' οὗτο δὲ πρὸν ἀφόπαγμα συμπεπραμμένως ἐξέπεσεν, δι' οὗ διορίζεται κοινὸν τοῦ εἰς ἐλευθερίαν ἀναφωνουμένων δούλων, ἀντιβατικὴν μαρτυρίαν μὴ κρατεῖν, μηδὲ χώραν ὅλως ἔχειν αὐτῷ, τοῦ οἱουδήτινι πολιτικῷ ἢ ἐκκλησιαστικῷ δικαστηρίῳ· ἀλλὰ τοῖς ἐγκαλοῦσι μόνοις τὰς ἀποδείξεις καὶ νόμους ἐπάγεσθαι, κἂν εἴ που μαρτυρίων διαπορήσειεν οὗτοι νόμοις δεκτῶν καὶ μὴ παραιτουμένων δόλου, τοῦ τοῦ μαρτύρων ὅρκῳ τὸ δίκαιον λύεσθαι· ἀλλὰ μὴ καὶ ἀντιβατὰς τοῖς κυρίοις αὐτῶν ἐγχωρεῖσθαι· ἵνα μὴ ὃ πολὺ τοῦ ἀντιδότων ἄνισον, βλάβης αἴτιον τοῖς ἐλαττοτέροις γένηται. ἀλλ' ὥσπερ ὅπου τῶν ὁμοτελῶν ἡ τοῦ μακαρίτου κυροῦ Βασιλείου νομοθεσία τοῖς δυνατοῖς καὶ τῶν πενήτων ἀντιβατὰς ἐκ μέρους ἐχώρησεν· οὕτω καὶνίζεσθαι τοῖς κυρίοις καὶ τῶν δούλων ἀπεσβεσμένον ἔσται δὲ τῆς ἀντιβατὰς ἰσχυρὸν, καὶ μόνη κρατήσει πρὸς τούτοις ἡ καὶ τῶν μαρτύρων ἀμφιβολή· τῆς ἀντιβατὰς πάντως μὴ ἀποκλειομένης τοῖς ἐγκαλουμένοις δούλοις, ὅπου τοὺς μάρτυρας καὶ τῶν ἐν νομῇ ἐλευθερίας ὄντων οἱ περὶ δουλείαν ἕλκοντες τούτους παράγωσι. τοῖς γὰρ ἐλαττοτέροις καὶ ἀσθενέσιν ἡ παροῦσα διάταξις χαρίζεται τοῦ ῥοπῇ, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν δυνατῶν καὶ μᾶλλον ἰσχυροτέρων ἐκτίθεται. προσήκει δὲ καὶ ταῖς ἱερολογίαις μὴ μόνον πρὸς τοῖς ἐλευθέροις, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῖς δούλοις κρατεῖν. καὶ γάμον μὴ ἄλλως ἔννομόν τε καὶ τῆς Χριστιανικῆς καταστάσεως ἄξιον εἶναί τε καὶ νομίζεσθαι, εἰ μὴ καὶ ἱερολογία τοὺς συναπτομένους σωθεῖ. ἄτοπον γὰρ ἂν εἴη, μιᾶς ἐν πᾶσι τῆς Χριστιανικῆς κρατούσης πίστεως καὶ βαπτίσματος ὁμολογουμένου ἑνός, δι' οὗ προσήλθαμεν τῷ Κυρίῳ, καὶ τῆς αὐτῆς σωτηρίας ἐλπιζομένης πᾶσιν ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν, ὑποπτέχειν τινὰς ὑπόνοιαν, ὡς τοῖς δούλοις ἧττον μέτεστι τοῦ καλοῦ· καὶ τοὺς μὲν ἐλευθέρους καὶ γάμον ἀλλήλοις συναπτεσθαι θεία συνδουμένους δίχῃ προτέρου· τοὺς δούλους δὲ, τοιούτου ἀφαπτεσθαι καλοῦ, καὶ μὴ προσλαμβάνειν θεὸν ἐπὶ δυλογίᾳ τῆς συνελεύσεως, ἢ δεδιέναι, ὡς εἰ προσλαμβάνετο, ἀδικηθείη ἂν τοῦ τινὶ δεσποτείαν ὁ τούτων κύριος, τῆς ἐπ' αὐτοῖς περιποιούμενος δεσποτείας. οὕτω γὰρ εἰ τοῦτο κρατοίη, δεδιέναι χρὴ καὶ ὃ ἅγιον βάπτισμα, μὴ δοῦλοι ξενοδοκεῖν τοῦ δεσποτειῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τινὶ τοῦ ἀχράντων μυστηρίων μεταλήψιν, μὴ καὶ ἀφ' ταύτης ἑκείνων ἀλλοτριωθεῖεν. καὶτοιγε ὁπόταν τοῦ δούλων οἰκήσεται ὃ μέγα καὶ σεβάσμιον τῆς θείας πίστεως ὄνομα· καὶ οἱ δοῦλοι μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀνθρωποκτόνου γένωνται ἄνθρωποι. συγκινδυνεύσουσι δὲ καὶ οἱ κύριοι τούτων, φόβῳ τοῦ μὴ ἀφαπεσεῖν ὑπηρεσίας ἀνθρώπων, τοῦ τοῦ θεοῦ δόξης ἀποξενοῦν ἑαυτοὺς ἀνεχόμενοι. ἀλλ' οὔτε τοῦτο λόγον ἔχει δίκαιον· καὶ τοῦ ἱερολογίαν ἐξ ἀνάγκης καὶ ὅπου τῶν δούλων κρατεῖν, οὔλογον καὶ Χριστιανικῆς ἐπάξιον καταστάσεως. ἀλλὰ γὰρ ἐν ἀνθρώποις οἶδεν ἡ τύχη δεσποτείαν καὶ δουλείαν ἀφόρους, καὶ ἅπερ ἡ καθ' ἡμᾶς πολιτεία ἀφέλαβε ταῦτα καὶ ὅπου τούτων χρεῶν κρατεῖν. εἷς δὲ κύριος πάντων, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, καὶ

δὲ δουλείας καὶ δεσποτείας ὄλως οὐ γινώσκο- A
μεν, ὅτι καὶ πάντες ἐξίσης δοῦλοι ἐσμὲν τῷ ἐκ δουλείας λυτρω-
σαμένῳ ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ θείῳ καὶ ζωοποιῷ αἵματι. καὶ ἐπεὶ ταῦτα
καλῶς τέτακται καὶ λυσιτελῶς διατέτακται, δεῖ σὸν μεγάλῃ
ἁγιωσύνῃ σε δῆλα ταῦτα πάντα ποιεῖν φῶς ἁγίων ἐκ-
κλησιῶν, ὡς ἂν οἱ ἐν αὐταῖς προεστῶτες ὕπου τι τοῦ πρὸς τὴν
ἐλευθερίαν δοκιμάζουσιν, ἀντιπαρατιθῶσι μαρτυρίαν καὶ
τὴν δούλων τοῖς δεσπόταις μὴ συγχωροῦντες, καὶ πᾶσι δῆλον
καταφανὲς ἐν ταῖς ὑπ' αὐτῶν ἐπαρχίαις, ὡς οἱ μὴ μετ' εὐσεβεί-
ας ἀλλήλοις συναπτόντες τοὺς δούλους, οὐκ θεοφιλῆ γάμον
συνιστῶσιν ἐν αὐτοῖς· ἀλλ' ἐκπερδύνουσι μᾶλλον κεκατύνοισιν.
ὃς γὰρ μὴ συναπτῇ Θεὸς δι' ἱερολογίας προσλαμβανόμενος, ὕ- B
που πάντες εἰς ἁμαρτίας συνέρχονται. καὶ εἴ που προσληφθεὶς
θεὶς τοῦτο παρ' οἱουδήποτε ὕπου ἀπὸ τοῦδε γινόμενον, ἴστωσαν
οἱ δεσπόται ὡς ὑ μόνον θείῳ μηνύματι καταπέσονται ἔνοχοι,
ἀλλὰ καὶ τῶν δούλων ἀλλοτριωθήσονται, εἰς ἐλευθερίαν ἁρπα-
ζομένων. ἔξον γὰρ αὐτοῖς κατὰ νόμους Θεῷ συναπτῆναι ἀλλήλους
τοὺς δούλους, καὶ τὴν ὅπῃ αὐτοῖς δεσποτείαν ἔχειν ἀλώβητον, εἰ μὴ
τοῦτο ποιοῖεν, ἑαυτοῖς δικαίως πάντως τὴν τῆς δεσποτείας ἐπά-
γοισιν ἐκπίπτουσιν. ὃ δὲ πρὸν διάταγμα ὑ μόνον ὀφείλῃ ἐν ταῖς
ἁπάσαις ἐκκλησιῶν διαγινώσκειν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πολι-
τικοῖς δικαστηρίοις κατασπουδάζειν. γινέσθω δὲ διαβόητον καὶ
εἰς τοὺς τῶν ἐπῳκισμένων προεστῶτας ἀρχῶν, ὡς ἂν εἴδησιν ἔχωσι C
ἅπαντες τὸ καλῶς παρὰ τῆς βασιλείας ἡμῶν ὁρισθέντων. ὅπῃ
δὲ καὶ γάμοι ἐφθάσθω ἤδη γινέσθαι ὅπῃ προεστῶσι δουλικῷ
ἔχοιεν τύχῃ, καὶ οἱ γάμοι κατὰ τὸ ἔως τοῦ νῦν κεκατῶσθω παρέλ-
θοντα συνήθειαν προβεβήκασι, δεῖ καὶ ὅπῃ τούτων τὴν ἱερολογίαν
γινέσθω, ἵνα διὰ ταύτης, κἂν ὀψὲ γένηται, τὸ σεβάσμιον ἔχωσι,
τῆς ἀνωτέρω εἰρημένων παρατηρήσεων καὶ ὅπῃ τῷ χρείττῳ γάμῳ
κεκτῆσθαι ὀφλήσουσιν.

ZΩNAP. Ἀξιατίμητον πρᾶγμα τὴν ἐλευθερίαν, ἄγαν διαπεπλωῦσαι καὶ πολὺ ὀρειδῶσαι ἐπ' αὐτῇ μὴ δυνά-
μενον οἱ τῆς πολιτείας εἶ) νόμοι φασί. ὡς οὖν περὶ μεγάλου D
πράγματος ἐσομένης τῆς μαρτυρίας, ὅτε δεήσῃ μαρτυρίας
περὶ ἐλευθερίας, ἀπῃτοῦντο οἱ παὶ δεδοκιμάκεις ποιούμενοι πέν-
τε τυχὸν ἢ καὶ πλείονας προσηκούσας μάρτυρας, ὡς τοσούτων καὶ ἐφ'
ἑτέραις ὑποθέσεσι προσγομένων. τοῦτο οὖν ἀναιρῶν ὁ κανὼν
ὅπῃ διαλῦσῃ τῆς ἐλευθερίας, καὶ τοῖς ὀρίζει ἀρκεῖν, καὶ πρὸς
γραφὴν προσήκῃ εἰς σύστασιν τῆς θεσμοθεσίας, λέγωσθω, ὅπῃ
δύο ἢ τριῶν μαρτύρων στασθήσεται πᾶν ῥῆμα, ἀντὶ τοῦ βεβαιω-
θήσεται, κυρωθήσεται.

ΑΡΙΣΤ. Ἐλευθερούμενος ὑπὸ δεσπότου δοῦλος. ὅπῃ δυσὶ
μάρτυσιν, εἴη ἀδούλωτος. Σαφής. E

& quod ad fidem quidem attinet, dominii & ſervitutis differentiam non cognoſcimus; quoniam omnes ſumus ex æquo ſervi ejus, qui nos ex ſervitute divino ſuo & vivifico ſanguine redemit. Et quoniam hæc rectè his & utiliter conſtituta ſunt, oportet magnam tuam ſanctitatem hæc omnia in omnibus Eccleſiis manifeſta reddere: ut qui eis præſunt, ea quæ ad libertatem pertinent ſic examinantes contrarias teſtium probationes adverſus ſervos dominis non permittant, & omnibus in ſuis provinciis manifeſtum efficiant, quòd qui non cum ſacra benedictione ſervos invicem conjungunt, non Deo gratum inter eos matrimonium conſtituunt: ſed fornicatorium coitum confirmant. Quos enim non conjungit Deus per ſanctam benedictionem aſſumptus, hi omnes ad peccata conveniunt. Et ſicubi hoc ab aliquo, quicunque is fit, abhinc factum renunciatum fuerit, ſciant domini, quòd non ſolùm iræ divinæ erunt obnoxii, ſed à ſervis quoque abalienabuntur, eis abductis in libertatem. Cùm eis enim liceat ſervos ſuos jure in Deo invicem conjungere, & integrum in eis habere dominium, niſi hoc fecerint, jure omnino ab eorum dominio excident. Præſens autem conſtitutio non ſolùm debet in Eccleſiis quæ ubique ſunt promulgari, ſed in omnibus etiam civilibus judiciis deponi: tradi autem etiam iis, qui in provinciis Magiſtratus gerũt, ut quæ ab Imperatoriâ noſtrâ auctoritate bene decernuntur, omnibus innoteſcant. Quoniam autem in perſonis ſervilem fortunam habentibus nuptiæ priùs factæ ſunt, & nuptiæ convenienter iniquæ, quæ hucuſque invaluit, conſuetudini proceſſerunt, oportet in iis quoque ſacram benedictionẽ fieri, ut per eam, etiãſi tardè fiat, id quod eſt colendum ac venerandum habeant, ſuperioribus quoque obſervationibus etiam in hiſce nuptiis valere debentibus.

ZONAR. Rem inæſtimabilem eſſe libertatem, hoc eſt, impoſſibile eſſe, ut æſtimetur, vel pretium ejus conſtituatur, leges civiles docent. Igitur, quoties de libertate, quippe de non levis momenti re teſtimonium ferri oporteret, quorum intererat probationes afferre, quinque ſcilicet aut plures etiam (quod totidem in aliis quoque diſceptationibus dari conſuevisſent) teſtes exhibere cogebantur. Qua quidem conſuetudine hîc damnata Can. (qui nimirum libertati faveat) trium quoque teſtimonium ſatis eſſe decernit, & ſtabiliendæ conſtitutioni ex ſacris literis illa profert, in ore ſcilicet duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum, hoc eſt, firmum ac ratum eſſe judicabitur.

ARIST. *Servus à domino ſub duobus teſtibus manumiſſus, libertate donetur.* Perſpicuus.

ΚΑΝΩΝ πϛ'.

Τὸς ὅπῃ ψυχῶν ὀλίσθῳ πόρνας ὅπῃσυνάγοντας καὶ ἐκτρέφον-
τας, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαιρεῖσθαι ὁρίζομεν. εἰ δὲ λαϊ-
κοὶ, ἀφορίζεσθαι.

ΒΑΛΣ. Ὥσπερ ὁ πολιτικὸς νόμος κολάζει τὸς πορνοβο-
κους, ὕτω καὶ ὁ κανὼν ὁρίζεται τὸς ὅπῃσυνάγοντας πόρνας,
καὶ διὰ τοῦτο συνωθοῦντας εἰς ψυχικὴν ἀπώλειαν τὸς
πολλούς, καὶ ὑ μόνον ὅπῃσυνάγοντας, ἀλλὰ καὶ ἐκτρέφοντας, F
ἤγουν παρέχοντας αὐταῖς ὅπῃχορηγοῦντας (τροφὴν γὰρ ὀνόματι
σῖτος ὄψος καὶ ἐνδυμασία, καὶ τὰ λοιπὰ, τὰ πρὸς ἀκολασίαν τὸς
ἀπαλωτέρους ἕλκοντα, περιέχοντα) κληρικοὺς μὲν ὄντας,
καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι. ὑ μόνα τοῦτο δὲ οἱ
μόνον ὅπῃσυνάγοντες καὶ μὴ ἐκτρέφοντες αὐτοὺς ὑ τιμωρη-
σόμενοι· ἀλλὰ κἀκεῖνοι ὁμοίως κολασθήσονται. εἶπε δὲ
ὁ κανὼν ὃ ἐκτρέφοντες, ὅτι ἐξ ἀνάγκης τῇ Συναγωγῇ
ἐπακολουθεῖ καὶ ἡ λοιπὴ φροντὶς τῶν ὅπῃσυναγομένων.
ὑ γὰρ ὃ Συναγαγεῖν μόνον ἄξιόν ἔστι κολάσεως· ἔστι
Συνάγει τις πολλάκις πόρνας χάριν τοῦ ἐπωνεῖσθαι

& alunt, ſi ſint quidem Clerici, deponi definimus: ſin verò Laici, ſegregari.

BALS. Quemadmodum lex civilis lenones, qui meretrices alunt, punit, ita & Canon decernit eos, qui meretrices cogunt, & multos ea ratione ad animæ exitium veluti protrudunt; & non ſolùm eos qui cogunt, ſed & qui alunt ſive eis neceſſaria ſuppeditant (alimenti enim nomine & indumenta & reliqua, quæ molliores ad intemperantiam attrahunt, comprehenduntur) ſi ſint quidem Clerici, deponendos: ſin verò Laici, ſegregandos. Non autem idcirco qui ſolùm quidem cogunt, & eas non nutriunt, non punientur: ſed in eos quoque ſimiliter animadvertetur. Dixit autem Can. illud, Et alunt, quoniam ubi coëgerint, neceſſariò quoque ſequitur, ut coactarum cura deinceps ab iis geratur. Neque enim ſolùm cogere ſupplicium meretur: Meretrices enim ſæpe cogit quiſpiam, ut eis illa,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

quæ ſunt ſalutaria, ſuggerat, vel ut earum opera ad tractandum aliquod miniſterium utatur, vel ut det eas magiſtratui caſtigandas. Quære librum lx. Baſilic. tit. xxxviii. cap. i. Si pater filiam, vel dominus ſervam nutriat ad quæſtum meretricium, perdant quam habent in eas poteſtatem. Adjicit autem conſtitutio, Per Epiſcopum & Magiſtratum eis quoque ferri debere auxilium: & quòd ſi ad hoc reſiſtat pater vel dominus, publicantur & exterminantur. Ac ſecundum quidem caput viles lenones ſimiliter punit: eos autem, qui ſunt militaris ordinis, publicandos dicit. Ejuſdem autem libri & tituli cap. iii. quod eſt Juſtiniani Novella, valde punit eos, qui arte & dolo & neceſſitate aliquas in hanc intemperantiam attrahunt, & iis mercaturam exercent. Lege ergo hoc caput diligentiùs. Dicunt enim nonnulli, quòd id illos punit qui ſeducunt, & aliquo artificio vel neceſſitate mulieres aliquas ad fornicationem attrahunt: non autem eos qui illas ſuſcipiunt, quæ ſpontanea voluntate fornicationem eligunt propter naturæ neceſſitatem vel etiam paupertatem. Ad hoc autem probandum utuntur, & nonnullis ipſius Novellæ verbis, & præſenti Canone puniente, non eos ſolùm qui meretrices cogunt, ſed etiam qui eas nutriunt, per fraudem & adulationem eas in malum impellentes. Porro autem & quod hodie actu fit in lenonum officinis videtur cum eorum dicto concurrere. Mihi autem videtur, quòd leges & Canones quemcunque lenonem indiſtinctè puniunt, & omnem meretricem ad temperantiam retrahunt. Lege & xci. Novellam Imperatoris domini Leonis Philoſophi, quæ non permittit ut veteri lege aliquis degat cum concubinis.

ZONAR. Meretrices alere civilium quoque legum ſanctiones vetant. Alere vero meretrices eſt, eis ob lucrum ex meretricio quæſtu percipiendum, cum animarum pernicie alimenta ſuppeditare. Quam rem, ſi civiles quoque leges prohibeant, multo illam certe magis Eccleſiaſticæ ac ſpirituales debent averſari. Proinde graviores etiam pœnæ Clericis in hoc genere delinquentibus irrogatæ. Illos ſiquidem (quod non ita crebro reperias) deponi ſimul & ſegregari jubet. Pro quovis enim alio ſupplicio in eos, qui clero adſcripti fuerant, plerumque depoſitio ſola ſufficere viſa fuit. Laicos verò, qui id fecerint, ſegregatione puniendos eſſe decernit.

ARIST. *Qui meretrices in animarum exitium cogit, ſegregatur.* Perſpicuus.

CANON LXXXVII.

Quæ maritum reliquit, eſt adultera, ſi venerit ad alium, ut vult ſacer & divinus Baſilius, qui ex Hieremia Propheta hoc optimè collegit: quòd ſi alii viro uxor fuerit, ad maritum ſuum non convertetur, ſed polluta, polluetur: & rurſus, Qui detinet adulteram, eſt & inſipiens & impius. Si itaque præter rationem à marito ſeceſſiſſe appareat, ille quidem venia dignus eſt: hæc verò pœna. Illi autem venia dabitur, ut Eccleſiæ communicet. Sed is qui legitimè ſibi datam uxorem relinquit, & aliam ducit, ex Domini ſententia eſt adulterii judicio obnoxius. A Patribus autem noſtris ſtatutum eſt: ut qui ſunt ejuſmodi uno anno defleant, biennio audiant, triennio ſubſternantur, & ſeptimo cum fidelibus conſiſtant, & ſic oblatione digni habeantur, ſi cum lachrymis pœnitentiam egerint.

BALS. Dominus & Deus noſter JESUS CHRISTUS interrogatus, an liceat marito uxorem quavis ex cauſa dimittere, hoc vetuit, dicens: Quòd qui uxorem ſuam reliquit præterquam fornicationis cauſa,

αὐταῖς τὰ ζωτηριώδη, ἢ χρεωγωγίας ἀξιοῦσαι σωματικῆς, ἢ ὑφαδύναι τῷ ἄρχοντι χάριν σωφρονισμοῦ. ζήτει βιβλίον ξ. τοῦ βασιλικοῦ πίτλω λη'. κεφ. α'. ἐὰν πατὴρ θυγατέρα ἢ δεσπότης δούλην πορνοβοσκῇ, ἀπολλύσθω καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ ἴσου αὐταῖς ἐξουσίαν. φορτίζονται δὲ ὅ κεφάλαιον, ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος αὐταῖς βοηθεῖσθαι· καὶ ὅτι ἐὰν ἀνθίστανται πρὸς τοῦτο ὁ πατὴρ ἢ ὁ δεσπότης, δημεύονται καὶ ἐξορίζονται. καὶ ὅ δεύτερον κεφάλαιον τοὺς μὴ σὺν ἐλπίδι πορνοβοσκοὺς ὁμοίως τιμωρεῖ, τοὺς δὲ στρατείαν ἔχοντας δημεύεσθαί φησι. ὅ μβ'τοι γ'. κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ πίτλου, ὅθεν δῆλόν ἐστι νεαρὰ Ἰουστινιάνου, μεγάλως κωλύζει τοὺς σὺν πέρᾳ καὶ δόλῳ καὶ ἀνάγκῃ εἰς τὸ τοιοῦτον ἀσέλγειαν ἄγοντας, καὶ ἐμπορευομένους ταῦτα. ἀνάγνωθι οὖν ὅ νεώτερον κεφάλαιον ὀξυτικώτερον. λέγουσι γάρ τινες, ὡς ἐκεῖνος τοῦτο κωλύζει τοὺς πλανῶντας, καὶ μετά τινος μέθοδου ἢ ἀνάγκης μεθέλκοντας εἰς πορνείαν γυναῖκάς τινας. ἡ μᾶλλον τοὺς προσδεχομένους τὰς ἐκείσε βουλήσει τὸ πορνείαν ἑλομένας, διὰ φύσεως ἀνάγκην ἢ καὶ πενίαν. ζεῦνται δὲ καὶ πρὸς ὑπόσυσταζιν τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ ῥήμασί τισι τῆς αὐτῆς νεαρᾶς, καὶ τῷ παρόντι κανόνι μὴ μόνον τοὺς ὑποζωγράφους πόρναις κωλύζοντι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπηρέφοντας, τυπτεῖ διὰ πλάνης καὶ κολακείας ζωωθοῦντας αὐτὰς εἰς ὃ κακόν. καὶ ὅ σήμερον δὲ γινόμενον πραγματικῶς εἰς τὰ πορνοβοσκεῖα διενέργανται συντρέχειν τοῖς λόγοις αὐτοῦ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὅτι πάντα πορνοβοσκὸν οἱ νόμοι καὶ οἱ κανόνες ἀδιακρίτως κωλύζουσι, καὶ πᾶσαν πόρνην εἰς σωφροσύνην μεθέλκουσιν. ἀνάγνωθι καὶ τὴν ιά'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, μὴ ἐξεῖναι χωροῦσαι κοὶ τὸν παλαιὸν νόμον διάγειν τινὰ μετὰ παλλακῆς.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ πορνοβοσκεῖν καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἀπαγόρευται νόμοις. πορνοβοσκεῖν δ' ἐστὶ τὸ τρέφειν πόρνας διὰ κέρδος τοῦ μισθώματος. ὅτι βλάβη ψυχῶν. εἰ δὲ τοῖς τῆς πολιτείας τοῦτο ἀπηγόρευται, πολλῷ τῷ μέσῳ εἴη ἂν ἀπηγορευμένον τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς καὶ πνευματικοῖς. διὸ καὶ βαρύτατα τοῦτο κωλύζει ὁ κανὼν ὅτι κληρικούς. καθαιρεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς ἐν ταὐτῷ καὶ ἀφορίζεσθαι διατάττεται, ὅταν σπανιάκις δύσκεται. ἀντὶ γὰρ πίστεως ἑτέρας πωλεῖας ὡς ὅτι ὁ πολὺ τοῖς κεκληρωμένοις ἀρκεῖν νενομοθέτηται ἡ καθαίρεσις. τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀφορίζειν προστάσσει τοῦτο ποιοῦντας.

ΑΡΙΣΤ. Ο συνάγων πόρναι ἐπ' ὀλέθρῳ ψυχῶν, ἀφορίζεται. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ πζ'.

Η καταλιποῦσα καὶ ἄνδρα μοιχαλίς ἐστιν, εἰ ἐπ' ἄλλον ἔλθοι, καὶ καὶ ἱερὸν καὶ θεῖον Βασίλειον, ἐκ τῆς Ἱερεμίου προφητείας ἄριστα τοῦτο ἀναλεξάμενον· ὅτι ἐὰν γυνὴ γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, οὐκ ἐπιστρέψει πρὸς καὶ ἄνδρα αὐτῆς, ἀλλὰ μιανομένη μιανθήσεται. καὶ πάλιν, ὁ ἔχων μοιχαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής. εἰ οὖν φανῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀλόγως ἀναχωρήσασα, ὁ μὲν συγγνώμης ἐστὶν ἄξιος· ἡ δὲ ὑπεύθυνος. ἡ δὲ συγγνώμη τούτῳ πρὸς ὃ καινωνῆσαι τῇ ἐκκλησίᾳ δεδόσται. ὁ μέντοι καταλιμπάνων τὴν νομίμως συναφθεῖσάν αὐτῷ γυναῖκα, καὶ ἑτέραν ἀγόμενος, καὶ τὴν τοῦ κυρίου ἀπόφασιν, τῷ τῆς μοιχείας ὑπόκειται κρίματι. κεκανόνισται δὲ καὶ τοῖς πατέρων ἡμῶν, τὰς τοιούτους ὀνειδίζειν πορνικλαίᾳ, διετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ ὕστερον τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, ἐὰν μὴ δακρύων μετάνοιαν ποιήσωνται.

ΒΑΛΣ. Ο Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐρωτηθείς, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα ἀπολύειν καὶ πᾶσαν αἰτίαν, ἀπηγόρευσε τοῦτο, εἰπών, ὅτι ὁ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐκτὸς

ἐκτὸς λόγου πορνείας, καὶ γαμήσας ἑτέραν, μοιχᾶται. καὶ ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος Ἰουστινιανὸς, τοὺς πάλαι κρατοῦντας νόμους, καὶ ἐκχωροῦντας τοῖς ὁμοζύγοις λύειν χωρὶς εὐλόγου αἰτίας τὰ συνοικέσια, καὶ λέγοντα, ἕνα ἕκαστον πρὸς τὸν ἕτερον, πράττε τὰ σεαυτοῦ, ἀνήρησε διὰ τῆς νεαρᾶς ριζ'. τῆς κειμένης ἐν τῷ ζ'. τίτλῳ τῆς κή. βιβλίου, καὶ ἀπαριθμουμένης τὰς αἰτίας δι' ἃς καὶ μόνας ὀφείλουσι λύεσθαι τὰ συνοικέσια. ὅθεν συνανηρέθη καὶ ὁ Ἑβραϊκὸς νόμος, ὁ ἐνδιδοὺς τοῖς ἀνδράσι βιβλίον ἀποστασίου πέμπειν ταῖς γυναιξὶν, καὶ τὴν ὁμοζυγίαν λύειν. ἀκολούθως οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν φησιν, ὅτι ἡ τοῦ ἄνδρα καταλιποῦσα γυνὴ, ἐὰν μετὰ ἑτέρου συμφθαρῇ, ὑπόκειται τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι, καθὼς τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος φησὶν ἔντε τῷ θ'. αὐτοῦ κανόνι καὶ ἐν τῷ κά. ἀναλεξάμενος. αὐτὸ ἀπὸ τῆς Ἱερεμίου προφητείας, τῆς λεγούσης, ἐὰν γυνὴ ἀπὸ τῆς ἀνδρείας ὁμοζωΐας ἐξελθοῦσα, ἑτέρῳ μιανθῇ, οὐ δύναται ὑποστρέψαι πρὸς τοῦ ἄνδρα αὐτῆς, ὡς μοιχευθεῖσα. ἀλλὰ καὶ ὁ Σαλομὼν ἐν ταῖς παροιμίαις εἶπεν, ὁ μιγνύμενος μετὰ μοιχαλίδος, τουτέστι μετὰ ἐχούσης ἄνδρα, ἄφρων ἐστὶ καὶ ἀσεβής. τιμωρεθήσεται οὖν ἡ οὕτω μοιχεύσασα δι' ἐπιτιμίων κανονικῶν. ὁ ἀνὴρ δὲ, ὡς μὴ πταίσας, συγγνώμης ἀξιωθήσεται, τουτέστιν οὐκ ἐπιτιμηθήσεται. ὁ καταλιμπάνων μέντοι τὴν οἰκείαν σύζυγον καὶ ἑτέραν ἀγόμενος κατὰ γάμου κοινωνίαν, ὡς μοιχὸς τιμωρηθήσεται κατὰ τὴν τῆς κυρίου ἀπόφασιν. τῶν μοιχῶν δὲ ἐπιτίμια εἰσὶν ἀπὸ τοῦ οζ'. κανόνος τῆς αὐτοῦ μεγάλου πατρὸς, τὸ προσκλαίειν ἐνιαυτὸν ἔξω τοῦ προνάου, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐν τῷ αὐτῷ κανόνι περιεχόμενα. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος τοὺς μοιχοὺς ἀλλοτρόπως κολάζει. καὶ ἀνάγνωθι βιβλίον ξ'. τίτλου λζ'. κεφ. ογ'. καταστρωθὲν εἰς τὰς ἑρμηνείας τῆς δ'. καὶ ε'. κεφ. τῆς ιγ'. τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος· καὶ τῆς ριζ'. καὶ ρλδ'. νεαρὰν τῆς βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, τὰς κειμένας ἐν τῷ ζ'. τίτλῳ τοῦ κή. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, καὶ συνοψισθείσας εἰς τὸ διαληφθὲν δ'. καὶ ε'. κεφ. καὶ τῆς λβ'. νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, ῥινῶν ἐκτομῇ τὴν μοιχὸν καὶ τὴν μοιχαλίδα κολάζουσαν, καὶ διορίζομένην τὴν μὲν ἄνδρα τῆς μοιχευθείσης κερδαίνειν τὴν προῖκα, αὐτὴν δὲ ἐν μοναστηρίῳ περιορίζεσθαι, καὶ ἄκουσαν μὴ ἀποκείρεσθαι. τὰ μέντοι προσόντα ἴσως αὐτῇ πράγματα ἐπέκεινα τῆς προικὸς οἰκονομεῖσθαι, καθὼς αὐτὴ ἡ νεαρὰ διορίζεται. σημείωσαι δὲ, ὅτι ἀπὸ μὲν τοῦ παρόντος κανόνος ἡ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα ὡς μοιχαλὶς οὐ κολάζεται, εἰ μὴ μετὰ ἑτέρου συμφθαρῇ· ἀπὸ δὲ τῆς διαληφθεισῶν νεαρῶν λύεται τὸ συνοικέσιον ἀπὸ μόνου τοῦ μεῖναι τὴν γυναῖκα ἔξω τῆς οἰκίας τοῦ ἀνδρὸς παρὰ γνώμην αὐτοῦ, εἰ μή τοι γε τυχὸν παρὰ τοῖς γονεῦσιν τοῖς ἰδίοις. ἆρα δὲ ἀπολελυμένη λέγεται καὶ ἡ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐκβληθεῖσα; Λύσις, οὐδαμῶς. φησὶ γὰρ ἡ ῥηθεῖσα ριζ'. νεαρὰ ἐν μέρει ταῦτα. εἰ μέντοι συμβῇ τινα δίχα μιᾶς τῶν προειρημένων αἰτιῶν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν τοῦ ἰδίου οἴκου ἐξωθῆσαι, ὥστε ἐκείνην μὴ ἔχουσαν γονεῖς, πρὸς οὓς δύναται μεῖναι, ἐξ ἀνάγκης ἔξω τὴν νύκτα διάγειν, κωλεύομεν, μηδεμίαν εἶναι τῷ ἀνδρὶ ἄδειαν διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν διαζύγιον πέμπειν τῇ γυναικὶ, διότι παρ' αὐτὸς τούτου αἴτιος γίνεται. τὸ μέντοι γραφικὸν τὸ λέγον· οὐκ ἐπιστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἡ μοιχευθεῖσα, νόει περὶ ἀνδρὸς μὴ θέλοντος ἀναλαβέσθαι ταύτην. εἰ γὰρ συγχωρεῖ τὸ ἔγκλημα ὁ ἀνὴρ, ἀκωλύτως αὐτὴν ἀναλάβεται ἐντὸς διετίας, κατὰ τὴν αὐτὴν νεαράν. ἐπεὶ δὲ φησιν ὁ κανὼν ὡς ἐκείνη ἡ γυνὴ τιμωρεῖται ὡς μοιχαλὶς, ἡ ἀλόγως ἀναχωρήσασα τοῦ ἀνδρὸς, εἴποι τις, ὡς ἡ τοῦ ἀνδρὸς εὐλόγως ἀναχωρήσασα οὐ τιμωρηθήσεται. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο ἀληθές. οὔτε γὰρ μετὰ εὐλόγου αἰτίας, οὔτε μετὰ παραλόγου δύναται ἡ γυνὴ ἀναχωρεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, χωρὶς δικαστικῆς ἐπιτροπῆς, καθὼς τοῦτο φησὶν ὁ θ'. κανὼν τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ διάφοροι Ἰουστινιάνειοι νεαραὶ κείμεναι ἐν τῷ ζ'. τίτλῳ τοῦ κή. βιβλίου ὅθεν καὶ τὰ τοῦ κανόνος ὀφείλομεν ἐκλαβέσθαι ἐκ περιουσίας· ἢ εἰπεῖν ἄλογον ἀναχώρησιν τῆς γυναικὸς εἶναι τὴν χωρὶς δικαστικῆς ἐπιτροπῆς ταύτης ἀναχώρησιν. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τῶν κανόνων τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ἤτοι τοῦ θ'. καὶ τοῦ κδ'. λεγόντων τὴν μὲν γυναῖκα ἑτέρῳ

A & alteram uxorem ducit, mœchatur. Et inclytus Imperator Justinianus, leges quæ olim locum habebant, & conjugibus permittebant conjugia sine justa causa solvere, & unicuique alteri dicere, Res tuas gere, per cxvii. novellam sustulit, quæ sita est in vii. tit. xxviii. lib. & causas enumerat, propter quas & solas solvi debent matrimonia. Quamobrem lex quoque Hebraica una sublata est, quæ libellum repudii mittere mulieribus & conjugium solvere viris permittebat. Consequenter ergo præsens quoque Canon dicit, quòd mulier, quæ, relicto marito, cum altero polluta fuerit, est adulterii crimini
B obnoxia, quemadmodum hoc quoque magnus dixit Basilius in ix. suo Canone, & xxi. hoc colligens ex prophetia Hieremiæ dicentis, Si mulier à mariti communi vitæ societate egressa, cum altero polluta fuerit, non potest ad maritum suum reverti, ut quæ adulterata sit. Sed etiam Salomon dixit in Proverbiis, Qui coit cum adultera, id est, cum ea quæ habet maritum, stultus est & impius. Quæ ergo sic est adulterata, canonicis pœnis mulctabitur. Maritus autem, ut qui non offenderit, venia dignus censebitur, id est, non punietur. Qui autem relinquit propriam conjugem, & alteram ducit uxorem, ut adulter punietur, ex Domini sententia.
C Adulterorum autem pœna est in lxxvii. Canone ejusdem magni Patris, anno uno extra templi vestibulum deflere, & reliqua, quæ in eo Canone continentur. Et hæc quidem Canon. Lex autem civilis adulteros alio modo punit. Et lege librum lx. tit. xxxvii. cap. lxxiii. situm in interpretatione cap. iv. & v. tit. xiii. præsentis operis. Et cxvii. & cxxxiv. Novellam Imperatoris Justiniani, sitas in vii. tit. xxviii. lib. Basilic. Et compendio reductas in prædicta capita iv. & v. & xxxii. Imperatoris domini Leonis Philosophi novellam, quæ narium truncatione punit adulterum & adulteram, & statuit adulteræ quidem maritum lucrari do-
D tem; ipsam autem in Monasterio includi, invitam tamen non tonderi: res autem, quas habet ultra dotem, administrari, quemadmodum ipsa novella statuit. Nota ergo, quòd ex præsenti quidem Canone quæ virum dimisit ut adultera non punitur, nisi cum alio polluta fuerit: ex prædictis autem novellis solvitur matrimonium, eo quòd solùm manserit mulier extra domum mariti præter ejus voluntatem, nisi forté apud suos parentes. Nunquid autem ea etiam soluta dicitur, quæ à marito ejecta est? Solutio. Nullo modo: prædicta enim cxvii. Novella hæc dicit præcisé. Sin autem contigerit aliquem absque una præ-
E dictarum causarum uxorem suam ex propriis ædibus extrudere, ut illa quidem, cùm parentes non habeat apud quos possit manere, necessariò foris noctem agat, jubemus nullo modo licere marito propter hanc causam mulieri mittere libellum repudii, quoniam ipse hujus rei causa est. Id autem quod scriptum est, Non revertetur ad virum suum adulterata, intellige de viro, qui non vult eam recipere: si vir enim crimen condonat, eam absque ullo impedimento rursus accipiet intra biennium, ut vult Novella. Quoniam autem dicit Canon, eam esse puniendam mulierem tanquam adulteram, quæ à marito nullam
F ob causam secessit, dixerit quispiam, quòd quæ ob rationabilem causam à marito recessit, non punietur. Non est autem hoc verum: neque enim rationabili, neque non rationabili de causa potest mulier à marito discedere sine permissione judicis, quemadmodum hoc dicit ix. Canon sancti Basilii, & diversæ Justiniani novellæ sitæ in vii. tit. xxviii. lib. unde etiam debemus Canonem ex abundanti accipere: vel dicere injustam mulieris discessionem esse ejus sine judiciali permissione recessum. Rogaverit autē quispiam, cùm Can. S. Basilii, ix. scilicet & xxiv. dicant mulierē quidem quæ cum altero polluitur,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

polluitur, mœchari; virum autem, qui cum alia scortatur, non condemnari: (non enim habemus, inquit, Canonem, quo eum adulterii crimini subjiciamus.) Quomodo præsens Canon indistinctè dicit, eum qui aliam duxit, adulterii judicio teneri? Solutio. Differentia est inter virum, qui cum muliere libera, viva sua uxore, rem habuerit, & eum qui in matrimonii societatem secundam uxorem duxit. Ille enim non est adulter, sed punitur ut fornicator. Hic verò est adulter, & ut adulter punitur. Quare Canones inter se non repugnant. Et quomodo canonicè quidem puniuntur qui fornicantur, dictum est. Octogesimum autem tertium caput xxxvii. tit. lx. lib. decreto secundo, hæc dicit: Qui habet uxorem, & fornicatur, per duodecim ictus alternis inflictos castigetur. Qui verò uxorem quidem habet, & cum sua ancilla rem habet, re cognita, hic quidem verberatus castigetur: ejus autem loci magistratus receptam ancillam vendat extra provinciam, ejus pretio in publici ærarii partem illato. Qui autem in alienam ancillam fornicationem exercet, si sit quidem locuples, det ancillæ domino pro delicto numismata xxxvi. Si sit autem humilis & abjectæ conditionis, verberetur, & pro suis facultatibus, det ex proportione xxxvi. numismatum. Quòd autem lex æquè ac Canones eum punit ut adulterum, qui secundam uxorem duxit, dicit penultimum cap. ejusdem tit. Qui duas uxores habere conatus est, non lege, sed suæ facto voluntatis, adulterii crimini rectè subjicietur. Quæ autem ei postea nupsit, si ipsum habere legitimam uxorem ignorabat, ei venia dabitur. Quare per distinctionem à contrario sumptam, quæ sciebat adulteratur. Animadverte autem, quòd Patres ubique puram pœnitentiam in animæ delictis exigunt: & propterea concesserunt Episcopis, qui sunt in eo loco, pœnas augere vel diminuere, pro ejus qui punitur compunctione.

A συμφθειρομένῃ μοιχᾶσθαι, ⟨⟩ δὲ ἄνδρα μὴ ἑτέρας πορνεύοντα μὴ καταλείπεσθαι (ὑπ' ἐμοῦ, φησὶ, κανόνα τῇ τῆς μοιχείας αὐτὸν ὑπαίτιον ἐγκλήματι) πῶς ὁ πρὸ ἡμῶν κήρυξ ἀσφαλίζεται φησὶ, ⟨⟩ ἑτέραν ἀγόμενον τῇ τῆς μοιχείας ὑποκεῖσθαι κρίμασι; Λύσις. διαφορά ἐστι τοῦ συμφθαρέντος ἀνδρὸς μὴ ἐλευθέρας γυναικὸς, ζώσης τῆς γυναικὸς τούτου, καὶ τοῦ κατὰ γάμου κοινωνίαν ἀγαγόντος δευτέραν γαμετήν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ μοιχᾶται, ἀλλ' ὡς πόρνος τιμωρεῖται· οὗτος δὲ μοιχᾶται, καὶ κολάζεται ὡς μοιχός· ὅθεν οἱ κανόνες οὐκ ἐνάμιλλοι ἀλλήλοις. καὶ ὅπως μὴ κολάζονται κανονικῶς οἱ πορνεύοντες, εἴρηται. Ὁ δὲ πγ'. κεφ. τοῦ λζ'. πίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου φησὶν ὁ νβ'. θέματι ταῦτα· ὁ ἔχων γυναῖκα, καὶ πορνεύων, ἕξῃ δώδεκα ἄλλαις τῶν σωφρονιζέσθω. ὁ μὲν ἔχων γυναῖκα καὶ τῇ ἰδίᾳ δούλῃ μιγνύμενος, ἀγανακτουμένης τῆς προσώπου, ὑπ' ἐμοῦ τυπτόμενος σωφρονιζέσθω· ὁ δὲ τὸν ⟨⟩ τόπον ἄρχων ἀναλαμβάνων τῇ δούλῃ, ὑπὲρ ἐπιζημίαν αὐτῇ σωφρονιζέσθω, τῆς τιμῆς αὐτῆς τῷ μέρει τοῦ δημοσίου εἰσκομιζομένης. ὁ δὲ εἰς ἀλλοτρίαν δούλην πορνεύων, τῷ μὲν οὐσίαν ὑπάρχων, πρασσέσθω ὑπὲρ τοῦ πλαίσματος τῷ δεσπότῃ τῆς δούλης νομίσματα λς'. εἰ δὲ εὐπορὴς εἴη, τυπτέσθω, καθ' ὅσον ἂν πορῇ, εἰς ἀναλογίαν τῶν λς'. νομισμάτων διδότω. ὅτι δὲ καὶ ὁ νόμος ὅπως ἴσῃ εἰς C κανόνα ὡς μοιχὸν τιμωρῇ ⟨⟩ δευτέραν γυναῖκα ἀγόμενον, φησὶ δ' ἀπατέλεστον κεφάλ. τοῦ αὐτοῦ πίτλου· ὁ δύο γυναῖκας ἔχειν πειραθεὶς, ὑ νόμῳ, ἀλλὰ φάκῃ προαιρέσεως, καλῶς ὑποκείσεται τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι. ἡ δὲ, εἰ ἠγνόει αὐτὸν ἔχειν νόμιμον γαμετὴν, συγγνωσθήσεται. ὥστε ἐξ ἀντιδιαιρέσεως ἡ γινώσκουσα μοιχᾶται. προσέχεις δὲ, ὅτι πανταχοῦ οἱ πατέρες τὴν καθαρὰν μετάνοιαν ὑπὲρ τῆς ψυχικῆς σφαλμάτων ἀπαιτοῦσι. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐξεχώρησαν τοῖς κατὰ τόπον Ἐπισκόποις, αὔξειν καὶ μειοῦν τὰ ἐπιτίμια, πρὸς τὴν τοῦ ἐπιτιμωμένου κατάνυξιν.

Zonar. Et veterum legum decretis, & diuturni temporis consuetudine, matrimonia vel sine causa dissolvendi facultas erat; ac tam viro, quam uxori, alteri conjugi dicere, Res tuas gere vir, vel res tuas gere mulier, atque ita conjugii contractum fœdus rescindere permissum fuit. Quod Hebræorum quoque concessere leges. Viro siquidem, ut repudii libellum uxori mittere, séque ab illius consuetudine abjungere liceret, facultas data. Id vero nunc Christianorum instituto haud conceditur: sed connubii dissociandi certæ quædam ac definitæ causæ sunt, quarum nisi aliqua extiterit, abscedere invicem inter se matrimonii jure sociatos sit nefas. Et vero Dominus, an viro uxorem quacunque de causa dimittendi jus esset rogatus, id vetuit. Nam qui uxorem suam, inquit, excepta fornicationis causa dimiserit, & alteram duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Hanc igitur rationem divini quoque Patres secuti mulierem, quæ sine causa relicto viro alteri nupserit, adulteram vocavere: quæ quidem etiamsi ad virum suum reverti postea velit, nequaquam invito illo excipietur. Polluta est enim. Quæ igitur mulier, inquit Canon, à viro absque causa secessit, pœnis, iis nimirum quæ in adulteros constitutæ sunt, mulctabitur: viro autem ignoscì, & eam, quæ in Ecclesia est, communionem concedi placet. Ex quo contra intelligi licet, quæ non temere se à viro abjunxerit, sed aut illius nimia morositate, aut injuriis victa, aut aliis modis ab eodem irritata discesserit, illam extra culpam fore, sed à viro pœnas, quippe qui culpæ causam uxori præbuerit, exigendas. Qui verò, inquit Canon, uxore dimissa aliam duxerit, adulterii reus ex ipsius Domini verbis existimabitur: indéque qua pœna talis homo mulctandus sit, quidque cum eo agendum, Canon differit. Quinimo pugnantia cum magno Basilio affirmare hoc loco Patres videntur. Nam is mulierem quidem, quæ contracto nuptiarum fœdere cum alio viro rem habuerit,

ΖΩΝΑΡ. Πάλαι μὲν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐκ τῶν νόμων τῶν παλαιῶν καὶ ἐξ ἔθους μακρὸν ἐνεδέδοτο λύειν καὶ διαιτᾶσθαι τὰ συνοικέσια, καὶ ἐξεῖναι καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ τῷ συνοίκῳ προσώπῳ λέγειν, τὰ σαυτῆς πράττε, ἢ τὰ σαυτῆς πράττε, καὶ λύειν τὸν γάμον. ὅθεν καὶ τοῖς Ἑβραίοις νενομοθέτητο. ἐνεδέδοτο γὰρ τοῖς ἀνδράσι βιβλίον ἀποστασίου πέμπειν ταῖς γυναιξὶ, καὶ τῆς μετ' αὐτῶν ἀφίστασθαι συνοικέσεως. νῦν δὲ τοῦτο παρὰ Χριστιανοῖς οὐ κρατεῖ· ἀλλ' αἰτίαι ὡρισμέναι εἰσὶν, αἳ τὸν γάμον διώσανται λύειν, καὶ ἄνευ μιᾶς τούτων χωρίζεσθαι τοὺς συνοικοῦντας ὀρθῷ γάμῳ οὐκ ἔξεστι. καὶ ὁ κύριος δὲ τοῖς ἐρωτήσασιν, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα ἀπολύειν κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, ἀπεῖπε τοῦτο, εἰπὼν, ὅτι ὁ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα ἐκτὸς λόγου πορνείας, καὶ γαμήσας ἑτέραν μοιχᾶται. καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχᾶται. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον καὶ οἱ θεῖοι πατέρες τὴν ἀναγκαίως καταλιπούσαν τὸν ἄνδρα καὶ ἑτέρῳ ζευγνυμένῃ μοιχαλίδα καλοῦσαν, ἥτις καὶν ὑποστρέψαι θελήσῃ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα, ἄκυρον αὐτῇ ⟨⟩ προσδεδήσεται. μεμίανται γάρ. ἢ οὖν ἀλόγως ἀναχωρήσασα τοῦ ἀνδρὸς, φησὶν ὁ κύριος, ἐπιτιμίων ἀξία, ἤγουν τῶν τῆς μοιχείας· ὁ δὲ ἀνὴρ συγγνωμονηθήσεται καὶ ἀξιωθήσεται τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ κοινωνίας. ὥστε ἐξ ἀντιδιαιρέσεως νοεῖσθαι δίδοται, ὅτι εἰ ἐκ ἀλόγως ἀνεχώρησε τοῦ ἀνδρὸς, ἐμπικραινομένου ἴσως αὐτῇ ⟨⟩ σφοδρότερον, ἢ κακουχουμένη, ἢ τισὶν αἰτίαις ἔχουσα ⟨⟩ τοῦ ἀνδρὸς ἐπηρμένοις, ἐκείνη ἔσται ἀναίτιος, ⟨⟩ ὁ ἀνὴρ ἐπιτιμηθήσεται ὡς αὐτὸς αἴτιος τῆς ἁμαρτίας τῇ γυναικὶ γεγονώς. ὁ μέντοι καταλιμπάνων, φησὶν ὁ κύριος, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἑτέραν ἀγόμενος τῷ τῆς μοιχείας ὑποκειται κρίματι κατὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀπόφασιν, καὶ ἕξῃς ἐπάγει πῶς ὁ τοιοῦτος ἐπιτιμηθήσεται καὶ οἰκονομηθήσεται. ἐοίκασι δὲ οἱ πατέρες ὅτοι καὶ ἐναντιοῦσθαι τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ· ἐκεῖνος γὰρ τὴν μὲν γυναῖκα ἑτέρῳ συμφθειρομένῃ τοῦ γάμου σωιζομένου

μοιχαλίδα

Ψηφιοποιήθηκε από τη

μοιχαλίδα καλῇ. καὶ ἀποπέμψει λέγει ταύτην τῶν οἴκων αὐτοῦ ὁ ἀνήρ. ἡ δὲ γυνὴ ἐκ πορνείας ἐπανιόντα τὸν ἄνδρα αὐτῆς προσδέξεται. ὁ γὰρ ἔγκλημά, φησι, κανόνα τοῦ τῆς μοιχείας αὐτὸν ὑπάγον ἐγκλήματι, ἐὰν εἰς ἐλευθέραν γάμου ἁμάρτῃ. ἀλλ' οὐκ ἐναντιοῦνται οἱ κανόνες ἀλλήλοις. ὁ μὲν γὰρ μέγας Βασίλειος περὶ πορνεύσαντος λέγει τῇ γαμετῇ συνοικοῦντος, καὶ συμφθαρέντος ἑτέρᾳ ἐξ ἀνδρὸς ἐλευθέρᾳ· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περὶ τοῦ ἀναιτίως ἀποπεμψαμένου τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἑτέραν ὡς ζῶσαν νόμιμον γαμετὴν εἰσοικισαμένου, οὓς καὶ ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις μοιχοὺς ἐκάλεσε.

A adulteram vocat, eámque maritus, inquit, à ſuis ædibus amandabit. Veruntamèn ex fornicatione redeuntem maritum ſuum uxor excipiet. Nullus enim, inquit, extat Canon, cujus auctoritate, qui cum ſoluta muliere peccarit, adulterii reus agi queat. Sed nullo modo inter ſe hi Canones pugnant. Nam magnus quidem Baſilius de eo homine agit, qui manentibus nuptiis fornicatus, & cum muliere nulli viro ſociata pollutus eſt: hic vero Canon eos tangit, qui uxore ſine causâ dimiſſa aliam ſibi, quaſi pro juſta ſcilicet conjuge habituri, adjunxerint, quos quidem adulteros ipſe in Evangelio Dominus appellavit.

ΑΡΙΣΤ. Ἡ ἐξ ἀνδρὸς ἐπ' ἄλλον ἐλθοῦσα, μοιχαλίς· καὶ ὁ ἀπὸ γυναικὸς ἐπ' ἄλλην, καὶ ὁ κύριον, ὁμοίως μοιχός. Σαφές.

B Aʀɪsᴛ. *Quæ à viro ſuo ad alium accedit, adultera eſt: Et qui ab uxore ad aliam, juxta Domini ſermonem, ſimiliter mœchus eſt.* Perſpicuus.

ΚΑΝΩΝ πη'.

Canon LXXXVIII.

Μηδεὶς ἔνδον ἱεροῦ ναοῦ κτήνος. Ὅ οἱονοῦν εἰσαγέτω· ἐκτὸς, εἰ μή τις ὁδοιπορῶν μεγίστης καταλαβέσης ἀνάγκης οἰκήσαι καὶ καταγωγῆς ἀπορῶν ἐν τῷ τοιούτῳ καταλύσει ναῷ. Ἀφὼ γὰρ ἕστηκε μὴ ὂν κτῆνος ἔνδον εἰσενεχθὲν, αὐτὸ μὲν ὄχλον ὅτε θλαφθαρήσεται· ὁ δὲ τῇ τοῦ ὑποζυγίου ἀποβολῇ, καὶ τῷ ἐντεῦθεν ἀπορεῖσθαι ἔχειν τῆς ὁδοῦ τὴν ὁδοιπορίαν ὁρμῶς, κινδύνῳ θανάτου παραδοθήσεται. Ὅ γὰρ σάββατον διὰ ἄνθρωπον γεγενῆσθαι διδασκόμεθα, ὥστε διὰ πάντων προτιμητέαν ἡγεῖσθαι τὴν τοῦ ἀνθρώπου σωτηρίαν τε καὶ ἀπάθειαν. εἰ δέ τις φωραθείη χωρὶς ἀνάγκης, ὡς εἴρηται, κτῆνος εἰσάγων εἰς ἱερὸν, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζέσθω.

Nemo intra ædes ſacras quodvis jumentum introducat: niſi fortè viator quiſpiam, maxima urgente neceſſitate, domuncula vel diverſorii indigens, in id templum diverterit. Niſi enim jumentum introductum fuerit, ipſum quidem nonnunquam peribit: hic verò, propter jumenti amiſſionem, & facultatis ad iter peragendum ex eo profectam inopiam, mortis periculo tradetur. Sabbatum enim propter hominem factum eſſe docemur; quamobrem & per omnia præferendam eſſe exiſtimare hominis ſalutem & incolumitatem. Si quis autem deprehenſus fuerit ſine neceſſitate jumentum in templum introducere, ſi ſit quidem Clericus, deponatur: ſin verò Laicus, ſegregetur.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικε συνέβη ποτὲ ὑπὸ δριμυτάτου χειμῶνι καταλύσαι τινὰς εἰς ναὸν παρακείμενον ἐν δημοσίᾳ ὁδῷ· καὶ ἡ μὲν ἀπειλὴ τῆς χιόνος κατεπαίγαζε τούτους ἔνδον τοῦ ναοῦ εἰσελθεῖν μετὰ τῶν ἵππων αὐτῶν, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ψύχους θανατηφόρον κάκωσιν ἐκφυγεῖν· Ὅ αἰδέσιμον δὲ τοῦ ναοῦ τὸ παρεχώρησεν αὐτοῖς τοῦτο ποιῆσαι· ἀλλ' αὐτοὶ μὲν εἰσελθόντες ἐν τῷ ναῷ, τὸν ἐκ τοῦ κρύους κίνδυνον ἔφυγον, τὰ δὲ ὑποζύγια αὐτῶν ἔξω τοῦ ναοῦ ἑστῶτα τοῦ ψύχους γενόμενα παραλωμα, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τοὺς ἀνθρώπους τὰ ὅμοια τοῖς ἀλόγοις ζώοις παθεῖν, ἢ ὡς ἀπὸ τῆς θλίψεως, ἢ ὡς μὴ δυναμένους πορρω βαδίσαι, διὰ τὴν ὑπερβολικὴν τῆς ὥρας κατάψυξιν. τοῦτο οὖν διορθούμενοι οἱ ἅγιοι πατέρες, διωρίσαντο μηδένα ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰς κτῆνος εἰσάγειν ἔνδον εἰς τὸν ναοῦ, εἰ μὴ κατεπείγῃ ἀνάγκη μεγίστη· πλανᾶσθαι γάρ, φασι, καὶ τὸ κτῆνος ἐν τῷ ναῷ εἰσαχθήσεται, ἵνα μὴ συναπόληται καὶ ὁ ἄνθρωπος θανάτῳ παραδοθῇ. ἐπάγουσι δὲ πρὸς κατασκευὴν τοῦ λόγου αὐτῶν καὶ τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν, τὸ σάββατον καταλύσαντος, καὶ εἰπόντος πρὸς τοὺς αἰτιωμένους αὐτὸν, ὡς πορρωτέρω ὄντων ἢ τοῦ ἀνθρώπου σωτηρία παρὰ τὴν τοῦ σαββάτου φυλακήν. τὸ γὰρ σάββατον γέγονε διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ μὴ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον. ὅπως δὲ μὴ γένηται τοῦτο τοῖς ἀδιαφόρως ζῶσιν ἀφορμὴ κακίας, ὥστε ἀνεπικαλύπτως καὶ χωρὶς ἀνάγκης τὸν ἅγιον ναὸν τοῦ Θεοῦ κενοποιῆσαί τε καὶ βεβηλῶσαι, διορίσαντο, καὶ μὴ χωρὶς ἀνάγκης μεγάλης τοιαύτης, κτῆνος οἱονδηποτοῦν εἰσάγοντα ἐν τῷ ναῷ, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι· λαϊκὸν δὲ ἀφορίζεσθαι. τί δὲ, πετεινὰ πτέρυγωτὰ, περδικάς τε δηλονότι καὶ τρυγόνας, καὶ ἄλλως στρουθοὺς ἀδιαφόρως εἰσαγάγῃ τις ἐν ναῷ; Λύσις. σεσὶ ταῦτα, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα μὴ τὸ ἅγιον διὰ τῶν ἐκκρίσεων βεβηλωθῇ.

Bᴀʟs. Ut eſt veriſimile, accidit quandoque ut in maxima tempeſtate diverterent quidam in templum, quod prope viam publicam ſitum erat; & vis quidem nivis eos urgebat in templum ingredi cum ſuis equis, & lethiferum frigoris incommodum effugere; templi autem reverentia non permittebat eis hoc facere: ſed ipſi quidem templum ingreſſi, frigoris periculum evitarunt; eorum autem jumenta, quæ extra templum ſteterant, à frigore conſumpta fuere; quo factum eſt, ut idem quoque hominibus quod beſtiis eveniret; vel propter afflictationem, vel quòd non poſſent ire pedites propter nimiam temporis refrigerationem. Hoc ergo corrigentes ſancti Patres decreverunt, nemini licere quodvis jumentum in templum introducere, niſi maxima urgeat neceſſitas: tunc enim, inquit, jumentum quoque in templum introducetur, ne homo unà cum ipſa morti tradatur. Ad ejus autem quod dicunt probationem, Domini quoque doctrinam inferunt, qui Sabbatum diſſolvit, & eis, qui ipſum reprehendebant, dixit, præferendam eſſe hominis ſalutem obſervationi Sabbati. Sabbatum enim factum eſt propter hominem, non autem homo propter Sabbatum. Ne hoc autem fiat iniquitatis occaſio iis qui inconſideratè & abſque ullo diſcrimine vivunt, & abſque ullo impedimento & nulla propoſita neceſſitate ſanctum Domini templum commune prophanúmque efficiant, ſtatuerunt, ut qui ſine magna ejuſmodi neceſſitate quodvis jumentum in templum introducit, ſi ſit quidem Clericus, deponatur: ſin autem Laicus, ſegregetur. Quid verò, alatas volucres, perdices ſcilicet & columbas & paſſeres, an quis citra ullam diſtinctionem in templum introducet? Solutio. Nequaquam, ut mihi videtur, ne ſanctum per excrementa prophanetur.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ZONAR. Sacra templa in honore habere ac venerari debemus. Proinde nec in illa jumentum quodvis introduci conceditur: nisi forte in itinere aliquem maxima necessitas, aut coortæ videlicet tempestatis, aut imbrium sese intolerabili impetu effūdentium, oppresserit. Tunc enim etiamsi jumentum intra sacras ædes compulerit, non tamen ob eam rem aliquid culpæ contrahet; ne illud quidē foris relictum male pereat, ipse vero Dominus, cum iter inceptum prosequi non possit, nec alterius forte jumenti copia suppetat, conficiatur mærore, aut ipsius quoque vitæ periculum subeat. Testimonia vero ex sacris quoque literis hujus Can. auctores producunt. Sabbatum enim, inquit Scriptura, propter hominem factum est, & ut quiescat servus tuus & jumentum tuum. Quare jumenti quies, non ipsius jumēti, sed hominis gratia præcepta est, ut illo post quietem vegetiore mox uteretur. Quod idem magnus quoque Paulus asserit, Nunquid enim, ait, de bobus cura est Deo? Qui vero, necessitate nulla cogente, jumentum intra templi septa compulerit, depositione Clericum, Laicum verò, segregatione puniri decretum est.

A ΖΩΝΑΡ. Τιμῆς ἄξια τὰ ἱερὰ καὶ σεβάσματα. δεῖ οὖν τι κτηνῶδες ἐν αὐτοῖς εἰσαγεσθαι συγκεχώρηται· εἰ μή που τις ὁδοιπορῇ καὶ ἀνάγκη μεγίστη χειμῶνος τυχὸν ἢ βαρβάρων ὁμβρων ἢ ἀφορήτων καταλάβῃ αὐτόν· τότε γὰρ κἂν ἐντὸς ἱεροῦ τὸ ὑποζύγιον εἰσαγάγῃ, ἀνέγκλητος ἔσται, ἵνα μὴ τὸ μὴ ἔξω μεῖναι ἀφορήσῃ, ὁ δὲ μὴ ἔχων ὅπως τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοιπορίας αὐτὸ σώσῃ, ἀπόρως ἴσως ἔχων ἕτερον κτήσασθαι, τῇ λύπῃ καταπονῇ, ἢ καὶ εἰς τὸν ζωὴν κινδυνεύσῃ. ἀφαίρουσι δὲ καὶ ἀπὸ τῆς γραφῆς μαρτυρίαν οἱ δίμοιροι καὶ κανόνα. φησὶ γὰρ ἡ γραφὴ, τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, καὶ ἵνα B ἀναπαύσηται ὁ δοῦλός σου καὶ τὸ ὑποζύγιον. ὥστε ἡ τοῦ κτήνους ἀνάπαυσις οὐ δι' αὐτὸ νενομοθέτηται, ἀλλὰ διὰ τὸν ἄνθρωπον, ἵνα ἀναπαυσιν ἔχῃ τοῦτο εἰσάπαξ ἀκμαιότερον. τοῦτο δὲ καὶ ὁ μέγας Παῦλός φησι, λέγων, μὴ τοῖς βοῶν μέλει τῷ θεῷ; ὁ δὲ χωρὶς ἀνάγκης μεγίστης κτήνος εἰσάγων ἐν ἱερῷ, κληρικὸς μὲν ὢν καθαιρεθήσεται· λαϊκὸς δὲ ἀφορισθήσεται.

ARIST. *Intra sacras ædes jumentum non introducitur: nisi maximâ in viâ necessitate cogente.*

ΑΡΙΣΤ. Ἱερῶν ἔνδον οὐκ εἰσάγεται κτῆνος· εἰ μὴ καταλαβόσης ἐν ὁδῷ μεγίστης ἀνάγκης.

Si quis autem citra necessitatem, aliud habens diversorium, intra sacrum templum jumentum suum introducit, si sit quidem Clericus deponetur: sin verò Laicus, segregabitur. C

Εἰ δέ τις χωρὶς ἀνάγκης, εὐπορῶν ἑτέρου καταγωγίου, ἔνδον τοῦ ἱεροῦ ναοῦ τὸ ὑποζύγιον αὐτοῦ εἰσάξει, εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρεθήσεται· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφορισθήσεται.

CANON LXXXIX. — ΚΑΝΩΝ πθ'.

Dies salutiferæ passionis jejunio & oratione & cordis compunctione peragentes fideles, circa mediam magni Sabbati noctem jejunium solvere oportet; cùm divini Evangelistæ, Matthæus & Lucas, ille quidem per vesperem Sabbati: hic verò per id, valde diluculo, noctis nobis tarditatem describant.

Τὰς τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρας ἐν νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει καρδίας διαπελοῦντας, περὶ τὴν τρίτου πρὸς μέσας ἢ περὶ τὸ μέγα σάββατον νυκτὸς ὥρας ἀπονηστίζειν, τῶν θείων εὐαγγελιστῶν Ματθαίου καὶ Λουκᾶ, τοῦ μὲν, ἀφ' ἑσπέρας σαββάτων ῥήματος· τοῦ δὲ, ἀπὸ τοῦ ὄρθρου βαθέος, τὸ βεβαθύτητα τῆς νυκτὸς ἡμῖν ὑπογραφόντων. D

BALS. Et in Apostolicis Canonibus & in Synodalibus statutum est, ne in Sabbato, vel in Dominico, præter unum & solum Sabbatum, magnum scilicet, jejunetur. In eo enim jussi sumus jejunare. His ergo consequenter præsens quoque Canon statuens, omnibus diebus salutiferæ Christi & Dei nostri Passionis jejunare oportere & orare cum compunctione, id est, non simulatè, in quibus magnum quoque Sabbatum connumeratur: adjicit, & eo ipso quoque Sabbato post sex horas noctis jejunium solvere fideles, eo quòd resurrexerit Christus Deus noster, secundùm divinos Evangelistas, Matthæum & Lucam, circa noctis dimidium; cùm ille quidem dicat, Vespere Sabbati venerunt Mariæ ad sepulchrum Domini, & corpus ejus non invenerunt: hic verò medium noctis describat, eo quòd dicit, Erat summum mane quando venerunt mulieres ad monumentum. Et hæc quidem ita se habent. Dixerit autem quispiam, quòd quoniam statuit Canon, ut omnibus salutaris Passionis diebus jejunemus, magno autem Sabbato jejunium solvamus ad mediam noctem, alterum duorum necessariò dicendum proponitur, vel omnibus Dominicæ Passionis diebus, qui propriè post quartam Feriam præfiniuntur, nos omnino jejunare, & ab omni cibo abstinere oportere, solo autem Sabbato jejunium solvere, ut dictum est, vel hoc Sabbato magis jejunium solvere quàm aliis diebus salutaris Christi Passionis. Cur enim statutum esset, ut mediâ hujus nocte jejunium solvamus, si omnibus his diebus æqualiter jejunare deberemus? Mihi autem videtur esse eximium magni Sabbati jejunium, aliisque Christi Passionis diebus præstantius, quoniam tunc in sepulchro jacebat corpus ejus quod visum erat. Oportet ergo in aliis quoque diebus jejunare cum compunctione, propter Passionem Christi & Dei nostri: multo autem magis magno Sabbato, quando redemptio nostra è mortis vinculis E F

ΒΑΛΣ. Καὶ ἐν ἀποστολικοῖς κανόσι καὶ ἐν συνοδικοῖς νενομοθέτηται μὴ νηστεύειν ἐν σαββάτῳ ἢ ἐν κυριακῇ, μόνῃ ἑνὸς καὶ μόνου σαββάτου, τοῦτο δηλονότι τοῦ μεγάλου. καὶ τοῦτο γὰρ νηστεύειν προσετάχθημεν. ἀκολούθως οὖν τούτοις καὶ ὁ παρὼν κανὼν ὁρίζων καὶ τὰς ὅλας ἡμέρας τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν νηστεύειν καὶ προσεύχεσθαι μετὰ κατανύξεως, τυπίοι μὴ καθ' ὑπόκρισιν, ἐν αἷς καὶ τὸ μέγα συναριθμεῖται σάββατον· προστίθησι, καὶ τὸ ἀυτὸ σάββατον μετὰ ὥρας τρεῖς τῆς νυκτὸς ἀπονηστίζειν τοὺς πιστοὺς, διὰ τὸ ἀναπαῦναι τὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν καὶ τοὺς θείους εὐαγγελιστὰς, τόν τε Ματθαῖον καὶ τὸν Λουκᾶν, περὶ τὸ μεσοῦντα τῆς νυκτός. ὡς τοῦ μὲν λέγοντος, ὀψὲ σαββάτων ἦλθον αἱ Μαρίαι εἰς τὸ μνῆμα Κυρίου, καὶ οὐκ εὗρον τὸ σῶμα αὐτοῦ· τοῦ δὲ, ὑπογράφοντος τὸ μεσοῦντα τῆς νυκτός, διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὄρθρου λίαν βαθέος ὅτε αἱ γυναῖκες ἦλθον εἰς τὸ μνημεῖον. καὶ ταῦτα μὲν ἴσως. εἴποι δέ τις, ὡς ἐπεὶ ὁ κανὼν ὁρίζεται ὅπως πάσας τὰς ἡμέρας τοῦ σωτηρίου πάθους νηστεύειν ἡμᾶς, ἀπονηστίζειν δὲ τὸ μέγα σάββατον ἐν ὥρᾳ μεσονυκτίου, ἀνάγκη ἐξ ἀνάγκης δυοῖν θατέρου εἰπεῖν, ἢ δι' ὅλων τῶν ἡμερῶν τοῦ κυριακοῦ πάθους, τῶν ψηφιζομένων κυρίως μετὰ τὴν τετράδα, καθ' ὅλα νηστεύειν ἡμᾶς, καὶ παντὸς ἀπέχεσθαι βρώματος, καὶ μόνον δὲ τὸ σάββατον ἀπονηστίζειν, ὡς εἴρηται, ἢ κατὰ τὸ ζητούμενον σάββατον καταλύειν ἡμᾶς πλέον τῶν ἄλλων ἡμερῶν τὰ σωτηριώδους πάθους τοῦ Χριστοῦ. ἵνα τί γὰρ ὡρίσθημεν κατὰ τοῦτο ἀπονηστίζειν ἐν μεσονυκτίῳ, εἰ ὅπασης νηστεύειν μέλλομεν κατὰ τὰς ὅλας τοιαύτας ἡμέρας; ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὅτι ὑπεξηρημένη ἐστὶν ἡ νηστεία τοῦ μεγάλου σαββάτου, καὶ σπουδαιότερον τῶν ἄλλων ἡμερῶν τοῦ Χριστοῦ, ὅτε τότε κατέκειτο ἐν τῷ τάφῳ τὸ τεθνηκὸς σῶμα αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ἐν ταῖς ἄλλαις μὲν ἡμέραις νηστεύειν μετὰ κατανύξεως δεῖ διὰ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν· πολλῷ δὲ πλέον καὶ τὸ σαββατον, ὅτε

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

autem didicêre ſancti Patres, quòd in Armeniorum regione per animalia quidem non fiunt ſacrificia, ſed carnium partes intra altare coquuntur, & ex iis fruſta quædam, ſcilicet membra ſeparata, pedes fortè & caput, vel aliquid ejuſmodi, Sacerdotibus more Judæorum offerunt, ſtatuerunt, nec in altari carnium membra coquere, nec extra ipſum tales ſeparatas partes Sacerdotibus offerre ex antiqua conſuetudine oportere: ſed ejuſmodi ceſſare, & Sacerdotes à Laicis oblationem ſuſcipere debere, in quibuſcunque rebus & generibus ipſi voluerint. Ut eſt autem veriſimile, propter conſuetudinem quæ in Armeniis obtinuit, conceſſerunt ſancti Patres, ut Laici Sacerdotibus offerrent quæ ipſi vellent. Apud nos enim nemo cogitur aliquid hujuſmodi facere. Dixerit autem quiſpiam, quomodo, cùm Canon tractet de duobus quæ in Armeniorum regione fiebant, de coquendis ſcilicet carnium membris in altari, & de fruſtis Sacerdotibus in Eccleſiâ offerendis, ſolam carnium in Eccleſia oblationem Patres prohibuerunt? Solutio. In altaribus carnium membra coquere apud Chriſtianos eſt omnino prohibitum, ex quo per animalia ceſſavit ſacrificium; & propterea de eo patribus dicere non placuit: unde & de ſolis fruſtis, quæ Sacerdotibus offeruntur, lex conſtituit; nempe cùm de eo ſolùm capite quæſtio inſtituta eſſet.

ZONAR. Hebræorum inſtituto, quicunque ſacrificaverát, ex mactato animali pectuſculum aliáſque ejuſdem animalis particulas, non ſine ſua quidque ratione latentiſque myſterii ſignificatione, Sacerdotibus offerebant. Apud Armenios vero, nulla quidem animalia immolabantur, ſiquidem illa ſacrificandi conſuetudo Chriſtianorum legibus ſublata fuit: ſed intra altare decoctis carnibus, ex iis certa ac definita quædam Sacerdotibus largiebantur. Quam quidem conſuetudinem, quippe Judæorum mores adhuc redolentem, Synodus damnat; ac carnes quidem in Eccleſia coquere, aut in eadem definita illa Sacerdotibus offerri vetat: promiſcuè vero quæcunque demum offerêtes maluerint extra Eccleſiam offerendi, idque prorſus inveterati apud eos moris habita ratione, poteſtatem facit. Per Ἀφαίρεμα porro id quod offerentes largiuntur intelligi debet, ex eo ſcilicet, quòd à toto mactati animalis corpore abſtractum ſit, appellatione deducta.

ARIST. *Nonnulli more Judaico carnes in templis coquunt. Qui igitur hoc permiſerit, vel quippiam ex illis acceperit, non eſt habendus Sacerdos: ſi quis autem ſuâ ſponte offeret, ipſe, quod offerenti placuerit, accipiat, oblatione extra Eccleſiam factâ.*

Quidam in Armeniorum regione carnium membra coquentes in ſacris ædibus offerebant, nonnulla eorum ſeparata Judæorũ more Sacerdotibus diſtribuentes. Hoc itaque factum fuiſſe intelligentes Patres, ampliùs fieri prohibent, jubentque non licere Sacerdotibus ſeparata carnium membra repoſcere, ſed illis acquieſcere quæ offerenti placent; eorum autem oblationem extra Eccleſiam fieri: Sin minus, ſegregari iſtum, qui aliter facit.

A Δὲ μεμαθήκασιν οἱ ἅγιοι πατέρες, ὡς ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀρμενίων θυσίαι μὲν ἀπὸ ζώων οὐ γίνονται, μέρη δὲ κρεῶν ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου ἕψονται, καὶ ἐκ τούτων ἀφαιρέματά τινα, ἤγουν ἀφωρισμένα μέλη, πόδας τυχὸν καὶ κεφαλὴν, ἢ ἕτερόν τι βιωδέστερον, τοῖς ἱερεῦσιν Ἰουδαϊκῶς προσάγουσιν, ὥρισται, μήτε ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου μέλη κρεῶν ἕψεσθαι, μήτε ἐκτὸς αὐτοῦ προσάγεσθαι τοιαῦτα ἀφωρισμένα μέλη τοῖς ἱερεῦσι καὶ ὃ πάλαι κρατοῦν ἔθος· ἀλλὰ τὴν τοιαύτην προσαγωγὴν χολάσαι, καὶ δεξιοῦσθαι τοὺς ἱερεῖς ἀπὸ τῶν λαϊκῶν, ἐν οἷς ὅτοι θέλουσιν εἴδεσί τι καὶ πράγμασι. ὡς ἔοικε δὲ, διὰ τὴν κρατήσασαν ἐν Ἀρμενίοις συνήθειαν, ἐπέδωκαν οἱ πατέρες, προσάγειν τοὺς λαϊκοὺς τοῖς ἱερεῦσι τὰ αὐτοῖς αἱρετά. ὅθεν ἡμῖν μὲν οὐδεὶς ἀναγκάζεται τοιοῦτόν τι ποιεῖν. εἴποι δέ τις, πῶς τῷ κανόνι διαλαμβάνονται. περὶ δύο τινῶν γινομένων εἰς τὴν χώραν τῶν Ἀρμενίων, ἤγουν περὶ τοῦ ἕψεσθαι μέλη κρεῶν ἐν τοῖς θυσιαστηρίοις, καὶ περὶ τῆς ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας προσάγεσθαι τοῖς ἱερεῦσιν ἀφαιρέματα κρέπω, μόνῳ τῷ ἐπ' ἐκκλησίας προσαγωγὴν τῶν κρεῶν οἱ πατέρες ἐκώλυσαν; Λύσις. Ὃ ἐν τοῖς θυσιαστηρίοις μέλη κρεῶν ἕψεσθαι, πάντη διὰ Χριστιανοῖς ἀπηγόρευται, ἤγουν διὰ τῶν ζώων ἐπαύθη θυσία, καὶ διὰ τοῦτο εἰπεῖν περὶ αὐτῶν τοῖς παλαιοῖς οὐκ ἔδοξεν. ὅθεν καὶ περὶ μόνων τῶν ἀφαιρεμάτων τῶν τοῖς ἱερεῦσι προσαγομένων ἡ διαμοιβεσία γέγονεν, ὡς τούτῳ πάλαι τῇ κεφαλαίᾳ εἰς ἔτι πίστιν. διαφέρεται.

B

C

ΖΩΝΑΡ. Οἱ θύοντες διὰ Ἰουδαίοις προσῆγον τοῖς ἱερεῦσιν ἐκ τῆς πλευμόνης ζώου τὸ σπλαγχνον, καὶ ἕπεσθαι τῷ ζώῳ μέρη, ἃ καὶ λόγους εἶχον, δι' οὓς προσήγοντο, καὶ ἀναγωγάς. διὰ δὲ τοῖς Ἀρμενίοις, ζώων μὲν θυσίαν οὐκ ἐπιτέλουσι, ἐπὶ δὲ ζῶα προσάγειν εἰς θυσίαν ἀπηγόρευται τοῖς Χριστιανοῖς. ἕψουσι δὲ κρέα τῷ θυσιαστηρίῳ ἐντὸς, ἐξ ἐκείνων προσῆγον τοῖς ἱερεῦσιν ὡρισμένα τινά. ὅθεν ὡς Ἰουδαϊκὴν κωλύει ἡ συνοδος, καὶ ὃ μὲν ἕψειν ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ ὡρισμένα προσάγειν ἐν αὐτῇ τοῖς ἱερεῦσιν ἀπαγορεύει· ὃ δὲ προσάγειν αὐτοῖς οἷα καὶ ὅσα οἱ προσάγοντες βέλονται, ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἐφίησι, καὶ τοῦτο δὲ πρότερον διὰ τὴν κρατήσασαν διὰ ἐκείνοις συνήθειαν ἐφῆκεν ἡ συνοδος. ἀφαίρεμα δὲ ὃ προσαγόμενον λέγεται, ὡς ἐκ τοῦ ὅλου σώματος. ἀφαιρούμενον.

D

E

ΑΡΙΣΤ. Ἰουδαϊκῶς τινες ἐν ἱεροῖς ἕψουσι κρέα. ὃς τοῦτο οὖν συγχωρήσει, ἢ λάβῃ τι ἐξ αὐτῶν, μὴ ἱερεύς· εἰ δέ τις οἰκοθεν ἄγοι, ὅδε καὶ ὃ ἀρέσκον τῷ προσάγοντι λαβέτω, ἔξω τῆς ἐκκλησίας γινομένης τῆς προσαγωγῆς.

Τινὲς ἐν τῇ τῶν Ἀρμενίων χώρᾳ μέλη κρεῶν ἕψοντες ἐν τοῖς ἱεροῖς οἴκοις προσῆγον, ἀφωρισμένα τινὰ τούτων τοῖς ἱερεῦσιν Ἰουδαϊκῶς ποιοῦντες. τοῦτο γοῦν οἱ πατέρες μαθόντες γινόμενον, κωλύουσι γίνεσθαι, καὶ προστάττουσι, μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἱερεῦσιν ὡρισμένα μέλη κρεῶν ἀπαιτεῖν, ἀλλ' ἐκείνοις ἀρκεῖσθαι, οἷς ἀρέσκεται ὁ προσάγων, ἔξω δὲ προσαγωγῆς τούτων ἔξω τῆς ἐκκλησίας γίνεσθαι· εἰ δὲ μή, ἀφορίζεσθαι καὶ ἄλλως ποιοῦντα.

F

Ψηφιοποιήθηκε από τη

A

ΚΑΝΩΝ ρ'.

Οἱ ὀφθαλμοί σε ὀρθὰ βλεπέτωσαν, καὶ πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν, ἡ σοφία διαγκελεύεται· ῥᾳδίως γὰρ τὰ ἑαυτῆς δῶσι πρὸς ψυχὴν αἱ τοῦ σώματος αἰσθήσεις εἰσκρίνουσι. πρὸς θεῶν τὴν ὅρασιν καταγοητεύουσας γραφάς, εἴτε ἐν πίναξιν, εἴτε ἄλλως πῶς ἀναπιθεμένας, καὶ τὴν νῦν φθορόπας καὶ κινέρας πρὸς τὰ τῆς αἰσχρᾶς ἡδονῆς ὑπεκκαύματα, ὑδαμῶς ἀπὸ τοῦ νῦν οἱῳδήποτε τρόπῳ περιπάσσομεν ἐξαφανίζεσθαι· εἰ δέ τις τοῦτο πρᾶξαι ἐπιχειρήσει, ἀφοριζέσθω. B

Canon C.

Oculi tui recta aſpiciant, & omni cuſtodiâ ſerva cor tuum, jubet Sapientia: corporis enim ſenſus ſua facilè in animam infundunt. Picturas ergo, quæ oculos præſtringunt, ſive in tabulis, ſive alio quovis modo fiant, & mentem corrumpunt, & ad turpium voluptatum motus incendia, nullo modo deinceps exprimi jubemus: ſi quis autem hoc facere aggreſſus fuerit, deponatur.

ΒΑΛΣ. Πρώτη τῶν αἰσθήσεων ἡ ὅρασίς ἐστι, καὶ ὀφείλομεν διὰ ταύτης ἐπὶ πᾶν ἀγαθὸν ὁδηγεῖσθαι· οὐ μὴν διὰ αὐτῆς καὶ τὰ πρωτόπλαστα πρωτοπλάσματα τοῦ θεοῦ. εἶδε γάρ, φησι κἀκεῖνος, ὅτι φυτὸν ὡραῖόν, καὶ ἠπατήθη, καὶ ἔφαγε, καὶ τῷ θανάτῳ ὑπέδικος ἐγένετο. ἐπεὶ τοίνυν τινὲς ἐρωτομανοῦντες, καὶ πρὸς πᾶν βιοτικὸν ἀπερίσκεπτον, ἐν πίναξιν, ἢ ἐν τοίχοις, ἢ ἐν ἄλλοις τισὶν εἴδεσιν εἰκάζειν ἐπιχειροῦσι, καὶ πινά μυστικά, ὅπως τὰς ἐγκειμένας αὐτῶν ἐπιθυμίας διὰ τῆς πρὸς ταῦτα ὁράσεως ἐκπαιδεύωσιν, ὡρισμένοι οἱ ἅγιοι πατέρες, χρησάμενοι καὶ μαρτυρίαις γραφικαῖς, ἐδογμάτισαν ταῦτα πάντα πάντως, ὡς καταγοητεύοντα ἤδη ἀπάντων διὰ τῆς ὁράσεως, καὶ εἰσκρίνοντα, ἤτοι εἰσβάλλοντα εἰς τὴν ψυχὴν πᾶν εἴτε καλόν, καὶ πρᾶγμα ὄντα αἰσχρῶν καὶ ἀσέμνων τολμημάτων, καὶ διαφθειρόντων τὸ κατ' εἰκόνα θεοῦ. τὸν δὲ τοιοῦτόν τι τολμήσαντα καθ' οἱονδήτινα τρόπον, ὑποβλητέον ἐστὶν ἀφορισμῷ. σημείωσαι τοῦτο· διὰ γὰρ οἴκοις πλουσίων τινῶν, οὐ μόνον γραφαὶ τοιαῦται καὶ ταῦτα χρυσόπαστοι μὴ πάσης αἰσχρουργίας ἐξεικονίζονται, ἀλλὰ καὶ διὰ γυψίνων κατασκευασμάτων σκληγραφοῦνται ἀνθρωπόμορφα εἰκονίσματα. C

Picturæ quæ ad turpia aſpectum movent, non ſunt pingendæ: qui enim tranſgreditur, ſegregatur.

Primus ſenſuum eſt viſus, & per eum debemus ad omne quod bonum eſt deduci: non autem per ipſum, quemadmodum & noſter primus pater, Dei præcepta prodere. Vidit enim, inquit & ille, arborem, quòd pulchra eſſet, & deceptus eſt, & comedit, & ſub mortis poteſtatem redactus eſt. Quoniam ergo nonnulli inſano amore capti, & vitam negligentem agentes, in tabulis, vel etiam in parietibus, vel in aliquibus aliis rebus, cupidines quoſdam, vel etiam alia quidem execranda depingebant, ut carnales ſuas cupiditates per eorum aſpectum perageret; ſtatuerunt ſancti Patres, ſcripturæ quoque teſtimoniis utentes, ea omnino ceſſare oportere, utpote quæ ſenſum præſtringunt ſeu fallunt, & in animam infundunt ſeu immittunt omne malum, turpibuſque & inhoneſtis inceptis, quæque Dei imaginem corrumpunt, cauſam præbent: eos autem, qui tale quid quovis modo auſuri ſunt, eſſe ſegregationi obnoxios. Nota hoc: in ædibus enim quorundam divitum, non ſolùm ejuſmodi picturæ, eæque auro diſtinctæ, cum omni turpitudine effinguntur; ſed etiam per gypſeas ſtructuras, hominum repræſentatrices imagines, deſcribuntur.

ΖΩΝΑΡ. Γραφάς τινες, ἤτοι ζωγραφίας ἀσέμνους ἐν τοίχοις καὶ πίναξιν ἐνεχάραττον, αἳ τοὺς ὁρῶντας ὀξυκαλοῦν πρὸς ἡδονὰς καὶ πρᾶξεις αἰσχρὰς, καὶ πρὸς ἐπιθυμίας ἠρέθιζον βορκικάς. ταύτας οὖν ὁ κρίνων ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ γίνεσθαι συγχωρῇ, τὰς τοιαύτας γραφικὰς μαρτυρίας παρέχων, καὶ λέγων, ὡς ῥᾳδίως αἱ αἰσθήσεις τὰ δι' αὐτῶν ὁρώμενα ἢ ἀκουόμενα τυχὸν εἰσκρίνουσιν ἐπὶ τὴν ψυχήν, ἀντὶ τοῦ εἰσρεῦσαι, εἰσάγουσι. διὸ καὶ τοὺς τοιαῦτα ποιοῦντας κολάζεσθαι ἀφορισμῷ. D

Picturæ, hoc eſt Picturas habitu inverecundo in parietibus ac tabulis aliqui efformabant, quarum aſpectus ad voluptates, facta obſcœna, flagitioſaſq; libidines excitaret. Eas ergo quocunque loco Canon adhiberi vetat, ac repetito etiã ex ſacris literis teſtimonio, quæ externis ſenſibus, oculis nimirum forte aut auribus, uſurpamus, in animum facile tranſfundi, hoc eſt inſinuari atque immitti, docet. Quamobrem & eos, qui ejuſmodi quidpiam admiſerint, ſegregatione puniendos eſſe decernit.

ΑΡΙΣΤ. Αἱ πρὸς τὰ αἰσχρὰ κινοῦσαι τὴν ὅρασιν γραφαὶ, ἀζωγράφητοι. ὁ δὲ παραβαίνων, ἀφορίζεται.

Aʀɪsᴛ. Picturæ quæ ad turpia aſpectum movent, non ſunt pingendæ: qui enim tranſgreditur, ſegregatur.

Οἱ ὀφθαλμοί σε ὀρθὰ βλεπέτωσαν, καὶ πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν· ἡ σοφία διαγκελεύεται. διὰ τοῦτο χρὴν θέσιν ἔχειναν οἱ πατέρες ὃ ἐν πίναξιν, ἢ ἐν τοίχοις γίνεσθαι ζωγραφίαν πρὸς αἰσχρὰ κινέσαι τὴν ὅρασιν, καὶ διαφθεῖραι τὸν νοῦν, καλύειν· ἢ ὁ παραβαίνοντα τοῦτο προστάξαν ἀφορίζεσθαι. E

Oculi tui recta aſpiciant, & omni cuſtodiâ ſerves cor tuum, Sapientia jubet. Quapropter Patres neceſſarium judicârunt, picturas in tabulis aut parietibus ad turpia moventes aſpectum, & mentem corrumpentes fieri prohibere. Qui hoc autem tranſgreſſus fuerit, eum ſegregari jubent.

ΚΑΝΩΝ ρα'.

Σῶμα Χριστοῦ καὶ ναὸν τὸν κατ' εἰκόνα θεοῦ κτισθέντα ἄνθρωπον ὁ θεῖος ἀπόστολος μεγαλοφώνως ἀπεκάλυψε. πάσης οὖν αἰσθητῆς κτίσεως ὑπερκείμενος ὁ διὰ σωτηρίου πάθους τὴν ἐπουρανίου τυχὼν ἀξιώματος, καὶ ἐσθίων καὶ πίνων Χριστὸν, πρὸς ζωὴν αἰώνιον μεταρρυθμίζεται τὸ ἄφθαρτον, ψυχῇ καὶ σώματι μεθέξει τῆς θείας ἁγιαζόμενος χάριτος· ὅστε, εἴτις τὴν ἀχράντου σώματος μεταλαβὼν ἐν τῷ τῆς σωτηρίου βουληθείη χωρῷ, καὶ ἔμπροσθεν αὐτῆς τῆς μετουσίας ἡδέως, τὰς χεῖρας σχηματίζων εἰς τύπον σταυροῦ, ἔστω προσιτω καὶ δεχέσθω τὴν κοινωνίαν τῆς χάριτος. τοὺς γὰρ ἐκ χρυσοῦ ἢ ἄλλης ὕλης εἰς τὸ χωρός τινα δοχεῖα κατασκευάζοντας πρὸς τὴν τοῦ θείου δώρου ὑποδοχήν, καὶ δι' αὐτῶν τῆς ἀχράντου κοινωνίας ἀξιοῦντας, ὑδαμῶς προσιέμεθα, ὡς προπυλαίας τῆς τοῦ θεοῦ εἰκόνος τὴν ἄψυχον ὕλην καὶ ὑποχείριον. εἰ δέ τις ἀλῷ τῆς F

Canon CI.

Corpus Chriſti & templum eſſe hominem ad imaginem Dei creatum altâ voce proclamat divinus Apoſtolus. Omnem ergo ſenſilem creaturam ſuperans is, qui ſalutari paſſione cœleſtem dignitatem eſt aſſecutus, & Chriſtum bibens & comedens, æternæ vitæ prorſus adaptatur, animam & corpus divinæ gratiæ participatione ſanctificans: Quare, ſi quis immaculati corporis in ſynaxis tempore eſſe particeps voluerit, etiã antequã ejus fiat communio, manus in crucis formã figurãs, ſic accedat & gratiæ cõmunionẽ accipiat. Eos enim, qui ex auro vel ex alia materia quadã loco manus receptacula efficiũt, ad divini muneris ſuſceptionẽ, & per ipſa immaculatã cõmunionẽ recipiũt, minimè admittimus, ut qui inanimatã ſubjectamque materiã Dei imagini præferant: ſi quis autẽ deprehenſus fuerit

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

immaculatam communionem iis impertiens, qui ejuſmodi receptacula afferunt, & ipſe ſegregetur, & is qui affert.

A

ἀχράντῳ κοινωνίας μεταδιδὺς τοῖς ζωαυτὰ δοχεῖα προσφέρουσι, καὶ αὐτὸς ἀφοριζέσθω, καὶ ὁ ταῦτα ὑποφερόμενος.

Bals. Iis temporibus divites quidam pauperes, ut eſt veriſimile, irridentes, ex auro vel argento vel aliqua alia ſpecie vaſa ſeu receptacula conſtruentes, prætextu religionis & metus Dei, iis veluti manibus utebantur, & ſacroſanctum Domini & Dei & Servatoris noſtri Jesu Christi corpus ſanctæ Communionis tempore in eis recipiebant. Et ab initio quidem hoc fortaſſe à quibuſdam propter pietatem excogitatum eſt, fortaſſe exiſtimantibus manum non eſſe dignam Dominicum corpus ſuſcipere, quæ turpia quædam & indigna tangit. Procedente autem tempore, ad animæ perniciem converſa eſt pietas, utpote iis, qui illa faciunt, pauperioribus præferri quærentibus, & ſe alioqui arroganter & inſolenter jactantibus. Quoniam ergo hoc ſanctis Patribus multorum ſcandalorum & offendiculorum cauſam præbere, ut & in noſtrum quoque corpus, ad imaginem Dei factum, contumelioſum eſſe viſum eſt, dixerunt, quòd cùm magnus Apoſtolus Paulus corpus Chriſti & Dei imaginem, & quavis creatura pretioſiorem, hominem vocet, ut qui divinorum Sacramentorum participatione dignus habeatur, & ex eo & anima & corpore ſanctificetur; non debent ulli, inanimatas & ſubjectas ſpecies, ex auro & quibuſdam aliis materialibus factas, ei præferre: vel alioqui ii quidem, qui præter hæc faciunt, ſegregantur, & ii ſcilicet, qui ejuſmodi materialibus ad corporis Chriſti ſuſceptionem utuntur, & qui eis hoc præbẽt. Ne mireris autem, nec cauſam rogaveris, propter quam in quibuſdam Eccleſiis datur Laicis ſanctum Chriſti corpus, nec eis in manu traditur, ut hoc Canone continetur: recta enim fides, & Dei timor, & ab omni ſuſpicione aliena pietas, hoc tradidit, non Laicorum indignitas. Exiſtimo autem hoc Canone eos coargui, qui auctoritates ſeu dignitates generiſque nobilitatem allegant, ſanctæ communionis tempore, & præponi quærunt.

B

C

Βαλσ. Κατὰ τὰς τότε καιρὰς πλούσιοί τινες, τῶν πενεστέρων, ὡς ἔοικε, καταμωκώμενοι, ἐκ χρυσοῦ ἢ ἀργύρου ἢ ἄλλης τινὸς εἴδους κατασκευάζοντες δοχεῖα ἐν προφάσει εὐλαβείας καὶ φόβου θεοῦ, ἐχρῶντο τούτοις ὡσεὶ χερσὶ, καὶ τὸ ἄχραντον σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῇ ὥρᾳ καιρὸν τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἐν αὐτοῖς ὑπεδέχοντο. καὶ ἀρχῆθεν μὲν ἴσως ἐπενοήθη τοῦτο διά τινων διὰ εὐλάβειαν, νομιζόντων τάχα μὴ εἶναι ἀξίαν εἰς ὑποδοχὴν χειρὸς ἀκηράτου σώματος τὴν χεῖρα τὴν ἀπομένην καὶ αἰχμῶν τινων καὶ ἀναξίων· καιρῷ δὲ προϊόντος, εἰς ψυχικὴν ἀπώλειαν μετέπεσεν ἡ εὐλάβεια, ὡς τῶν ποιούντων ταῦτα ζητουμένων προτιμᾶσθαι τῶν πενεστέρων, καὶ ἄλλως ἀλαζονευομένων. ἐπεὶ γοῦν ἔδοξε τοῦτο τοῖς πατράσι πρόφασιν σκανδάλων πολλῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ ὑβριστικὸν τοῦ ἡμετέρου σώματος, καὶ κατ' εἰκόνα θεοῦ πλασθέντος, εἶπον, ὡς τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Παύλου ἀποκαλοῦντος ἄνθρωπον σῶμα Χριστοῦ, καὶ εἰκόνα θεοῦ, καὶ πάντος κτίσματος τιμιώτερον, ὡς δὲ ἀξιώματον τῆς τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλήψεως, κἀντεῦθεν καλά τε ψυχῇ καὶ σῶμα ἁγιαζόμενον, σὺν ὀφείλοισι τινες προπμᾶσθαι αὐτοῦ τὰ ἐκ χρυσοῦ καί τινων ἑτέρων ὑλικῶν ἄψυχα καὶ ὑποχείρια εἴδη· ἢ μὴν τοὺς οὐχὶ ταῦτα ποιοῦντας ἀφορίζεσθαι, δηλονότι αὐτούς τε τοὺς χρωμένους τοιούτοις πρὸς ὑλικοῖς εἰς ὑποδοχὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοὺς μεταδιδόντας τούτοις αὐτοῖς. μὴ θαυμάσῃς δὲ, μηδὲ ἐρωτήσῃς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἔν τισιν ἐκκλησίαις μεταδίδοται τοῖς λαϊκοῖς τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐγχειρίζεται τούτοις χεὶρ τοῦ τοῦ κανόνος παραλιμπάνει· πίστις γὰρ ὀρθὴ καὶ φόβος θεοῦ καὶ εὐλάβεια ἀνυπόπτως τοῦτο παραδέδωκεν, οὐχὶ τὸ τῶν λαϊκῶν ἀνάξιον. νομίζω δὲ καὶ τοῦτον τὸν κανόνα ἐλέγχειν τοὺς προβαλλομένους ἀξιώματα καὶ ἡλικίαν τῆς ἁγίας μεταλήψεως καιρὸν, ζητοῦντας προτιμᾶσθαι.

Zonar. Nonnulli religione forte adducti, & ſacrorum donorũ veneratione, quibuſdam receptaculis ex auro aliave multi pretii materia comparatis, immaculatum Domini corpus excipere, eâque ratione communicare ſoliti ſunt. Quod quidem, licet à religione profectum, tamen Synodus improbavit. Rei nãque cuilibet ſenſili, hominis dignitatem, qui nimirum, & divina imagine nobilitatus, & cum Chriſto unius corporis nexu copulatus, & divini Apoſtoli Pauli teſtimonio templum Dei eſt, longe anteponit. Quoniam igitur is cui ſacra myſteria communicantur, quacunque ſenſili natura præſtantior eſt, ac dũ Chriſtum manducat, & bibit, ea communione animo pariter & corpore ſanctus efficitur, ſi quis interea dum ſacra ſynaxis peragitur, immaculatum corpus ſuſcipere amet, exporrectis, atque in crucis modum cõformatis manibus procedat, ac ita demum gratiæ communionem, quã Dominus nobis ad animum ſanctitate imbuendum donavit, accipiat. Ea ſiquidem communione, nemo revera dignus eſt, ſed ea digni, per gratiam, omnes efficimur, quemadmodum & gratia, ut D. Paulus teſtatur, ſalvati ſumus. Qui vero ejuſmodi receptacula ſecum afferunt, iiſque ad communionem percipiendam uti volunt, quippe qui expertem animi materiam Dei imagini anteponant, ac eos quoque qui illis ſic poſcentibus impertiverint, ſegregatione Canon puniri jubet.

D

E

Ζωναρ. Τινὲς δι' εὐλάβειαν τάχα καὶ πιλοῦ τῶν θείων δώρων δοχεῖά τινα χρύσια ἢ ἐξ ἄλλης ὕλης τῶν πολυτίμων ποιοῦντες, ἐν ἐκείνοις ἐδέχοντο τὸ ἄχραντον σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ ὕτως αὐτῷ μετελάμβανον. ὅπερ ἡ συνοδὸς, κἂν δι' εὐλάβειαν ἐγίνετο, οὐκ ἐδέξατο. πηλὸς γὰρ αἰσθητὸν φράγματος, τιμιώτερον ἦναι δοκεῖ ἄνθρωπον, ὡς θεοῦ εἰκόνι τετιμημένον, καὶ σῶμα Χριστοῦ ἡνωμένον, καὶ ναὸν θεοῦ τὸν θεῖον ἀπόστολον Παῦλον. ἐπεὶ οὖν φησιν ὑπάρχειναι πάσης κτίσεως αἰσθητῆς, καὶ ἀδίων καὶ πίνων Χριστὸν διὰ τῆς κοινωνίας ἁγιάζεσθαι ψυχῇ τε καὶ σώματι ὁ τῶν ἁγιασμάτων ἀξιούμενος, εἴτις ἐν καιρῷ σωτῆρος βέλεται τῷ ἀχράντῳ σώματος μεταλαβεῖν, προσίτω τὰς χεῖρας ἐκτείνας, καὶ σχηματίσας εἰς τύπον σταυροῦ, καὶ ὕτω δεχέσθω τὴν κοινωνίαν τῆς χάριτος, ἣν ἡμῖν ὁ κύριος εἰς ἁγιασμὸν ἐχαρίσατο. οὐδεὶς γὰρ ἄξιος ἀληθῶς ὄζει τῆς αὐτοῦ μεταλήψεως, ἀλλὰ πάντες χάριτι αὐτῆς ἀξιούμεθα, καὶ δὴ καὶ χάριτι ἐσμὲν σεσωσμένοι διὰ τὸν μέγαν Παῦλον. τοὺς δὲ τοιαῦτα δοχεῖα κομίζοντας, καὶ δι' αὐτῶν δέχεσθαι βουλομένους πρὸς κοινωνίαν ὡς προτιμωμένους τῆς τοῦ θεοῦ εἰκόνας πρὸ ἄψυχον ὕλης, ἀφορίζειν ὁ κανὼν λέγει καὶ τοὺς τούτου μεταδιδόντας αὐτοῖς.

Arist. Manus in crucis figurã componit, qui Euchariſtiã ſumpturus eſt, ac ore ſumit; qui vero receptaculũ aureum, vel alius materiæ manus vice præparat, ſegregandus eſt.

F

Αριστ. Τὰς παλάμας εἰς σταυρὸν τυποῖ ὁ μεταλημψόμενος, καὶ λαμβάνων τῷ στόματι· ὁ δὲ δοχεῖον χρυσοῦν, ἢ ἐξ ἄλλης ὕλης ἀντὶ χειρὸς σκιάζων, ἀφοριστέος.

Homo ad Dei ſimilitudinem creatus, eſt ſupra omnem creaturam ſenſibilem, & Chriſti corpus, & templum eſt juxta divinum Apoſtolum. Si quis itaque ſe divinæ communionis participem eſſe cupit, eamque non ore accipit, ut manus ſuas in crucis formam figurans, ſed receptaculum quoddam aureum aut ex aliâ materiâ

Πάσης τῆς αἰσθητῆς κτίσεως ἐπέκεινα ὁ χς εἰκόνα θεοῦ κτιστὴς ἄνθρωπος καὶ σῶμα Χριστοῦ, καὶ ναός ἐστι, χῦ φησὶν ὁ ἀπόστολος. εἴ τις γοῦν τῆς θείας κοινωνίας μεταχεῖν βούληθείη, καὶ ὑ λάβῃ αὐτὸν τῷ στόματι, ὡς ἐν τύπῳ σταυροῦ σχηματίσας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἀλλὰ δοχεῖόν τι χρυσοῦν, ἢ ἐξ ἄλλης ὕλης κατασκευάσῃ ἀντὶ χειρὸς, ὥστε δι' αὐτοῦ τὸ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

θ θεῖον δέξασθαι δῶρον, καὶ τῆς μεταλήψεως ταύτης ἀξιωθῆναι· ἀφορισθήσεται αὐτὸς, καὶ ὁ μεταδιδοὺς, ὡς φερτὰ μύοντες τῆς τοῦ θεοῦ εἰκόνος τῷ ἄψυχον ὕλην καὶ ὑποχείριον.

A manus loco conficit, ut per illud divinum donum acciperet, illiusque participatione haberetur dignus, & ipse & qui mysteria ei tradit segregabitur, ut qui inanimatam subjectamque materiam Dei imagini præferunt.

ΚΑΝΩΝ ρβ'.

Δεῖ δὲ τοὺς ἐξουσίαν λύειν καὶ δεσμεῖν παρὰ θεοῦ λαβόντας σκοπεῖν τὸ τῆς ἁμαρτίας ποιότητα, καὶ τὸν τοῦ ἡμαρτηκότος πρὸς ὑπαντροφὴν ἑτοιμότητα, καὶ οὕτω καταλληλον τῷ θεραπείαν προσάγειν τῷ ἀῤῥωστήματι, ἵνα μὴ τῇ ἀμετρίᾳ καθ' ἑκάτερον χρώμενος, ἀσφαλεῖν πρὸς τὸν σωτηρίαν τοῦ κάμνοντος. οὐ γὰρ ἁπλῆ τῆς ἁμαρτίας ἡ νόσος, ἀλλὰ ποικίλη καὶ πολυειδὴς, καὶ πολλὰς τῆς βλάβης ἐκ τοιαύτης βλαστάνουσα, ἐξ ὧν ὃ κακὸν ὑπὸ πολὺ προχωρεῖται καὶ πρόσω βαίνῃ, μέχρις ἂν σταθῇ τῇ δυνάμει τοῦ θεραπεύοντος. ὥστε ὃν τὸ ἰατρικῷ ἐν πνεύματι ὑπισχνούμενον πρότερον χρὴ τὸ τοῦ ἡμαρτηκότος πάθος κατανοεῖν, καὶ εἰ τι πρὸς τὸ ὑγιεινὸν νοεῖ, ἢ τοὐναντίον διὰ τὴν οἰκείων ἕξιν προκαλεῖται καθ' ἑαυτοῦ τὸ ἀῤῥώστημα, ἐφορᾶν, ὅπως τὴν ἐν τῷ μεταξὺ προνοεῖται ἀναστροφῆς· καὶ εἰ μὴ τῷ τεχνίτῃ ἀντιπαλαίει, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἕλκος διὰ τὴν ὑπιτυθεμένων φαρμάκων αὐξάνει προσαγωγῆς, καὶ οὕτω τὸ ἔλεον κατ' ἀξίαν ὑπομενῇν. πῶς γὰρ λόγος θεῷ καὶ τῷ τὸ ποιμαντικὸν ἐγχειρισθέντι ἡγεμονίαν, τὸ πλανώμενον πρόβατον ἐπιμαχαλεῖν, καὶ πρωθεῖν ὑπὸ τοῦ ὄφεως δηχθὲν, καὶ μήτε κατὰ κρημνῶν ὠθῆσαι τῆς ἀπογνώσεως, μήτε τὸ χαλινὸν ὑπιδοῦναι πρὸς τὸ τοῦ βίου ἔκλυσίν τε καὶ καταφρόνησιν· ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ τρόπῳ πάντως, εἴτε διὰ τῶν σφοδρῶν τε καὶ συφόντων, εἴτε διὰ τῶν ἀπαλωτέρων τε καὶ θρασυτέρων φαρμάκων, κατὰ τοῦ πάθους ζῶσαι, καὶ πρὸς συμπαλωσιν τοῦ ἕλκους ἀνταγωνίσασθαι, τοὺς τῆς μετανοίας καρποὺς δοκιμάζοντι καὶ οἰκονομοῦντι σοφῶς πρὸς τὴν ἄνω λαμπρὰν φορὰν καλούμενον ἀνθρωπον. ἀμφότερα τοίνυν εἰδέναι ἡμᾶς χρὴ, καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας καὶ τὰ τῆς συνηθείας, ἔπειδὰν δὲ ὑπὸ τὸ μὴ καταδεξαμένων τὴν ἀκρότητα, ᾧ ἐξομοιοῦνται τύπῳ, καθὼς ὁ ἱερὸς ἡμᾶς διδάσκει Βασίλειος.

Oportet autem eos, qui solvendi & ligandi potestatem à Deo accepêre, peccati qualitatem considerare, & ejus qui peccavit ad conversionem promptum studium, & sic morbo convenientem afferre medicinam: ne si in utroque immoderatione utatur, ab ejus qui laborat salute excidat. Non enim simplex est morbus peccati, sed varius & multiformis, & multas incommodi propagines germinans: ex quibus malum multum diffunditur, & ulteriùs progreditur, donec viribus medentis reprimatur. Quare, qui medicinæ scientiam in spiritu profitetur, oportet eum primùm ejus qui peccavit affectionem considerare, &, sive vergat ad sanitatem, sive contrà propriis moribus provocet in se morbum, adspicere, & quomodo ejus quæ intercedit vitæ rationisque curam gerat: & si artifici non reluctatur, & ulcus animæ auget per impositorum medicamentorum adjectionem, sic quoque misericordiam, prout dignus est, impertiri. Omnem enim rationem init Deus, isque cui pastoralis traditus est principatus, ut errantem ovem reducat, & ei, quæ est à serpente vulnerata, medeatur, & neque per desperationis præcipitia impellat, nec ad vitæ dissolutionem & contemptum fræna relaxet: sed aliâ quidem omnino ratione, sive per acriora & astringentia, sive per molliora & leniora medicamenta, affectioni resistat, & ad ulceris obductionem adnitatur, fructus pœnitentiæ examinans, & sapienter dispensans & gubernans hominem, qui ad superiorem illuminationem vocatur. Nos enim utraque scire oportet, & quæ sunt summi juris, & quæ sunt consuetudinis, in iis autem, qui extrema non admittunt, sequi formam traditam, quemadmodum sanctus nos docet Basilius.

CANON CII.

ΒΑΛΣ. Καὶ ἐν ἄλλαις συνόδοις ὡρίσθη, καὶ κατὰ χώραν Ἐπίσκοπον, καὶ ὑπὸ τοῦ χάριτος τοῦ πνεύματος τὴν ἐξουσίαν λαβόντα δεσμεῖν καὶ λύειν, μὴ πάντοτε φυλάττειν τοῖς θεσμοθετηθεῖσι παρὰ τῶν κανόνων χάριν τῶν ὑπιτιμίων· ἀλλ' οἰκονομεῖν ταῦτα, πρὸς τὰ φερόμενα τὰ ὑπιτιμώμενα, ἤγουν πρὸς τὰς ἡλικίας αὐτῶν, καὶ πρὸς τὰς διαθέσεις, καὶ πρὸς τὰ ὑπιτηδεύματα, ἀλλὰ μὴν καὶ πρὸς τὴν ποιότητα τῶν ἁμαρτήματος, καὶ οὕτω προσάγειν ἑκάστῳ ἀῤῥωστήματι θεραπείαν καταλληλον. καὶ ὁ μὲν πρῶτος τοῦ κανόνος οὗτός ἐστι, σαφέστατός τε καὶ ὕλης πλούσιος. διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲν πλέον τι ἠκριβώσαμεν ὑπὲρ ἡμῶν χάριν ἐρμηνείας. ἐν τῷ τέλει δὲ ὁρίζεται, ὀφείλειν ἡμᾶς εἰδέναι καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας καὶ τὰ τῆς συνηθείας. γράφεται δὲ καὶ τὰ τῆς συμπαθείας, ἀκολούθως τῷ ἀποστολικῷ ῥητῷ τῷ λέγοντι, εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τοῦ λόγου ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθαι, καὶ μὴ συναναμίγνυσθαι αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ· μηδὲ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν. ταῦτα γὰρ ἐλέους καὶ συμπαθείας εἰσὶν, ἤτοι συνηθείας, ἤγουν τοῦ ἤθους τῷ χρόνῳ δοκιμασθέντος καὶ βεβαιωθέντος. συναγαγὼν τοίνυν, εἰπὲ, ὡς χρὴ ἡμᾶς εἰδέναι, καὶ τὰ τῆς συμπαθεστέρας συνηθείας· καὶ πῶ μὲν, κανονικῶς θεραπεύειν τὰ ἀῤῥωστήματα, ὅπερ ἑτοίμως καταδέχονται οἱ κάμνοντες τὰ ὑπίμια· πῶ δέ, διὰ τῶν συνήθων καὶ συμπαθεστέρων ἰαμάτων, ὅπερ σκληρότεροι ὄντες εἰς τὸ ὑποδοχὴν τῶν ὑπι-

Βαλς. In aliis quoque Conciliis statutum est, ut qui est loci Episcopus, qui à sancti Spiritus gratia accepit potestatem ligandi & solvendi, non ea omnino observet, quæ de pœnis à canonibus statuta sunt: sed eas modificetur, habita ratione personarum quibus infliguntur, earum scilicet ætatum & affectionum, & vitæ studiorum, & etiam qualitatis peccati; & sic unicuique morbo afferat convenientem medicinam. Præsens autem Canon hoc ipsum quoque statuit, universam per pœnas ægroti curandi rationem medici prudentiæ ac judicio relinquens, Episcopi scilicet illius loci, & ejus cui hoc ab eo committetur. Et hic est quidem scopus Canonis, manifestissimus & comprehensu facillimus. Propterea enim nec plura à nobis in ejus interpretationem scripta sunt. In fine autem statuit, nos ea quæ sunt summi juris scire oportere, & quæ sunt consuetudinis (Græcè est, καὶ τὰ τῆς συνηθείας.) Invenitur autem etiam scriptum τὰ τῆς συμπαθείας quæ sunt commiserationis, consequenter dicto Apostolico, quod ita se habet; Si quis autem id, quod à nobis dicitur, non audit, hoc per Epistolam significari, & ne cum illo consuetudinem haberi ut confundatur: neque ut inimicum existimate, sed admonete ut fratrem. Ea autem sunt misericordiæ & commiserationis, sive consuetudinis & moris scilicet tempore comprobati & confirmati. His ergo simul collectis, dic, quòd oportet nos scire, & quæ sint pœnæ canonicæ summo jure, & quæ sunt paulo mitioris consuetudinis: & aliquando quidem morbos canonicè curare, quando, qui laborat, pœnas satis

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

promptè & non gravatè acceperint; aliquando verò per consuetas & mitiores medicinas, quando ii, quibus medicina adhibetur, ad pœnas susciendas paulo duriores fuerint. Ad hæc consueta enim nemo restiterit. His consimiliter jubet magnus quoque Basilius in tertio suo canone.

πημίων ἰατρευόμενοι. εἰς ταῦτα γὰρ τὰ συνήθη οὐκ ἄν τις ἀντιστάη. προμηθίως δὲ ζούτως προκελεύεται καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ γ'. κανόνι αὐτοῦ.

Zonar. Cum de multis ac variis mulctarum generibus Synodus disseruerit, suásque singulis criminibus pœnas vicissim debitas constituerit, hoc demum canone Episcoporum judicio universa permisit. Nec vero solum de peccatorum qualitate gravioráne an leviora sint, cogitandum, sed ejus quoque qui peccavit, affectionem, & quomodo ad pœnitentiam disponitur, an scilicet ad ea remedia quæ acrimoniam, acerbitatémque habeant, excipienda sit paratus, an vero curationem mollis ac segnis animus reformidet, inspiciendum, proque affectionum varietate, diversam curandæ ægritudinis rationem ineundam esse demonstrat, ne duobus forte eodem crimine obstrictis, quorum alter ad luendas errati pœnas paratus sit, segniorem se alter ac tardiorem præbeat, qui utrumque curandum suscepit, si solius peccati spectata ratione, eadem utrique remedia curationis adhibeat, aberret longius, ac ægrotanti salutem afferre non ita facile possit. Nam ille quidem alter, ad expianda crimina strenue paratus, etiam si acerbior homini pœna luenda sit, non recusabit, séque totum illius à quo regitur voluntati, arbitrióque permittet; Alter vero qui nullo se pœnitentiæ amore incensum ostendat, acriorem quamcunque medicinam fastidiosè respuet, neque modo morbos non depellet, sed desperatione fortasse victus in facinora etiam graviora præcipitabit. Multiplex enim est, inquiunt Patres, ac varius peccati morbus, multásque propagines erroris emittit, ex quibus malum longè latéque diffunditur, hoc est, latius evagatur ac serpit, donec eousque processerit, ut etiam medicinam adhibere cupientis longe superet facultatem. Proinde, sit illa prima, inquit, spiritualis medici cura, ut eum qui peccavit, quemadmodum animo affectus sit, diligenter inspiciat, an ardentiorem agat pœnitentiam, & sanitatem appetat, an contra, morum improbitate morbum suum ipsemet augeat; tum quænam hominis post admissum facinus vitæ ratio ac modus; an cum medici artificio ipsemet, insaniâ correptorum more, colluctetur; illi enim medicis adversantur, salutariáque ipsis medicamenta adhibentes repellunt. Illud quoque sedulò animadvertat; ne forte animæ ulcus ipsa curatione medicamentorúmque appositione crudescat; itáque oleum, ut ægritudinis ratio postulabit, medicamentis admisceat. Est verò id quod dicit hujusmodi; esse nimirum à spirituali medico attentè considerandum ægrotantis affectum; ut nec eum, qui angusto pusillóque animo sit, vehementioribus remediis urgeat, ne vulneris molestiam, desperata ab eo curatione, adhuc magis intendat; neque, quem asperioribus medicamentis sufficere posse intellexerit, in eo curando facilioribus utatur, ex quo illum pœnæ levitas in eandem vel etiam graviorem noxam rursus impellat: sed esse miserationem unicuique pro meritis impertiendam, hoc est pro ea, quæ in singulis fuerit animi affectione, ita uniuscujusque miserendum; & animi quidem abjectioris hominem, leviore pœna, magni vero spiritus & erectum, graviore puniendum; idque totum misericordiæ tribuendum, ut ab altero quidem squallorem & sordes abstergat, alterius vero vulnus ne scalpendo adhuc magis exasperet. Omnis siquidem tum ipsius Dei tum pastoris animarum cura & studium in eo positum est, ut errabundas oves in suam stationem revocet, ac serpentis veneno infectis salutarem tradat medicinam, nec vel acerbitate nimia in prærupta desperationis impellat, vel indulgentia ac remediorum facilitate habenas quodammodo, quasi equo,

Ζωναρ. Περὶ πολλῶν ὀφτιμίων καὶ διαφόρων διαλεχθεῖσα ἡ συνοδος, καὶ τῇ ἀπαριθμηθέντων πλημμάτων ἑκάστῳ ὃ καταλληλον ἀποτάξασα πλοῦτον διὰ τοῦ παρόντος κανόνος ὃ πᾶν τῇ κρίσει τῇ Ἐπισκόπων ἀνέθετο. καὶ σκεψασθαί, φησι, μὴ μόνον τὴν ποιότητα τῆς ἁμαρτίας σκοπεῖν, εἰ μεγάλη τυχὸν εἴη ἢ μικρία· ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ ἡμαρτηκότος διάθεσιν, καὶ ὅπως πρὸς τὴν μετάνοιαν διατίθεται· εἰ ἑτοίμως ἔχει δηλαδὴ δέξασθαι φάρμακα σύφοντα καὶ πικραίνοντα, ἢ μαλακώτερον διάκειται, καὶ νωθρότερον πρὸς τὴν θεραπείαν, καὶ οὕτω καταλληλον προσάγειν ὃ ἴαμα· ἵνα μὴ δύο τυχὸν τῷ ὃ αὐτὸ ἁμαρτησάντων ὄντων, καὶ τῷ μὴ ἑτοίμου τυγχάνοντος πρὸς μετάνοιαν· τῷ δὲ νωθρότερον διακειμένῳ, ὁ θεραπεύων αὐτοὺς πρὸς ὃ ἁμάρτημα μόνον ἀποβλέπων, καὶ ἑκατέρῳ αὐτῶν ὁμοίως χρώμενος, ἀποσφαλείη πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν κάμνοντος. ὁ μὲν γὰρ ἑτοίμως ἔχων πρὸς τὴν μετάνοιαν, κἂν ἀυστηρότερον εἴη ὃ ὀφτίμον, δέξεται τοῦτο, καὶ ἑαυτὸν ὑποδήσει τῇ τοῦ αὐτὸν οἰκονομοῦντος θελήματι· ὁ δὲ μὴ θερμότητα δείκνυς πρὸς μετάνοιαν ἀποδυσπετήσει πρὸς τὰ πάνυ σύφοντα φάρμακα, καὶ ὑ μόνον οὐκ ἰαθήσεται, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἴσως ἐμπεσὼν χείροσιν ὑποπεσεῖται πλημμελείαις. πολυειδὴς γάρ, φασιν οἱ πατέρες, καὶ ποικίλη τῆς ἁμαρτίας ἡ νόσος, καὶ πολλὰς διαφυάδας τῆς βλάβης βλαστάνουσα, ἐξ ὧν διαφυάδων ὃ κακὸν διαχεῖται, πλατυύεται δηλαδὴ καὶ προέεισιν, ἕως ἂν τοιοῦτον γένηται, ὥστε ὑπερβαλλὸν καὶ τὴν τοῦ θεραπεύοντος δύναμιν. διὰ τοῦτό, φησι, τὸν πνευματικὸν ἰατρὸν δεῖ πρῶτον τὴν τοῦ ἡμαρτηκότος διάθεσιν κατασκοπεῖν, εἴτε θερμῶς μετάνοιαν, καὶ ὑγείας ὀρέγεται, εἴτε μᾶλλον τὸ νόσον αὔξει καθ' ἑαυτὸν διὰ πρόπων κακίαν, καὶ πῶς μὴ τὴν ἁμαρτίαν ἀναζρέφεται καὶ βιοῖ, καὶ εἰ μὴ τῇ τεχνίτῃ ἀντιπαλαίσει, ὅταν γίνεται ὅτι τὴν μανίαν νοσοῦντων. ἐκεῖνοι γὰρ τοῖς ἰατροῖσιν αὐτοὺς ἀνθίστανται, καὶ σὺν ἐῶσι προσαγαγὼν αὐτοῖς τὰ σωτήρια φάρμακα. σκοπεῖν δ καὶ τοῦτο, μήποτε ἰατροῦ καὶ φάρμακα προσάγων διὰ τῆς ὀφτιδίσεως αὐτῇ αὐξάνῃ ὃ ἕλκος ὃ ψυχικὸν, καὶ οὕτω ἐλεον κατ' ἀξίαν ὀφτιμερῆ. ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστιν· ὅτι προσόχειν δεῖ πνευματικὸν ἰατρὸν τῇ διαθέσει τοῦ κάμνοντος, καὶ μήτε τῇ μικροψύχῳ ὀφτιδέναι σύφοντα φάρμακα, ἵνα μὴ μᾶλλον αὐξήσῃ ὃ ἕλκος, ἀπαρρδύσαντος πρὸς τὴν θεραπείαν ἐκείνου, μήτε τῷ δυναμίῳ τὰ αὐστηρότερα δέχεσθαι μαλακώτερον προσφέρεσθαι, ὥστε διὰ τὴν μαλακότητα τῆς ὀφτιμίων ἐμπεσεῖν ἐκεῖνον εἰς ὃ αὐτὸ πάθος καὶ εἰς μεῖζον ἴσως· ἀλλὰ ὀφτιμερῆ πρὸς ἕλεον κατ' ἀξίαν, ἤγουν ἕλεγε ἕκαστον ἀξίους τῆς αὐτοῦ διαθέσεως, καὶ ἐλαφρύνειν μὲν τῇ μικροψύχῳ τὴν ὀφτιμίαν, βαρύνειν δὲ τῇ μεγαλοψύχῳ αὐτὴν, καὶ ἀμφότερα δι' ἔλεον ποιεῖν, ἵνα πρὸς μὲν ὀκκαθαίρῃ τοῦ ῥύπου, τῇ δὲ μὴ ὀφτιξέσῃ τὸ τραῦμα, καὶ χεῖρον τὸ ἕλκος ἐργάσηται. ἡ γὰρ παῖδα φρονοῦς καὶ σπουδὴ τῇ τε θεῷ καὶ τῇ ψυχῶν ποιμένι τοῦτό ἐστι, τὸ, τὸ πλανώμενον προβάτιον ἐπιμαγαθεῖν, καὶ τὸ φαρμαχθὲν ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐξιάσασθαι, καὶ μήτε διὰ τὸν ἀυστηρίαν ὠδῖνας καὶ κρυμνοὺς τῆς ὀφτιγνώσεως, μήτε διὰ χαυνότητος καὶ τῇ ἀπαλωτέρων φαρμάκων ἐνδοῦναι αὐτῇ τὸ χαλινὸν, ὡς ἵππῳ, ὥστε σκιρτᾶν καὶ βίον ἔκλυτον ζῆν, ἀλλὰ σπουδὴν ἀντισῆναι τῷ πάθει, εἴτε δι' ἀυστηρίαν, εἴτε διὰ ῥᾳθυμίαν, ὡς ἂν διαθέσεως ἔχῃ πρὸς αὐτὰ ὁ θεραπεύμενος. τὸν δ'.

ἕξαν

ἔσαι, εἰ δοκιμάζῃ καὶ καταστοχάζεται τοὺς τῆς μεζονοίας αὐτῷ καρποὺς, καὶ οἰκονομεῖν ⊕ περὶ τὸ ἄνω λαμπροφορείαν, ἤγουν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν καλούμενον δόξεσπον. ἀμφότερα οὖν ἐνδέχεται ἡμᾶς γινώσκειν, φασὶν οἱ τῆς συνόδου πατέρες, καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας, καὶ τὰ τῆς συμπαθείας ἢ συμπαθείας. χράφονται γὰρ καὶ ἀμφότερα, ἤγουν καὶ ὅσα ἡ ἀκρίβεια βούλεται, καὶ ὅσα ὁ συμπαθὴς ἀπαιτεῖ δικαίως· καὶ σὺν ἀκριβεῖ γνόμενον· ἢ τὸ τῆς συμπαθείας, ἤγουν τὸ τῷ ἔθους τῷ χρόνῳ δοκιμασθέν ⊕. καὶ βεβαιωθέν ⊕., ὃ καὶ ὡς νόμον κρατεῖν καὶ οἱ θεῖοι κανόνες, καὶ οἱ τῆς πολιτείας νόμοι κελεύουσι. καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος ὅτι τῷ μὴ καταδεχομένῳ τὴν ἀκρότητα τῶν ἀρχαιοτέρων τύπων ἔπεσθαι τῇ συμπαθείᾳ ἐδίδαξε. τὴν ἄνω δὲ λαμπροφορείαν εἶπεν, ὅτι τοῖς θείοις παραδόσι καὶ διδασκάλοις βασιλεία τῶν οὐρανῶν πρὸ τῶν ἄλλων ἡ ἑλλαμψις κέκριται, ἡ ἐκ τῆς θείας φύσεως, καὶ ὃ νοῆσαι πλεώτερον.

A ad lasciviam solutumque vitæ genus remittat: sed vitiis obsistere, adhibita vel austeritate vel lenitate, pro ejus, quem curandum susceperit, affectione contendat. Quod quidem ita fiet, si ipsorum pœnitentiæ fructus examinaverit & diligenter consideraverit; proindéque hominem ad illustrationis supernæ claritatem, ad regnum nimirum cœleste vocatum, regendum sibi moderandumque suscipiat. Duo igitur illa, inquiunt Synodi Patres, licet nobis cognoscere, tum ea quæ summi juris sunt, tum ea quæ consuetudini sive misericordiæ tribuuntur. Utraque enim scriptis commendata extant; & ea nimirum, quæ summi juris severitas exigit, & quæ, temporis oppor-
B tunitate servata judicióque adhibito, commiseratio postulat: vel quæ consuetudo, mos videlicet hominum temporis diuturnitate probatus confirmatúsque deposcit. Nam ea quoque instar legis, tum sacrorum canonum decretis tum civilium etiam legum constitutionibus obtinet. Magnus quoque Basilius in iis, qui pœnarum severitatem antiquis formulis expressam non admittunt, sequendam esse consuetudinem docuit. Illustrationem porro supernam dixit, eo quòd regnum cœlorum in illustratione quadam, in primis ex natura divina emanante, ac perfectiore Dei cognitione, sancti Patres ac Doctores positum esse judicaverunt.

C

ΑΡΙΣΤ. Ἡ τῆς ἁμαρτίας ὅτι πᾶσι σκοπεῖται ποιότης, καὶ ἡ ὑπιστροφὴ καθορᾶται· καὶ οὕτω μετρεῖται ὁ ἔλεος.

ARIST. *Peccati qualitas in omnibus consideratur, & conversio perspicitur. Et sic misericordia mensurâ disponitur.*

Τὰ μὲν ὑπὲρ ἁμαρτήματα ἐφ' ἑκάστῳ ἁμαρτήματι ὥρισθαι οἱ πατέρες. τὴν δὲ κρίσιν πᾶσιν ἀνέθεντο πρὸς ⊕ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντα θεοῦ λαβόντα τοῦ δεσμεῖν τε καὶ λύειν· ὅπως αὐτὸς καὶ τὴν ποιότητα σκοπῇ τοῦ ἁμαρτήματος, καὶ τὴν ὑπιστροφὴν τοῦ ἡμαρτηκότος, καὶ οὕτως ὑπομετρήσῃ ὁ ἔλεος, τὴν θεραπείαν τοῖς τραύμασι καταλλήλων τοῖς ἀῤῥωστήμασι. ὁ γὰρ πᾶς λόγος τῷ θεῷ, καὶ τῷ τὴν ποιμαντικὴν ἐγχειρισμένῳ ἡγεμονίαν ἐν τούτῳ ἔχει, ἐν τῷ, τὸ πλανώμενον πρόβατον ἐπαναγαγεῖν, καὶ μὴ κρημνῶν αὐτὸ τῆς ἀπογνώσεως, καὶ ⊕ προσθέντα ἰατὸ τοῦ ὄφεως ἐξιάσασθαι, εἴ τι δεῖ τῶν αὐστηροτέρων τε καὶ τυφόντων, εἴτε δεῖ τῶν ἀπαλωτέρων, καὶ ὡραιοτέρων φαρμάκων.

D Pœnas quidem cuique peccato adhibendas decreverunt Patres. Sed totum judicium ei relinquunt qui ligandi & solvendi potestatem à Deo accepit, ut ille & peccati consideret qualitatem, & ejus qui peccavit conversionem, & sic misericordiam mensurâ disponat, medelam morbo convenientem adhibens. Omnis enim ratio Deo & ei cui Pastoralis traditur principatus, in eo est, ut errantem ovem reducat, & non in desperationis præcipitia impellat, & à serpente vulneratum medicetur, sive per acriora & astringentia, sive per molliora & leniora medicamenta.

CANONES

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

CANONES SANCTÆ ET UNIVERSALIS VII. SYNODI.

BALS. SAncta & œcumenica septima Synodus fuit anno 6296. indictione xi. sub Imp. Constantino & Irene matre ejus, (Erat autem hic Constant. filius Leonis filii Copronymi) ccclxvii. sanctis patribus Nicææ Bithyniæ secundò congregatis, adversus eos qui imaginum hostes seu Christianorum erant accusatores: Quæ quidem imagines relativè adorari & salutari decrevit.

ZONAR. SAncta & œcumenica septima Synodus, Constantino & Irene ejus matre imperantibus, celebrata fuit. (Constantinus hic porro Leonis ex Copronymo geniti filius) trecentis septem & sexaginta Sanctis Patribus Nicææ, quæ in Bithynia est, adversus imaginum hostes seu Christianorum accusatores, congregatis. Quæ quidem imagines relativè adorandas & amplectandas, quemadmodum & verendæ crucis figuram, decrevit, & fidelium Ecclesiæ tradidit, sic à Domino assumptæ humanitatis, & ejus, quæ ipsum sine semine modóque prorsus inexplicabili edidit, Deiparæ omniúmque sanctorum simulacra, esse colenda. Sed &, ad Ecclesiæ constitutionem fideliúmque utilitatem, subjectos præterea canones promulgavit.

CANON I.

Iis, qui sacerdotalem dignitatem sortiti sunt, testimonia & ad rectè se gerendum instituta sunt canonicarum constitutionum descriptiones: quas cum Deiloquo Davide lubenter recipientes, ad Dominum Deum cantamus, dicentes; In via mandatorum tuorum lætatus sum, tanquam in omnibus divitiis; & mandâsti justitiam, testimonia tua in sæculum; intellectum da mihi & vivam. Et in seculum nos jubet vox prophetica testimonia Dei servare, & in eis vivere, ut quæ scilicet nequaquam concutienda nullâque ratione labefactanda permaneant. Nam & qui Deum vidit Moses sic ait; Eis non licet addere, nec eis licet detrahere. Et divinus Apostolus Petrus, in iis glorians, exclamat; Ad quæ Angeli prospicere desiderant. Atque etiam dicit Paulus; Etiamsi nos vel Angelus de cœlo evangelizaverit vobis præter id, quod nos evangelizavimus vobis, sit anathema. Cùm hæc ergo ita se habeant, & sint nobis testata, iis exultantes, ut si quis multa spolia invenerit, divinos canones lubenter amplectimur, eorúmque constitutionem integram & illabefactam confirmamus, qui editi fuerunt à sanctis spiritus tubis, summa laude celebrandis Apostolis, & sex sanctis universalibus Synodis, iisque quæ ad ejusmodi decretorum traditionem localiter coactæ fuerunt, & nostris sanctis patribus. Ex uno enim eodémque spiritu omnes illuminati, quæ erant utilia, decreverunt: & quos anathemati quidem transmittunt, nos quoque anathematizamus; quos verò depositioni, nos quoque deponimus; quos autem segregationi, nos itidem segregamus; & quos pœnæ tradunt, nos quoque similiter subjicimus. Sine avaritia namque sint mores, præsentibus contenti, is qui tertium cœlum conscendit, & arcana verba audivit, divinus Apostolus Paulus apertè vociferatur.

BALS. Testimonia dicuntur divinarum scripturarum præcepta, ut quæ testificentur & describant quomodo fideles vitam instituere oporteat. Hujus ergo sanctæ Synodi Patres dicunt, à Sanctis Apostolis,

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ καὶ οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου.

ΒΑΛΣ. Η ἁγία καὶ Οἰκουμενικὴ ἑβδόμη σύνοδος γέγονεν ἐν ἔτει ϛσϛϛ'. ἰνδικτιῶνος α'. ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ· ἦν δὲ ἐπὶ ὁ Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος τοῦ υἱοῦ τοῦ Κοπρονύμου, τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτὰ ἁγίων πατέρων συναθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἐπὶ δεύτερον, κατὰ τῶν εἰκονομάχων, ἤγουν Χριστιανοκατηγόρων· ἥτις τὰς εἰκονικὰς ἐκτυπώσεις προσκυνεῖσθαι καὶ κατασπάζεσθαι σχετικῶς ἐψηφίσατο.

ΖΩΝΑΡ. Η ἑβδόμη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ. ἦν δὲ ἐπὶ ὁ Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος τοῦ υἱοῦ τοῦ Κοπρονύμου, τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτὰ ἁγίων πατέρων ἀθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας κατὰ τῶν εἰκονομάχων, ἤγουν χριστιανοκατηγόρων. ἥτις τὰς εἰκονικὰς ἐκτυπώσεις προσκυνεῖσθαι καὶ κατασπάζεσθαι σχετικῶς ἐψηφίσατο, ὁμοίως τῷ τοῦ τιμίου σταυροῦ τύπῳ, καὶ τῇ τῶν πιστῶν ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν, οὕτω σέβεσθαι τοὺς τύπους τοῦ προσλήμματος τοῦ κυρίου καὶ τῆς αὐτὸν ἀσπόρως καὶ ἀῤῥήτως τεκούσης θεοτόκου, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων ἁπάντων. Ἀλλὰ καὶ κανόνας ἐξέθετο εἰς κατάστασιν ἐκκλησιαστικὴν, καὶ εἰς ὠφέλειαν τῶν πιστῶν, οἵπερ εἰσὶν οὗτοι.

ΚΑΝΩΝ α'.

Τοῖς τὴν ἱερατικὴν λαχοῦσιν ἀξίαν μαρτύριά τε καὶ κατορθώματα αἱ τῶν κανονικῶν διατάξεών εἰσιν ὑποτυπώσεις· ἃς δεχόμενοι ἀσμένως, μετὰ τοῦ θεοφάντορος Δαβὶδ ᾄδομεν πρὸς τὸν δεσπότην θεὸν λέγοντες· ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ, καὶ ἐνετείλω δικαιοσύνην, τὰ μαρτύριά σου εἰς τὸν αἰῶνα· συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι. καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἡ προφητικὴ φωνὴ ἐντέλλεται ἡμῖν φυλάττειν τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ, καὶ ζῆν ἐν αὐτοῖς, δηλονότι ἀκράδαντα καὶ ἀσάλευτα διαμένουσι. ὅτι καὶ ὁ θεόπτης Μωϋσῆς οὕτω φησίν· ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος Πέτρος ἐν αὐτοῖς ἐγκαυχώμενος βοᾷ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακῦψαι. καὶ ὁ Παῦλός φησι, κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν ἀνάθεμα ἔστω. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων καὶ διαμαρτυρομένων ἡμῖν, ἀγαλλιώμενοι ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἴ τις εὕροι σκῦλα πολλὰ, ἀσπασίως τοὺς θείους κανόνας ἐνστερνιζόμενα, καὶ ὁλόκληρον τὴν αὐτῶν διαταγὴν καὶ ἀσάλευτον κρατύνομεν, τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων σαλπίγγων τοῦ πνεύματος τῶν πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν τε ἓξ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν ἐπὶ ἐκδόσει τοιούτων διαταγμάτων, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν. ἐξ ἑνὸς γὰρ ἅπαντες καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος αὐγασθέντες, ὥρισαν τὰ συμφέροντα, καὶ οὓς μὲν τῷ ἀναθέματι παραπέμπουσι, καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν· οὓς δὲ τῇ καθαιρέσει, καὶ ἡμεῖς καθαιροῦμεν· οὓς δὲ τῷ ἀφορισμῷ, καὶ ἡμεῖς ἀφορίζομεν· οὓς δὲ ἐπιτιμίῳ παραδιδόασι, καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως ὑποβάλλομεν. ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν, ὁ βεβηκὼς εἰς τρίτον οὐρανὸν, καὶ ἀκούσας ἄῤῥητα ῥήματα, Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διαῤῥήδην βοᾷ.

ΒΑΛΣ. Μαρτύρια λέγονται τὰ τῶν θείων γραφῶν παραγγέλματα, ὡς διαμαρτυρόμενα καὶ ὑποτυποῦντα πῶς χρὴ πολιτεύεσθαι τοὺς πιστούς. φασὶν οὖν οἱ τῆς συνόδου ταύτης ἅγιοι πατέρες, ὅτι κατασπαζόμενοι τοὺς προεκτεθέντας κανόνας παρὰ τῶν

Ψηφιοποιήθηκε απο

τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἐξ οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τοπικῶν, ἀναθεματίζομεν τοὺς ἐπὶ τούτων ἀναθεματισθέντας, καθαιρεθέντας τε καθαιρεθέντας, ἀφορίζομεν τοὺς ἀφορισθέντας καὶ ὑποτιμῶμεν τοὺς ὑποτιμηθέντας· ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ ζῆλος, τουτέστιν οὐδὲν πλέον ἢ φιλοδοξίαν τούτοις προσθέμενοι, ἀπλεονέκτημονες οὐ φιλάργυροι, ἀλλ' ἀρκούμενοι τοῖς παρ' ἐκείνων διορισθεῖσι. καὶ ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ κανόνος οὗτος ἔστι. τὰ δ' ἐν αὐτῷ ἐμπεριεχόμενα γραφικὰ ὄντα, ἑρμηνείας οὐ δέονται. γίνωσκε δὲ, ὅτι οὗτος μὲν ὁ κανὼν τῶν ἀποστολικῶν καὶ συνοδικῶν κανόνων μόνων ἐμνήσθη· ὁ δὲ κανὼν τῶν ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδῳ διορίζεται καὶ ἑτέρων ἁγίων θεσπίσματα οὐς τοὺς ἱερεῖς κρατεῖν. μὴ θαυμάσῃς οὖν, πῶς καὶ περὶ τούτων οὐ γεγράφθαί τι εὑρήσεις. προκέκριται γὰρ οἱ πατέρες τοῖς ὁρισθεῖσι τότε λίαν καλῶς. μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι ἡ ῥηλά. Ἰουστινιανοῦ νεαρά, ἡ κελεύσθαι εἰς σχόλιον τῷ δευτέρῳ κεφ. τῷ α'. τίτλῳ τῷ περὶ συνόδων, συμπάσχειν, καὶ μεμνῆσθαι μόνων τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν τοπικῶν. δι' ὃν γὰρ ἐπεκύρωσε ὁ β'. κανόνας τοὺς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, συνεπέρεκε καὶ τοὺς τῶν ἑτέρων ἁγίων θεσπίσματα, τοῖς τούτῳ περιεχόμενα.

à ſex univerſalibus, & à localibus Synodis prius editos Canones amplectentes, eos anathematizamus qui ab eis anathematizati fuêre, deponimus qui fuêre depoſiti, ſegregamus qui fuerunt ſegregati, eoſque pœnis mulctamus, quibus fuerunt pœnæ ſtatutæ. Ab avaritia enim alieni mores, id eſt, nihil iis propter gloriæ cupiditatem adjicimus, ut avari, inexplebiles; ſed iis, quæ ab illis conſtituta ſunt, contenti ſumus. Atque hic eſt quidem ſcopus hujus Canonis. Quæ autem in eo continentur ad contextum pertinentia, ea, cùm ſint dilucida, non egent interpretatione. Scito autem, quòd hic quidem Canon Apoſtolicorum tantum & Synodalium Canonum meminit: ſecundus autem Canon Synodi in Trullo, aliorum quoque ſanctorum decreta tanquam ſacros Canones obſervari jubet. Ne mireris ergo cur nihil hic de iis, quoque ſcriptum ſit. Contenti enim fuêre patres iis, quæ tunc admodum pulchrè de illis ſtatuta ſunt. Ne tibi autem adverſari putetur cxxxi. Juſtiniani Novella, quæ in commentario ii. cap. primi tit. præſentis operis ſita eſt, & univerſalium tantum Synodorum & localium meminit. Per quæ enim ſecundum Can. Synodi in Trullo confirmavit, per eadem aliorum quoque ſanctorum patrum decreta, quæ eo comprehenduntur, ſtabilivit.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῇ δευτερίᾳ γραφῇ πολλαχοῦ εὑρήσεις τὸ μαρτύριον ὄνομα, ὃν οἷον καὶ οἱ ἱεροὶ πατέρες ἔφασαν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἐμνήσθησαν. δεῖ τοίνυν εἰπεῖν πρότερον, τίνα ἐστὶ τὰ μαρτύρια. μαρτύρια οὖν λέγονται αἱ τοῦ κυρίου διατάξεις, αἱ διαμαρτυρόμεναι, καὶ ὑπισχνούμεναι, πῶς δεῖ βιοῦν ἡμᾶς, καὶ ὅπως οἱ παραβάντες τῶν τοῦ θεοῦ διατεταγμένων, τιμωρηθήσονται. φασὶν οὖν οἱ τῆς συνόδου πατέρες, ὅτι τοῖς τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀξιωθεῖσιν οἱ θεῖοι κανόνες, καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνων τυπούμενα καὶ ὁριζόμενα, μαρτύρια εἰσι. διαμαρτύρονται γὰρ τῆς ἀρίστης βιοῦν αὐτοὺς καὶ πῶς πολιτεύεσθαι, καὶ τίνων ἐκ παραβάσεως αὐτῶν ἀπειλοῦσι καὶ προδηλοῦσι κόλασιν. εἰσὶ δὲ τοῖς αὐτοῖς οἱ κανόνες καὶ καταρτίσασι, σωτηρίως διηλαδὴ καὶ ῥυθμιζόντες τὸν βίον αὐτοῖς. ὅπερ γὰρ κατορθοῦσι τῷ ἀρίστῳ καὶ εὐαρεστοῦσι θεῷ, τοῦτο μεῖζον οὐκ ἂν εὕροι κατόρθωμα. ταύτας τοίνυν τὰς κανονικὰς διατάξεις ἀσμένως, φασὶ, δεχόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἀγαπητῶς, προσδύμως, μετὰ τοῦ Δαβὶδ ἀδήμως· ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, ὡς ἐπὶ πάντι πλούτῳ, τοῦτο λέγοντες, ὅτι ἀσμένοντες, ἤγουν τῷ ὁδὸν τοῦ βίου ἀνύοντες, καὶ τὰ μαρτύριά σου περπατοῦμεν καὶ εὐφραινόμεθα, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ, ὡς ἐπὶ πάσῃ πάντως καὶ πολυχθεῖ πλούτῳ, ἢ ὥσπερ εἰ πάντα τὸν πλοῦτον ὁμοῦ συναχθέντα εἰς ἕν, εἰ δυνατὸν, εὐχόμεθα. καὶ πάλιν, ὑπετείλω δικαιοσύνην τὰ μαρτύρια σου εἰς τὸν αἰῶνα, συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι. καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἡ προφητικὴ φωνὴ ἐντέλλεται ἡμῖν φυλάττειν τὰ μαρτύρια τοῦ θεοῦ, καὶ ζῆν ἐν αὐτοῖς, δηλονότι ἀκραδάντοις καὶ ἀπειλήτοις μένουσι. ζῶμεν γὰρ ἐν τοῖς τοῦ θεοῦ μαρτυρίοις, ὅταν ἀσάλευτα ταῦτα μένωσι, μὴ παραβαινόμενα παρ' ἡμῶν μηδὲ ἀθετούμενα. ἀκράδαντα δὲ τὰ ἐστηριγμένα καὶ μὴ ῥᾳδίως κινούμενα λέγουσι. κράδη γὰρ ὁ κλάδος λέγεται τῆς συκῆς, ὃς ἀδυνάτως ἔχει καὶ εὐκόλως σαλευόμενος. ὁ γοῦν ἐστηριγμένος καὶ μὴ εὐκόλως κινούμενος ἀκραδάντως λέγεται. εἶτα καὶ τὸν Μωυσῆν παρεισῆγε λέγοντα, ὅτι ἐν αὐτοῖς, τοῖς θείοις δηλαδὴ προστάγμασιν, οὐκ ἔστι προσθῆναι, καὶ ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. καὶ τὸν ἀποστόλου τὸν μὲν πίστιν ἑστηριγμένον Πέτρον ἐν αὐτοῖς καυχώμενον, καὶ εἰ ποντα· εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι, ἅ τινά εἰσιν, οἷς ἐκεῖνός φησιν, ἃ νῦν ἀνηγγέλη ἡμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ἡμῖν ἐν πνεύματι ἁγίῳ. εἰ καί τινες ἑτέρως ἐξηγοῦνται τὸ ἀποστολικὸν τοῦτο ῥητόν. τὸν δὲ τὸν ζῆλον πολλοῦ Παῦλον βλέποντα· καὶ ἄγγελον εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπάγουσιν οἱ τὸν κανόνα τοῦτον ἐκθέμενοι, ὅτι τούτων ὄντως

ZONAR. Pluribus locis teſtimonii nomen in ſacris literis uſurpatum reperias: quorum etiam locorum aliquos ſancti Patres hoc Can. protulere. Eſt igitur primo, quid teſtimonii nomine intelligamus, explicandum. Sunt ergo teſtimonii Domini conſtitutiones, quæ nobis, & quo pacto vita inſtituenda, & quibus ſuppliciis puniendi ſint, quicunque divina imperia contempsêre, teſtantur, atq; ob oculos ponunt. Qui ergo ſacri ordinis dignitate honeſtati ſunt, iis divinos Canones, quæq; illorum auctoritate deſcripta & conſtituta ſunt, teſtimonii loco eſſe debere, hujus Synodi Patres affirmant. Quis enim vitæ modus, quæ ratio unicuique ſervanda, teſtantur, quæque illorum violatoribus pœnæ luendæ ſint, minantur atq; præmonſtrant. Sunt verò iiſdem Canones etiam rectè agendi præcepta: Vitæ ſiquidem illorum honeſtatem tuentur apteq; componunt. Virtutem enim eo pacto in nobis efficiunt, Deóq; conciliant, quo nullum præſtantius rectè agendi præceptum reperiri queat. Has igitur, inquiunt, canonicas conſtitutiones lubenter, hoc eſt, cupide ac alacriter, amplexi, cum Davide illud occinimus; in via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus divitiis: Quaſi ſic dicerent; Nos deambulantes, ſeu vitæ curſum peragentes ex teſtimoniis tuis, oblectamur exultamuſque, ut in omnibus divitiis, non minus videlicet, ac ſi divitiarum omni copia varietateque affluerimus, vel ſi divitiis omnibus in unum locum, ſi fieri poſſet, collectis perfrui datum eſſet. Et rurſum; mandâſti juſtitiam teſtimonia tua in ſeculum, intellectum da mihi, & vivam. Et in ſeculum teſtimonia Dei ſervare prophetica voce jubemur, ac in ipſis vivere, ita ſcilicet ut firma illa, inconcuſſaq; permaneant. Tunc enim in Dei teſtimoniis vivimus, cum ea immota ſtabili veſtigio, nullo noſtro facto violata aut contempta, nituntur. ἀκράδαντα namque dicuntur, quæ firmo nixu hærent, nec ita facile commoveri poſſunt. Eſt enim κράδη ficûs ramus tener & fragilis. Qui igitur ita ſtabilitus eſt, ut haud facili negotio moveri queat, ἀκράδαντος nominatur. Moſem deinde producit, qui ad ea, divina decreta videlicet, nihil addi, nec ab iis quidquam auferri licere affirmat. Tùm ex Apoſtolorum quoq; numero, primum quidem immenſo fidei amore flagrantem Petrum illum, magnifice ſe in ipſis efferentem; in quæ deſiderant, inquit, Angeli proſpicere, quæ ſunt ut ille ait, ea quæ nuntiata ſunt nobis, per eos qui evangelizaverunt nobis in Spiritu ſancto; quamvis alii hunc Apoſtoli locum aliter explicent. Deinde Paulum multo zelo incenſum, qui ſic obteſtatur: vel ſi Angelus annunciet vobis, præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Proinde cum hæc, inquiunt Canonis auctores

ctores, ita conſtituta ſint, nobiſque teſtata, in iis exultantes, ſicut qui invenit ſpolia multa, (Et hoc Davidicum eſt.) Spolia vero dicuntur ea, quibus qui in bello cecidêre induti ſunt, tum veſtes, tum arma, tum quicquid ad ornatum aliquo modo pertinet; Hic ergo lætitiæ magnitudinem Propheta demonſtravit. Nam qui interfectis in bello ſpolia detrahunt, victoriam reportaſſe ac ſuperiores adverſariis fuiſſe intelliguntur, geminâque, partim ob victoriam quâ potiti ſunt, partim ob ſpolia quibus ſunt ditati, voluptate perfruuntur. Eodem modo nos quoque, aiunt Patres, exultabundi, divinos canones pectoribus admovemus, hoc eſt, perlubenti animo accipimus, & amplectimur; quos enim diligimus, pectora brachiis amplexi ſalutamus; vel intimo cordis affectu diligimus, (eſt namque in pectore cordis locus) eorumque conſtitutionis univerſas, neque ulla ex parte labefactatas conſervamus, inquiunt, ac retinemus; ratis ſcilicet ac confirmatis iis canonibus, tum quos Sancti Apoſtoli, tum quos œcumenicæ, quoſque item locales Synodi, quos etiam extra Synodicos conventus ſancti Patres noſtri edidêre. Omnes namque, ejuſdem ſancti Spiritûs lumine illuſtrati, utilia decrevêre, ac omnia, inquiunt, ex illorum inſtitutis nos quoque ſancimus. Quos enim illi anathemate, aut depoſitione, aut ſegregatione, aut aliis pœnis afficiunt, illos eodem prorſus mulctæ genere nos quoque damnamus. Sint etenim mores ſine avaritia, contenti præſentibus, inquit Apoſtolus. Quæ quidem verba Synodi auctores uſurpavêre, illud, ut arbitror, indicantes, ſe nihil ſcilicet ad ea quæ jam ab antiquis Patribus conſtituta ſunt ambitioni ſtudentes adjungere, avarorum more, qui ad ea quæ poſſident aliquid addere aſſiduè contendunt; ſed præſentibus, iis nimirum quæ à Sanctis Patribus definita ſunt, eſſe contentos.

ARIST. *Canones divinos, Sanctorum nempe Apoſtolorum, Synodorum ſex Oecumenicarum, nec non topicarum, utique & Sanctorum Patrum noſtrorum, ab uno ſc. & eodem Spiritu Sancto inſpiratorum, lubenter amplectimur. Eos igitur quos ii anathematizârunt, & nos anathematizamus; quos depoſuerunt, deponimus; quos ſegregârunt, ſegregamus; & quos pœnis ſubjiciebant, eoſdem & nos pœnis ſubjicimus.*

Septima hæc Synodus ſecundo in Nicæa habebatur, ſub Conſtantino execrandi impiiq; Copronymi nepote, & Irene matre ejus ex Athenis oriundâ, congregatis conſilio & adhortatione Taraſii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, trecentis ſexaginta ſeptem patribus divinis. Conventus autem eorum erat adverſus imaginum hoſtes ſive Chriſtianorum accuſatores, & eos anathematizârunt: Eccleſiæ autem antiquum ejus ornatum reſtituerunt, eamque imaginum habere expreſſiones, & relative eas ſalutare recte definierunt: pari vero ratione etiam crucis honorabilis adorari figuram: amplectentes & confirmantes tum ſummâ laude prædicandorum & ſanctorum Apoſtolorum, tum ſex ſanctorum conciliorum generalium, & etiam provincialium Canones; & eos qui ab illis anathematizati fuiſſent, anathematizârunt & ipſi, & depoſitione ob aliquod crimen damnatos, ſimiliter & ipſi condemnarunt, ſegregatos autem ſegregârunt, & pœnis ſubjectos æqualibus pœnis ſubjecerunt; nihil omnino iis, quæ ſanctis Apoſtolis & divinis patribus expoſita & decreta fuerunt, vel addentes vel ſubtrahentes.

ὄντων, καὶ ἀφαιρουμένων ἡμῶν, ἀγαλλιώμεθα ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἴ τις εὕροι σκῦλα πολλά, ὃ τοῦτο τὸ Δαυιδικόν. σκῦλα δὲ τοὺς τοῖς νεκροῖς τοῖς ἐν πολέμῳ πεσοῦσι περικείμενα λέγομεν, εἴτε ἐσθῆτές εἰσιν, εἴτε ὅπλα, εἴτε τι κόσμου. Ὑπέρβαλλον οὖν ἀφ' τούτου ὁ προφήτης ἐδήλωσε τὴν ἀγαλλίασιν· οἱ γὰρ τοὺς ἐν πολέμῳ πεσόντας σκυλεύοντες νενικηκέναι ἂν νοοῖντο, καὶ τῶν ἐναντίων ὑποχειρίους, καὶ διπλοῦν τὸν ἀγαλλιασιν ἔχουσι, τὸν μὲν ἀφ' τῷ νικᾶν, τὸν δὲ ἀφ' ᾧ πλοῦτον, ὃν ἐκ τῶν σκύλων συνήγαγον. ὅπως οὖν καὶ ἡμεῖς, οἱ πατέρες ὅτοι φασίν, ἀγαλλόμενοι τοῖς θείοις κηρύγμασι ἐντρυφῶμεν, ἀντὶ δὲ ἀγαπητικῶς δεχόμεθα καὶ κατασπαζόμεθα. ὃν γὰρ ἀγαπῶμεν, φέρε καὶ στέρνα ταῖς φρενικαῖς πλοκαῖς πλέκοντες καταπασπαζόμεθα, ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐγκαρδίως φιλοῦμεν· φέρε καὶ στέρνα γὰρ ἡ καρδία ἡμῶν. καὶ ὁλόκληρον καὶ ἀσάλευτον τὸν αὐτῶν ἀγαλλασμὸν πρῶμεν φασί. κρατυνομένων ἤγουν ὑποκειμένων καὶ βεβαιουμένων τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐξ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν κατὰ τόπους συναθροισθεισῶν, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν, δηλαδὴ τῶν ἐκτὸς συνόδων κηρύξαντων· πάντες γὰρ ὁμοτρόπως ἁγίου φωτισθέντες τοῦ νοὸς ὥρισαν τὰ συμφέροντα, καὶ πάντα, φασὶ, κατ' ἐκείνους καὶ ἡμεῖς πεπείσμεθα. ὃν γὰρ ἐκεῖνοι ἀναθεματίζουσι, καὶ ἡμεῖς. ὧν δὲ ἀφορίζουσι, καὶ ἡμεῖς· οἷς δὲ ἐπιτιμῶσι, καὶ ἡμεῖς. ἀφιλάργυρον γὰρ ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσι, καὶ μὴ ῥητὸν ἀποστολικόν. ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ οἱ τῆς συνόδου, δηλοῦντες οἶμαι, ὅτι οὐδὲν πλέον τοῖς περὶ ἐκείνων ἀγαλλασιν θέλομεν ἡμεῖς προσθεῖναι ἢ φιλοδοξίαν ἁπλῶς δυόμενοι, ὡς οἱ φιλάργυροι ἀεὶ ζητοῦντες, οἷς ἔχουσι, προσθήναι, ἀλλ' ἀρκούμεθα τοῖς παροῦσι τοῖς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων δηλονότι ὁρισθεῖσιν.

ΑΡΙΣΤ. Τοὺς θείους κηρύγματα ἀσπασίως ἐντρυφῶμεν, τῶν τε ἁγίων ἀποστόλων, τῶν ἐξ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν τοπικῶν, προ δὲ καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν, ὡς ὑπ' ἐνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος ἐμπνευσθέντων. τοὺς οὖν ἀνεθεμάτισαν, ἀναθεματίζομεν· καὶ οὓς καθεῖλον, καθαιροῦμεν· οὓς ἀφώρισαν ἀφορίζομεν· καὶ οὓς ἐπετίμησαν, ἐπιτιμῶμεν.

Ἐπὶ Κωνσταντίνου δὲ ἐγήρω τὴν αἱρετικὴν ταραχὴν καὶ θεομισῆ Κοπρωνύμου, καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῆς ἐξ Ἀθηνῶν, ἡ θεία ἐδόθη γήρυνε Συνόδου ἐν Νικαίᾳ δεύτερον, συναγελθέντων συμβουλῇ καὶ θεσπίσματι Ταρασίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτὰ θεοφόρων πατέρων. ἃ δὴ συνέλθοντες τότων γήρυνε τῆς οἰκουμενικῆς, ἤτοι χριστιανοκατηγόρων· καὶ τούτους ἀνεθεμάτισαν. τῇ δὲ ἐκκλησίᾳ τὸν ἀρχαῖον αὐτῆς κόσμον ἀπεδείκνυσι, καὶ τὰς εἰκονικὰς ἀνατυπώσεις ἔχειν αὐτῷ, καὶ χρῆναι τὰς αὐτὰς, καλῶς διωρίσαντο· αἰσθητῶς δὲ καὶ τύπον τῆς τιμίας προσκυνεῖσθαι σταυροῦ· ἀσπασάμενοι καὶ κρατήσαντες τάς τε τῶν παναγίων καὶ ἁγίων ἀποστόλων εἰκόνας, τῆς τε ἁγίων οἰκουμενικῆς ἐξ συνόδων, καὶ τῶν τοπικὰς συναθροισθεισῶν· καὶ τὰς μὴ ἀναθεματισάντας. ὑπ' αὐτῶν ἀναθεματίζουσι καὶ αὐτοί· τὰς δὲ καθαιρέσει ἢ πλαῖσμα κεκλικριδίνται, ὡσαύτως καὶ ἔτοι καθαιροῦσι· τὰς δὲ ἀφωρισμένας ἀφορίζουσι· καὶ τὰς ἐπιτιμίοις καθυποβαλλομένας, ἐπιτιμῶσιν ὅπως, μηδέν τι προστιθέντες ἢ ὑφαιροῦντες τῶν παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν θεοφόρων πατέρων ἐκτεθέντων καὶ ὁρισθέντων.

ΚΑΝΩΝ β'.

Επειδὴ ψάλλοντες σωτηριώμεθα τῷ Θεῷ, ὃν τοῖς δικαιώμασι σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλησόμεθα τῶν λόγων σου πάντας μὲν Χριστιανοὺς τοῦτο φυλάττειν σωτήριον, κατ' ἐξαίρετον δὲ τοὺς τὴν ἱερατικὴν ἀμπεχομένους ἀξίαν. ὅθεν ὁρίσαμεν, πάντα τὸν προάγεσθαι μέλλοντα, εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς βαθμὸν, πάντως τὸ ψαλτήριον γινώσκειν, ἵνα, ὡς ἐκ τούτου, καὶ πάντα τὸν κατ' αὐτὸν κλῆρον ὕπου νουθετῆ μυεῖσθαι· ἀνακρίνεσθαι δὲ ἀσφαλῶς ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου, εἰ προσηκόντως ἔχει ἀναγινώσκειν ἑρμηνευτικῶς καὶ οὐ κατοδυτικῶς τοὺς τε ἱεροὺς κανόνας, καὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, τὰ τε τοῦ Θείου ἀποστόλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν Θείαν γραφήν· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ ἐντάλματα ἀναγρέφεσθαι, καὶ διδάσκειν τὸν κατ' αὐτὸν λαόν. ὑσία γὰρ τὰ καθ' ἡμᾶς ἱερατικὰ τὰ θεοπαράδοτα λόγια, ἤγουν αἱ τῶν Θείων γραφῶν ἀληθινὰ ὑπογράμματα· καθὼς ὁ μέγας ἀπεφήνατο Διονύσιος. εἰ δέ τις ἀμφιβάλλοι, καὶ μὴ ἀσμενίζει ὕπου ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, μὴ χειροτονείσθω. ἔφη γὰρ προφητικῶς ὁ Θεός· σὺ ἐπέγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπωσομαί σε τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι.

ΒΑΛΣ. Εἰδότες οἱ ἅγιοι πατέρες, ὅτι διὰ τὸν τῶν εἰκονομάχων αἵρεσιν οἱ πλείους τῶν ἐξηρημωμένων, ὡς φυγόντες, καὶ μὴ δυνάμενοι κἂν εἰς ὄψιν ἀνθρώπων ἔρχεσθαι, εἶπον· ὡς καὶ πάντες μὲν Χριστιανοὶ ἀναγκάζονται τῇ Θείᾳ γραφῇ ἀναγινώσκειν μετ' ἐρεύνης· πολλῷ δὲ πλέον οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ πρὸς τὸ διδάσκειν τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν τεταγμένοι. διὸ καὶ ὡρίσαντο μὴ ἄλλως τινὰ χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ τὸν ψαλτήριον γινώσκει, καὶ ἀνακρινόμενον ὑπὸ τοῦ μέλλοντος χειροτονεῖν αὐτὸν, ὁποῖόν ἔφεσιν ἔχει πρὸς τὸ μάθημα τῆς Θείας γραφῆς, καζήτηται τὴν μελέτησιν τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱερῶν καὶ Θείων κανόνων, καὶ τῶν λοιπῶν, μετ' ἐρεύνης δηλονότι, καὶ ἐν κατ' πάροδον· ἀναστρέφεσθαι δὲ καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ ἐντάλματα, καὶ διδάσκειν τὸν Κυρίου λαόν, καὶ ἁπλῶς εἶναι ἕτοιμον εἰς τὸ διδάσκειν, καὶ ἀποκρίνεσθαι τὰ εἰκότα πρὸς τῶν θεοπαραδότων λογίων τῶν ὄντων ὑσίαν τοῦτο σύστασιν τῆς ἱερωσύνης. εἴποι δέ τις, πῶς οἱ ἅγιοι πατέρες οὐκ εἶπον ὀφείλειν χειροτονεῖσθαι τοὺς εἰδότας τοὺς ἱεροὺς κανόνας, τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον καὶ τὰ λοιπὰ, ἀλλὰ τοὺς εἰδότας μόνον τὸν ψαλτήριον, καὶ ἐπαγγελλομένους σπουδὴν καὶ τῶν τοῦ λοιπῶν μαθήσεως; Λύσις. τὸ μὲν εἰδέναι τὸν ψαλτήριον, ὡς ἀπαιτούμενον ἐξ ἀνάγκης, ἀπαιτήθη καὶ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, ἀσυμπαθῶς τοὺς χειροτονεῖσθαι ὀφείλοντας· τῶν δὲ λοιπῶν Θείων διδαγμάτων ἡ καζήλησις οὐκ ἐζητήθη, διὰ τὸ μὴ ὀφειλόμενον εἶναι καὶ τοὺς μήπω ἀξιωθέντας διδασκαλικοῦ ἀξιώματος τοιαύτης ἀναγνώσεσι ἑαυτοὺς ἀπασχολεῖν, καὶ μᾶλλον τότε, ὅτε οἱ Χριστιανοὶ φυγαδείας κατεκρίνοντο. ἵνα τί γὰρ, εἶπον, ὁ ἀπὸ τῶν ἄλλων βιωτικῶν ἴσως ἐργασιῶν εἰς χειροτονίαν μεταπαλεύμενος, καὶ διὰ τοῦτό τε καὶ διὰ τὸν τῶν ὀρθοδόξων στενοχωρίαν συλλογιζόμενος, ἵνα χειροτονηθείη, ὡς μὴ ἔχων καζήλησιν ἀκριβῆ τῆς Θείας γραφῆς; διὰ, φασὶν, εἰ πρὸς ταύτην ἕτοιμός ἐστι, καὶ ἐπαγγέλλεται μετὰ διαθέσεως σπουδὴν τῆς ἀναγνώσεως αὐτῆς, χειροτονηθήσεται, ὅτι μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι τῶν τῶν ἄλλων ὀχλήσεως, καὶ ἀναδέξασθαι τὸ διδασκαλικὸν ἀξίωμα, ἐξ ἀνάγκης ἡ καταισχύνη ἐπάγγελμα, ἀλλὰ γνήσιος ἔσται τούτου καὶ μάθοι, καὶ ῥᾳδίως ἔξει τῆς ὑπομνήσεως τῆς Θείας γραφῆς.

ΖΩΝΑΡ. Πάντας μὲν δεῖ τοὺς πιστοὺς ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ μελέταν δικαιώμασι, καὶ μὴ ἐπιλανθάνεσθαι τῶν λόγων αὐτοῦ· ἐξαιρέτως δὲ τοὺς τὸ ἱερατικὸν ἀμπεχομένους, ἐνδεδυμένους, περικειμένους ἀξίωμα. διὸ καὶ ὁ κανὼν ὅπερ τὸν εἰς ἐπισκοπὴν προάγεσθαι μέλοντα κελεύει τὸ ψαλτήριον γινώσκειν, ἵνα καὶ τὸν οἰκεῖον ὅπως ἐκπαιδεύῃ μυεῖσθαι λαὸν, ἀντὶ τοῦ μυεῖσθαι. ἀνακρίνεσθαι δὲ βέλει αὐτὸν παρὰ τοῦ μέλλοντος χειροτονεῖσθαι αὐτὸν μητροπολίτου,

Canon II.

Quoniam psallentes Deo repromittimus, In justificationibus tuis meditabor, non oblivisçar eloquiorum tuorum: omnes quidem Christianos hoc servare saluberrimum est; eos autem præcipuè qui sacerdotalem dignitatem obtinent. Quamobrem decernimus, quemlibet quidem, qui ad Episcopalem gradum est provehendus, Psalterium omnino nôsse, ut ex eo omnem quoque suum clericum ita institui moneat: à Metropolitano autem bene examinari, an ad sacros Canones diligenter ac cum perscrutatione, non autem obiter cursimque legendos prompto paratóque sit animo, & sacrum etiam evangelium & librum divini Apostoli omnemque divinam scripturam; & in divinis præceptis versari, & populum sibi commissum docere. Nostræ enim hierarchiæ substantiæ sunt eloquia divinitùs tradita, divinarum scilicet scripturarum vera scientia; sicut & magnus ait Dionysius. Si autem dubius animi fuerit, & non lubenter hæc facere & docere voluerit, non ordinetur. Prophetiçè enim dixit Deus; Tu repulisti scientiam, & ego te repellam ne sis mihi sacerdos.

BALS. Cùm scirent sancti patres, quod propter imaginum adversariorum hæresin complures fideles fieri agrestesque evaserunt, ut qui fugerent, & ne in hominum quidem conspectum venire auderent, dixerunt, quod omnes quidem Christiani coguntur cum perscrutatione divinam scripturam legere; multo autem magis Antistites, qui ad sibi subjectum populum docendum ordinati sunt. Unde etiam definierunt, non alias ordinari quempiam, quam si nôrit Psalterium, & ab eo, qui est ipsum ordinaturus, examinatus, quodnam sit ejus in sanctam scripturam desiderium, asserat se sacrorum & divinorum Canonum ac reliquorum lectioni operam dare cum diligenti scilicet investigatione, & non obiter: versari autem etiam in divinis præceptis, & Domini populum docere; & esse, ut semel dicam, promptum ad docendum & respondendum, quæ sunt consentanea, de eloquiis à Deo traditis, quæ quidem sunt substantia seu constitutio sacerdotii. Dixerit autem quispiam, Cur sancti patres non dixerunt eos debere ordinari, qui sacrum Canonem nôrunt, sanctum Evangelium, & reliqua: sed eos qui Psalterium tantum nôrunt, & profitentur se reliquorum quoque discendorum curam gerere? Solutio. Scire quidem Psalterium, ut necessario requisitum, eos, qui citra ullam commiserationem ordinari debent, à sanctis quoq; patribus postulatum est: reliquarum autem doctrinarum comprehensio non requirebatur, eo quòd jure exigi non potest, ut qui docendi auctoritatem & munus nondum sunt assecuti in ejusmodi lectionibus versentur, & maximè eo tempore, quando Christiani exilii pœna damnabantur. Quidni ergo, dixerunt, qui ab aliis, quibus victus paratur, artificiis ad ordinationem accersitur, cuique propterea, & propter orthodoxorum angustias, venia datur, ordinetur, ut qui non habeat exactam divinæ scripturæ comprehensionem? Ideo, inquiunt, si ad eam paratus sit, & se ad eam diligenter legendam operam positurum profiteatur, ordinabitur: quia postquam ab aliarum rerum molestia est liberatus, & docendi auctoritatem susçepit, professionem suam dedecore non afficiat; sed in eo solo versetur necesse est, & divinæ scripturæ scientiam facile assequetur.

ZONAR. Omnes quidem fideles in justificationibus Dei meditari, nec illius sermonum oblivisci decet: sed eos maximè, qui sacerdotalem dignitatem obtinent sive eâ prædicti atque ornati sunt. Quicunque igitur ad Episcopatum fuerit evehendus, hunc præsens Can. in Psalterii cognitione versatum esse jubet, ut hoc pacto ab illo populus quoque initiari, hoc est eadem cognitione imbui discat. Examinati porro illum vult ab eo, à quo renuntiandus est, Metropolitano,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

an ſacros Canones, Evan. Apoſtoli librum, omnia deniq; A divinæ ſcripturæ monumenta perlegere velit. Ac ita quidem perlegere, ut reconditas abditaſque illorum ſententias ſcrutetur, proindeque, & uniuſcujuſque rei rationem intelligat, & populo ſibi commiſſo erudiendo ſit idoneus, ipſumque interrogantibus reſpondere paratus; juxta divinum Apoſtolum, qui jubet fideles, paratos eſſe ſemper reſpondere omni petenti ab ipſis rationem de ea, quæ in nobis eſt, ſpe: Non autem perfunctoriè, hoc eſt, alias res agens, & verbis ſolum recitandis occupatus, ſubjectas vero ſententias cognitione nequaquam attingens. Nec ſolum ab eo ſacrarum literarum ſtudium, quod diximus, poſtulari; ſed ut vitam præterea ac mores ad legis divinæ præſcriptum normamq; componat, exigi placet neq; id B tantum, ſed ut in erudiendo præterea credito ſibi populo elaboret. Sunt etenim ejus, quæ apud nos eſt, hierarchiæ ſubſtantia, ut magnus Dionyſius indicavit, eloquia divinitùs tradita, hoc eſt, divinarum ſcripturarum vera cognitio. Subſtantia vero hierarchiæ divina ſcriptura vocata eſt, quòd ex illa nimirum tota ejus conſtitutio pendeat. De ſubſtantia porro, iis qui extra ſunt, hoc tempore plura dicere alienum mihi viſum eſt. Vel enim qui ſe ad cognoſcendos Can. contulere liberali doctrina expoliti ſunt, ejuſque definitionem, & quæcunque de illa in prædicamentis traduntur, novere; vel, ſi politioris literaturæ ignari ſunt, C fruſtra illis, quæcunq; hac de re dici poſſunt, inculcaveris. Hæc igitur ſiquidem Epiſcopus ſe facturum recipiat, ipſeque hanc vitæ normam amplecti, tum in aliorum quoque moribus componendis laborem ſuſcipere non recuſet, eum ordinari patres jubent: ſin dubius ſit animi, & non libenter accipiat, hoc eſt, amet, & prompto ſit animo ita facere & docere, non ordinari. His præterea prophetæ verba ſubjiciunt.

ARIST. *Qui futurus eſt Epiſcopus, pſalterium noſcat: pernoſcat, quod legit, non ſimpliciter, ſed cum perſcrutatione, ſacros Canones, ſanctum Evangelium, Apoſtoli librum, & divinam ſcripturam univerſam: ſin minus, ne ordinetur.* D

Eum, qui ad Epiſcopatus gradum promovendus eſt, oportet pſalterium omnino noſcere illudq; interpretari, ut & Clerum ſuum ſic diſcere edoceat. Quam diligenter etiam à Metropolitano examinari an ſacros Canones accuratè poteſt legere, & ſanctum evangelium, & divini Apoſtoli Pauli librum, & totam ſcripturam divinam, & mentem illorum inveſtigare, & quæ ſcripta ſunt intelligere. Quandoquidem vera divinarum ſcripturarum ſcientia eſt conſtitutio & ipſa Hierarchiæ eſſentia, ſecundum magnum Dionyſium: & ſcientiâ ſic inſtructum, eum ordinari: ſin minus, non ordinari. Dixit enim Deus per prophetam, Tu ſcientiam repulisti, & ego te repellam, ne ſis mihi ſacerdos. E

CANON III.

Omnem electionem Epiſcopi vel Presbyteri vel Diaconi, quæ ſit à magiſtratibus, irritam manere, ex Canone dicente: Si quis Epiſcopus, ſecularibus magiſtratibus uſus, per eos Eccleſiam obtinuerit, deponatur & ſegregetur, & omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum, qui ad Epiſcopatum promovendus eſt, ab Epiſcopis eligi; quemadmodum à ſanctis patribus Nicæa decretum eſt in Canone, qui dicit, Epiſcopum oportet F *maxime quidem ab omnibus, qui ſunt in provincia, conſtitui: ſi autem hoc difficile fuerit, vel propter urgentem neceſſitatem, vel propter viæ longitudinem, tres omnino eodem convenientes, (iis quoque, qui abſunt, ſimul ſuffragium ferentibus & aſſentientibus per literas) tunc facere electionem. Eorum autem, quæ per unamquamque provinciam fiunt, confirmationem tribui Metropolitano.*

BALS. Tempore præſentis Synodi eligebantur quidam, ut eſt veriſimile, quorundam procerum poteſtate

εἰ θέλῃ ἀναγινώσκῃν τὰς ἱερὰς κανόνας, Ϛ εὐαγγέλιον, τὸ τοῦ ἀποστόλου βιβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν γραφήν. ἀναγινώσκειν δὲ ἐρμηνευτικῶς, ὥστε εἰδέναι αὐτὸν ἐκφέρειν, καὶ ἱκανὸν εἶναι πρὸς διδασκαλίαν τοῦ ἴδιου αὐτοῦ λαοῦ, καὶ ἕτοιμον πρὸς ἀπόκρισιν τοῖς ἐρωτῶσιν αὐτὸν, καθὰ καὶ θέσμον ἀποστολον, προσηγόρευσε τοῖς πιστοῖς, ἵνα ἕτοιμοι ὦσιν ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι αὐτοὺς λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. ἀλλὰ μὴ παρερμηνευτικῶς, ἤγουν ἀνορθογράφως, καὶ μόνα τὰ ῥήματα λέγοντα, τῆς δὲ ἐννοίας μὴ προσαπτόμενον. καὶ ὁ μόνον οὕτως ἀναγινώσκειν τὴν θείαν γραφὴν ἀπαιτοῦσιν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ καθὰ θέσμια ἐπιτηδεύματα ἀναστρέφεσθαι καὶ βιοῦν καὶ οὐδὲ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν τὸν ἐπ' αὐτὸν λαόν. οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας τὰ θεοπαράδοτά εἰσι λόγια, ἤγουν ἡ τῶν θείων γραφῶν ἀληθινὴ ἐπιστήμη, ὡς ὁ μέγας ἀπεφήνατο Διονύσιος. οὐσία δὲ τῆς ἱεραρχίας ἐκλήθη ἡ θεία γραφὴ, ὡς σύστασις ταύτης. ἄχρηον γάρ μοι κέκριται τὸ πλέον εἰπεῖν τι περὶ οὐσίας καθὸ τοὺς ἔξω. ἡ γὰρ τῶν μελλόντων παιδείας οἱ τὰς κανόνας μετιόντες εἰσὶ, καὶ οἴδασι τὸν ὅρον ταύτης, ἃ ὅσα ὑπὸ τῆς καθηγεμονίας περὶ αὐτῆς εἴρηται, ἢ ἄγνωσοι παιδείας εἰσὶ, καὶ μάτην ὅσα ἄν τις εἴποι πρὸς ἐκείνους αἰρήσονται. εἰ μὴ δὲ ταῦτα ὑπαρχήσειαν ποιεῖν, καὶ ὅταν βιοῦν, καὶ τοὺς ἄλλους ῥυθμίζειν, χειροτονεῖσθαι αὐτὸν κελεύουσιν οἱ πατέρες· εἰ δὲ ἀμφιβάλλοι, καὶ μὴ ἀσμενίζοι, ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷ, προθυμεῖται οὕτως ποιεῖν καὶ διδάσκειν, μὴ χειροτονεῖσθαι, καὶ ὅτι τούτοις ἐπάγουσι τὰ προφητικὰ ῥήματα.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ μνησόμενος Ἐπισκοπος, γινωσκέτω τὸ ψαλτήριον· διαγινωσκέτω, ὅτι ἀναγινώσκει, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐρευνητικῶς, τοὺς ἱεροὺς κανόνας, τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ τοῦ ἀποστόλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν γραφήν· εἰ δὲ μὴ, μὴ χειροτονείσθω.

Τὸν μέλλοντα εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προάγεσθαι βαθμὸν, δεῖ πάντως τὸ ψαλτήριον γινώσκειν, καὶ ἑρμηνεύειν αὐτὸν, ἵνα καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ κλῆρον οὕτω μεμαθηκέναι διδάσκει. ἐξετάζεσθαι δὲ ἀσφαλῶς καὶ ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου, εἰ δύναται τοὺς ἱεροὺς κανόνας ἀναγινώσκειν, τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ τοῦ θείου ἀποστόλου Παύλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν γραφὴν, καὶ τὴν νῦν αὐτῷ ἑρμηνεῦαι, καὶ συνιέναι τὰ γεγραμμένα· ὅτι σύστασις καὶ οὐσία τῆς ἀρχιερωσύνης ἡ τῶν θείων γραφῶν ἐστιν ἀληθινὴ ἐπιστήμη, καὶ τὸ μέγα Διονύσιον· καὶ ὅταν ἐκρίθαι γνώσεως χειροτονεῖσθαι αὐτόν· εἰ δὲ μὴ, μὴ χειροτονεῖσθαι. εἶπε γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου, Σὺ ἐπέγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε, τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι.

ΚΑΝΩΝ γ'.

Πᾶσαν ψῆφον γινομένην παρὰ τῶν ἀρχόντων, Ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου, ἄκυρον μένειν τὸν κανόνα λέγοντα· εἴ τις Ἐπίσκοπος κοσμικαῖς ἀρχούσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐκκλησίαν ἐκράτησε, καθαιρείσθω καὶ ἀφορίζεσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα προβιβάζεσθαι εἰς ἐπισκοπὴν, ὑπὸ Ἐπισκόπων ψηφίζεσθαι· κανὼν γὰρ τῶν ἁγίων πατέρων τὸν ἐν Νικαίᾳ ὥρισεν ἐν τῷ κανόνι τῷ λέγοντι· Ἐπίσκοπον πρέπει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι· εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τοῦτο, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξαπαντὸς τρεῖς ὄντι ὡς αὐτὸ συναγομένους (συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων) τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι· τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.

ΒΑΛΣ. Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς νῦν συνόδου ἐψηφίζοντό τινες, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ ἐξουσίας τινῶν διὰ δυναστευόντων ὑπεναντίως

Ψηφιοποιήθηκε από τη

ανπίως τῷ θεῖ τέτῳ ἀποστολικῷ κανόνι. μὴ ἀνεχόμενοι οὖν τῶν οἱ ἅγιοι πατέρες, ὥρισαν πρὸ τοιούτου ψῆφον ἄκυρον εἶναι ἀκολούθως τῷ ῥηθέντι ἀποστολικῷ κανόνι, τὸν διορίζομένην τὰς ὕστερον ψηφοφορίας καθαιρέσεις καὶ ἀφορίζειν τὰς τῆς κοινωνίας αὐτοῖς ἀφορίζειν· δεῖ μέντοι ψῆφον ὀφειλῆ γίνεσθαι κατὰ τὸν δ'. κανόνα τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ. καὶ ἀναγνῶναι οὖν τὸν τοιοῦτον κανόνα, καὶ τὸν λ'. κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τὰς ἑρμηνείας αὐτῶν. τί δὴ τῶν κανόνων μὴ διορίζομένων διὰ ψήφου γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων, ἀλλὰ μόνον τῶν Ἐπισκόπων, πῶς ὁ κανὼν φησιν ἀκυροῦσθαι τὰς ὑπὸ ἀρχόντων γινομένας ψήφους Ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων καὶ διακόνων; Λύσις. τινὲς εἶπον καὶ τὰς τρεῖς χειροτονίας ὅτι ἑνὸς προσώπου ὀφείλειν ἐκλαμβάνεσθαι, καὶ τὸν οὕτω γινόμενον ψῆφον χάριν δέ τινος, ἐφ' ᾧ γίνεσθαι διάκονον, πρεσβύτερον, καὶ οὕτως Ἐπίσκοπον, ἄκυρον εἶναι· ἕτεροι εἶπον, ὅτι τὸ παλαιὸν αἱ ψῆφοι παρὰ τοῦ δήμου ἐγίνοντο, καὶ ἐψηφίζοντο μόνον Ἐπίσκοποι, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ κανὼν τὰς κατὰ δυναστείαν ἀρχοντικὴν γινομένας ψήφους Ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἀκυροῦσθαι· ἄλλοι δέ εἶπον, ὡς ὅτι μὲν Ἐπισκόπου ἡ ψῆφος κατὰ χειροτονίαν ἐρρέθη· ὅτι δὲ πρεσβυτέρου καὶ διακόνου καταχρηστικῶς· ἀντὶ γὰρ χειροτονίας ἐξελήφθη· ὅθεν καὶ ἐμοὶ ἀρέσκει, διορίσοντι καὶ ἑτέρους κανόνας τὴν ψῆφον ἀντὶ χειροτονίας ὀνομαζομένους. τῶν δὲ ἀρχόντων μὴ δυναμένων ὅλως ψηφίζεσθαι Ἐπισκόπους, πῶς ὁ κανὼν διορίζεται ἀκυροῦσθαι τὰς παρὰ τούτων γινομένας ψήφους; Λύσις. ὅτι δεῖ ψήφων παρὰ ἀρχόντων γινομένων ὁ κανὼν διατάττει, ἀλλὰ δεῖ ψήφων Ἐπισκόπων, προβαινουσῶν κατ' ἐξουσίαν ἀρχοντικήν, καὶ δεῖ ψήφων ἤτοι χειροτονιῶν πρεσβυτέρων ἢ διακόνων, προβαινουσῶν κατὰ κέλευσιν ὁμοίαν. φησὶ γοῦν, αἷς κἂν τῷ δόκειν παρὰ τῶν ἐχόντων ἐξουσίαν ἀρχιερέων γίνωνται, ἀλλ' ἐπεὶ κατ' ἀναισχυντίαν καὶ βίαν προβαίνουσιν, ὀφείλουσιν ἀκυροῦσθαι καὶ ἀναλύεσθαι.

contrà quam Canone Apostolico traditum est. Hoc ergo sancti patres non sustinentes, statuerunt, dictam electionem esse irritam consequenter dicto Apostolico Canoni, qui decernit eos qui sic electi fuerint, deponendos & segregandos, eosque excommunicandos qui cum illis communicaverint: oportet autem electionem fieri prout vult IV. Canon sanctorum patrum concilii Niceni. Et illum itaque Canonem & XXX. sanctorum Apostolorum eorumque interpretationes lege. Atqui cum non decernant Canones Presbyterorum & Diaconorum ordinationes electione fieri, sed solum Episcoporum; quomodo dicit Can. irritas esse electiones Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, quæ fiunt à magistratibus? Solutio. Dicebant quidam, tres ordinationes in una persona intelligi debere, & eam quæ sic fit electionem alicujus, ea de causa ut fiat Diaconus, Presbyter, & sic Episcopus, nullius esse momenti. Alii dicebant, quod antiquitùs electiones fiebant à populo, & eligebantur, non solum Episcopi, sed etiam Presbyteri & Diaconi: & propterea dixit Canon; Quæ magistratus auctoritate fiunt, electiones Episcoporum vel Presbyterorum vel Diaconorum, non valere. Alii autem dixerunt, quod in Episcopo quidem electio propriè dicta est; in Presbytero autem & Diacono abusive: pro ordinatione enim accepta est; quod mihi quoque placet, cum inveniam alios etiam Canones, qui electiones pro ordinatione accipiunt. Cùm autem non possint omnino Magistratus Episcoporum eligere, quomodo decernit Can. ut quæ ab iis fiunt electiones sint irritæ? Solutio. De electionibus, quæ magistratibus vel principibus fiunt, non decernit hic Canon: sed de electionibus Episcoporum, quæ principum seu Magistratuum potestate procedunt: & de electionibus seu ordinationibus Presbyterorum vel Diaconorum, quæ simili jussu procedunt. Dicit ergo, quod etiamsi opinione ac specie ab antistitibus, penes quos est eligendi potestas, fiant, quoniam tamen potentia ac vi procedunt, infirmari debent & resolvi.

ΖΩΝΑΡ. Παλαιὰ ἡ κακία. ἐγίνοντο γὰρ καὶ πάλαι ἄθεσμά τινα, καὶ ἄρχοντες τῇ δυναστείᾳ διαῤῥοῦντες ἐψηφίζοντο Ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους προσέταττον γίνεσθαι. ταῦτα οὖν ἡ ζωσιμὰς κωλύει, καὶ ἀποστολικὸν κανόνα παράγουσα, ὃς καὶ δι' ἀρχόντων ἐγκρατῆ γιγόμενον ἐκκλησίας Ἐπίσκοπον καθαιρῇ ἅμα καὶ ἀφορίζῃ, μεγάλης τιμωρίας ἀξιῶν καὶ τοῦτο ποιοῦντα, καὶ οὐκ ὀκνηρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ. ὀφείλῃ δὲ ὑπὸ Ἐπισκόπων ψηφίζεσθαι καὶ εἰς ὑπηρεσίαν προχειρίζεσθαι μέλλοντα, καὶ μέμνηται τοῦ πεντάρτου κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων, ὃς ἐξηγεῖται ὀκνῶ.

ZONAR. Vetus malum improbitas est. Et vero antiquis etiam temporibus aliqua contra legum sanctiones admittebantur, ac Principes viri, potentia imperii freti, Episcopos eligebant, & Presbyteros ac Diaconos fieri pro potestate jubebant. Nihil igitur ejusmodi Synodus in posterum licere decernit, profertq; Apostolicum Canonem, quo, si quis Episcopus Magistratuum opera Ecclesiam obtinuerit, illum depositione simul ac segregatione (magno videlicet supplicio, qui id fecerit, dignum existimans,) nec illum tantùm, sed quicunq; ab ejusdem communione non abstinuerit, puniri jubet. Ab Episcopis autem eum, qui ad Episcopatum evehendus est, renunciari placet, ac quarti Canonis à sanctis Patribus in Nicæna Synodo editi mentionem adjungit, qui ibidem explicatur.

ΑΡΙΣΤ. Πᾶσα ψῆφος ὑπὸ κοσμικῶν ἀρχόντων γινομένη ἄκυρος ἔστω.

ARIST. *Omnis electio à secularibus magistratibus facta irrita sit.*

Ἐν πολλοῖς τῶν κανόνων εἴρηται, ὅτι ὑπὸ πάντων τῶν Ἐπισκόπων ἐπαρχίας ὀφείλειν ψηφίζεσθαι, (εἴγε τοῦτο δυνατόν,) καὶ μέλοντα εἰς ὑπηρεσίαν προβιβάζεσθαι. εἰ δὲ μή, κἂν ὑπὸ τριῶν Ἐπισκόπων, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν λοιπῶν διὰ γραμμάτων· ὅ γε κοσμικῆς ἀρχῆς χρήσασθαί τινα, καὶ δι' αὐτῶν ἐκκλησίας τινὸς ἐγκρατῆ γενέσθαι, οὐ μόνον ἐστὶν ἀνίσχυρον, ἀλλὰ καὶ καθαίρεσιν, καὶ ἀφορισμὸν ἐπάγει τῷ τοιοῦτον προχειρισαμένῳ τῆς ἱερωσύνης τυχόντι.

In multis Canonibus dicitur, quod ab omnibus cujusque provinciæ Episcopis (si quidem fieri id potest) eligi debet, qui ad Episcopatum est promovendus: sin minus, à tribus saltem Episcopis, absentibus etiam per literas suffragia sua ferentibus. Secularibus autem principibus uti quemlibet, & per eos Ecclesiæ alicujus possessorem fieri, non modo infirmum est, sed & depositionem & segregationem ei affert, qui tali modo sacerdotium obtinuit.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Canon IIII.

Præco veritatis magnus Paulus divinus Apoſtolus, quendam veluti Canonem Epheſiorum Presbyteris imponens, vel univerſæ potiùs ſacerdotali multitudini, ſic libere dixit: Argentum vel aurum vel veſtem nullius concupivi, omnia vobis oſtendi, quod oportet ſic laborantes infirmos ſuſcipere, dare beatius quam recipere exiſtimantes. Quocirca nos ab eo edocti ſtatuimus, ne turpis lucri gratia Epiſcopus excuſationes in peccatis excogitans, aurum vel argentum vel ullam aliam ſpeciem ab iis, qui ſibi ſubſunt, Epiſcopis vel Clericis vel Monachis exigat. Dicit enim Apoſtolus; Injuſti regnum Dei non poſſidebunt: nec debent liberi parentibus theſaurum parare, ſed parentes liberis: Si quis ergo per exactionem auri, vel alicujus alterius ſpeciei, vel propter aliquam propriam affectionem à miniſterio arcere inventus fuerit, vel ſegregare ſuorum Clericorum aliquem, vel venerandum templum claudere, ne in eo divina fiant miniſteria, & ad id, quod non eſt ſenſu præditum, ſuam inſaniam immittens; eſt revera ſine ſenſu, & talionis erit legi obnoxius: & labor ipſius in caput ejus redibit, ut qui ſit mandati Dei & Apoſtolicarum Conſtitutionum tranſgreſſor. Præcipit enim & Petrus Apoſtolorum ſummus; Paſcite gregem Dei, qui penes vos eſt, Epiſcopatum gerentes, non per vim, ſed ſponte ac voluntariè ſecundum Deum; neque turpis lucri gratia, ſed promptè & alacriter; nec ut dominatum in Clerum obtinentes, ſed gregis exemplaria exiſtentes; & cùm ſummus paſtor apparuerit, quæ nec corrumpi nec marceſcere poteſt, gloriæ coronam referetis.

Bals. Ut turpis quæſtûs affectio à Chriſtianis radicitus evellatur, ſtatuerunt patres, non licere Antiſtitibus, à ſuis Epiſcopis, Clericis vel Monachis, aurum vel aliam quamcunque rem exigere. Antiſtitem autem, qui aliquem ex ſuis propter ullam ejuſmodi cauſam ſegregat, vel non ſinit propterea in divino templo divinum celebrare miniſterium, & ſic in id quod non eſt ſenſu præditum ſive in templum inauditam ſuam inſaniam effundit, vanas aliquas & à Canonibus alienas excuſationes afferens, eſſe legi talionis obnoxium, ut qui ſit revera ſenſu vacuus. Eſt autem talio, id jure pati quempiam, quod præter rationem fecerit. Hæc autem decernentes patres, diverſis quoque locis ex epiſtola ſancti Pauli ad Epheſios uſi ſunt, qui turpem quæſtum & avaritiam puniunt, miſericordiam autem & eleemoſynam maximi faciunt. Quid autem, ſi ſit aliqua cauſa Canonica, non venia dabitur Antiſtiti, qui ab eo, cui præeſt, aurum vel argentum exigit? Solutio. Minimè: ſi enim hoc fecerit, ut Dei mandatorum tranſgreſſor, & ut qui ejus, qui præeſt, animæ ſalutem vendiderit, punietur. Debet enim, qui fortè deliquerit, Epiſcopum vel Clericum vel Monachum ex Canonum præſcriptis primus punire, & non propter turpe aliquod lucrum Canonicam correctionem tranſgredi. Jubet autem Canon Antiſtitibus, ne in Clericos ſuos dominatum exerceant, id eſt, ne ut ſervis & miniſtris eis utantur ſed ſine perturbatione & vi aliqua eos paſcant & corrigant. Nota autem ex hoc præſenti Canone, quòd non ſolum Antiſtes, qui turpis lucri cauſa Clericum ſuum ſegregavit, ſegregatur ex lege talionis; ſed & qui propter aliquam animi perturbationem vel aliquam non juſtam cauſam tale quid iniquè fecit. De ea re autem quæſtio agitanda eſt apud eum, qui habet majorem poteſtatem, & poteſt de iis rebus ut judex cognoſcere. Quære & Can. xvii. i. tit. iii. lib. Baſil. quæ quidem eſt Novella Juſt. ſic dicens; Omnibus autem Epiſcopis vel Presbyteris interdicimus, ne quempiam à ſancta communione ſegregent, priuſquam cauſa oſtenſa fuerit, propter quam Eccleſiaſtici Canones hoc jubent fieri:

ΚΑΝΩΝ δ'.

Ο κήρυξ τῆς ἀληθείας ὁ μέγας Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος, οἱονεί κανόνα θεὶς τοῖς Ἐφεσίων πρεσβυτέροις, μᾶλλον δὲ καὶ πάντι ἱερατικῷ πληρώματι, ὕστως ἐπαρρησιάσθη εἰπών· ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα, πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτως κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, μακάριον ἡγούμενος δόσιν ἢ λαμβάνειν. δεῖ καὶ ἡμᾶς μανθάνοντας παρ' αὐτοῦ ὁρίζομεν, μηδ' ὅλως αἰσχροκερδοῦς ὑπονοεῖσθαι Ἐπίσκοπον, φερομένου φερομένης ἐν ἁμαρτίαις, ἀπαιτεῖν χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἢ ἕτερον εἶδος τοὺς ὑπ' αὐτὸν πληρώτας Ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς ἢ μοναχούς. φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος· ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι· καὶ οὐκ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. εἴ τις οὖν διὰ ἀπαίτησιν χρυσοῦ, ἢ ἑτέρου τινὸς εἴδους, εἴτε διά τινα ἰδιοπάθειαν ἀπείργων τῆς λειτουργίας, καὶ ἀφορίζων τινὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν, ἢ σεπτὸν ναὸν κλείων, ὡς μὴ γίνεσθαι ἐν αὐτῷ τὰς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας, καὶ εἰς ἀναίσθητον τιὼ ἑαυτοῦ μορίῳ ὑποπέμπων, ἀναίσθητός ὄντως ὑπάρχει, καὶ τῇ ταυτοπαθείᾳ ὑποκείσεται, καὶ ὑποστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ ὅπερ τιὼ κεφαλαίῳ αὐτοῦ, ὡς παραβάτης ἐντολῆς Θεοῦ καὶ τῆς ἀποστολικῆς διατάξεως. παραγγέλλει γὰρ καὶ Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῆς ἀποστόλων ποιμαίνειν ὃ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ ὑποσκοποῦντες μὴ ἀναγκαστικῶς ἀλλ' ἑκουσίως καὶ κατὰ Θεόν· μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως· μὴ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου. καὶ φέρεσθαι τὸν μὲν ἀρχιποιμένα Χριστὸν στέφανον τὸν ἀμάραντινον τῆς δόξης φέροντα.

ΒΑΛΣ. Ἵνα ὃ τὴν αἰσχροκερδείας πάθος ὑπὸ τῶν χριστωνύμων ἐκριζωθῇ, ὥρισαν οἱ πατέρες, μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τοὺς ἀρχιερεῖς ἀπὸ τῶν ὑπ' αὐτοὺς Ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν ἢ μοναχῶν χρυσὸν ἀπαιτεῖν, ἢ ἕτερόν οἱονδηποτοῦν πρᾶγμα. Ὁ δ' ἀφορίζοντα ἀρχιερέα, μὴ τὴν τοιαύτην αἰτίαν, τινὰ ἐκ τῶν ὑπ' αὐτὸν, ἢ ὑπηρέτοντα μὴ τοῦ τὸ μὴ γίνεσθαι τὴν θείαν καὶ ὕστως εἰς ἀναίσθητον ἦγον εἰς τὸν ναὸν τὴν ἀλλότριον αὐτοῦ μορίαν ἐκχέοντα, πρόφασιν ματαίας τινὰς καὶ ἀκανονίστους προφάσεις, ὑποκεῖσθαι τῇ ταυτοπαθείᾳ, ὡς τῇ ἀληθείᾳ ὄντα ἀναίσθητον. ζημιοπάθεια δέ ἐστι τὸ παθεῖν οὐλόγως ὁ παραλόγως ἐποίησε. ταῦτα δὴ θεσπίζοντες οἱ πατέρες, ἐχρήσαντο καὶ διαφόροις ῥητοῖς ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ὑποστολῆς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου, τὸν αἰσχροκέρδειαν καὶ τὸν φιλαργυρίαν κολάζουσι, καὶ τὸν ἐλεημοσύνην ἀποσεμνύνουσι. τί δέ, εἰ κανονικὴ ἐστὶν ἡ πρόφασις, συγγνωσθήσεται ὁ ἀρχιερεὺς ἐκ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀπαιτῶν χρυσὸν ἢ ἄργυρον; Λύσις. ὑδαμῶς. εἰ γὰρ τοῦτο ποιήσει, ὡς παραβάτης τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς πωλήσας τὴν ψυχικὴν σωτηρίαν τῶν ὑπ' αὐτὸν, κολασθήσεται. ὀφείλει γὰρ καὶ ἴσως ἐπιτιμητὸν Ἐπίσκοπον αὐτοῦ ἢ κληρικὸν ἢ μοναχὸν ὁ πρῶτος καὶ κανόνα κολάζειν, εἰ μὴ διά τι αἰσχροκερδὲς τὸ κανονικὸν διόρθωσιν παρεμποδίσειν. ἐντέλλεται γὰρ ὁ κανὼν τοῖς ἀρχιερεῦσι μὴ κακωτικοὺς εἶναι τῶν κληρικῶν αὐτῶν, τουτέστιν, ὡς δούλοις καὶ ὑπηρέταις τούτοις κεχρῆσθαι, ἀλλὰ χωρεῖς ἐμπαθείας καὶ ἀνάσχησι τινὸς ποιμαίνειν καὶ διορθοῦσθαι αὐτούς. σημειωτέον δὲ ἀπὸ τοῦ πρώτου κανόνος, ὅτι ὁ μὲν ὁ ἀφορίσας ἀρχιερεὺς καὶ κληρικὸν αὐτοῦ διὰ προφάσιν αἰσχροκερδείας ἀφορίζει, καὶ τὸν λόγον τῆς ταυτοπαθείας, ἀλλὰ καὶ ὁ κατ' ἐμπάθειαν ἢ ἄλλην ἀνάλογον αἰτίαν τοιοῦτόν τι ἀδίκως ποιήσας. καὶ τοῦ περὶ τούτου ζητεῖται πρὸς τὸν μείζονα ἔχοντι ἐξουσίαν καὶ διαμβλῶ διαυτὰν τοῖς τοιούτοις. ζήτει καὶ κεφ. ιζ'. τοῦ α'. τίτλου τοῦ γ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, ὅπου ἐστὶ νεαρὰ Ἰουστινιάνου, λέγων ὕστως. πᾶσι δὲ τοῖς Ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις ἀπαγορεύομεν μὴ ἀφορίζειν τινὰ τῆς ἁγίας κοινωνίας, πρὶν αἰτία δείξῃ δι' ἣν οἱ ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες τοῦτο γίνεσθαι κελεύουσιν· εἰ

εἰ δέ τι καὶ παρὰ ταῦτα τῆς ἁγίας κοινωνίας χωρίστῃ τινά, ὁ μὲν ἀφορισθεὶς, ὡς ἀδίκως τῆς ἁγίας κοινωνίας ἐχωρίσθη, λυομένου τοῦ χωρισμοῦ ὑπὸ τοῦ μείζονος ἱερέως, τῆς ἁγίας ἀξιούσθω κοινωνίας. ὁ δὲ ἀδίκως τινὰ τῆς ἁγίας κοινωνίας χωρίσαι τολμήσας, πᾶσι τρόποις ὑπὸ τοῦ ἱερέως, ὑφ' ὃν πέπακται, χωρισθήτω τῆς κοινωνίας, ἐφ' ὅσον χρόνον ἔκρινεν ἱκανὸν εἶναι· ἵνα ὅπερ ἀδίκως ἐποίησε, δικαίως ὑπομείνῃ. σημείωσαι δὲ τὸν παρόντα κανόνα, ὃς τιμωρίαν κελεύοντα τοὺς Ἐπισκόπους, τοὺς διὰ φορτικὰς αἰσχροκερδείας ἢ ἰδιοπαθείας ἀφορίζοντας ἐκ τῆς τῶν αὐτῶν τινας, ἢ κλείσαι ναόν· ὥστε ὁ ὅπως ἀφορίσας, ἀφορισθήσεται· ὁ δὲ κλείσας ναὸν καὶ πλέον τοῦ ἀφορισμοῦ κολασθήσεται. μὴ εἴπῃς δὲ ἐκ ἀντιδιαστολῆς, μὴ κολάζεσθαι Ἐπίσκοπον, ἐὰν μὴ διὰ αἰσχροκέρδειαν ἢ διὰ ἰδιοπάθημα, ἀλλ' ἐὰν λόγῳ ἀφορίζοντά τινα, ἢ κλείσαντα ναόν· ἀλλὰ δὲ ἐκ ἀντιδιαστολῆς ἐκλαβεῖν εἰς μόνους τοὺς ἀφορισμούς· ὁ γὰρ κλείσας ναὸν Ἐπίσκοπος ἐκ οἱασδήποτε λόγου ἢ αἰτίας τρόπου, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κολασθήσεται, ὡς ἄνωθεν εἴρηται.

A si quis autem præter hæc à ſancta communione quempiam ſeparaverit, ille quidem, qui à ſancta communione injuſtè ſeparatus eſt, ſoluta ſeparatione à majori Antiſtite, ſancta communione dignus exiſtimetur. Qui autem injuſtè aliquem ſancta communione privare auſus eſt, omnibus modis à Sacerdote, cui eſt ſubjectus, tanto tempore, quantum is ſatis eſſe viderit, communione movebitur; ut quod injuſtè fecit, juſtè patiatur. Nota præſentem Canonem, qui pœna talionis punit Epiſcopos, qui turpis quæſtûs gratia, vel propter privatas affectiones, ex ſuis aliquos ſegregant, vel templa claudunt. Quare qui ſic ſegregavit, ſegregabitur. Qui autem templum claſit, B plus quam ſegregatione punietur. Ne dixeris autem per argumentum à contrario ſumptum non puniri Epiſcopum, qui non propter turpe lucrum vel privatam affectionem, ſed jure ſegregat aliquos vel templa claudit: ſed argumentum a contrario accipe ad ſolas ſegregationes. Epiſcopus enim, qui ex quacunq; ſive iuſta ſive injuſta cauſa, templum claudit, punietur, ut mihi quidem videtur, ſicut ſuperius dictum eſt.

Ἑτέρα ἑρμηνεία.

Ὁ μὲν παρὼν δ'. κανὼν ἀπαλλάττει τοὺς κληρικοὺς πάσης αἰσχροκερδοῦς εἰσπραξέως, ἐπινοουμένης παρὰ τῶν κατὰ τόπους C ἀρχιερέων. Ὅ δὲ β'. γ'. δ'. καὶ ε'. κεφ. τοῦ γ'. τίτλου τοῦ γ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν διορίζει, μήτε μετάτων δόσεσι, μήτε προσωπικῇ λῃτουργίᾳ, μήτε ἁπλῶς οἱαισδήποτε ἐμπορείαις δημοσιακαῖς τοὺς κληρικοὺς ὑποκεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐγνωσμένα δημόσια πελέσματα καὶ μόνα πελεῖν· ἀλλ' ὁ εἰρημένος ὁ βασιλεὺς κύριος Μανουὴλ ὁ Κομνηνὸς παρὰ χρυσοβούλλου ἀπολυθέντος κατὰ τὸν φεβρουάριον μῆνα τῆς ζ'. ἰνδικτιῶνος τοῦ ϛχ'. ἔτους ἐφιλοτιμήσατο πᾶσι τοῖς ὑπευθύνοις τῆς χώρας τῆς Ρωμαΐας προσκαθημένοις ἱερεῦσι καὶ δημοσιακοῖς πλεκταῖς οὖσι, μὴ μόνον ἀζημίαν πάσης δημοσιακῆς ἐπηρείας, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶσαι τὸ ζυγολογίου. μετὰ δέ τινα καιρὸν ἀπεχαρίσατο τούτοις μετὰ δωρεᾶς ἁπλῶσαι κεφ. δ'. κἂν μὴ ἀπὸ ζυγολογίου ὦσι τὰ διδόμενα παρὰ τούτων πελεσμάτων. πρὸ δὲ ῥηθέντος φιλοτιμίαν τῆς ἀζημίας τῆς δημοσιακῆς ἐπηρείας ἀπεχαρίσαντο καὶ τοῖς ὑπὸ πᾶσι προσωπικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς καὶ μοναστηριακοῖς προσκαθημένοις ἱερεῦσι· πλὴν τοῦ μὲ δημοσιακὸν ἱερέων τὸ ποσότητα διὰ ἀπογραφῆς ἐτενοχώρησε, διὰ τὸ δοχλοῦν τὸ συμπαθηθέντων πελεσμάτων αὐτῷ, ὥστε εἰς ὃ ἔξῃ μὴ αὐξάνεσθαι· τοὺς δὲ προσωπικοὺς καὶ λοιποὺς ἱερεῖς, ἐπεὶ οὐδὲν κωλύει ἀπογραφῆναι πάντως, διὰ τὸ μηδὲν ὀφείλειν γίνεσθαι δοχλοῦν ὑπὲρ τούτων. καὶ μετά τινας χρόνους, ἱερέων τινῶν δημοσιακῷ ὑποφαινόντων πολὺ πολύτιμα τῷ, ὡς εἴρηται, γεγενημένῃ ἀπογραφῇ, καὶ ἑλκομένων εἰς ἀπόδοσιν πλοϊμίων καὶ λοιπῶν δημοσιακῶν ἐπηρειῶν, ὑπεμνήσθη ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς διὰ τοῦ τότε ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ, καὶ συνεζητήθη περὶ τάξιν βασιλικὴν εἰ βοηθοῦσι) οἱ τοιοῦτοι δημοσιακοὶ ἱερεῖς ἀπὸ τῆς ῥηθέντος χρυσοβούλλου, εἰς ὃ ἐξκουσδίευσαν τέως ἀπὸ τῶν δημοσιακῶν ἐπηρειῶν· διεγνώσθη συνοδικῶς ἔχειν τοὺς τοιούτους ἱερεῖς τέως τὴν ἐξκουσείαν ἀπὸ τῶν ἐπηρειῶν. εἶπε γὰρ ἡ ἁγία σύνοδος, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς προοιμίου, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τῆς ἐξκουσδίευσαν πάντας τοὺς προσωπικοὺς ἱερεῖς μηδὲ ἀπογραφομένους, φησὶ) δῆλον, τὴν βασιλικὴν ἐνέργειαν περὶ πάντας ὑφαπλωθῆναι τοὺς ἱερεῖς· ἄδικον δ' ἔφασαν, καὶ τῆς βασιλικῆς ἐνεργείας ἀλλότριον, τούτους μὲ τῷ δημοσίῳ μηδὲν συνεισφέροντας, ἐξκουσδίευσθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ ἱερωσύνης· ἐκείνους δὲ τελεσθὲν ὄντας τῷ δημοσίῳ ἐπηρεάζεσθαι, καὶ τῆς ἐκ τοῦ ἱερωσύνης μὴ ἔχειν παρέπιπτον, ἀλλὰ καὶ τοῖς λαϊκοῖς ὑποδείκνυσθαι· καὶ ἀναγνωθὲν δὲ καὶ τὸν Ἰούλιον μηνὸς τοῦ α'. ἰνδικτιῶνος τοῦ ϛχ'. ἔτους γεγονὸς χρέος τότε συνοδικὸν σημείωμα.

Præſens quidem quartus Canon ab omni exactione, turpis lucri gratia, Clericos liberat, quæ ab Antiſtitibus, qui locis præſunt, excogitatur. Secundum autem, tertium, quartum, & quintum caput iii. tit. iii. lib. Baſilic. neque metatorum dationibus, neque perſonali munere, nec ullis omnino publicis oneribus Clericos aſtrictos eſſe decernunt, ſed nota publica tributa eaque ſola pendere. Jam vero inter Imperatores perpetuo celebrandus dominus Manuel Comnenus, per bullam auream menſe Feb. indictione vii. an. 6600. emiſſam, conceſſit omnibus Sacerdotibus, qui ubivis Romaniæ locorum aſſident, & publica ſacra peragunt, non ſolum ab omni onere publico excuſationem habere, ſed etiam im- D munitatem jugationum. Poſt aliquod autem tempus eis quoque largitus eſt immunitatem capitis quarti, etiamſi non ſint ex jugatione quæ ab eis dantur tributa. Dictam autem à publicis muneribus excuſationem dedit omnibus, qui in perſonalibus Eccleſiaſticis & monaſterialibus aſſident, ſacerdotibus; ſed publicorum quidem ſacerdotum quantitatem deſcriptione facta in anguſtum redegit propter ſuſceptionem eis conceſſorum vectigalium, ut deinceps non augeatur: Perſonales autem & reliquos ſacerdotes non eſſe deſcribendos ei viſum eſt omnino, quoniam nulla pro iis eſſe deberet penitus ſuſceptio. Cum autem aliquanto poſt tempore, ſacerdotes E quidam publici, qui quantitatem factarum, ut dictum eſt, deſcriptionum excedebant, ad nautica ſolvenda & reliqua onera publica traherentur, commonitus eſt potens & ſanctus noſter Imperator à ſanctiſſimo tunc temporis Patriarcha domino Luca, & quæſitum eſt juſſu Imp. an hi publici Sacerdotes à dicta aurea bulla juventur, & publicis oneribus interim excuſentur: Synodice definitum eſt, tales ſacerdotes excuſationem ab oneribus habere. Dixit enim ſancta Synodus, quod & ex procemio, & ex eo etiam, quod omnes accuſantur perſonales Sacerdotes etiamſi non deſcribantur, evidenter oſtenditur, Imp. beneficium ad omnes extendi Sacerdotes. Injuſtum autem eſſe dicebant, & ab Imp. beneficentia alienum, ut qui publico quidem nihil conferunt, propter Sacerdotii honorem excuſentur: illi autem, qui publico deſerviunt, opprimantur, & ex ſacerdotio non habeant ſolatium, ſed perinde ac ſi eſſent Laici, in judicio vexentur. Et Lege eam, quæ in Julio menſe pruna indictione anno 6600. facta eſt, de hac re declarationem.

Altera Interpretatio.

Præſens quidem quartus Canon ab omni exactione, turpis lucri gratia, Clericos liberat, quæ ab Antiſtitibus, qui locis præſunt, excogitatur. Secundum autem, tertium, quartum, & quintum caput iii. tit. iii. lib. Baſilic. neque metatorum dationibus, neque perſonali munere, nec ullis omnino publicis oneribus Clericos aſtrictos eſſe decernunt, ſed nota publica tributa eaque ſola pendere. Jam vero inter Imperatores perpetuo celebrandus dominus Manuel Comnenus, per bullam auream menſe Feb. indictione vii. an. 6600. emiſſam, conceſſit omnibus Sacerdotibus, qui ubivis Romaniæ locorum aſſident, & publica ſacra peragunt, non ſolum ab omni onere publico excuſationem habere, ſed etiam immunitatem jugationum. Poſt aliquod autem tempus eis quoque largitus eſt immunitatem capitis quarti, etiamſi non ſint ex jugatione quæ ab eis dantur tributa. Dictam autem à publicis muneribus excuſationem dedit omnibus, qui in perſonalibus Eccleſiaſticis & monaſterialibus aſſident, ſacerdotibus; ſed publicorum quidem ſacerdotum quantitatem deſcriptione facta in anguſtum redegit propter ſuſceptionem eis conceſſorum vectigalium, ut deinceps non augeatur: Perſonales autem & reliquos ſacerdotes non eſſe deſcribendos ei viſum eſt omnino, quoniam nulla pro iis eſſe deberet penitus ſuſceptio. Cum autem aliquanto poſt tempore, ſacerdotes quidam publici, qui quantitatem factarum, ut dictum eſt, deſcriptionum excedebant, ad nautica ſolvenda & reliqua onera publica traherentur, commonitus eſt potens & ſanctus noſter Imperator à ſanctiſſimo tunc temporis Patriarcha domino Luca, & quæſitum eſt juſſu Imp. an hi publici Sacerdotes à dicta aurea bulla juventur, & publicis oneribus interim excuſentur: Synodice definitum eſt, tales ſacerdotes excuſationem ab oneribus habere. Dixit enim ſancta Synodus, quod & ex procemio, & ex eo etiam, quod omnes accuſantur perſonales Sacerdotes etiamſi non deſcribantur, evidenter oſtenditur, Imp. beneficium ad omnes extendi Sacerdotes. Injuſtum autem eſſe dicebant, & ab Imp. beneficentia alienum, ut qui publico quidem nihil conferunt, propter Sacerdotii honorem excuſentur: illi autem, qui publico deſerviunt, opprimantur, & ex ſacerdotio non habeant ſolatium, ſed perinde ac ſi eſſent Laici, in judicio vexentur. Et Lege eam, quæ in Julio menſe pruna indictione anno 6600. facta eſt, de hac re declarationem.

Zonar.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ZONAR. Aliquid Episcopum sui emolumenti causa à A sibi subjectis exigere hic Can. omnino vetat, magnumq; Paulum ita de se loquentem inducit; Aurum, aut argentum, aut vestem nullius concupivi; ut suo ipsemet exemplo, omnibus ad imitandum proposito, eundem vitæ cursum à fidelibus retinendum, ac assidue laborantibus infirmorum curam suscipiendam esse commonefaceret: infirmorum appellatione, hoc loco, non qui morbo aliquo tenentur, sed omnes qui misericordia quomodocunq; indigent, intelligens. Quod si hæc universis ita præcipitur, ea multo accommodatius Episcopis arbitrabimur convenire. Statuit igitur, ne quid Episcopus, turpis lucri gratiâ commentitiarum causarum obtentu, à subjectis sibi Episcopis, B Clericis aut Monachis, sive aurum, sive argentum, sive aliud quidpiam, exigat. Injusta enim ejusmodi, inquit, exactio est: injusti porro regnum Dei non possidebunt. Neque vero debent filii parentibus thesauros recondere, sed parentes filiis, idem ait Apostolus. Si quis igitur Episcopus subditos suos, quod ei rem qualemcunque demum postulanti non obtemperaverint, vel alia quapiam animi perturbatione incitatus, segreget, vel templum, sacrorum celebrationi impediendæ, clauserit, in rem sensu carentem, templum scilicet, iram, quam, eo quod vehemens & absq; ratione suscepta sit furorem appellavit, effundens, sensu ipse carere, inquit, existimandus est, pœnaq; talionis, hoc C est, segregatione damnabitur, quodq; ipse fecit, Episcopus quidem à suo Metropolitano, Metropolitanus autem à Patriarcha, quibus subjiciuntur patietur, & reverterur labor ipsius in caput ejus, quippe qui Dei mandatis & constitutionibus Apostolicis nequaquam obtemperaverit. Post hæc vero, Apostolorum coryphæi Petri verba, ex ipsius prima Epistola Catholica, subjicit.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἁπαγτῆ ⸓ ἀρχιερέα τὴς ὑπ' αὐτὸν διδύναγ τι ἀυτῇ, πάντη κωλύῃ ὁ κανὼν, καὶ ⸓ μέγδμ Παῦλον εἰσάγῃ λέγοντα· χρυσίου, ἢ ἀργυρίου, ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα, τύπον ἑαυτὸν καὶ ὑπόδειγμα πᾶσι διδόναι, ὅπ ὅπω χρὴ τοὺς πιστοὺς ἀναφέρεσθαι, καὶ κοπιῶντας ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς ἀσθενοῦς· ἀσθενῆ δὲ νῦν οὐ τοὺς νοσοῦντας δηλοῖ, ἀλλὰ πάντας τοὺς ὁπωσδήποτε διαμαρτάνοντας ἐλέους. εἰ δ' πᾶσι ταῦτα ὑποτέτακτ⁀, πολλῷ μᾶλλον ἂν τοῖς Ἐπισκόποις ἁρμόσειεν. ὀφείλει δῦν, μὴ φορτικὸς πλατύνομενον δὶ αἰσχροκέρδειαν ⸓ Ἐπίσκοπον ἀπαιτῆν, ἀπὸ τῆς ὑπ' αὐτὸν ὄντων Ἐπισκόπων, κληρικῆς, ἢ μοναχῶν, χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ ἕτερον εἶδ⁀. ἄδικος γάρ, φησιν, ἡ τοιαύτη ἀπαίτησις· ἄδικοι δ' βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. καὶ οὐκ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. καὶ ταῦτα δ' ἀποστολικὸ τὸ ῥητόν. εἰ γοῦν ἁπαιτῆ τις Ἐπίσκοπ⁀. τὸς ὑπ' αὐτὸν οἱονδήποτε πρᾶγμα, καὶ μὴ εὐπειθῆς δύρίσκων αὐτὸς, ἀφορίσῃ αὐτὸς, ἢ δι' ἐμπαθείαν ἑτέραν, ἢ κλείσῃ ναὸν, ὥστε μὴ γίνεσθαι ἐν αὐτῷ τὰς ἱερουργίας, εἰς ἀναίσθητον ⸓ ναὸν δηλονὸτι τὸν ὀργίλον αὐτὸν, ὡς μανίαν λέγα δ' πάνυ σφοδρὸν καὶ ἀθέλητον ὠνόμασεν, ὑπερβαίνων, ἀναίσθητός ἐστι, φησὶ, καὶ τῇ ζωώδει παθείᾳ ὑποκείσεται, ἤγουν ἀφορισθήσεται, καὶ ὃ ἐποίησε πάθῃ ὁ μὲν Ἐπίσκοπ⁀. ἀπὸ μητροπολίτου αὐτοῦ, ὁ δ' μητροπολίτης ἀπὸ τοῦ πατριάρχου, οἷς ὑποκειται, καὶ ὑπηρέτῃ ὁ πόν⁀. αὐτῷ εἰς κεφάλαιον αὐτῷ, ὡς ἀθετήσαντος ἐντολὴν θεοῦ καὶ τῆς ἀποστολικῆς διατάξεως. ⸓ ἐξῆς πάθοι τὸ τοῦ κορυφαίου τῆς ἀποστόλων Πέτρου ῥητὸν, ὃ ἐν τῇ πρώτῃ τῆς καθολικῆς αὐτοῦ ὑπῆκολούθησε γράψαν.

ARIST. *Statuimus, ut Episcopus aurum, aut argentum, vel aliud quippiam ab Episcopis, Clericis aut Monachis sibi subjectis exigere nequaquam excogitet. Si quis igitur per auri, aut alius cujusvis rei actionem, vel* D *per propriam suam affectionem, quempiam ex iis, qui sibi subjiciuntur, Clericis à sacrorum celebratione arcere, vel venerandum templum, ne sacræ in eo Dei celebrationes fiant, claudere inventus fuerit, legi talionis subjicitur. Petrus enim Apostolus dicit; Pascite Dei gregem, non ex necessitate, sed voluntarie, & secundum Deum, non turpis lucri gratia, sed prompto animo: non ut in Clerum dominium exercentes; sed ut exemplar gregis facti.*

ΑΡΙΣΤ. Οὐείζομδ μησὶ' ὅλως ὑπιλογῆδθαγ Ἐπίσκοπον ἀπαιτῆ χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ ἕτερον εἶδ⁀. τὸς ὑπ' αὐτὸν Ἐπισκόπους, ἢ κληρικὸς, ἢ μοναχές. εἴ τις οὖν δι' ἀπαίτησιν χρυσοῦ, ἢ ἑτέρᾳ εἴδει, ἢ δι' τινα ἰδιοπάθειαν, διέρειδειν ἀπείργων τῆς λειτουργίας, ἢ ἀφορίζων τινὰ τῆς ὑπ' αὐτὸν κληρικῆς, ἢ σεπτὸν ναὸν κλείων, μὴ γίνεσθαι ἐν αὐτῷ τὰς ἱερὰς τῷ θεῷ λῆτουργίας τῇ ταυτοπαθείᾳ ὑποκείσεται· φησὶ γὰ Πέτρ⁀. ὁ ἀποστόλ⁀. ποιμάνετε τὸ ποίμνιον τοῦ θεοῦ, μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως, κὴ κτ' θεόν· μὴ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως· μὴ ὡς κατακυριεύοντες τῆς κλήρου, ἀλλ' ὡς τύπ⁀. γινόμενοι τοῦ ποιμνίου.

Punire & segregare ob hoc à sacris Canonibus conceditur Episcopis, ut Clericorum suorum & aliorum delicta spiritualiter simul & paternè corrigerentur. Si E qui autem potestate eâ abutentes, ob propriam suam passionem, aut auri vel alterius alicujus rei exactionem, segregent aliquos aut pœnis subjiciant, juste iisdem pœnis subjicientur: ut discant, non sine ratione pœnas sumere.

Τὸ ὑπιλιμᾶν, κὴ ἀφορίζειν, διὰ τοῦτο ἐδόθη ⸓ διὰ τῆς ἱερῶν κανόνων τοῖς Ἐπισκόποις, ἵνα τὰ ἐπταισμένα ⸓ τῆς ὑπ' αὐτοὺς κληρικῆς κὴ λοιπῶν πνευματικῶς, ὁμοῦ κὴ πατρικῶς διορθῶνται· εἰ δὲ τινες, τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ καταχρώμενοι, ἀφορίσωσί τινας, ἢ ὑπτιμήσουσι δι' ἰδίαν ἐμπάθειαν, ἢ ἀπαίτησιν χρυσοῦ, ἢ ἑτέρου τινὸς εἴδους, δικαίως τῇ ταυτοπαθείᾳ ὑποπεσοῦνται· ἵνα μάθωσι, μὴ ἀλόγως ὑπτιμᾶν.

CANON V.

Est peccatum ad mortem, quando peccantes aliqui perstant non corrigendi. Hoc autem est deterius, quando & erecta cervice adversus pietatem & religionem insurgunt, mammonam Dei obedientiæ præferentes, & ejus Canonicas constitutiones non ferentes. F *In iis non est Dominus Deus, nisi forte humiliati à suo delicto resipuerint. Oportet enim eos magis Deo supplicare, & cum corde contrito hujus peccati remissionem & condonationem petere, & non de illicita donatione se jactare. Deus enim prope est iis, qui sunt contriti corde. Eos ergo, qui per auri donationem se fuisse in Ecclesia constitutos gloriantur, & in ea improba consuetudine spem habent, quæ à Deo & ab omni sacerdotio alienat,*

ΚΑΝΩΝ ε'.

Ἁμαρτία πρὸς θάνατόν ἐστιν, ὅταν τινὲς ἁμαρτάνοντες ἀδιόρθωτοι μένωσι. Ὃ δ' τότε χρεὼν, ἐὰν τραχηλιάσαντες καταξανίσθωσι τῆς οὐσιβείας κὴ τῆς ἀληθείας, προτιμώμενοι ⸓ μαμωνᾶν τῆς θεοῦ ὑπακοῆς, κὴ τῶν κανονικῶν αὐτοῦ διατάξεων μὴ ἀνεχόμενοι· ἐν τούτοις οὐκ ἔστι κύρι⁀. ὁ Θεὸς, εἰ μήπω ταπεινωθέντες τῆς ἰδίης σφάλματ⁀. ἀνανήψωσι· χρὴ γὰ μᾶλλον αὐτοὺς προσέρχεσθαι τῷ Θεῷ, κὴ μὴ συντετριμμένης καρδίας τὴν ἄφεσιν τούτου τ' ἁμάρτημάτ⁀. κὴ τὴν συγχώρησιν αἰτεῖσθαι ὑπὲ ἐναβρυνέσθαι τῇ ἀδίσμῳ δόσει. ἐγγὺς γὰρ Κύρι⁀. τοῖς Συντετριμμένοις τῇ καρδίᾳ· τοὺς δὲ ἐγκαυχωμένους διὰ δόσεως χρυσίου τετάχθαι ἐν ἐκκλησίᾳ, κὴ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ Συνθείᾳ ἐπαλπίζοντας τῇ ἀλλοφρύσῃ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πάσης ἱερωσύνης, κὴ

καὶ ἐκ τούτου ἀναιδῆ προσώπῳ καὶ ἀναφαλύπτῳ στόμα- A
τι, ὀνειδιστικοῖς λόγοις τοὺς διὰ ἀρετὴν βίου ὑπὸ τοῦ ἁγίου
πνεύματος ἐκλεγμένους καὶ καταξιωθέντας ἐκ τοῦ δόσεως χρυ-
σίου, ἀπιμάζοντας· πρῶτον μὲν τοῦτο ποιοῦντας ἢ ἔσχατον
λαμβάνειν βαθμὸν τοῦ οἰκείου τάγματος· εἰ μὴ δὴ μένοιεν,
δεῖ τιμίου ἐκπίπτειν. εἰ δέ τις δῆτα χειροτονίᾳ φανῇ πρᾶ-
γμα τοῦτο πεποιηκώς, γινέσθω κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα, τὸν
λέγοντα· εἴ τις Ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τὴν ἀξίαν ταύ-
της ἐκτήσατο γένηται, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, καθαι-
ρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἀκκοπτέσθω πάν-
τως ἐκ τῆς κοινωνίας, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ
Πέτρου· ὡσαύτως καὶ τὸν δεύτερον κανόνα τῶν ἁγίων πατέρων B
τῶν ἐν Χαλ-
κηδόνι ὁσίων πατέρων ἡμῶν, τὸν λέγοντα· εἴ τις Ἐπί-
σκοπος δῶρά τινα χρήματα τοποίησεν, καὶ εἰς προάγειν
καταχάρι τὸν ἄνοσιον χάριν, καὶ χειροτονήσει δῶρά τινα χρή-
ματα Ἐπίσκοπον ἢ χωρεπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διά-
κονον, ἢ τινα τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταριθμουμένων, ἢ
προβάλλοιτο δῶρα χρήματα οἰκονόμον ἢ ἔκδικον ἢ τὸν μο-
ναστήριον, ἢ ὅλως τινὰ τῶν οἰκείων, δι' αἰσχροκέρδειαν οἰ-
κείαν, ὁ τοῦτο δῶρα χρήσας ἐλεγχθείς, κινδυνευέτω εἰς
τὸν οἰκεῖον βαθμόν· καὶ ὁ χειροτονούμενος, μηδὲν ἐκ τῆς κατ'
ἐμπορείαν ὠφελείσθω χειροτονίας ἢ προβολῆς, ἀλλ' ἔστω
ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος, ὑπὲρ οὗ δῶρα χρήμα- C
σιν ἔτυχεν. εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανείη καὶ τοῖς ὕπνοις αἰ-
σχροῖς καὶ ἀτεμίτοις λήμμασι, καὶ αὐτὸς εἰ μὲν κληρικὸς εἴη,
τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχός, ἀφο-
ριζέσθω.

& ideo impudente vultu & ore aperto, probrosis & contumeliosis verbis eos, qui propter actam ex virtute vitam à sancto Spiritu selecti constitutique sunt absque auri largitione, vilipendunt: primum quidem eos qui hoc faciunt ultimum proprii ordinis gradum sumere; sin autem perseveraverint, inflicta quoque pœna corrigere decernimus. Si quis autem in ordinatione hoc quandoque fecisse visus fuerit, fiat ut vult canon Apostolicus, qui dicit; si quis Episcopus per pecunias hanc dignitatem sit assecutus, vel Presbyter, vel Diaconus, deponatur & ipse, & is qui ordinavit, & excindatur omnino à communione, ut Simon magus à me Petro: & ii. canon sanctorum patrum qui Chalcedone convenerunt, qui dicit; Si quis Episcopus pecuniis ordinationem fecerit, & gratiam non venalem in emptionem deduxerit, & pecuniis ordinaverit Episcopum, vel Chorepiscopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel aliquem eorum qui in clero enumerantur; vel pecuniis promoverit Oeconomum, vel Defensorem, vel monasterii Administrum, vel omnino aliquem ex canone, turpis lucri gratia, qui hoc aggressus esse convictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculum: & qui ordinatur, ex ea ordinatione vel promotione, quæ pretio dato instar mercaturæ facta est, nihil juvetur; sed sit alienus à dignitate vel munere seu curatione quam pecuniis assecutus est. Si quis autem & lucris adeo turpibus & illicitis intercessor seu sequester apparuerit, hic quoque, si sit quidem Clericus, à proprio gradu excidat: sin autem Laicus vel Monachus, segregetur.

ΒΑΛΣ. Μέλλοντες οἱ ἅγιοι πατέρες κολάσαι τοὺς κλη-
ρικοὺς τοὺς πρώτως μὲν ἑκουσίᾳ καὶ κατὰ φιλόθεον γνώμην
προσάγοντας ἐν ταῖς ἐκκλησίαις χρήματα ἢ ἕτερά τινα· ὕ-
στερον δὲ ἐγκαυχωμένους ὅτι τῇ δόσει, καὶ ζητοῦντας προκαθεδρί-
ας καὶ προπομπάς, καὶ ὀνειδίζοντας τοὺς διὰ ἀρετὴν ἢ ἐνέργειαν
κληρωθέντας καὶ Θεόν συναδελφοὺς αὐτῶν· ἐχρήσαντο ἐν προ-
οιμίοις ῥήματί τινι δηλοῦντι τὴν πρώτης καθολικῆς ἐπιστολῆς ἀπο-
στόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, λέγοντι, ἔστιν ἁμαρτία πρὸς D
θάνατον, ἤγουν ὄζουσα ἁμαρτία θανάσιμος ἢ ἀδιόρθωτος
καὶ ἀμετανόητος, καὶ ἔστι ταύτης χεῖρον ἢ σὺν τῇ ἁμαρτίᾳ
ἀναίδεια. ποῖον γὰρ οὐκ ὑπερβαίνῃ κακὸν ὃ προτιμᾷ τινὰ
τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὸ μαμμωνᾶ, ἤγουν διὰ χρήματα,
καὶ λέγῃ ὀφείλειν τοῦτον διὰ ἃ προσήνεγκε πρότερον εἶ-
ναι τῶν ἄλλων πάντων, τῶν καὶ ἐνέργειαν ἴσως ἐχόντων ἢ καὶ
ἀρετήν; τοὺς γοῦν ἕτερα φερτοιοῦντας, καὶ ὅλως δόσεως χρημά-
των μεμνημένους, καὶ ἐλπίζοντας διὰ τοῦτο προπομπὰς πρὸ
τῶν πολλῶν, ἀφ' ὧν μᾶλλον καταγνῶσι ἐπάγονται, καὶ ὡς ἀ-
ναφαλύπτους ὀνειδίζοντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν διὰ τὸν ὑψη-
λὸν πενίαν· ὑποβιβάζεσθαι εἰς τὸν ἔσχατον τόπον τοῦ βα-
θμοῦ αὐτῶν, ἵνα παιδευθῶσιν· εἰ δὲ μένοιεν τῷ κακῷ, δεῖ τιμᾶσθαι καὶ τὸ δόξαν πᾶσι τῷ Ἐπισκόπῳ.
καὶ ζητῶ μὲν, ὁπόθεν τις αὐθαιρέτως προσαγάγῃ ἐν ἐκκλη-
σίᾳ οἱαδήποτε προσφορὰ, ἅπερ καὶ οἱ λαμβάνοντες ἀπο-
κρυπτίως λαμβάνουσι, καὶ οἱ διδόντες, ἀνεπαισχύντως διδόασιν.
εἰ δέ τις, φησὶν, ἐξ ἀρχῆς μὴ τοιαύτης αὐθαιρέτου γνώμης
ἐποίησε τὴν προσαγωγὴν, ἀλλὰ διὰ τὸ χειροτονηθῆναι, ἢ κλη-
ρωθῆναι ἢ ἄλλως πως, ἐν ἐκκλησίᾳ καταλεγῆναι· ὁ τοιοῦτος
κολαζέσθω κατὰ τὸν κδ'. ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ τὸν β'. κανόνα τῶν ἐν F
Χαλκηδόνι συνόδου. Ὃ μέντοι ῥῆμα ὃ λέγον, ἐν τούτοις οὐκ ἔστι
Κύριος ὁ Θεός, ἐξεληφθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐκ τῆς τρίτης
τῶν βασιλειῶν, διὰ τοὺς ἀλαζόνας καὶ προπομπευομένους τὰ τῶν μαμ-
μωνᾶ. ἀκούων γὰρ τοῦ κρίνοντος ὁ τοιοῦτος ἀναμάζονίος τὸν ὄντως ἐκουσίως γινο-
μένην δόσιν τῶν χρυσίου ἄθεσμον, μὴ εἴπῃς εἶναι ταύτην κεκαλυ-
μμένην, κἀνταῦθεν καὶ ἄθεσμον, ὡς προβαίνειν χάριν ἐξ ὠνήσεω-
ως κρότωνίας ἢ κληρώσεως. ἐκ ταύτης γὰρ ἐφεξῆς διδάσκει.
ἀλλ' ἄθεσμον ταύτην οἱ πατέρες ὠνόμασαν διὰ τὸν προσαγα-
γόντα, καὶ διὰ ταύτην προσαγωγὴν ἀναριθμούμενον. σημείω-
σαι ταῦτα διὰ τοὺς ἀποκειρομένους εἰς μοναστήρια μὴ δόσεως

Balsamon. Sancti patres Clericos punituri, qui primum quidem sponte & pia mente pecunias vel aliqua alia in Ecclesias adferunt; postea autem propter donationem se jactant, & primas sedes priorescque honores quærunt, in eos probra ingerentes, qui propter virtutem vel actionem in clerum divinitus recepti sunt confratres sui: dicto quodam in proœmiis usi sunt ex prima catholica epistola sancti Apostoli & Evangelistæ Joannis, dicente; Est peccatum ad mortem, scil. peccatum mortale quod est incorrigibile & cujus nulla agitur pœnitentia; & eo adhuc deterior quæ est cum peccato impudentia. Quodnam enim malum non superat, si quis mammonam, id est, pecunias Dei mandato præferat: & dicat, debere se ob ea quæ attulit, cæteris aliis honore præferri, qui fortasse actiones habent aut etiam virtutem? Eos ergo, qui ita sentiunt & pecuniarum dationis omnino meminerunt, & sperant propter id se apud multos præponendos, ex quo major condemnatio sequitur, & aperto quasi ore suis fratribus paupertatem, quæ ad alta eos provexit, exprobrant, ad ultimum sui gradûs locum dimitti, ut humilientur: sin autem sic quoque in malo perseverent, puniri ut Episcopo omnino visum fuerit. Et hæc quidem, quando quispiam sua sponte in Ecclesiam res aliquas tulerit: quas & qui accipiunt, citra ullum præjudicium accipiunt, & qui dant in pœnam non incidunt. Si quis autem, inquit, ab initio non ita liberali & sponte suscepta voluntate, sed ut ordinetur, vel in clerum cooptetur, vel aliquo alio modo in Ecclesia eligatur, oblationem fecerit: talis puniatur, ut vult xxix. Can. Apost. & ii. Can. Chalced. Syn. Id autem quod dicitur; In his non est Dominus Deus, à patribus acceptum est ex tertio lib. Regum, propter arrogantes, & eos qui mammonam præferunt. Cùm autem audis Canonem nominantem eam, quæ sic sponte fit, auri dationem illicitam, ne dixeris eam esse prohibitam, & ideo etiam illicitam, ut ea est quæ processit ordinationis vel clericatûs gratia. De ea enim deinceps docet. Sed eam patres ideo illicitam nominaverunt, quod is, qui eam offerat, propter hanc oblationem se jactitet & glorietur. Nota ergo hæc propter eos qui tondentur in monasteriis cum pecuniarum largitione, & propter eos,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

qui Deo ſua ſponte oblationes faciunt. Eos autem, qui pecuniis in externis monaſteriis jus fraternitatis acquirunt, Canonibus teneri non exiſtimo, quòd ſit vituperanda alimentorum acquiſitio. Quid autem, qui ſponte quidem res obtulit ſic punitur; qui vero, ut eſſet Clericus vel ut tonderetur, res ullas dedit, poſtquam punitus fuerit, eáne, quæ dederit, petet efficaciter? Solutio. Nequaquam. Ait enim xi. cap. ii. tit. xxiv. lib. Baſil. hoc modo: Quod turpi utriuſque cauſa datur, ejuſque qui dat & ejus qui accipit, non redit. Et exteriorem affert lex antiqua rationem, quoniam in pari causâ potior eſt qui poſſidet, ex xxii. lib. hæc eligens.

A χρημάτων, καὶ ἀφ' ὧν τὰς αὐτῶν προαιρέσεις ποιοῦνται προσκομιδὰς τῷ Θεῷ. τὰς μὲν τοι ὑπὲκ τῶν μὴ ἰδίων ἐξωμοιρίτας ἀδελφάτα ἐν μοναστηρίοις ἀφ' ἁρπαγμάτων, καὶ νομίζω ὑπὸ τῶν κτημόνων ἀλίσκεσθαι, ἀφ' οὗ μὴ ἔστι ὑπάρχοντα τῶν οἰκετικῶν ὑπάρχειν. τί δὲ, ὁ μὲν αὐθαιρέτως προσαγωγὰς χρήματα, ἵνα τῶν κολάζηται, ὁ δὲ ἀφ' οὗ κληρωθῆναι ἢ ἀποκαρῆναι δῶρα οἱαδήποτε προσάγματα ἐνδιδώμασι; ζητήσει μὴν τὸ κολασθῆναι ἃ δέδωκε; Λύσις. ἐναντία. φησὶ γὰρ τὸ ια'. κεφ. τοῦ β'. πτλυ τοῦ κδ'. βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ἵνα, τὰ ὑπὸ αἰσχρᾶς αἰτίας ἑκατέρων διδόμενον, τοῦ τε λαβόντος καὶ τοῦ ἐπιδόντος, οὐκ ἀνταναφέρεται. καὶ προσίθησιν ἔξωθεν ὁ παλαιὸς λογισμὸν, ὅτι ἐν ἴσῃ αἰτίᾳ κρείττων ἐξὶν ὁ νεμόμενος, ὁ ἐκ τοῦ κβ'. βιβλίου τοῦτο ἀναλεξάμενος.

B

Zonar. Nonnulli, cùm in clerum legendi eſſent, pecunias Eccleſiæ offerre, Deóque dicare ſoliti ſunt: quibus deinde præſidentes, ſeque in auro illo glorioſè jactantes, quicunque nulla data pecunia ob virtutem forte, vel etiam ob dicendi facultatem, clero adſcripti fuerant, protervè conviciis infectabantur. Hujuſmodi igitur homines, primo quidem de gradu dejici, ac in extremum ordinis ſui locum amandari: tum ſi adhuc à malitia non diſcedant, pœnis quoque, ut per eas corrigantur, affici Can. jubet. Exordium vero ab Apoſt. & Evang. Joanne Can. auctores mutuati ſunt. Illius namque verba illa ſunt, in i. catholica Epiſtola, Eſt peccatum ad mortem: quæ quidem Patres de iis, qui peccârunt, & non reſipuerunt, interpretantur. Et verò, nequiores adhuc illos eſſe aſſerunt, & revera ſunt, qui patrato nefario facinore tollere cornua, hoc eſt, ſeſe impudenter efferre minimè verentur. Ac facinus quidem illud appellant, in oblata nimirum pecunia ſeſe glorioſiùs jactare, divinique præcepti auctoritati canoniciſque conſtitutionibus mammonam, pecuniam videlicet, anteferre. Impudentiæ vero nomine convicia & contumelias, quæ illi in clerum abſque pecuniæ præbitione cooptatis ingerunt, intellexêre. Non eſt in his, inquiunt, Dominus Deus; hoc quoque ex ſcriptura, Regum tertio. Eos igitur magna demiſſione Deo ſupplicare, ac peccati veniam expoſcere, non contrà iniqua largitione efferri oportet. Iniquam verò appellat largitionem, non quod ipſa ſit ejuſmodi: ſi enim iniqua fuerat, cur admiſſa? aut cur è clero, qui dedit, non prorſus ejicitur, & in eum, qui data pecunia in clerum electus eſt, animadvertitur? Non igitur quod ſeipsâ ſit talis, idcirco hæc iniqua dicta donatio eſt; ſed quòd ejus vitio, qui ſe ob illam jactat & æqualibus anteponit, ut proinde non illum demereri numen, ſed auram inanem populareſque rumuſculos captare ea donatione voluiſſe ſuſpicari liceat, ſpeciem, hominum exiſtimatione, induit pravitatis. Quod etiam ſatis ex ſequentibus declaratur. Nam ſi quem, inquit Canon, ob ordinationem id aliquando feciſſe, pecuniam videlicet obtuliſſe, compertum fuerit, Canonum in eo conſtitutiones ſervari placet: Canonum ſcilicet, Apoſtolici undetrigeſimi, Synodique Chalcedonenſis ſecundi. Quemadmodum igitur hoc loco, iniqua donatione intercedente, & qui ordines contulit, & qui ſuſcepit, uterque pœnis afficitur: idem de illa quoque donatione, ſi ea revera legibus adverſaretur, conſtitutum fuiſſet. Horum porro Canonum explicationem, qui voluerit, ſuis locis reperiet.

C D E

Ζωναρ. Τινὲς εἰς κλῆρον καταλαγχάνειν μέλοντες προσῆγον τῇ ἐκκλησίᾳ χρήματα, ὡς ἀφιερωσάμενοι ταῦτα τῷ Θεῷ· εἶτα τούτοις θαῤῥοῦντες, καὶ τῇ δόσει τοῦ χρυσίου καυχώμενοι, ὠνείδιζον ἀδεῶς τοὺς δοσέως χρυσίου χωρὶς, διὰ ἀρετὴν ἴσως ἢ καὶ λόγον, καταλαγχάνοντας τῷ κλήρῳ. τοὺς γοῦν τοιούτους πρῶτον μὲν ὑποβιβάζεσθαι βούλεται ὁ κανὼν ἐκ τοῦ οἰκείου βαθμοῦ, καὶ εἰς ὃν ἔρχεσθαι τόπον τοῦ πάγκλητος, ἐν ᾧ εἰσι, τάττεσθαι· εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τὰ ἀνῳφελῆ ποιοῦσιν, ὑπομιμνῄσκεσθαι αὐτοὺς, ἵνα δι' ὑμνῳδιῶσι. προοιμιάζονται δὲ οἱ ἁγιώνυμοι κανόνες, ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου. ἐκείνῳ γὰρ εἴρηται ἐν τῇ πρώτῃ καθολικῇ ἐπιστολῇ, τὸ, ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον. καὶ ἐκλαμβάνουσι δέ τινες τὸ ῥητὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημόντων, καὶ μὴ μετανοούντων. εἶτα καὶ χεῖρον λέγουσιν, ὥστε δὴ καὶ ἔστι, τὸ μὴ τῶν ἁμαρτίαν πραγμάτων, ἤγουν ἀναιρουμένην· ἁμαρτίαν μὲν καλοῦντες, τὸ ἐγκαυχᾶσθαι ὅτι τῇ προσαγωγῇ τῶν χρημάτων, καὶ προπομπῶν τῆς τοῦ θεοῦ ὑπακοῆς καὶ τῶν κληρονικῶν διατάξεων μαμωνᾶ, τὰ χρήματα δηλονότι. ἀναιρουμένην δὲ καὶ ὀνειδισμὸν καὶ τιμωρίαν, ἵνα ἐπάγωσι τοῖς κληρωθεῖσι χωρὶς παροχῆς χρημάτων. ὃ τούτοις ἐστὶ, φασὶ, κωλυτικὸς ὁ θεὸς, καὶ τοῦτο δὲ γραφικὸν, ἐκ τῆς τρίτης τῶν βασιλειῶν. χρὴ οὖν αὐτοὺς ταπεινωθέντας προσπεσεῖν τῷ θεῷ, καὶ αὐτῆς τοῦ ἁμαρτήματος ἄφεσιν, καὶ μὴ μᾶλλον ἐπαίρεσθαι ὅτι τῇ δόσει τῇ ἀνθέσμῳ. ἀνθεσμον δὲ τὸν δόσιν καλεῖ, ὡς κατ' αὐτὸν. εἰ γὰρ ἄθεσμος ἦν, πῶς προσεδέχθη; καὶ πῶς μὴ καὶ αὐτὸς τέλεον ἐξωσθῆναι τοῦ κλήρου, καὶ ὁ ὅτι δόσει τοῦτον κληρώσας κολάζεται; ὡς κατ' αὐτὸν τοίνυν ἄθεσμος ἡ δόσις ἐκλήθη, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος ταύτην ποιεῖ νομίζεσθαι ἄθεσμον, ὡς δι' αὐτὴν ἀλλαζονευόμενος καὶ καπηλεύομενος τῆς ὁμοταγῶν, καὶ τοῦτον ὑπολαμβάνουσι διδύς, ὅτι ὡς κτῆσιν θεὸν ἐποιήσατο τὴν προσαγωγὴν, ἀλλ' ἵν' ἔχοι ταύτην εἰς καύχημα καὶ ἀλαζονείαν ὑποβλέσιν. τοῦτο δὲ δηλοῖ καὶ ἡ τῆς ἐρεξῆς, φησὶ γὰρ ὁ κανών· εἰ δέ τις ὅτι χειροτονίᾳ φανῇ ποτὲ τοῦτο πεποιηκώς, τὸ δῶρα δηλαδὴ χρήματα, γινέσθω κτῆσι τοὺς κλήρους, ἤγουν ἀποστολικὸν, ὃς εἴκοσὶ ἕνατός ἐστι, καὶ κτῆσι τὸ δεύτερον τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου. ὥσπερ οὖν ἀνθέσμου ὄντος τῆς δόσεως, καὶ ὁ χειροτονήσας ποινιλατήσῃ, καὶ ὁ χειροτονηθεὶς, ἵνα καὶς ἐγίνετο ἂν, εἰ προὶς ἀλήθειαν ἄθεσμος ἦν. πῶς δὴ τῶν κανόνων τούτων ἐξήγησιν ὁ ζητῶν διρήσει ἐν τοῖς τύποις αὐτῶν.

F

Arist. *Iſti, qui ſe per auri largitionem in Eccleſiâ conſtitutos gloriantur, illos autem, qui propter virtutem eliguntur, & ſine largitione conſtituuntur, vilipendunt, viſum eſt, ut ultimum ordinis ſui gradum accipiant: Si perſeverent, puniantur. Qui vero ordinationis gratiâ hoc fecerint, à communione, non ſecus ac Simon Magus à Petro, excindantur.*

Αριστ. Τοὺς ἐγκαυχωμένους ἀφ' δόσεως χρυσίου πατάσσειν ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀτιμάζοντας τοὺς δι' ἀρετὴν ἐκλεγομένους, καὶ χωρὶς δόσεως καταλαγχάνοντας· ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ βαθμοῦ τοῦ ἰδίου λαμβάνειν τάγμα τέλεον· εἰ δὲ ὑπομένοιεν, ὑπομιμνῄσκειν· τοὺς δ' ὅτι χειροτονίᾳ τοῦτο πεποιηκότας, ἐκκόπτεσθαι τῆς κοινωνίας, ὡς καὶ Πέτρος τὸν Σίμωνα μάγον.

Dicendi facultatem & virtutem præferre oportet, & qui ſic ſe habere inveniuntur ſine auri donatione in Eccleſiæ clero conſtitui debent, & non probris onerari ab iis, qui per largitionem quamcunq; in Eccleſiâ collocantur: ſed potius

Τὸν λόγον δεῖ καὶ τὴν ἀρετὴν προτιμᾶσθαι· καὶ χωρὶς δόσεως χρυσίου, τοὺς ἔτους ἔχειν διεστομωμένους τάττεσθαι χρὴ ἐν τῷ κλήρῳ τῆς ἐκκλησίας· καὶ μὴ ὀνειδίζεσθαι αὐτοὺς ὑπὸ τῶν καταταγέντων τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ οἰασδήτινος δόσεως· ἀλλὰ μᾶλλον

Ψηφιοποιήθηκε από

μᾶλλον καὶ ἐπαινῆται, ὡς δι' ἀρετὴν εἶναι ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκλελεγμένοι. εἰ δέ τινες, ὡς ἐξηγορευμένοι ὅτι τῇ τοιαύτῃ ἀθέσμῳ δόσει, καὶ τῇ πονηρᾷ ταύτῃ συνηθείᾳ τῇ ἀλλοτριούσῃ ἀπὸ θεοῦ καὶ πάσης ἱερωσύνης, καταγελάσωσιν ἀναιδεῖ προσώπῳ, καὶ ἀπεριφρονήτῳ στόματι τοὺς ἀπὸ χρυσίου καταζηλώτας κληρικοὺς· ἓν ἔσχατον βαθμὸν ἐν τῷ οἰκείῳ πάγματι λήψονται. εἰ δὲ καὶ οὕτως ὑπομένοιεν ἀτιμίας ὀνειδίζοντες, δι' ὑπομονῆς διορθωθήσονται· καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν εἰς κλῆρον καταλεγομένων. ὅσοι δὲ διὰ χρημάτων χειροτονίας τύχωσί τινος, καθαιρεθήσονται καὶ αὐτοὶ, καὶ οἱ χειροτονήσαντες αὐτούς.

A laudibus ornari, ut qui propter vitæ pietatem à ſancto ſpiritu electi ſunt. Si qui autem, ut in illegitima iſtiuſmodi datione, & impiâ iſtâ conſuetudine, quæ à Deo & omni ſacerdotio alienat, gloriantes vultu impudente, & ore aperto Clericos, qui ſine auro conſtituti fuerint, probris affecerint; ultimum gradum in ordine ſuo accipient: Si autem ſic probra in eos jacere perſeverent, per pœnam corrigentur. Et hæc quidem de iis, qui in clerum conſcripti ſunt. Quicunque autem per pecuniam ordinationem aliquam conſequuntur, deponentur, & ipſi, & qui eos ordinârunt.

B

ΚΑΝΩΝ ϛ'.

Ἐπειδήπερ κανών ἐστιν ὁ λέγων, δὶς ἔτους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν χρῆναι γίνεσθαι διὰ συναθροίσεως Ἐπισκόπων τὰς κανονικὰς ζητήσεις, διά τε τὸν ζωνικὸν καὶ ὅτι ἐνδεὲς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν τοὺς συναθροιζομένους, ὥρισεν ἡμῖν οἱ τῆς ἕκτης ζωνόδου ὅσοι πατέρες, ὅπῃ ποτὲ τρόπου καὶ φορᾷ ἀσεως, ἅπαξ ἔτους ἑνὶ αὐτῶν γίνεσθαι, καὶ τὰ ἐσφαλμένα διορθοῦσθαι. Ἤτοι οὖν τὸ κανόνα καὶ ἡμεῖς ἀκανεοῦμεν, καὶ εἴ τις εὑρεθῇ ἄρχων τοῦτο κωλύων, ἀφορίζεσθω· εἰ δέ τις ἐκ τῶν μητροπολιτῶν ἀμελήσει τοῦτο γίνεσθαι, ἐκτὸς ἀνάγκης καὶ βίας καί τινος C εὐλόγου φορᾶσεως, τοῖς κανονικοῖς ὑποπιπτέτω ἐπιτιμίοις. Ἐπεὶ δὲ ἡ ζωνόδος ἡμῶν περὶ κανονικῶν καὶ εὐαγγελικῶν φραγμάτων, διὰ τοῖς συναθροιζομένοις Ἐπισκόποις ἐν μελέτῃ καὶ φροντίδι πάσῃ περὶ φυλάττεσθαι τὰς θείας καὶ ζωοποιοὺς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. ἐν γὰρ τῷ φυλάσσεσθαι αὐτὰς ἀνταπόδοσις πολλή, ὅτι καὶ λύχνος ἐστὶν, νόμος δὲ φῶς καὶ ὁδὸς ζωῆς, ἔλεγχος καὶ παιδεία· καὶ ἡ ἐντολὴ Κυρίου πηλαυγὴς φωτίζουσα ὀφθαλμούς. μὴ ἐχέτω δὲ ἄδειαν ὁ μητροπολίτης, ἐξ ὧν ὑπάρχει ὁ Ἐπίσκοπος μετ' αὐτοῦ, ἢ κτῆσιν ἢ ἕτερον εἶδος ἀπαιτεῖν· εἰ γὰρ τοῦτο ἐλεγχθῇ πεποιηκὼς ἀποτίσει τετραπλάσιον. D

Canon VI.

Quoniam Canon eſt, qui dicit, bis in anno in unaquaque provincia per congregationes Epiſcoporum fieri oportere quæſtiones canonicas, propter vexationem, & quod itineri peragendo minùs ſufficerent qui congregabantur, ſtatuerunt ſancti ſexta Synodi patres, quovis modo & quacunque ex cauſa, ſemel in anno fieri, & delicta corrigi. Hunc ergo Canonem nos quoque renovamus; & ſi quis magiſtratus hoc prohibere inventus fuerit, ſegregetur: ſi quis autem Metropolitanus hoc fieri non curaverit, præterquam vi vel neceſſitate & juſta aliqua de cauſa, Canonicis pœnis ſubjiciatur. Cum autem de Canonicis & evangelicis rebus fiat Synodus, opus eſt ut congregati Epiſcopi magnam curam & diligentiam gerant, ut divina & vivifica Dei mandata ſerventur. In eis enim ſervandis eſt retributio multa, quoniam lucerna eſt mandatum, lex vero lux & via vitæ, probatio & diſciplina; & mandatum domini lucidum illuminans oculos. Ne liceat autem Metropolitano, ex iis quæ ſecum affert Epiſcopus, vel jumentum vel aliquam rem aliam petere. Si enim hoc feciſſe convictus fuerit, reddet quadruplum.

ΒΑΛΣ. Κανόνων διαφόρων διοριζομένων πότε ὀφείλουσι γίνεσθαι αἱ συνόδοι, καὶ τῶν μὲν λεγόντων ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ συνέρχεσθαι τοὺς ἐπαρχιώτας Ἐπισκόπους, τῶν δὲ δὶς τοῦ ἔτους· ὁ ἕκτων κανὼν διὰ τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ζημιοῦσθαι τοὺς Ἐπισκόπους κεκώλυκε ἡμῶν τὸ ϛ'. συνόδου, τῷ διορίζομένῳ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦτους συναθροίζεσθαι, καὶ διωρίσατο ἕνα γίνεσθαι, εἰ μή τις ἀνάγκη καὶ βία ἢ ἄλλη φορᾶσις εὔλογος τοῦτο τοῖς ἐκτὸς συνέλθοντιν ἐμποδίσει· τοὺς δὲ μὴ οὕτω ποιοῦντας ἀρχιερεῖς τοῖς κανονικοῖς ὑποπιπτέτω ἐπιτιμίοις, ἀλλὰ καὶ τοὺς πολιτικοὺς ἄρχοντας, τοὺς κωλύοντας τῶν γινέσθαι, ἀφορίζεσθαι. ὅτι μέντοι, φησὶν, ἡ συνοδος ἅπαξ, ὀφείλουσιν οἱ Ἐπίσκοποι φροντίζειν τῆς φυλάττεσθαι τὰς εὐαγγελικὰς καὶ κανονικὰς παραδόσεις, καὶ τὰς ἄλλας ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. καὶ κανονικαὶ μὲν παραδόσεις εἰσὶν αἱ δόγμασι καὶ παραγγέλμασι ἀποστολικοῖς, αἱ κατάγωγαὶ τῶν κληρικῶν, αἱ παραδόσεις τῶν ἐπισκοπικῶν διαταγμάτων, καὶ τὰ τοιαῦτα· εὐαγγελικαὶ δὲ παραδόσεις καὶ ἐντολαὶ τοῦ Θεοῦ τὸ βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸ μὴ μοιχεύσῃς, μὴ πορνεύσῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, καὶ τὰ ὅμοια. ἐπεὶ δὲ ἔμαθον οἱ πατέρες, ὅτι ἐν ταῖς συνελεύσεσι τῶν Ἐπισκόπων μητροπολίτης τινὲς καταξιάζουσιν αὐτῶν, καὶ ἀπαιτοῦσιν ἵππους ἢ ἕτερά τινα εἴδη, ὥρισε καὶ τοῦτο κωλύσαι, καὶ τὸν τοιοῦτον ποιήσαντα μητροπολίτην, ἀντιστρέφειν τὸ διδόμενον εἰς τὸ τετραπλοῦν. καλῶς δὲ εἶπεν ὁ κανών, μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν μητροπολίτην ἀπαιτῆσαι τι ὧν ὁ Ἐπίσκοπος βαστάζει. εἰ γὰρ ἑκὼν τὸν Ἐπίσκοπον θελήσει δωρήσασθαι τὸν μητροπολίτην αὐτοῦ δι' τινα τρόπον αἰτήσαντα, οὐ κωλυθήσεται τοῦτο ποιεῖν. ζήτει τὸ ιε'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ παρόντος Συντάγματος, καὶ τὸ α'. κεφάλαιον τὸν ἐν τῷ Τρούλλῳ Συνόδου.

BAL. Cùm diverſi Canones ſtatuant, quando fieri debeant ſynodi; & alii quidem ſemel in anno convenire oportere dicant: hic Canon, ob itineris moleſtiam Epiſcopis, octavum Canonem vi. Synodi ſecutus eſt, qui decernit eos ſemel in anno congregari oportere, & ſic faciendum eſſe, niſi quædam vis, vel neceſſitas, vel cauſa probabilis impedimento fuerit, quominus conveniant; Antiſtites autem, qui non ita faciunt, pœnis Canonicis ſubjici; ſed & civiles magiſtratus, qui hoc fieri prohibent, ſegregari. Quando autem fuerit, inquit, facta Synodus, debent Epiſcopi curam gerere, ut evangelicæ & Canonicæ traditiones ſerventur & alia Dei mandata. Et ſunt Canonicæ quidem traditiones, juſtæ & injuſtæ excommunicationes, clericorum ordinationes, Epiſcopalium rerum adminiſtrationes, & ſimilia: Evangelicæ autem traditiones & mandata Dei, baptizari in nomine Patris & filii & Spiritûs ſancti; non mœchaberis, non ſcortaberis, non falſum teſtimonium dices, & ſimilia. Quoniam autem intellexerunt patres, quòd in Epiſcoporum concionibus quidam Metropolitani nimis ſua poteſtate & imperio in eos utuntur, & equos ab eis, vel aliqua alia exigunt, id quoque ceſſare ſtatuerunt, & Metropolitanum, qui tale quid fecerit, quadruplum ejus quod datum eſt reſtituere. Pulchrè autem dixit Canon, non licere Metropolitano quidquam eorum exigere, quæ affert Epiſcopus. Si enim ſua ſponte voluerit Epiſcopus Metropolitanum aliquo ejuſmodi dono proſequi, non prohibebitur hoc facere. Quære viii. cap. viii. tit. præſentis operis, & viii. Can. Syn. in Trullo.

ZONAR.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ZONAR. De Synodis in unaquaq; provincia quotannis celebrandis multi Canones extant. Idem hic quoque ſtatuit, canoniſque in ſexta Synodo editi meminit, à qua quidem, ut Epiſcopis itinerum moleſtiæ vexationeſque minuerentur, ſemel in anno Synodum in ſingulis provinciis haberi decretum eſt, ac antiquiorem de ſynodicis conventibus celebrandis conſtitutionem reſtituit. Quod ſi magiſtratus aliquis Synodo cogendæ obſtet, ſegregari, & Metropolitanos, qui eam nulla neceſſaria cauſa interveniente nullaq; vi coacti prætermiſerint, canonicis pœnis teneri jubet. In Synodo porro de canonicis Evangeliciſque negotiis habitâ, an divina præcepta ſerventur, ſtudioſè ab Epiſcopis inquirendum. Ac negotia quidem canonica ſunt exempli cauſa; an ſegregationes jure irrogentur; an per Oeconomos ex uniuſcujuſque ipſorum clero delectos Eccleſiarum bona ab Epiſcopis adminiſtrentur, aliaq; hujuſmodi canonicis conſtitutionibus definita ſerventur, inveſtigare. Evangelica vero ea ſunt, quæ nobis in Evangelio præcipiuntur; quale eſt illud, ut in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti baptiſmus adminiſtretur; & ne quis uxorem ſuam ejiciat exceptâ cauſâ fornicationis; ac ejus generis alia. Hæc enim omnia, an in ſubjectis cuique regionibus ita fierent, Epiſcopi convenientes inquirebant; & an juxta divina mandata homines vitam inſtituerint. Hinc teſtimonia quoq; Canon ex Pſalmorum & ex Proverbiorum libris adducit. Ad hæc, ne Metropolitano liceat, Epiſcopis ex Canonis præſcripto in eum locum quem ipſe delegerit congregatis, aliquid ex ipſorum rebus, nec jumentum, equum forte aut mulum, nec aliud quidpiam ſibi vindicare, decernit. Quod ſi rem aliquam ab eo vindicatam atque ablatam eſſe probatum fuerit, quadruplum reddet.

ZΩNAP. Περὶ δ γίνεσθαι συνόδους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις καθ' ἕκαστον ἔτος. Διάφοροι κανόνες διαλαμβάνουσι, καὶ ὁ πρῶτον δ τῆς ἕκτης συνόδου, ὅπερ ἅπαξ δ ἐνιαυτῷ διετυπώθη γίνεσθαι τὰς συνόδους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ἵνα μὴ πολλὴν ὄχλησιν καὶ χρηματομανίαν ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις οἱ Ἐπίσκοποι ἔχωσι, καὶ ἀνανεοῖ τὸν περὶ τῆς Συνόδων παλαιοτέραν διάταξιν. καὶ εἰ ἄρχων κωλύσῃ, φησὶ, δ γίνεσθαι σύνοδον, ἀφοριζέσθω, καὶ τὸν ἀμελοῦντα τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολίτας, εἰ μὴ ἀνάγκη τις μεσολαβήσῃ καὶ βία, κανονικοῖς ἐπιτιμίοις. ὅτι δ ζητῆται Συνόδων περὶ κανονικῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, δῆλον τοῖς Ἐπισκόποις φροντίζειν, εἰ φυλάττονται αἱ περὶ ἐκείνων. κανονικὰ μὲν οὖν πράγματα εἶεν ἂν οἱ ἀφορισμοί, εἰ διὰ καιρὸς γίνονται σωφρόνως, εἰ δὲ οἰκονόμων ὄντων ἐκ τῶν κλήρων αὐτῶν τὰ τῆς ἐκκλησιῶν διοικοῦσιν οἱ Ἐπίσκοποι, καὶ τοιαῦτά τινα, ἃ οἱ κανόνες γίνεσθαι διατάττονται. εὐαγγελικὰ, ἃ διὰ δ εὐαγγελίου ἡμῖν δογματίζονται· οἷόν ἐστι δ βαπτίζειν εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ δ μὴ ἐκβάλλειν τινὰ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐκτὸς λόγου πορνείας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ πάντα προδήλων, εἰ ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν ἐμένουσι, οἱ ἀρχιερεῖς διορίζόμενοι, καὶ εἰ τὰς θείας ἐντολὰς βιῶσιν οἱ ἄνθρωποι. καὶ μαρτυρίας χρατικὰς ὁ κανὼν προφέρει ἐκ τε δ ψαλτῆρος καὶ ἐκ τῶν παροιμιῶν. καὶ ὅτι τούτοις προσέθηκαν, ὅτι Συναγομένων τῶν Ἐπισκόπων ἔνθα ὁ μητροπολίτης τῆς ἐπαρχίας ὁρίσῃ καὶ δ κανόνα, μὴ ἐξεῖναι ὁ μητροπολίτης ἐξουσίαν ἀπαιτεῖν τι ἐξ αὐτῶν, ἔτι κτῆνος, ἵππον τυχὸν ἢ ἡμίονον, ἔτι τι ἕτερον εἶδος. εἰ δὲ καὶ ἀπαιτήσας καὶ λαβών τι ἐλεγχθείη, ἀποδώσει δ πεπραπλωμένον.

ARIST. *Quandoquidem non eſt poſſibile, ut Synodus, juxta decretum olim editum, bis quotannis celebretur, ſemel, uti ſextæ Synodo viſum eſt, habeatur. Et Magiſtratus, qui hoc prohibuerit, ſegregetur: & Epiſcopus, qui id fieri non curaverit, pœnis ſubjiciatur. Habitâ autem Synodo, ſi Metropolitanus quippiam à quovis Epiſcopo abſtulerit, quadruplum reddet.*

ΑΡΙΣΤ. Ἐπεὶ μὴ δυνατὸν, καὶ τὸ πάλαι δόξαν, δὶς τοῦ ἔτους γίνεσθαι Σύνοδον· γινέσθω ἅπαξ καὶ τὸ δόξαν τῇ ἕκτῃ. καὶ ὁ κωλύσας ἄρχων, ἀφοριζέσθω· καὶ ὁ ἀμελήσας Ἐπίσκοπος, ἐπιτιμάσθω. τῆς Συνόδου δ γινομένης, κἂν ὁ μητροπολίτης ἀφέληταί τι τῶν τοῦ Ἐπισκόπου, ἀποτίσῃ πραπλάσιον.

Et hæc Synodus illud confirmat, nempe ſemel quotannis in unaquâque provinciâ haberi Synodum: eum autem qui regioni præeſt, ſi Epiſcoporum conventum propter Canonica & Evangelica factum negotia prohiberi deprehendatur, ſegregat; Metropolitanum autem, qui curam non gerit ut hoc fiat, ſine neceſſitate aliquâ & violentiâ Canonicis pœnis ſubjicit. Et jubet autem, non licere Metropolitano aliquid ex iis, quæ Epiſcopi ſecum attulerint, ut jumentum vel aliquid aliud, auferre. Si autem deprehenſus fuerit aliquid ex eis abſtuliſſe, illud ad quadruplum exigetur.

Βεβαιοῖ καὶ αὕτη ἡ Σύνοδος, τὸ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι σύνοδον ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ· καὶ ᾧ μὲν χώραν ἄρχοντα, εἰ διαρεθῇ κωλύων τὸν τῶν Ἐπισκόπων Συνέλευσιν, τὸν δὲ κανονικὰ καὶ εὐαγγελικὰ πράγματα γινομένην, ἀφορίζει· ᾧ δ μητροπολίτῃ ᾧ ἀμελοῦντα τοῦτο γενέσθαι, ἄνευ τινὸς ἀνάγκης καὶ βίας, κανονικοῖς ἐπιτιμίοις καθυποβάλλει. προστάττει δ καὶ τὸ, μὴ ἔχειν ἄδειαν ᾧ μητροπολίτῃ ἀφαιρεῖσθαί τι ὧν οἱ Ἐπίσκοποι ἐπιφέρονται μεθ' ἑαυτῶν, ἢ κτῆνος ἢ ἕτερον εἶδος. εἰ δ ἐλεγχθῇ ἀφελόμενός τι ἐξ αὐτῶν, ἀποτίσθω τοῦτο εἰς τὸ πραπλάσιον.

CANON VII.

Dixit Paulus divinus Apoſtolus, Quorundam hominum peccata ante manifeſta ſunt: quorundam vero etiam ſubſequuntur. Præcedentibus enim peccatis, alia quoque ea ſequuntur. Impiam ergo eorum ſectam, qui Chriſtianos accuſant, alia quoque impia conſecuta ſunt. Quemadmodum venerabilium imaginum aſpectum ex Eccleſia ſuſtulerunt, alias quoque conſuetudines reliquerunt, quas quidem oportet renovari, & tam ex jure ſcripto quam non ſcripto ſic obſervari. Quæcunq; ergo templa conſecrata ſunt abſque ſanctis reliquiis martyrum, in iis fieri ſtatuimus reliquiarum depoſitionem cum conſuetis precibus. Qui autem templum conſecrat ſine ſanctis reliquiis, deponatur, ut qui Eccleſiaſticas traditiones tranſgreſſus ſit.

ΚΑΝΩΝ ζ'.

Ἐφη Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος, τινῶν ἁμαρτίαι ἀνθρώπων πρόδηλοί εἰσι, τισὶ δ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. ἁμαρτιῶν γὰρ προκαταλαμβανουσῶν, καὶ ἕπεται ἁμαρτία ἕπεσθαι δ ταύταις. τῇ οὖν αἱρέσει τῶν χριστιανοκατηγόρων καὶ ἄλλα ἀσεβήματα συνεκολούθησε. ὥσπερ γὰρ τὸν τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀφείλοντο ὄψιν ἐκ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἕτερά τινα ἔθη προελιπάσιν, ἃ χρὴ ἀνανεωθῆναι, καὶ κατὰ τὸν ἔγγραφον καὶ ἄγραφον θεσμοθεσίαν ὕπαρχεῖν. ὅσοι οὖν σεπτοὶ ναοὶ καθιερώθησαν ἐκτὸς ἁγίων λειψάνων μαρτύρων, ὁρίζομεν ἐν αὐτοῖς κατάθεσιν γίνεσθαι λειψάνων μετὰ τῆς συνήθους εὐχῆς. ὁ δ ἄνευ ἁγίων λειψάνων καθιερῶν ναόν, καθαιρείσθω, ὡς παραβεβηκὼς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς παραδόσεις.

BALS. Mos erat Eccleſiaſticus divina templa per ſanctas martyrum reliquias conſecrare. Chriſtianorum autem accuſatores, ſeu imaginum hoſtes exuſtoreſque, qui venerabilium & ſanctarum imaginum cultores

ΒΑΛΣ. Ἔθος ἦν ἐκκλησιαστικὸν τοὺς θείους ναοὺς καθιερεῖσθαι διὰ ἁγίων λειψάνων μαρτυρικῶν. οἱ δ χριστιανοκατήγοροι ἤγουν εἰκονοκάυσται, οἱ λέγοντες τοὺς προσκυνητοὺς τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἁγίων εἰκόνων εἰδωλολάτρας, ἐπέκεινα δ αἱρέσεως αὐτῶν καὶ τῆς τῶν ὀρθοδόξων μανίας, καὶ σεπτοὺς ναοὺς καθιέρωσαν ἁγίων λειψάνων. φασὶν οὖν οἱ πατέρες, ὅτι ταῖς ἀνθρωπίναις ἁμαρτίαις ἐπακολουθοῦσι καὶ ἕτεραι ἁμαρτίαι, καθὼς μέγας Ἀπόστολος Παῦλος. καὶ ἐπεὶ τῇ αἱρέσει τῶν εἰκονομάχων καὶ ἄλλα κακὰ ἐπακολούθησαν, (παρελείφθησαν γὰρ ἔθιμα ἐκκλησιαστικὰ ἀναγκαῖα,) ὁρίζομεν τοὺς καθιερωθέντας ναοὺς ἄνευ ἁγίων λειψάνων πάλιν καθιερωθῆναι διὰ λειψάνων, καὶ ἐφεξῆς ἔτι γενέσθαι τοὺς καθιεροῦντας ναοὺς χωρὶς ἁγίων λειψάνων καθαιρεῖσθαι. καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. εἴποι δέ τις, πῶς ἄνευ καταθέσεως λειψάνων σήμερον τὰ ἐγκαίνια τελοῦνται· καὶ διὰ τί ἱερουργοῦνται ἐν αὐτοῖς καὶ παρὰ ἐπισκόπων, ἀλλὰ παρὰ ἱερέων μόνων; καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὡς τὰ γινόμενα παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἀντίμινσια, καθ' ὃν καιρὸν καθιέρωσις ναοῦ γίνεται, διδόμενα εἰς ἐκκλησίας οἴκους, ἀρκοῦσιν ἀντὶ καθιερώσεως ἔτι ἐνθρονισμοῦ, καὶ ἐγκαινίων καὶ ἀνοιξίων. διὰ γὰρ τούτων καὶ ἀντίμινσια ἐκλήθησαν, ἤτοι ἀντιφέροντα καὶ ἀντίτυπα τῶν πολλῶν τιμίων μέσων τὰ καταρτιζόντων τὴν ἁγίαν θεοσυστικὴν τράπεζαν. οἱ μέντοι ἀρχιερεῖς τὰ ποιοῦσιν ἱερουργίας εἰς ἐκκλησίας ἀνενθρονίστους ναοὺς, διότι καὶ τοῦ ἱερωσύνης ἀξίωμα καταβιβάζεται, θρόνου μὴ ὄντος αὐτῷ κατὰ εἰς ὃν ἀποστολικῶς ὁ ἐπίσκοπος καθιδρύεται, μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν συμφώνων τὴν τοῦ ναοῦ καθιέρωσιν καὶ ἐνωρίτερον. ἐρωτήσαιτο δέ τινες, πότε ἡ καθιέρωσις γίνεται τῆς ἐκκλησίας; ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἡ μὲν πῆξις καὶ θεμελίων ἅμα τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ καὶ χώραν ἐπισκόπου τῆς· ἡ δὲ καθιέρωσις μετὰ τὸν ἀφιερωμὸν τοῦ ναοῦ, ὅτι πλήρης τὰ ἀνοίξια καὶ ὁ ἐνθρονισμὸς, καὶ ὁ ἅπας τούτου ἁγιασμὸς ὑπὸ ἁγίου μύρου χριομένου, καὶ λείψανα μαρτυρικὰ ὑποδεχομένου. διενισταμένου δέ τινος, ὀφείλειν καθαιρεθῆναι ἀρχιερέα τινὰ ποτὲ εἰς ἀνενθρόνιστον ἐκκλησίαν ἱερουργήσαντα, χρὴ καθαιρεῖσθαι καὶ ὁ καθιεροῦν ναὸν ἄνευ ἁγίων λειψάνων· ὁ ἀγιοταλὴς ἐκεῖνος πατριάρχης κύριος Λουκᾶς ἀπεφήνατο, ἄλλως πως τὸν τοιοῦτον ἀρχιερέα κολασθῆναι, καὶ δοκεῖν δηλαδὴ τῇ συνόδῳ, ἐν μὲν καθαιρέσεως, ὅτι καὶ πολὺ ἀκατάλληλα εἶπε τὰ ἐπταισμένα.

idololatras esse dicunt, ultra eorum hæresin & adversus orthodoxos insaniam, veneranda quoque templa sine sanctis reliquiis consecrârunt. Dicunt ergo patres, quòd humana peccata alia quoq; peccata consequuntur, ut dicit magnus Apostolus Paulus. Et quoniam Iconomachorum hæresin alia quoque mala subsecuta sunt: (prætermissæ sunt enim necessariæ consuetudines Ecclesiasticæ) decernimus, ut templa, quæ absque reliquiis consecrata fuêre, rursus per reliquias consecrentur, & sic deinceps fiat: ii autem, qui templa sine sanctis reliquiis consecrant, deponantur. Et hæc quidem Can. Dixit autem nonnemo, Et quomodo oratoria hodie sine reliquiarum depositione consecrantur? Et cur sacra in eis non celebrantur etiam ab Episcopis, sed à solis sacerdotibus? Eique responsum fuit, Quod quæ fiunt ab Antistitibus superaltaria, eo tempore quo fit templi consecratio, oratoriis tradita sufficiunt pro consecratione, sive dedicatione ac inthronizatione, encæniis & apertionibus. Propterea enim & ἀντίμινσια appellata sunt, quòd multas ejusmodi mensas exprimant & referant, quæ sanctam dominicam mensam perficiunt. Cæterum Antistites sacra non faciunt in oratoriis, quæ non sunt dedicata, quoniam præsulatûs dignitas deprimitur, si non sit thronus in quo Episcopus apostolicè collocatur, nec alia quæ templi consecrationem decoremq; constituunt. Cùm autem interrogâssent aliqui, quando fit Ecclesiarum consecratio? Responso acceperunt, quòd fundamenti quidem locatio fit per solam orationem Episcopi illius regionis, & crucis fixionem: consecratio autem post templi perfectionem, quando fiunt encænia & apertiones & inthronizatio, & universa ejus perfectio, sacro chrismate inuncti, & martyrum reliquias suscipientis. Cùm instaret autem quispiam; debere deponi Antistitem, qui in non dedicata Ecclesia sacrificaverat; quemadmodum deponitur & qui templum consecrat sine sanctis reliquiis: sanctissimus ille Patriarcha Dominus Lucas pronunciavit, alio quodam talem esse puniendum Antistitem, prout scilicet Synodo visum fuerit; sed non per depositionem. Delicta enim ea sunt longe lateque dissidentia.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο δὲ ἀποστολικὸν ῥητὸν ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ἄλλως ἐξελάβετο. ὅτε δὴ οἱ πατέρες ἀνέβαλον ἁπλοϊκώτερον ἐδέξαντο δέ, ἑπακολουθοῦσι, δηλονότι ταῖς φερομένοις ἁμαρτίαις καὶ ἕτεραις· καὶ τοῦτο ἐκβιάσαι φασὶν ὅτι τοὺς εἰκονομάχους. ἐκείνους γὰρ ὀνομάζουσι χριστιανομισητὰς, ὡς κατηγορουμένους τοὺς χριστιανῶν εἰδωλολατρείαν. ἐν μόνον γὰρ τοὺς ἐκκλησίας τοῦ κόσμου τοὺς σεπτῶν εἰκόνων ἐστέρησαν, ἀλλὰ καὶ ἔθη παλαιὰ παρελελοίπασιν, ἃ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν ὅτε· ἵνα καὶ ἡ ἔγγραφος διαθήκη καὶ ἡ ἄγραφος συνήθεια κρατῇ. Ὃ δὲ παραλέλοιπεν ἔθος, τοῦτό ἐστιν, ὃ ἐπὶ ταῖς καθιερώσεσι τοὺς θείους ναοὺς μὴ γίνεσθαι κατάθεσις λειψάνων ἁγίων. ὅτι οὖν, φασὶ, χωρὶς καταθέσεως ἁγίων λειψάνων καθιερώθησαν ναοί, δεδιδάχθημεν ἐκ τοῦ καὶ ἄγια λείψανα κατατεθῆναι ἐν αὐτοῖς. ὁ δὲ καθιερῶν ναὸν χωρὶς ἱερῶν λειψάνων, καθαιρείσθω, ὡς παραβάτης τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς παραδόσεως.

Zonar. Magnus quidem Basilius aliter hoc Apostoli dictum interpretatus est. Hi vero Patres verbum illud, consequuntur, paulo simpliciùs accepêre, ut ad priora scilicet facinora alia quoque solere sequi intelligendum sit. Quod quidem Iconomachis aiunt contigisse. Illos namque Christianorum accusatores nominant, quippe qui Christianos idololatriæ accusarent. Nec enim ii solùm Ecclesias sacrarum imaginum ornamentis spoliavêre, sed antiquas etiam consuetudines reliquêre, quæ quidem, ut simul & scriptis consignata lex, & non scripta quoque consuetudo servetur, hujus Canonis decreto renovantur. Consuetudo porro prætermissa ea fuit, quòd cum divina templa consecrarentur, nullæ simul in eis sanctorum reliquiæ conderentur. Quæcunque ergo templa, inquiunt, absque conditis sanctorum reliquiis consecrata sunt, in eis sacræ quoque reliquiæ hoc demum tempore collocentur. Qui vero templum, non adhibitis sanctorum reliquiis consecraverit, eum, quippe traditionum quas à majoribus accepimus transgressorem, deponi jubent.

ΑΡΙΣΤ. Καταπηγάδω μαρτύρων ἅγια λείψανα ὃν τοῖς ἄνευ αὐτῶν καθιερωθεῖσι ναοῖς, μετὰ τῶν συνήθων εὐχῶν. ὁ δὲ ἄνευ τούτων καθιερώσας, καθαιρείσθω, ὡς παραβὰς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς παραδόσεις.

Arist. *Sancta martyrum reliquiæ in templis, quæ absque iis consecrata sunt, idque cum consuetis precibus, reponantur. Qui autem absque iis consecrat, ut Ecclesiasticas traditiones transgressus, deponatur.*

Ὅσοι μὲν ναοὶ πρὸ τῆς συνόδου ταύτης, ἄνευ τῶν συνήθων εὐχῶν τῶν Ἐπισκόπων, καὶ λειψάνων ἁγίων μαρτύρων ἱδρυμένοι, εὑρέθησαν γνώσει καταθέσεων ἐν αὐτοῖς λειψάνων ἁγίων καὶ τῶν συνήθων εὐχῶν πεπληρωμένοι. ὅσοι δὲ μετὰ τὴν συνόδου ταύτην δίχα λειψάνων καθιερῶντες ναόν, καθαιρέσει καταδικάσθησαν, ὡς παραβάται τῶν ἐκκλησιαστικῶν παραδόσεων.

Quæcunque templa ante hanc synodum, sine consuetis Episcoporum precibus & Sanctorum Martyrum reliquiis, fundata fuerunt, in eis sanctas reliquias deponi, & consuetas preces celebrari definitum est. Quicunque autem post hanc synodum sine reliquiis templum consecrâsse deprehendantur, depositione damnantur, ut traditionum Ecclesiasticarum transgressores.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

CANON VIII.

Quoniam Hebræorum religionis quidam errantes, Chriſtum Deum noſtrum ſubſannare viſi ſunt, ſeſe quidem Chriſtianos eſſe fingentes, ipſum autem occulte negant, & clanculum ſabbata obſervant, & multa alia Iudaica faciunt: ſtatuimus, ut iſti neque ad communionem, neque ad orationem, neque ad Eccleſiam admittantur; ſed aperte ſint ſecundùm ſuam religionem Hebræi, & neque filios ſuos baptizent, neque ſervum emant vel poſſideant. Si autem ex pura & ſyncera fide quis eorum converſus, & ex toto corde confeſſus fuerit, eorum B *moribus & rebus inſultans ac veluti triumphum agens, ut & alii refellantur & corrigantur; eum recipiant, & baptizent ejus liberos; & caveant ipſi ſe ab Hebræorum ſtudiis & inſtitutis deſcituros: ſin autem non ita ſe gerant, eos nullo modo admittant.*

ΚΑΝΩΝ η'.

Επειδὴ πλανώμενοί τινες ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων θρησκείας μωκᾶσθαι ἔοικασι Χριστὸν ⊗ Θεὸν ἡμῶν, προσποιούμενοι μὲν χριστιανίζειν, αὐτῶν δὲ τὰ ἀρρήτως κρύβδην, καὶ λαθραίως σαββατίζοντες, καὶ ἕτερα Ιουδαΐζειν ποιοῦντες, ὁρίζομεν τούτους μήτε εἰς κοινωνίαν, μήτε εἰς εὐχὴν, μήτε εἰς ἐκκλησίαν δέχεσθαι· ἀλλὰ φανερῶς εἶναι κατὰ τὸν ἑαυτῶν θρησκείαν Ἑβραίους· μήτε τοὺς παῖδας αὐτῶν βαπτίζειν, μήτε δοῦλον ὠνεῖσθαι ἢ κατέχειν. εἰ δέ τις ἐξ εἰλικρινοῦς πίστεως ἐπιστρέφοι τις ἐξ αὐτῶν καὶ ὁμολογήσοι ἐξ ὅλης καρδίας, ἀριαμβεύων τὰ κατ' αὐτῶν ἔθη καὶ προάγματα, προὶς δὲ καὶ ἄλλοις ἐλέγχειν καὶ διορθοῦσθαι, τοῦτον προσδέχεσθαι, καὶ βαπτίζειν τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ ἀσφαλίζεσθαι αὐτοὺς ἀπέχειν τῶν Ἑβραϊκῶν βδελυγμάτων· εἰ δὲ μὴ ὕπως ἔχοιεν, μηδαμῶς αὐτοὺς προσδέχεσθαι.

B Balſ. Judæi quidam, cum quorundam criminum rei agerentur, vellent autem damnationem effugere, ad fidem Chriſtianam accedebant, & ſe Chriſtiana quidem ſentire præ ſe ferebant; ſed Judaica revera ſentiebant, ſabbata clanculum obſervantes, & noſtra lacerantes; ſuos C autem liberos baptizabant, & alia quædam pia faciebant ut orthodoxi fortaſſe viderentur. Dicunt ergo patres, eos non in aliquam communionem admittendos, nec permittendum ut filii eorum baptizentur, nec ut Chriſtianum ſervum ullo modo poſſideant, ſed juxta Hebræorum religionem ſe aperte gerant. Si quis autem à Judaica impietate, cum bona affectione, & ſine neceſſitate vel ſimulatione, ad orthodoxam fidem converſus fuerit, & Judaicis moribus valedixerit, & toto animo de iis triumphum egerit, & confeſſus fuerit ea quæ ab aliquibus prætextu facta ſunt, & ad Chriſtianorum fidei ludificationem reſpiciunt, ut & illi convincantur & corrigantur: D ipſe & ejus liberi ad communionem admittantur, & baptizentur, ſi priùs caverint fore ut à Judaicis traditionibus & ſtudiis abſtineant. Nota igitur iſta propter ſacerdotes qui Sarracenorum filios baptizant; & baptiſmum, qui ab illis propter corporis ſanitatem expetitur, non eſſe admittendum. Quadrageſimum verò quartum caput primi tit. primi lib. Baſil. inquit, Judæus qui ſe Chriſtianum eſſe velle præ ſe fereus, ut qui adverſus ſe accuſationem vel mutui actionem expectet, ad Eccleſiam confugit, debito non ſoluto, vel à crimine non abſolutus, ne admittatur. Quære & xlvii. caput ejuſdem libri & tit. Judæus mancipium Chriſtianum ne habeat, nec catechumenum cir- E cumcidat, nec alius hæreticus Chriſtianum ſervum habeat. Et liv. cap. Samaritanus autem nullus ſervum Chriſtianum habebit: ſed cùm primùm eum poſſederit, ſtatim in libertatem vendicetur. Si ſervus autem ejuſdem cum ipſo perverſæ opinionis fuerit, licebit ei Chriſtianam amplectenti opinionem, ſtatim etiam Romanam libertatem aſſequi.

ΒΑΛΣ. Ιουδαῖοί τινες ἔνοχοι καταστάντες δίκαι τινῶν ἐπιθέσεων, καὶ θέλοντες ταύτας ἐκφυγεῖν, προσήρχοντο τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ προσεποιοῦντο μὲν τὰ τῶν Χριστιανῶν φρονεῖν, τῇ ἀληθείᾳ δὲ τὰ τῶν Ιουδαίων ἐφρόνουν, λάθρα σαββατίζοντες, καὶ τὰ ἡμέτερα διασύροντες, ἐβάπτιζον δὲ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν, καὶ ἄλλα τινὰ ἐποίουν εὐσεβῆ, ὡς ἂν φαίνοιντο τάχα ὀρθόδοξοι· φασὶν οὖν οἱ πατέρες, μὴ δέχεσθαι τούτους εἰς κοινωνίαν οἱανδήποτε, μηδὲ συγχωρεῖν τοὺς παῖδας αὐτῶν βαπτίζεσθαι, μηδὲ δοῦλον χριστιανὸν ὁπωσδήποτε κατέχειν, ἀλλὰ φανερῶς κατὰ τὸν Ἑβραίων θρησκείαν αὐτοὺς πολιτεύεσθαι. εἰ δέ τις ἐξ αὐτῶν ἀπὸ τῆς Ιουδαϊκῆς θρησκείας πρὸς τὸ ὀρθόδοξον πίστιν ἐπιστρέφει μετὰ καθαρᾶς διαθέσεως, καὶ ἄνευ ἀνάγκης, ἢ προσποιήσεως, καὶ ἀποτάξεται τοῖς Ιουδαϊκοῖς ἔθεσιν, καὶ ὁλοψύχως ἀριαμβεύσει αὐτά, καὶ ὁμολογήσει τὰ ἁμαρτήματα κατὰ τῶν σκοπὸν γενόμενα, καὶ εἰς ἐμπαιγμὸν ἀφορῶντα τῆς πίστεως τῶν χριστιανῶν, ἐφ' ᾧ καθαίρεσιν ἐλεγχθῆναι καὶ διορθωθῆναι, προσδέχεσθαι τοῦτον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ εἰς κοινωνίαν, καὶ βαπτίζειν, ἀσφαλιζομένους ἀπέχειν ἀπὸ τῶν Ιουδαϊκῶν παραδόσεων καὶ βδελυγμάτων. σημείωσαι οὖν ταῦτα διὰ τοὺς ἱερεῖς τοὺς βαπτίζοντας τοὺς παῖδας τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ ὅτι διὰ θεραπείαν σωματικὴν ζητήμενον ὑπὸ τούτων βάπτισμα ἀποδέκτον ἐστί. ὁ μβ'τοι μδ'. κεφ. τοῦ α'. πίνακος τοῦ α'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, φησιν, Ιουδαῖος, ὁ θέλειν εἰς χριστιανὸς προσποιούμενος, ὡς ἂν πρὸς κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν ἢ πρὸς ἀπαίτησιν ἀγωγὴν ἀποφεύγων, τῇ ἐκκλησίᾳ φεύγῃ, μὴ πληρώσας τὰ χρέη, ἢ ἐλευθερωθεὶς τοῦ ἐγκλήματος, μὴ δεχέσθω. ζήτει δὲ ὁ μζ'. κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ πίνακος Ιουδαῖος. Χριστιανὸν ἀνδράποδον μὴ ἐχέτω, μήτε κατηχούμενον παιδεμέτω, μήτε ἄλλος αἱρετικὸς χριστιανὸν ἀνδράποδον ἐχέτω. καὶ τὸ νδ'. κεφ. Σαμαρείτης δὲ εὐθὺς χριστιανὸν οἰκέτην ἔξει, ἀλλ' ἅμα τῇ κτήσασθαι τοῦτον, εὐθέως εἰς ἐλευθερίαν ἁρπάζεσθαι. εἰ δὲ τῆς ὁμοίας αὐτῷ ὁ οἰκέτης κακοδοξίας εἴη, ἐξέσται αὐτῷ τῷ τῶν Χριστιανῶν ἀσπαζομένῳ δόξαν, εὐθὺς καὶ τῆς Ρωμαϊκῆς ἀπολαύειν ἐλευθερίας.

Zonar. Quidam ex Judæis ſe fidei ſtudio teneri, Chriſtianamque religionem amplecti velle, ſimulabant: Chriſtum vero illi ſubſannabant, hoc eſt, Chriſto, privatim ab eo deficientes, illudebant, atque ſabbata ſecretò F colebant, & alios Judæorum ritus; quippe ut infantes ſuos præciderent, tum qui cadaver attigiſſet, qui lepra infectus eſſet, cui ſemen efflueret, quiq; ejuſmodi quidquam aliud antiqua lege vetitum feciſſent, tanquam impuros averſarentur, retinebant. Ejuſmodi igitur homines, nec ad communionem admitti, nec in conventum ſacræ precationis recipi, tum ab Eccleſiæ ingreſſu omnino arceri, Hebræorumque rurſum publicè profiteri ſectam, nec liberos ſuos baptizare, nec ipſis mancipium emendi facultatem eſſe, Synodus jubet. Chriſtianum

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς Ιουδαῖοι προσήρχοντο τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ προσεποιοῦντο γίνεσθαι Χριστιανοί. ἐκφυλάττοντο δὲ ἐμυκτήριζον ⊗ Χριστόν· ἀντὶτοῦ ἐνέπαιζον κρυφίως αὐτὸν ἀρρήτως, καὶ λελησμένως τὰ σάββατα φυλάσσοντες, καὶ ἄλλα Ιουδαϊκὰ ποιοῦντες, οἷς προετίμωντες τοὺς παῖδας αὐτῶν, ἀκαθάρτους νεκρῷ προσψαύσαντας, καὶ τοὺς λεπρούς, καὶ τοὺς γονορρύτας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ὅσα τῷ παλαιῷ ἀπηγόρευται νόμῳ. τοὺς μὲν τοιούτους, ὥρισεν ἡ Συνὸς ⊗, μήτε εἰς κοινωνίαν δέχεσθαι, μήτε συνεύχεσθαι αὐτοῖς, μήτε ὅλως εἰς ἐκκλησίαν εἰσιέναι προσχωρεῖν, εἰ δὲ Ἑβραίους καὶ αὖθις κατὰ τὸ φανερὸν, καὶ μηδὲ τοὺς παῖδας αὐτῶν βαπτίζειν, μήτε προσχωρεῖν αὐτοῖς δοῦλον ὠνεῖσθαι. τὸ δὲ Χριστιανὸν ἀνδρά-

Ψηφιοποιήθηκε από

ἀνδράποδον κτᾶσθαι Ιουδαῖον καὶ ὁ πολιτικὸς κωλύει νόμος. οἱ δὲ πάγκα τῇ πίστει προσελθόντες, ὡς Χριστιανοὶ οὐκ ἐκωλύοντο δούλους ὠνεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ ὑποκεκριμένως τοῦτο ἐποίουν, φησὶν ἡ συνοδος μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς δούλους ὠνεῖσθαι, ἢ ἄλλως κτᾶσθαι, ἐκ δωρεᾶς τυχόν, ἢ ἀνταλλαγῆς, ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ. εἰ δὲ ἐξ εἰλικρινοῦς καὶ καθαρᾶς πίστεως, ἀντὶ τοῦ καθαρῶς καὶ ἀνυποκρίτως πεποίηται, βαπτισθείη τις αὐτῶν καὶ ὁμολογήσει ἐξ ὅλης καρδίας, ἀντὶ τοῦ τὰ αὐτὰ ἡμῖν λέγῃ, καὶ τὰ ἔθη τὰ οἰκεῖα καὶ ὅσα προαιροῦνται ἀπαμβόειν, πᾶσιν εἰς τὸ φανερὸν προτίθησι, καὶ θριαμβεύειν μὲν ποιεῖ, ὥστε καὶ ἄλλους ἐλευθερίας ὁμοπίστους αὐτοῖς, καὶ ὁμοδουλείας, τοιούτων προσδέχεσθαι καὶ βαπτίζειν, καὶ παῖδας αὐτῶν, καὶ ἀκριβῶς προσέχειν αὐτοῖς, ὥστε ἀποστῆναι τοὺς Ἑβραϊκοὺς ἐθισμάτων, ἄλλως δὲ αὐτοὺς μὴ προσδέχεσθαι. καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος ἐν πέμπτῳ κανόνι, τοὺς μεταμοσαμένους φησί, δέχεσθαι, οὐκ ἀκρίτως δὲ, ἀλλὰ δοκιμάζειν, εἰ ἀληθῶς καὶ γνησίως μεταμέλει. καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος πολλοῦ ποιεῖσθαι διαπίπτει τοὺς τῶν προσερχομένων Ιουδαίων πρὸς ἀκριβολογίαν.

ΑΡΙΣΤ. Ἑβραίους μὴ δεῖναι προσδέχεσθαι, εἰ μὴ φαίνοντο ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας ἐπιστρέφοντες. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ θ'.

Πάντα τὰ μειρακιώδη ἀθύρματα καὶ μανιώδη βακχεύματα, τὰ φθοδιουργράμματα, τὰ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων γενόμενα, δεῖν δοθῆναι τῷ ἐπισκοπείῳ Κωνσταντινουπόλεως· ἵνα ἀποτεθῶσιν μετὰ τῶν λοιπῶν αἱρετικῶν βιβλίων· εἰ δέ τις εὑρεθείη ταῦτα κρύπτων, εἰ μὲν Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχὸς, ἀφορίζεσθω.

ΒΑΛΣ. Τῆς τῶν Χριστιανοκατηγόρων ἤτοι τῶν εἰκονοκαυστῶν αἱρέσεως κραταιούσης ὅτι πολύ, οἱ ταύτῃ προσκείμενοι, διὰ γραφῶν τὰς κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων βλασφημίας αὐτῶν ἐχαλίτουν. φασὶν οὖν οἱ πατέρες, ὀφείλειν ταύτας δοθῆναι, ἐφ' ᾧ ἀποτεθῆναι ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἔνθα ἀπόκεινται καὶ τὰ λοιπὰ βιβλία τῶν αἱρετικῶν. τοὺς δὲ κρύπτοντας ταῦτα, ἐὰν μὲν ὦσι κατὰ τὰ ἱερωμένους μὲν ὄντας καθαιρεθῆναι, λαϊκοὺς δὲ καὶ μοναχοὺς, ἀφορίζεσθαι. καλῶς δὲ ὠνόμασαν οἱ πατέρες τὰ τοιαῦτα συγγράμματα, μειρακιώδη ἀθύρματα, ἤγουν νηπιώδη παίγνια καὶ μανιώδη βακχεύματα, ἤτοι μαινομένων βακχῶν φλυαρήματα, ὅτι σὺν γέλωτι καὶ συκοφάσεσί εἰσιν ὡς τὰ τῶν μειρακίων παίγνια, καὶ ἀξιοκλαυτα ὡς τὰ τῶν μαινομένων ἔργα καὶ μεθυόντων. αἱ βάκχαι γὰρ χορεῖαι τῶν μαινομένων ἑπόμενοι τῷ ἐφόρῳ τῶν μεθῃ ψευδωνύμῳ θεῷ τῷ Διονύσῳ. οἱ μὲν τοίνυν νόμοι τὰ τῶν αἱρετικῶν βιβλία δύνειζον) καίειν. ζήτει κεφ. γ'. τοῦ ιβ'. τίτλου τοῦ πρώτου συναγγαλου, καὶ εὑρήσεις ἐν αὐτῷ κατεγραμμένα κεφ. διάφορα τοῦτο αὐτῷ προκελεύοντα. εἴποι δέ τις, διὰ τίνα αἰτίαν ὁ μὲν νόμος τὰ τῶν Χριστιανοκατηγόρων βιβλία ἀποτίθεσθαι ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ δύνειζον); λύσις. τὸ αὐτὸν ἔξεστι καυθῆναι τὰ βέβηλα συγγράμματα τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἀποτεθῆναι ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. ὅτε γὰρ καιόμενα εἰς ἀνάγνωσιν ἔλθοιεν, ὅτε ἐν τοιούτῳ τόπῳ ἀσύλῳ ἀποτιθέμενα, διαβολὴ γένοιτό τινι. ὁ γοῦν καίσας ταῦτα καὶ μὴ ἀποτιθέμενα ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ, τῷ κανόνι οὐκ ὑποκείσεται), ὡς μηδὲ ὑπεναντίως αὐτῷ πεπραξάμενος. ἐπισκοπεῖον δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως τὸ πατριαρχεῖόν ἐστιν. ἐπεὶ δὲ τὸ μεγαλεῖον τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου διάφορα μὲν σέκρετα ἔχει ὑφ' ἑαυτῷ, ἰδικῶς δὲ ἀφορίσθη τῷ σεκρέτῳ τοῦ χαρτοφυλακείου τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια, καὶ ὁ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλαξ ἐνεργεῖ δικαίῳ τοῦ κατὰ καιροὺς ἀγωτάτου πατριάρχου πάντα τὰ τούτῳ ὑπήκοα, ὡς Ἐπισκόπῳ·

namque ſervum Judæus poſſidere civili quoque lege prohibetur. Qui tamen ex eorum numero fortè fidem amplexi forent, ſervos emere Chriſtianorum more permittebantur. Quoniam verò id ſimulatè agebant, idcirco Synodus ſervum iis emere, aut aliter poſſidere, donatione nimirum, aut permutatione, aut alia quacunq; ratione quæſitum, minime licere decernit. Quòd ſi eorum quiſpiam ex pura & ſyncera fide, hoc eſt, puro animo atque omni ſimulatione ſublata, fidei myſteriis aſſenſus convertatur, atque ex toto corde confiteatur, hoc eſt, nobiſcum in omnibus plane conſentiat, & de ſuorum moribus ac inſtitutis quibuſque triumphum agat, hoc eſt, ſe nihil ſimile facturum aperte profiteatur ac ſpondeat, ut ex eo alii quoq; erroris ſocii refutentur ac reſipiſcant: admitti hominem, ipſumque & filios baptizari, ſtudioſeque ipſos, ut ab Hebraicis ſe inſtitutis abjungant, obſervari; ſecus omnino repelli placet. Magnus verò etiam Baſilius, quinto Canone; Quos, inquit, errari pœnitet, admittendi ſunt: non tamen iis temere habenda fides, ſed an vere eos & ex animo pœniteat ſedulò cognoſcendum. De Judæis itidem, ut non niſi diligenter examinati probatique recipiantur, civilia quoque jura decernunt.

ARIST. *Hebræos admittere non oportet, niſi eos ſyncero corde converſos eſſe conſtiterit.* Perſpicuus.

CANON IX.

Puerilia, omnia ludibria furioſaque dicta ac ſcripta, quæ adverſus venerabiles imagines edita ſunt Epiſcopio Conſtantinopolitano tradi oportet; ut cum reliquis hæreticis libris deponantur. Si quis autem hæc celare inventus fuerit, ſi quidem Epiſcopus vel Presbyter vel Diaconus ſit, deponatur: ſin verò Laicus vel Monachus, ſegregetur.

BALS. Cùm Chriſtianorum hoſtium ſeu imaginum exuſtorum diu invaluiſſet hæreſis, qui ei adhærebant, ſuas adverſus ſacras imagines blaſphemias literis mandabant. Dicunt ergo patres, eas debere tradi, ut in Epiſcopio Conſtantinopolitano reponantur, ubi reponuntur reliqui quoq; libri hæreticorum: eos autem, qui hæc celaverint, ſi quidem ſacris ordinibus initiati ſint, deponi; ſin verò Laici vel Monachi, ſegregari. Rectè autem patres ejuſmodi ſcripta nominârunt puerilia ludibria, hoc eſt, ludicra puerorũ oblectamenta & inſana ac bacchica reſponſa, inſanientium ſc. baccharum nugas; quia ſunt ſoluru facilia & nullo negotio labefactabilia, ut puerorum ludibria, & ridicula ut furioſorum & ebriorum opera. Bacchæ enim erant chori inſanientium, ebrietatis præſidem ſequentes Bacchum, qui falsò Deus cognominatur. Jam verò leges hæreticorum libros exuri quoque decernunt. Quære autem tertium caput xii. tit. præſentis operis, & invenies diverſa capita in eo poſita, quæ hoc ipſum jubent. Dixerit autem quiſpiam quamnam ob cauſam Canon quidem Chriſtianorum hoſtium ſeu imaginum combuſtorum libros in Epiſcopio reponi jubet, leges autem eos comburi permittunt? Solutio. Idem eſt cumburi profana & impia hæreticorum ſcripta, & in Conſtantinopolitano Epiſcopio reponi. Neque enim, ſi combuſta fuerint, legentur, nec ſi in ejuſmodi tuto & inacceſſo loco reponantur, ab ullo unquam aſpicientur. Qui ergo ea combuſſerit, & in Epiſcopio non repoſuerit, non tenebitur Canone, ut qui non contrà fecerit. Conſtantinopoleos autem Epiſcopium Patriarchæ palatium eſt. Porro quoniam patriarchalis throni magnificentia diverſa quidem ſub ſe habet ſecreta; chartophylacii vero ſeu tabularii ſecretò ſeorſum deputata ſunt jura Epiſcopalia, & qui pro tempore eſt chartophylax, ſanctiſſimi tempore Patriarchæ jure, omnia, quæ ad eum pertinent ut Epiſcopum exercet; etenim

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

etenim excommunicat, animæ delicta corrigit, Diaconos & Sacerdotes ordinari permittit, ſacrorum miniſteriorum pittacia exponit, & quædam hujuſmodi alia: chartophylacium Epiſcopium rectè dicetur.

ZONAR. Qui rabioſe ſacras imagines inſectati, eas idoli quoque nomine vocitârunt, libros etiàm, quibus opinio ipſorum comprehenditur, conſcripſerùnt; quos quidem ſancta hæc Synodus Puerilia ludibria, hoc eſt, ludicra puerorum oblectamenta inſanáſq; Bacchationes, nominat. Bacchæ namque mulieres erant, quæ ſociato cœtu furentes Bacchum comitabantur. Bacchus vero Deus à Græcis habebatur, ebrietati præfectus, ebrius ſane ille quoq; ſemper, & plenus amentiæ. Quemadmodum ergo Bacchæ illæ, dum furor gliſceret, nullam modeſtiæ aut gravitatis rationem habuêre, ſed ſola eas ſtimulante inſania ferebantur: ita qui ſcripta ejuſmodi edidêre, eos Synodi Patres furore & amentia, non aliqua gravi & ſedata ratione, ad eam ſcriptionem impulſos eſſe confirmant. Ejuſmodi porro ſcripta à nemine occultari, ſed ab iis qui habent, cum aliis hæreticorum libris, ſeponenda proferri jubent. Qui autem hæc occultaverint, ſi quidem Epiſcopi aut aliàs ſacris ordinibus initiati fuerint, depoſitione; ſin verò Laici & Monachi, ſegregatione puniendos eſſe decernunt.

ZONAR. Non ſolum à parentibus, ut in educandis liberis ſedulò elaborent; ſed à filiis quoq; viciſſim, ut parentibus honorem exhibeant, poſtulatur. Honoris autem genus eſt ipſos in ſenectute alere, ſi egeant, vel ſi ob affectam ætatem inopia premantur. Neq; ſolum hæc officia parentibus, ſi fideles ſint, ſed etiam à fide alienis præſtari debent. Ex illis enim verbis, [maxime ſi fideles ſint,] de infidelibus quoq; Can. loqui facile apparet. Qui ergo pietatis ſimulatione parentes deſerunt, nec debitum honorem, ad quem ſpectat egentes alere, illis impertiunt; pœnam anathematis ejuſmodi hominibus Can. infligit: addit tamen ut præcipua religionis ratio ſit habenda. Si namq; infideles aut hæretici parentes ad infidelitatem aut hæreſim liberos impellant, tum vero fugiendos, eorúmq; honori religionem præferri oportere decernit.

ΖΩΝΑΡ. Οὐ μόνον οἱ γονῆς ἀπαιτοῦνται φροντίζειν τῶν τέκνων καὶ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ παῖδες αὖθις χρεωστοῦσι τιμᾶν τοὺς γονῆς, τιμῆς ἥ ἐστιν, εἴ γε γηροβοσκεῖν αὐτοὺς ἀπαιτοῦνται ἢ διὰ γῆρας εἰδεῖς ὄντας, εἴ τε μόνον πενίᾳ τοῦτο χρεωστοῦσι γονεῦσιν, ἀλλὰ εἰ καὶ ταῖς ἀπίστοις. ὁπότε γὰρ τοῦ εἴπεῖν, μᾶλιστα πιστῶν, δείκνυται, ὅτι εἰ καὶ περὶ ἀπίστων ὁ νόμων λέγει. τοὺς γοῦν προφάσει θεοσεβείας τοὺς οἰκείους γονῆς ἀπορροῆτους ἐῶντας, εἰ μὴ τῷ ἐνδεχομένῳ τιμὴν αὐτοῖς ἀπονέμοντας, ἥτις μέρος εἰ καὶ πρέφειν αὐτοὺς ἀπορωῶτας, ἀναθεματίζει ἐκεῖ κανών· ἐπάγει δὲ, προτιμωμένης τῆς θεοσεβείας. εἰ γὰρ οἱ γονῆς ἄπιστοι ὄντες ἢ κακόδοξοι τοὺς παῖδας εἰς ἀπιστίαν ἢ εἰς αἱρέσεις ζωωθῆναι, φύγειν δεῖ αὐτοὺς, εἰ καὶ προτιμᾶν τὴν ἐκείνων τιμῆς τῷ θεοσέβειαν.

ARIST. *Item liberi, quicunque à fidelibus recedunt parentibus, Anathema.*

ΑΡΙΣΤ. Καὶ τέκνα, ὅσα πιστῶν ἀποκίνεσθαι γονέων, ἀνάθεμα.

CANON XVII.

Si qua mulier, propter eam quæ exiſtimatur pietatem, tondeat comam, quam Deus ei dedit ad recordationem ſubjectionis, ut quæ ſubjectionis præceptum diſſolvat, ſit anathema.

ΚΑΝΩΝ ιζ'.

C Εἴ τις γυναικῶν διὰ τὸ νομιζομένην θεοσέβειαν ἀποκείροιτο τοὺς κόμας, ἃς ἔδωκεν ὁ θεὸς εἰς ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς, ὡς ἂν καταλύουσα τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς, ἀνάθεμα ἔστω.

BALS. Magnus Paulus ad Corinthios ſcribens dicit, Maritus eſt mulieris caput. Hoc autem dixit, quoniam is ipſius auctor & cauſa eſt, ut quæ ex eo facta ſit. Ex Adam enim Eva. Et poſt nonnulla, Si enim non veletur mulier, tondeatur. Si autem turpe eſt mulieri tonderi vel radi, veletur. Et paulo poſt: Mulier ſi comam nutriat, gloria eſt ipſi, quia coma pro amiculo illi data eſt. Et hæc quidem magnus Paulus. Euſtathius autem mulieres tonderi docuit, perinde ac ſi ipſa tonſura ad pietatem conferat; & ne adverſus quidem naturam legem ferre eum puduit. Natura enim comam mulieribus adeò eſſe convenientem novit, ut nec eis unquam calvitium naturaliter inſit. Si ergo tondeatur mulier, ut quæ ſe aliquid facere exiſtimet, quod Deo acceptum ſit, & ſubjectionis recordationem tollat: (Et hoc etiam ex epiſtola ad Corinthios ſumptum eſt à Synodi patribus. Dicit enim illic Apoſtolus; Debet mulier habere poteſtatem in capite, ſcilicet ſymbolum ſubjectionis, id eſt tectum habere caput) Anathema ſit illi, ut quæ ſolvat & tranſgrediatur ſubjectionis præceptum. His ita ſe habentibus, ne dixeris ex præſenti Canone prohiberi mulierem, ſi tonſuram monaſticam elegerit. Ea enim, vel invito marito, ſi vitam tori expertem elegerit, exaudietur, & tondebitur.

ΒΑΛΣ. Ὁ μέγας Παῦλος Κορινθίοις ἐπιστέλλων, κεφαλὴ, φησὶ, γυναικὸς ὁ ἀνήρ. τοῦτο δὲ εἶπεν, ὅτι αἴτιος αὐτῆς ἐστιν, ὡς ἐξ αὐτοῦ νομίζεται. ἐκ μὲν Ἀδὰμ γὰρ ἡ Εὔα. καὶ μετά τινα· εἰ γὰρ μὴ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειράσθω. εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρεσθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω. καὶ μεθ' ἕτερα· γυνὴ ἐὰν κόμην ἔχῃ, δόξα αὐτῇ ἐστιν, ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ. καὶ ταῦτα μὲν ὁ μέγας Παῦλος. ὁ δὲ Εὐσταθίος κείρεσθαι τὰς γυναῖκας ἐδίδαξεν, ὡς πάνυ πρὸς θεοσέβειαν συμβαινομένου τοῦ κείρεσθαι, καὶ οὐδὲ τῇ φύσει ἀντινομοθετεῖν ἠδέσθη. τοσοῦτον γὰρ οἰκεῖον οἶδεν ἡ φύσις ταῖς γυναιξὶ τὸν κόμον, ὡς οὐδὲ φαλάκρωμα ταύταις ἐγγίνεσθαι φυσικῶς. εἰ γοῦν κείροιτο γυνὴ, ὡς πάνυ τι δοκοῦσα ποιεῖν πρὸς θεοῦ εὐαρέστησιν, καὶ περιαιρεῖ τὴν ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς (καὶ τοῦτο ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους ἐλλιπείας τῆς τῶν σωιόδων παρέσει. λέγει γὰρ ἐκεῖ ὁ ἀπόστολος, ὅτι ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν διὰ τῆς κεφαλῆς, ἤτοι τὸ σύμβολον τῆς ὑποταγῆς, τουτέστι τὸ καλακεκαλυμμένῳ ἔχειν τῷ κεφαλείῳ.) E ἀνάθεμα ἔστω αὐτῇ, ὡς λύουσῃ καὶ παραβαινούσῃ τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, μὴ εἶπῃς ἐκ τοῦ παρόντος κανόνος κωλύεσθαι τὴν γυναῖκα, ἐὰν βούληται μοναδικὸν ἀποκαρσιν. αὕτη γὰρ καὶ ἀκουσίῳ τοῦ ἀνδρὸς τὸν ἄζυγα βίον αἱρετισαμένη, εἰσακουσθήσεται, καὶ ἀποκαρήσεται.

ZONAR. Magnus Paulus ad Corinthios ſcribens dicit; Maritus eſt mulieris caput. Hoc autem dixit, quoniam is ipſius auctor & cauſa eſt, ut quæ ex eo facta ſit. Ex Adam enim Eva. Et poſt nonnulla; Si enim non veletur mulier tondeatur. Si autem turpe eſt mulieri tonderi vel radi, veletur. Et Paulo poſt; Mulier ſi comam nutriat, gloria eſt ipſi. Et hæc quidem magnus Paulus. Euſtathius autem mulieres tonderi docuit, perinde ac ſi ipſa tonſura ad pietatem conferat; & ne adverſus quidem naturam legem ferre eum puduit. Natura enim comam mulieribus adeò eſſe convenientem novit, ut nec eis unquam calvitium naturaliter inſit. Si ergo tondeatur mulier, ut quæ ſe aliquid facere exiſtimet, quod Deo acceptum ſit, & ſubjectionis recordationem tollat (& hoc etiam ex epiſtola ad Corinthios ſumptum eſt à Synodi patribus. Dicit enim illic Apoſtolus; Debet mulier habere poteſtatem in capite, ſcilicet ſymbolum ſubjectionis, id eſt, tectum habere caput, mariti poteſta-

F ΖΩΝΑΡ. Ὁ μέγας Παῦλος Κορινθίοις ἐπιστέλλων, κεφαλὴ, φησὶ, γυναικὸς ὁ ἀνήρ. τοῦτο δὲ εἶπεν, ὅτι αἴτιος αὐτῆς ἐστιν, ὡς ἐξ αὐτοῦ νομίζεται. καὶ γὰρ ἡ Εὔα ἐκ τοῦ Ἀδὰμ. καὶ μετά τινα· εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειράσθω. εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρεσθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω καὶ μεθ' ἕτερα· γυνὴ ἐὰν κόμην ἔχῃ, δόξα αὐτῇ. ταῦτα μὲν ὁ μέγας Παῦλος. ὁ δὲ Εὐσταθίος κείρεσθαι τὰς γυναῖκας ἐδίδαξεν, ὡς δή τι πρὸς θεοσέβειαν συμβαινομένου τοῦ κείρεσθαι, καὶ οὐδὲ τῇ φύσει ἀντινομοθετεῖν ἠδέσθη. τοσοῦτον γὰρ οἰκεῖον οἶδεν ἡ φύσις ταῖς γυναιξὶ τὸν κόμον, ὅτι οὐδὲ φαλάκρωμα ταύταις ἐγγίνεσθαι φυσικῶς. εἰ γοῦν κείροιτο γυνὴ, ὡς πάνυ τι δοκοῦσα ποιεῖν πρὸς Θεοῦ εὐαρέστησιν, καὶ περιαιρεῖ τὴν ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς (καὶ τοῦτο ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους ἐλλιπείας τῆς τῶν συνόδων παρέσει. λέγει γὰρ ὁ ἀπόστολος, ὅτι ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν διὰ τῆς κεφαλῆς, ἤτοι τὸ σύμβολον τῆς ὑποταγῆς τὸ καλακεκαλυμμένῳ ἔχειν τῇ κεφαλείῳ ἐξουσίαν τοῦ ἀνδρὸς

ἀνθρὸς κελῶν) ἀνάθεμα ἔςω αὐτῇ, ὡς λυόσῃ καὶ παραβαινόσῃ τὸ ὑποτακτικὸν πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς.

A tem appellans) anathema sit illi, ut quæ solvat & transgrediatur subjectionis præceptum.

ΑΡΙΣΤ. Ὅσαι γυναῖκες τὰς κόμας τίλλουσι, θεοσέβειαν ὑποκρινόμεναι, ἀνάθεμα.

Arist. *Quæcunque mulieres, pietatem simulantes, comas tondent, Anathema.*

ΚΑΝΩΝ ιη'.

Εἴ τις διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ἐν τῇ κυριακῇ νηστεύσῃ, ἀνάθεμα ἔςω.

Canon XVIII.

Si quis propter eam, quæ existimatur, exercitationem in dominico jejunet, sit anathema.

ΒΑΛΣ. Πολλαχοῦ κεκανόνισται, μὴ νηστεύειν καὶ σκυθρωπάζειν ἡμᾶς ἐν τῇ χαρμόσυνον ἡμέραν τῆς κυριακῆς διὰ τὴν ἔγερσιν τοῦ κυρίου, ἀλλὰ πανηγυρίζειν καὶ εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ, ὡς ἀναστάντας ἐκ τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας. τοὺς γοῦν Εὐσταθίου διδάσκοντας νηστεύειν ἐν ταῖς κυριακαῖς διὰ ἄσκησιν δῆθεν, ἀναθεματίζει ὁ κανὼν ὁ ξδ'. ἀποστολικὸς κανὼν ἀφορίζει τοὺς ἕτω νηστεύοντας λαϊκούς, ὥσπερ καὶ τοὺς κληρικοὺς καθαιρεῖ. ζήτει καὶ τὸ νέ. καινὸν τὸν τῷ Τρούλλῳ Συνόδου.

BALS. Multis Canonibus cautum est, ne jejunemus, & tristitiam præ nobis feramus, in festo ac læto die dominico, propter Domini resurrectionem; sed celebremus, & Deo gratias agamus, ut qui ex peccati lapsu surrexerimus. Eustathianos ergo, docentes esse indiebus dominicis jejunandum, propter exercitationem scilicet, Canon anathemate percutit. Lxiv. autem Canon Apostolicus segregat Laicos, qui sic jejunant, quemadmodum & Clericos deponit. Quære & lv. Can. Syn. in Trullo.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ἐν ταῖς κυριακαῖς νηστείαν ἐκήρυττεν ὁ Εὐσάθιος, ὅτι διὰ τὴν ἔγερσιν τοῦ κυρίου, καὶ τὴν τῆς βροτείας φύσεως ἐκ τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας ἀνάστασιν, εὐχαριστεῖν ἡμᾶς δεῖ τῷ θεῷ καὶ χαίρειν. ἡ δὲ νηστεία σωτηρίου καὶ λύπης ἐστὶ σύμβολον. διὸ καὶ τοῖς νηστεύουσιν ἐν κυριακαῖς ἐπάχθη ἀνάθεμα.

Zonar. Jejunium Dominica quoque die Eustathius indixit; quam tamen, quòd per eam Christus ab inferis redivivus extiterit, naturámq; humanam à peccati lapsu excitarit, exultabundi Deo gratias agentes transigere debemus. At jejunium doloris tristitiæque habet argumentum. Quamobrem & in eos, qui dominica die jejunarent, pœna anathematis constituta fuit.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ τὴν κυριακὴν ἢ τὸ σάββατον ἀνηστεύτους, ἀνάθεμα.

Arist. *Qui diem Dominicam, vel sabbatum jejunus peragit, Anathema.*

ΚΑΝΩΝ ιθ'.

Εἴ τις τῶν ἀσκουμένων χωρὶς σωματικῆς ἀνάγκης ὑπερφανεύοιτο, καὶ τὰς παραδεδομένας νηστείας εἰς τὸ κοινὸν, καὶ φυλασσομένας ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, παραλύοι, ἀποκρούεται ἐν αὐτῷ τελείῳ λογισμῷ, ἀνάθεμα ἔςω.

Canon XIX.

Si quis eorum, qui exercentur, absque corporali necessitate se insolenter gerat, & tradita jejunia, quæ communiter servantur ab Ecclesia, dissolvat, perfecta in eo residente ratione, sit anathema.

ΒΑΛΣ. Αἵρεσις Βογομιλικὸν ἐστὶν ὅτι τινας χρόνους κατὰ πᾶσαν ἡμέραν νηστεύειν καὶ μηδέποτε παραλύειν, ὡς μετὰ τοσοῦτον χρόνον λέγειν ἐν πλείοσι γράφειν τοὺς νηστεύοντας; καὶ παραλύειν καὶ ἁμαρτάνειν ἀδιαφόρως, καὶ πᾶσαν κακίαν διὰ τελειότητος ὡς ὑπὸ πυρὸς καθαιρεῖσθαι. τοιαῦτα γοῦν ἐδίδασκον, ὡς ἔοικε, καὶ οἱ περὶ τὸν Εὐσάθιον· διὸ καὶ ἀνεθεματίσθησαν. ὀφείλομεν γὰρ οἱ πιστοὶ νηστεύειν κατὰ τὰς παραδεδομένας νηστείας, ἤτοι τετράδα, καὶ τὴν παρασκευὴν, τὴν μεγάλην τεσσαρακοστὴν καὶ τὰς λοιπὰς νηστείας, καὶ οὐδὲ πέμπτην κατὰ τὰς ἑορτασίμους ἡμέρας, εἰ μή που διὰ νόσον καταλῦσαι ἀναγκαζώμεθα. ὅπερ φησὶ καὶ ὁ ξθ'. ἀποστολικὸς κανὼν, κατὰ πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευὴν καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν μὴ καταλύειν ἡμᾶς, εἰ μὴ διὰ ἀσθένειαν σωματικὴν.

BALS. Bogomelica est hæresis, ad aliquod tempus omni die jejunare, nec unquam jejunium solvere, ut eos, qui post tantum tempus jejunant, dicant esse in perfectione, & jejunium solvere & peccare indiscriminatim posse, & omne vitium tanquam à perfectione ab igne exuri. Hujusmodi ergo, ut videtur, docebant & Eustathiani; & ideo fuerunt anathemate percussi. Debemus enim fideles in traditis jejunis, nimirum quartâ feriâ, & parasceve, & magnâ quadragesimâ, & reliquis jejuniis jejunare, & rursus festos dies celebrare, nisi fortè propter morbum jejunium solvere coacti simus. Dicit enim lxix. Can Apostolicus; In omni quarta feria & parasceve & in paschæ quadragesima nos jejunium non solvere nisi propter corporalem imbecillitatem.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἀποστολικὸς ἑξηκοστὸς τέταρτος κανὼν τοῦτο ῥητῶς φησίν. εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τῇ κυριακῇ ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. καὶ ὁ ξθ'. τὴν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα νηστεύειν ὁρίζουσα, καὶ τετράδα καὶ παρασκευὴν· εἰ μή τις δι' ἀσθένειαν ἐμποδίζοιτο. τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἅγιος Εὐσάτιος τοὺς παραδεδομένας νηστείας λυόντων, ὡς τάχα φθασάντων τοὺς πλείστους, καὶ ἐκεῖσε δεομένων νηστείας, ὁ κανὼν τοῦτον ἡ συνὼς ὡρίσατο, ἀνάθεμα καταψηφιζόμενον τῶν λυόντων τὰς παραδεδομένας νηστείας, καὶ ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας φυλαττομένας, ἤγουν τοῦ ἀθροίσματος τῶν πιστῶν, εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν τις σωματικὴν νηστεύειν ἢ θεραπεύειν κελεύοι ὁ ἀποστολικὸς κανών.

Zonar. Sexagesimus quartus Can. Apostolicus hæc totidem verbis habet; Si quis, inquit, Clericus inventus fuerit die Dominico jejunare, vel Sabbato, præterquam uno solo, deponatur: sin autem laicus, segregetur. Sexagesimus vero nonus Quadragesimam Paschæ, & quartum diem, & parasceven, nisi corporis aliqua infirmitas obstiterit, jejunio transigendam esse decernit. Cum vero Eustathiani, quasi summum perfectæ virtutis apicem attigissent, nec ipsos jejunio castigari amplius oporteret, tradita jejunia violarent, hunc Can. Synodus promulgavit, eosque, qui jejunia à majoribus tradita, atque ab Ecclesia, hoc est, fidelium multitudine servari consueta violarint, nisi, ut Apostolico Canone explicatum est, valetudine impediantur, anathemati obnoxios esse decernit.

ΑΡΙΣΤ. Καὶ τὰς ἐκκλησιαστικὰς νηστείας ἐκτρέπων, ἀνάθεμα.

Arist. *Et qui Ecclesiastica jejunia evertit, Anathema.*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

Canon XX.

Si quis arrogantia utens, martyrum congregationes abhorreat, è sacra quæ in eis celebrantur, & eorum memorias accuset, sit anathema.

Bals. In sanctorum martyrum memoriis fiebant conventus quidam & congregationes in quibusdam templis, sicut & fit hodie. Eustathiani ergo pietatis prætextu damnabant eos, qui hæc in Dei honorem faciebant; superbiâ elati ob impiam ipsorum vivendi rationem: & ideo etiam anathemati subjecti sunt. Nota ergo, quòd quæ in solennibus martyrum festis fiunt, scilicet cantica, choreæ, & populi confluxus, quoniam in Dei fiunt honorem, non reprobantur; cùm de iis hæc Synodi Patres scripserint.

Zonar. Hoc quoque est Eustathii ejusque gregalium disciplina. Loca nimirum contemnebant, in quibus reliquiæ martyrum servabantur; quique in iis sacra facerent, memoriamque eorum venerarentur, damnabant; & conventus fidelium in iis locis celebrari solitos aversabantur. Quamobrem hunc Canonem Synodus contra eos, qui superbia elati conventus ejusmodi aspernarentur, constituta in eos pœna anathematis, promulgavit.

Arist. *Et qui sanctorum Martyrum conventus despectui habet, sit Anathema.*

Canon XXI.

Hæc autem scribimus, non eos abscindentes qui in Dei Ecclesia volunt secundum scripturas in continentia & pietate exerceri; sed eos qui prætextum exercitationis ad arrogantiam assumunt, adversus eos, qui simplicius vivunt, se efferentes, & præter scripturas Ecclesiasticosque Canones novitates inducunt. Virginitatem itaque unà cum humilitate nos admiramur, & continentiam, quæ cum pietate & gravitate exercetur, admittimus; & à secularibus negotiis secessum cum humilitate suscipimus; & sanctam matrimonii conjunctionem honoramus; & divitias cum justitia & beneficentia non vilipendimus; & vestium utilitatem, propter corporis tantum curam minimè curiosam ac operosam, laudamus: dissolutas autem & molles in vestibus incessus aversamur; & domos Dei honoramus, & qui fiunt in iis conventus ut sanctos & utiles amplectimur, non pietatem in domibus includentes, sed omnem locum in Dei nomine ædificatum honorantes; & quæ fit in ipso Ecclesia congressionem ad publici utilitatem recipimus; & insignes fratrum beneficentias, quæ tanquam secundum traditiones fiunt per Ecclesiam in pauperes, laudamus; & ut semel dicamus quæ à divinis scripturis & Apostolicis traditionibus commendata sunt, in Ecclesia fieri optamus.

Bals. & Zonar. Cùm quædam opera, quæ bona & ex virtute existimantur, hujus Synodi Patres à fidelibus fieri prohibuerint; ut virginitatem servare, utpote cùm matrimonium ad salutem animæ impedimentum afferat; non jejunare diebus, quibus prohibitum est jejunium; solvere matrimonium propter eam quæ videtur exercitationem; non alere liberos vel parentes, propter virtutis exercitium; & quæcunque sunt ejusmodi: nunc pro iis respondent dicentes; Quòd hæc decrevimus, non eos, qui volunt exercere, amputantes; sed eos, qui propterea superbi & insolentes fiunt, & nova quædam præter divinas scripturas introducunt, corrigentes. Nos enim & hoc & illud recipimus, & hoc admiramur,

ΚΑΝΩΝ κ'.

Εἴ τις αἰτιᾶται, ὑπερηφάνῳ διαθέσει κεχρημένος καὶ βδελυσσόμενος τὰς συνάξεις τῶν μαρτύρων, ἢ τὰς ἐν αὐταῖς γινομένας λειτουργίας, καὶ τὰς μνήμας αὐτῶν, ἀνάθεμα ἔστω.

ΒΑΛΣ. Ἐν μνήμαις ἁγίων μαρτύρων ἐγίνοντο συνάξεις καὶ πανηγύρεις ἔν τισι ναοῖς, καθὼς καὶ σήμερον γίνεται. οἱ γοῦν περὶ τὸν Εὐστάθιον, προφάσει δῆθεν εὐλαβείας, κατεγίνωσκον τῶν ταύτας εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ ποιούντων· ἀλαζονευόμενοι διὰ τὸν θεοστυγῆ αὐτῶν διαγωγήν. διὸ καὶ ἀναθέματι κάθυπεβλήθησαν. ὥστε σημείωσαι, ὅτι τὰ εἰς τὰς ἐπισήμους ἑορτὰς τῶν ἁγίων μαρτύρων γινόμενα, ἤγουν τὰ ψαλμῳδήματα, αἱ χορεστασίαι καὶ ἡ σύρροια τῶν πολλοῦ λαοῦ, ἐπεὶ εἰς τιμὴν γίνονται τῶν θεοῦ, οὐκ ἀποδοκιμάζονται. ἐπὶ τούτοις ἔγραψεν ταῦτα οἱ τῆς συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τοῦτο τοῦ Εὐστάθιου καὶ τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν διὰ διάταγμα. κατεφρόνουν γὰρ τῶν τόπων, ἐν οἷς μαρτύρων ἀπέκειντο λείψανα, καὶ τῶν ἐκεῖ λειτουργούντων, καὶ τὰς μνήμας αὐτῶν τιμώντων, κατεγίνωσκον, καὶ τὰς γινομένας ἐκεῖ συνάξεις ἀπεστρέφοντο. διὸ τὸν κανόνα τοῦτον ἡ σύνοδος ἐξεφώνησε κατὰ τῶν ὑπερηφανευομένων, καὶ βδελυκτὰς ἡγουμένων τὰς συνάξεις τὰς ἐπὶ τῶν μάρτυσιν, ἀναθέματι τούτους καταδικάσασα.

ΑΡΙΣΤ. Καὶ ὁ τὰς τῶν ἁγίων μαρτύρων συνάξεις περιφρονῶν, ἀνάθεμα.

ΚΑΝΩΝ κα'.

Ταῦτα δὲ γράφομεν, οὐκ ἐκκόπτοντες τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν θεοῦ κατὰ τὰς γραφὰς ἀσκεῖσθαι βουλομένους· ἀλλὰ τοὺς λαμβάνοντας τὸν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφανίαν, κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε καὶ παρὰ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας. ἡμεῖς τοιγαροῦν καὶ παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζομεν, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ θεοσεβείας καὶ σεμνότητος γινομένην ἀποδεχόμεθα, καὶ ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων κατὰ ταπεινοφροσύνης ἀποδεχόμεθα, καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν τιμῶμεν, καὶ πλοῦτον μετὰ δικαιοσύνης καὶ εὐποιΐας οὐκ ἐξουθενοῦμεν, καὶ λιτότητα καὶ εὐτέλειαν ἀμφιασμῶν δι' ἐπιμέλειαν μόνον τῶν σώματος ἀπρίεργον ἐπαινοῦμεν· τὰς δὲ ἐκλύτους καὶ τεθρυμμένας ἐν τῇ ἐσθῆτι προόδους ἀποστρεφόμεθα, καὶ τοὺς οἴκους τοῦ θεοῦ τιμῶμεν, καὶ τὰς συνόδους, τὰς ἐπ' αὐτοῖς, ὡς ἁγίας καὶ ἐπωφελεῖς ἀσπαζόμεθα, οὐ συγκλείοντες τὴν εὐσέβειαν ἐν τοῖς οἴκοις, ἀλλὰ πάντα τόπον τὸν ἐν ὀνόματι τοῦ θεοῦ οἰκοδομηθέντα τιμῶντες, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ συνέλευσιν εἰς ὠφέλειαν τοῦ κοινοῦ προσιέμεθα, καὶ τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιΐας τῶν ἀδελφῶν, ὡς τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας, μακαρίζομεν, καὶ πάντα συνελόντως εἰπεῖν, τὰ παραδοθέντα ὑπὸ τῶν θείων γραφῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γίνεσθαι εὐχόμεθα.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Τινὰ τῶν νομιζομένων ἐναρέτων ἔργων οἱ τῆς συνόδου ταύτης κωλύσαντες γίνεσθαι παρὰ τῶν πιστῶν, αὐτὸ δὲ παρθενεύειν, ὡς τάχα τοῦ γάμου πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς ἐμποδίζοντος, δὲ μὴ νηστεύειν ἐν ἡμέραις αἷς ἀπαγορεύεται ἡ νηστεία, δὲ λύειν τὸν γάμον διὰ δοκοῦσαν ἄσκησιν, δὲ μὴ τεκνοτροφεῖν, ἢ γηροβοσκεῖν τοὺς γονεῖς, διὰ τὴν τῆς ἀρετῆς τάχα ἐργασίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· νῦν ὑπὲρ τούτων ἀπολογοῦνται λέγοντες ὅτι ταῦτα ὡρίσαμεν, οὐχὶ τοὺς ἀσκεῖν αἱρουμένους ἀνακόπτοντες, ἀλλὰ τοὺς διὰ τοῦτο ὑπερηφανευομένους καὶ ἐπαιρομένους καὶ, καινά τινα παρὰ τὰς θείας γραφὰς εἰσάγοντας, διορθούμενοι. ἡμεῖς γὰρ καὶ τόδε καὶ τόδε ἀποδεχόμεθα, καὶ τόδε θαυμάζομεν,

καὶ

Ψηφιοποιήθηκε από την

καὶ ἐφεξῆς ὅπερ ἀυτοῖς ἀριθμοῦμεν, καὶ ἀναγόμεθα πάντα γίνεσθαι κατὰ τὰς θείας γραφὰς καὶ τὰς παραδόσεις τὰς ἀποστολικάς· διὰ μὲν τῶν θείων γραφῶν πάντα τὰ εἰρημένα ἀναπεμφούσαντες· διὰ δὲ τῶν παραδόσεων τὰ τῶν ἀγράφων ἐθῶν αἰνιξάμενοι. καὶ τὰ ἄγραφα γὰρ ἔθη τὰ χρόνῳ δοκιμασθέντα καὶ κυρωθέντα, καὶ οἱ τὰ πολιτείας νόμοι κρατεῖν τε καὶ ἐνεργεῖν διατίθενται, καὶ οἱ θεῖοι κανόνες. καὶ ὁ μέγας τὰ πάντα Βασίλειος περὶ τῶν τούτων φυλακῆς μακρὸν ἀποτείνεται καὶ λόγον ἐν διαφόροις λόγοις ἀποδίδωσι.

A & eodem quo illi ordine habemus, & omnia fieri optamus secundum divinas scripturas & traditiones Apostolicas: per divinas quidem scripturas omnia, quæ fidelibus in scriptis mandata sunt, significantes; Per traditiones autem non scriptos mores innuentes. Non scriptos enim mores tempore approbatos & confirmatos, leges quoque civiles observari & valere decernunt, & divini Canones. Et magnus etiam in rebus omnibus Basilius de eorum observatione in multis suis orationibus fusè loquitur.

ΑΡΙΣΤ. Η παροῦσα συνόδος, καὶ δι' ἄλλας μὲν ἐκκλησιαστικὰς χρείας συνελθοῦσα, ζητήσασα δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν Εὐστάθιον· καὶ εὑροῦσα πολλὰ ἀθέσμως ὑπὸ τοῦ περὶ αὐτὸν Εὐστάθιον γενόμενα, τοὺς κανόνας τούτους ἐξέθετο, ἵνα μὴ εἰς τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, ἤτοι τῶν Μασσαλιανῶν τε καὶ Εὐχιτῶν, ἐμπίπτωμεν. Οὗτοι γὰρ καὶ νόμιμον γάμον ἀθετοῦσι, καὶ κρέα βδελύττονται, τὴν ἐκκλησιῶν καὶ τὴν θυσιαστηρίων καταφρονοῦσι, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς γινομένων συνάξεων· καὶ ἰδίᾳ ἐκκλησιάζειν, καὶ ἐν τοῖς εὐκτηρίοις αὐτῶν διδάσκουσιν οὐχοῖς, καὶ διδασκαλίας ἰδίας, καὶ συνάξεις ποιούμενοι, παρὰ γνώμην Ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου τὰ τῆς ἐκκλησίας πλεῖστα μυστήρια· καὶ ἁπλῶς πάντα καινοτομοῦντες ὑπερβαίνοντες, νόμους ἔχουσιν ἰδιάζοντας, μᾶλλον δὲ ἕκαστος αὐτῶν, ὅσα ἂν συμπεσὼν ὁπωσοῦν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἑαυτῷ βλαβερὰ, τοῦτο προσίδηται. διὰ ταῦτα οὖν ἡ ἁγία αὕτη σύνοδος τῆς αἱρέσεως αὐτῶν καταψηφισαμένη, καὶ τοὺς δὲ τοὺς κανόνας ἐκθεμένη, ἐκτὸς αὐτοὺς εἶναι τῆς ἐκκλησίας προσέταξεν. εἴ τις γοῦν ἢ τὸν νόμιμον γάμον ἀθετεῖ, ἢ τὰ κρεωφαγούμενα κατακρίνει, δίκην πυκτεύων ἢ εἰδωλοθύτου· ἢ δοῦλον διδάσκει τῶν δεσποτῶν ὑπεραίρεσθαι, προφάσει θεοσεβείας, καὶ τῆς ὑποκρίσεως αὐτῶν καταφρονεῖν· ἢ διακρίνοιτο τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλαβεῖν ἀπὸ πρεσβυτέρων ὑπαγομένων· ἢ τῶν οἴκων τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀναχωρεῖν, ὡς συκοφαντοῦντας αὐτοὺς αἱρέσεως, καὶ ἰδίᾳ ἐκκλησιάζων, διδασκαλίας ἑτέρας ποιοῖτο· ἢ παρὰ γνώμην Ἐπισκόπου, ἢ πρεσβυτέρου, ὡς κακοφρονοῦντας αὐτῶν, τοῖς τῆς ἐκκλησίας πλεῖστα μυστήρια, ἀλλὰ δὲ τῷ προσοφείλει αὐτοῦ μεγάλα ἰσχύειν οἴεσθαι, ἢ διδάσκει τὰς ἀπέχεσθαι τῶν χρεῶν διδομένας καρποφορίας τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ εἰς ὑποποίμνιον κεκλεισμένας, παρά τε τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ τῶν εἰς τὴν οἰκονομίαν τούτων παρ' αὐτοῦ προβεβλημένων, μὴ προσφέρειν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἀλλ' αὐτοῖς τε, καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς, ὡς ἁγίοις, ταύτας διδόναι· ἢ τὴν παρθενίαν, μὴ διὰ αὐτὸ τὸ καλὸν, καὶ γάμου προτιμᾶται, ἀλλ' ὡς τὸν γάμον βδελυσσόμενος· καὶ τὰ γενναμμένων καταπαιζόμενος· ἢ ὁ συνέρχοιτο τοῖς συνκαλοῦσι δι' ἀγάπην, καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀπόλυσιν, εἰς μεζάλην ἄρτου καὶ οἴνου, ἀλλὰ ἀθετεῖ τούτους, καὶ συνκοινωνεῖν μετ' αὐτῶν καλέμενος, οὐκ ἀνέχοιτο δι' ὑπερηφάνειαν· ἢ τὸν πλουτοῦντα μὴ δικαιοσύνης, καὶ εὐποιΐας ἕνεκεν· ἢ καὶ τὸν σηρικὰ ἐσθῆτα φοροῦντα φαυλίζει, ξενά τινα αὐτὸς βρύνων ἀμφιάσματα, οἷς ἐκ τούτων δικαιοῦσθαι οἴεται· ἢ καὶ γυναῖκές τινες εἰ εὑρίσκοιντο ἀνδρικὰ ἱμάτια φορούμεναι, ὅτι καταπαίουσι τῆς κοινῆς τῶν γυναικῶν ἀμφιάσεως, καὶ ὡς ἐκ τούτων οἴονται σεμναὶ δικῆν τι δικαίαν· ἢ τοὺς ἰδίους ἀνδρῶν, ὡς τὸν γάμον βδελυσσόμενοι, ἀφιζύγνυσι, ἢ τὰ οἰκεῖα τέκνα καταλιμπάνουσι, καὶ μὴ τεκνοτροφοῦσι ταῦτα, καὶ ὅ, ὅσον ἐπ' αὐταῖς, πρὸς θεοσέβειαν τὸ πρόσκαιρον ὑπαλείφουσι, ἀλλὰ προφάσει ἀσκήσεως ἀμελοῦσι τούτων· καὶ τὸ κόμιον τὸ γυναικείαν ἀποκειρόμενοι, ὡς ὑποκρινόμενοι θεοσέβειαν· ἢ πάλιν, οἱ τέκνα πιστῶν γονέων ἀποκείρουσι, τὸ πρέπον τιμῶ γονεῦσι μὴ ἀπονέμοντα, ὡς προτιμώμενα δῆθεν τὸ θεοσεβεῖν· ἢ εἰ παραβαίνει τὶς τὰς παραδεδομένας ἡμῖν νηστείας, καὶ κοινῶν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας φυλάττεσθαι γενομένας τιμῶν, τὸ κυριακὸν, ἢ τὸ σάββατον αἱρεῖται νηστεύειν· ἢ τὰς τῶν μαρτύρων συνάξεις, καὶ τὰς ἐν αὐταῖς

B Arist. *In omnes Canones.* Hæc præsens Synodus & propter alias Ecclesiasticas coacta necessitates, inquirens etiam in ea quæ ad Eustathium pertinebant, & inveniens multa ab Eustathii assectis injustè facta; hosce Canones exposuit, ne in istorum vel etiam Massalianorum, & Euchitarum hæresim incideremus. Hi enim legitimas nuptias criminantur, & carnem detestantur, Ecclesias autem & altaria contemptui habent, ut & conventus in iis factos: & privatim concionari, & in suis oratoriis precari docent, & privatas instructiones & conventicula facientes præter Episcopi aut Presbyteri voluntatem Ecclesiastica celebrant mysteria: & C omnem omnino Ecclesiasticum transilientes Canonem privatas habent leges, vel potius unusquisque eorum quicquid ad Ecclesiæ calumniam, & ipsius detrimentum animo concipit, illud profert. Idcirco sancta hæc Synodus cum hæresim eorum suo suffragio condemnasset, & hosce exposuisset Canones, eos extra Ecclesiam esse statuit. Si quis itaque vel nuptias legitimas improbat, vel eum qui carnem comedit præter suffocatam & idolis immolatam, condemnat, vel servos à dominis recedere, pietatis prætextu, & ministerium suum contemnere docet, aut dubitat divina accipere sacramenta à Presbyteris qui uxores habent, vel ab ædibus D Dei & Ecclesiâ recedens ut eas justè contemnendas ducens, & privatim concionem habens, alias instructiones profert, vel præter Episcopi aut Presbyteri sententiam, ut eos contemnens, Ecclesiastica peragit mysteria, quia suas preces magnopere prævalere opinatur, aut docet fructuum oblationes Ecclesiæ olim datas, & ad bona opera erogatas, & ab Episcopo & eis qui ad eorum administrationem ab ipso designantur, Ecclesiæ non offerre, sed sibi aut illis qui secum sunt eas dare, vel virginitatem non propter ipsam bonitatem, matrimonio præfert, sed ut matrimonium execrans, & adversus conjugatos elatus, vel non E convenit iis qui ad agapen congregant post Ecclesiæ dismissionem ad panis & vini participationem, sed eos rejicit, & cum eis communicare vocatus per contemptum & superbiam non sustinet, vel cum justitiâ & beneficentiâ ditescentem aspernatur, vel & eum qui sericam vestem induit, flocci facit, ipse peregrina quædam excogitans indumenta, ut ex iis se justificari putans, vel etiam mulieres quædam si vestimenta virilia induere inveniuntur, ad communis fœminarum vestitus ruinam, & tanquam putantes se ex iis Sanctas & justas videri, aut à suis viris ut nuptias detestantes separantur, vel proprios liberos relinquunt, & non F ut liberos eos alunt, nec quantum in se est ad religionem convenientem eos excitant, sed exercitationis prætextu eos negligunt, & quæ comam muliebrem detondent, ut pietatem simulantes, vel vice versâ si liberi à parentibus fidelibus resiliunt, honorem parentibus debitum non tribuentes, tanquam pietatem nimirum præferentes, vel si quis tradita nobis jejunia transgrediatur, & profanans dies ab Ecclesiâ servari sanctas, dominicâ vel sabbato eligat jejunare, vel martyrum congregationes & sacra quæ in iis fiunt mysteria, ut arrogans calumniatur, & abhorret. Si quis

itaque

itaque ex iis quæ supra enumerantur, quicquam facere deprehenditur, ut se contra eos qui simpliciùs vivunt, efferens, & Ecclesiasticas transiliens leges & innovationes è propriâ superbiâ introducens, sit anathema. Ecclesia enim virginitatem cum animo demisso admiratur, & secessionem à negotiis secularibus eodem modo factam admittit, & continentiam cum gravitate & religione, & venerabilem matrimonii usum honore prosequitur, & divitem cum justitiâ & beneficentiâ non parvi pendet, & simplicitatem & frugalitatem vestimentorum non propter superbiam sed propter solam corporis curam sine curiositate factam, approbare novit; quemadmodum non admittit etiam eos qui dissolutas, & delicatas induunt vestes; & simpliciter omnia quæcunque Dei nomine ad communicats utilitatem fiunt, recipit. Quæ autem per arrogantiam & contemptum, & odium eorum quæ à divinis patribus tradita fuerunt, contrariâ feruntur lege, magnopere rejicit pariter & execratur. Et imprimis si qui hæc faciunt, pietatem etiam simulant.

A γινομένας λειτουργίας, ὡς ὑπερήφανος ἀναβάλοιτο καὶ βδελύττοιτο. εἴ τις γοῦν ἐκ τῶν ἄνωθεν ἀπηριθμημένων δυρίσκοιτό τι ποιῶν, ὡς κατεπαιρόμενος τῶν ἀφελεστέρως βιούντων, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς παραβαίνων θεσμοὺς, καὶ καινισμοὺς εἰσάγων ἐξ ἰδίας ὑπεροψίας· ἀνάθεμα ἔστω. ἡ γὰρ ἐκκλησία καὶ παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζει, καὶ ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων ὡσαύτως γινομένων ἀποδέχεται, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ σεμνότητος καὶ θεοσεβείας, καὶ σεμνὴν διοίκησιν γάμου τιμᾷ, καὶ πλοῦτον μετὰ δικαιοσύνης καὶ εὐποιΐας οὐκ ἐξουθενεῖ, καὶ λιτότητα καὶ εὐτέλειαν ἀμφιασμάτων, οὐ διὰ τύφον, ἀλλὰ δι' ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ
B σώματος, ἀπερίεργον γινομένην, ἐπαινεῖν οἶδεν· ὥσπερ οὐκ ἀποδέχεται καὶ τοὺς ἐκλύτας καὶ τεθρυμμένας ἐνδεδυμμένους ἐσθῆτας· καὶ ἁπλῶς πάντα, ὅσα ἂν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ θεοῦ εἰς ὠφέλειαν τοῦ κοινοῦ γένωνται, ἀποδέχεται. τὰ δὲ δι' ὑπεροψίαν καὶ καταφρόνησιν καὶ μῖσος τῶν παραδεδομένων ὑπὸ τῶν θείων πατέρων ἀντινομοθετούμενα, σφόδρα καὶ ἀποπέμπεται καὶ βδελύττεται· καὶ μᾶλλον εἰ προφασίζονται οἱ ταῦτα ποιοῦντες καὶ θεοσέβειαν.

C

D

KANO-

E

F

Ψηφιοποιήθηκε από την

A

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΗΣ ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ Τῆς Συρίας Συνόδου.

CANONES SYNODI ANTIOCHENÆ in Syriâ celebratæ.

ΒΑΛΣ. καὶ ΔΥΟ γεγόνασιν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ Συρίας συνόδοι, ἡ μὲν ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως Ρωμαίων κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ὃς αἱρεσιάρχης ἐλήλυθε, λέγων τὸν κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ψιλὸν ἄνθρωπον· τὸν δὲ υἱὸν τοῦ θεοῦ, λόγον προφορικόν. παρῆν δὲ ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ πολλοὶ καὶ ἄλλοι, καὶ ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ Θαυματουργός. ἠθροίσθησαν δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἧς Ἐπίσκοπος B ἦν ὁ Σαμοσατεύς, ὃν δὴ Παῦλον ταῖς νουθεσίαις καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν ἀποδείξεσι μὴ πείσαντες ἀποστῆναι ἀπὸ τῆς κατὰ τοῦ κυρίου βλασφημίας, κοινῇ ψήφῳ καθεῖλόν τε καὶ ἀνεθεμάτισαν. ὁ δὲ τοῦ θρόνου τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας οὐκ ἀφίστατο. διὸ οἱ τῆς Συνόδου πρὸς τὸν βασιλέα Αὐρηλιανὸν τὰ περὶ τούτου ἀνέφερον. καὶ ὃς τῷ τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς κατ' αὐτὸν ἀρχιερεῦσιν ἐκέλευσε τὰ κατὰ τοῦ Παύλου ἐπανακρίνεσθαι, καὶ εἰ δικαίως καθῄρηται, ἐκδιῶξαι αὐτὸν τῆς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίας, ὃ καὶ γέγονεν, ὡς ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος ἱστορεῖ. ἑπέρα δὲ αὖθις Συνέδριον συνόδου ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπὶ C Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, μετὰ πέντε ἔτη τῆς πλάνης τοῦ παρόντος αὐτοῦ. καὶ κανόνας ἐξέθετο, οἵ τινές εἰσιν ὅτοι.

BALS. & ZONAR. ANtiochiæ, quæ est civitas Syriæ, duæ fuere Synodi. Una quidem sub Aureliano Imperatore Romanorum, adversus Paulum Samosatenum hæresiarcham, qui dicebat Dominum nostrum & Deum Jesum Christum esse solum hominem: filium Dei autem esse verbum prolatitium. Cæterum huic Synodo interfuerunt & multi alii, & sanctus Gregorius Thaumaturgus. Convenerunt autem Antiochiæ, cujus erat Episcopus Paulus Samosatenus: quem quidem Paulum, cum admonitionibus & ex scripturis demonstrationibus à blasphemiis desistere non persuasissent, communi sententia depositum & anathematizarunt. Is verò ab Antiochenæ Ecclesiæ throno non recessit. Patres itaque Synodi de eo ad Aurelianum Imperatorem retulerunt. Ille verò Romanorum Episcopo & ejus Antistitibus jussit de Paulo inquirere; & si justè depositus fuit, eum ex Christianorum Ecclesia expellere; quod etiam factum est, ut scribit Eusebius Pamphili. Alia verò Synodus rursus coacta est Antiochiæ sub Constantio filio magni Constantini, quinque annis post mortem patris: & Canones edidit, qui sunt hi.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικωτάτη σύνοδος, ἡ ἀπὸ τοῦ θεοῦ συγκροτηθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐξ ἐπαρχίας Συρίας καὶ Φοινίκης, Παλαιστίνης, Ἀραβίας, Μεσοποταμίας, Κιλικίας, Ἰσαυρίας· τοῖς κατ' ἐπαρχίαν ὁμοψύχοις καὶ ἁγίοις συλλειτουργοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Sancta & summe pacifica Synodus, in unum sub Deo Antiochiæ congregata ex Cœlesyria, Phœnicia, Palæstina, Arabia, Mesopotamia, Cilicia, Isauria, his, qui per singulas provincias sunt, unanimis sanctis & consacerdotibus in Domino salutem.

Ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν, ἐπισκεψαμένη τὴν Ἀντιοχέων ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ συναγαγοῦσα μετ' ὁμονοίας καὶ συμφωνίας καὶ πνεύματος εἰρηνικοῦ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα κατώρθωσεν, ἐν πᾶσι δὲ καὶ τοῦτο κατώρθωσεν ἐκ ὑποβολῆς τοῦ ἁγίου καὶ εἰρηνικοῦ πνεύματος. ἃ γὰρ καλῶς ἔχειν ἔδοξεν, μετὰ πλείονος σκέψεως καὶ ἐπικρίσεως ὁμοῦ πάντων ἡμῶν τῶν Ἐπισκόπων καὶ ὅσοι συγκροτηθέντων ἐπὶ τὴν Ἀντιοχείας ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ἐπὶ τὴν ὑμετέραν γνῶσιν ἀνηνείκαμεν, πεπεισμένοι τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ὅτι καὶ αὐτοὶ συμπνεύσετε, ὡς δὴ δυνάμει σωζόντες ἡμᾶς, καὶ ταῖς εὐχαῖς συνεργοῦντες, μᾶλλον δὲ ἱκετεύοντες, ἡμᾶς καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι συμφρονοῦντες, τὰ αὐτὰ τοῖς ἡμῖν συμφωνήσαντες καὶ ὡρισάμενοι, καὶ τὰ ὀρθῶς δόξαντα ὑπερασπιζόμενοι καὶ βεβαιοῦντες τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος συμφωνίᾳ. εἰσὶ δὲ οἱ ὁρισθέντες ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες οἱ ὑποτεταγμένοι.

Gratia & veritas Jesu Christi Domini & Salvatoris nostri, sanctam Antiochenam Ecclesiam visitans, & in unum connectens per concordiam & consensum & spiritum pacificum multa quidem alia perfecit: in omnibus autem & hoc perficit ex suggestu sancti & pacifici spiritus. Quæ enim visa sunt rectè constitui tum plurima consideratione & judicio, unà cum omnibus nobis Antiochiam ex diversis provinciis in unum collectis Episcopis, in vestram notitiam retulimus: gratiæ Domini & Spiritui sancto pacis credentes, quod & ipsi conspirabitis nobis, tanquam una nobiscum virtute sitis orationibus simul adnitentes; magis autem uniti, nobis & Spiritui sancto præsentes, iisdem nobiscum consentientes & definientes, & ea quæ visa sunt recta roborantes cum consensu Sancti spiritûs consignabitis. Sunt autem præfiniti Canones Ecclesiastici hi qui infra sunt scripti.

F

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Canon I.

Omnes, qui audent dissolvere decretum sanctæ & magnæ Synodi, quæ Nicææ coacta est in præsentia pietatis religiosissimi Imperatoris Constantini, de sancto festo salutiferi Paschatis, esse excommunicatos & Ecclesia ejectos statuimus, si adversus ea, quæ rectè decreta sunt, contentiosius insistere perrexerint. Et hæc quidem de Laicis dicta sint. Si quis autem eorum qui præsunt Ecclesiæ, Episcopus, vel Presbyter vel Diaconus, audebit post hoc decretum, ad populorum subversionem & Ecclesiarum perturbationem, seorsum agere & Pascha cum Judæis peragere; sancta Synodus eum abhinc alienum esse ab Ecclesia judicavit, ut qui non sibi solum peccati, sed & multis exitii & subversionis causa fuerit: & non solum eos à ministerio deponit, sed & illos, qui audent iis post depositionem communicare. Depositos autem etiam externo honore privari, cujus sanctus Canon & Dei sacerdotium fuit particeps.

Bals. De festo sanctæ Paschæ, quando debet fieri satis tractatum est in septimo Canone Apostolico; & lege eum, & quæ in ipsum scripta sunt. Præsentis autem synodi sancti Patres dicunt de hoc festo à prima Synodo fuisse definitum. Atque hoc in Canonibus Patrum Nicænæ Synodi non inventum est: sed in actis primæ Synodi invenitur. Eos ergo qui audent, quæ de Pascha sic definita sunt, solvere, & cum Judæis festum agere, si sint quidem Laici, & ad Ecclesiasticam traditionem non facilè redigantur, sed contentiosè resistant, decernunt absolutè excommunicationis pœnis subjici; eos vero, qui sunt sacrati, deponi: & non solum ipsos, sed & eos qui illis post depositionem communicant. Quin etiam iis ipsis, unà cum sacrorum celebrandorum privatione, honorem quoque Canonicum, qui ad illos, utpote sacratos, extra sacrum tribunal pertinet, adimunt. Neque enim cathedræ, neque vocationis honore digni habebuntur: sed nec alio sacerdotali privilegio. Nota ergo ex hoc, quod si non est magnum crimen, propter quod quispiam est depositus, sed leve (fortè duxit uxorem post depositionem) ea quæ sunt extra tribunal peraget: & externum etiam honorem habebit. Lege & ix. Canonem Neocæsarienſis Synodi, & vi. Synodi Can. xxi. & xxvi.

Zonar. Decretum à Sanctis Patribus in prima Synodo congregatis, quod tamen inter Canones ejus Syn. non extat, de Paschæ solenni die editum fuisse, hujus Synodi auctores asserunt; idque ab omnibus servari, quique ei non obtemperaverint, si quidem Laici sint, communione privari & ab Ecclesia exterminari jubent. Quod si sacro ordini constitutionis illius violatores adscripti fuerint, iique cum Judæis diem Paschatis celebrandum esse doceant, depositione ipsos, & qui iisdem post depositionem communicare ausi fuerint, mulctari volunt; ac ne externum quidem sacerdotii honorem, ut cùm à sacrorum celebratione arceantur, tamen cathedræ prærogativam Episcopique aut Sacerdotis appellationem retineant, hominibus concedi patiuntur. Ac ii quidem, qui cum Judæis Paschæ diem agunt, septimo quoq; sanctorum Apostolorum Canone deponi jubentur. Porro inter Can. primæ Synodi nihil quidquam de Paschate decretum invenitur: An vero extra Canones aliquid ejusmodi constitutum sit, cum illis Concilii apud me Acta non extent, haud facile dixerim.

Arist. *Qui legibus sancitam paschæ traditionem immutare molitur, si quidem Laicus sit, qui hoc agit, excommunicetur: sin Clericus, ab Ecclesiâ arceatur.*

Dicitur & in septimo Apostolico can. quod Presbyter qui cum Judæis pascha celebrat, deponitur. Idem itaq; & hæc præsens can. statuit; quod si quis Laicus legitimam

Κανων α'.

Πάντας τοὺς τολμῶντας παραλύειν τὸν ὅρον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τὸν ἐν Νικαίᾳ συνκροτηθέντα ὑπὲρ πίστεως τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς ἁγίας ἑορτῆς τοῦ σωτηριώδους πάσχα, ἀκοινωνήτους καὶ ἀποβλήτους εἶναι τῆς ἐκκλησίας, εἰ ὑπομένοιεν φιλονεικότεροι ἐνιστάμενοι τοῖς καλῶς διατυπωθεῖσι. καὶ ταῦτα εἰρήσθω περὶ τῶν λαϊκῶν. εἰ δέ τις τῶν προεστώτων τῆς ἐκκλησίας, Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τολμήσειεν ὑπὲρ διαστροφῆς τοῦ λαοῦ καὶ ταραχῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἰδιάζειν, καὶ μετὰ τῶν Ἰουδαίων ὑπιστῆναι τὸ πάσχα, τοῦτον ἡ ἁγία συνοδος ἀντιβολεῖται ἤδη ἀλλότριον ἔκρινεν τῆς ἐκκλησίας, ὡς οὐ μόνον ἑαυτῷ ἁμαρτίας, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς διαφθορᾶς καὶ διαστροφῆς αἴτιον γενήσεσθαι· καὶ οὐ μόνον τοὺς τοιούτους καθαιρεῖ τῆς λειτουργίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τολμῶντας τούτοις κοινωνεῖν μετὰ τὴν καθαίρεσιν. τοὺς δὲ καθαιρεθέντας ἀποστερεῖσθαι καὶ τῆς ἔξωθεν τιμῆς, ἧς ὁ ἁγιώτατος καὶ ὁ τοῦ θεοῦ ἱερατεῖον μετείληφεν.

Balas. Περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ ἁγίου πάσχα, πότε ὀφείλῃ γίνεσθαι, ἱκανῶς διειλήφθη ἐν τῷ ζ'. ἀποστολικῷ κανόνι, καὶ ἀναγνωσθήτω τοῦτον πρὸ καὶ ἐν αὐτῷ γραφέντα. οἱ δὲ τῆς ἁγίας συνόδου ἅγιοι πατέρες λέγουσι τὰ περὶ τῆς τοιαύτης ἑορτῆς ὁρισθῆναι περὶ τῆς πρώτης συνόδου. ἐν μὲν τοῖς κανόσι τῆς ἐν Νικαίᾳ πατέρων τοῦτο οὐχ εὑρηται· εἰς ὃ τὰ πρακτικὰ τῆς πρώτης συνόδου ἐφείσκεται. τοὺς τινας τολμῶντας τὰ οὕτω διορισθέντα περὶ τοῦ πάσχα καταλύειν, καὶ μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζειν, λαϊκοὺς μὲν ὄντας καὶ μὴ ἑτοίμους εὐσυνθετουμένους πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, ἀλλὰ φιλονεικοῦντας, διορίζονται ἀκοινωνησίας παντελοῦς ὑπομένειν καθυποβάλλεσθαι· ἱερωμένους δὲ καθαιρεῖσθαι. καὶ οὐ μόνους τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτοῖς μετὰ τὴν καθαίρεσιν. καὶ τούτους δὲ κἀκείνους, ἐκ τῆς ἀλιτουργησίας καὶ τῆς ἔξωθεν τοῦ βήματος ἀνηκέστου ἀτιμίας κανονικῆς τιμῆς, ὡς ἱερωμένους ἀπαλλοτριοῦσιν. οὔτε γὰρ καθέδρας, οὔτε κλήσεως ἀξιωθήσονται, οὔτε μετὰ ἑτέρου προσωπείου ἱερατικοῦ. σημειοῦται δεῖν ἀπὸ τούτου, ὅτι εἰ μὴ ἔστι τοιοῦτον μέγα ὃ ἔγκλημα, δι' ὃ τις καθῃρέθη, ἀλλὰ ἐλαφρὸν (τυχὸν ἐγάμησε μετὰ τὴν χειροτονίαν) ἐνεργούσῃ τὰ ἔξω τοῦ βήματος ἔξεσι καὶ τὴν ἔξω τιμήν. ἀναγνωσθήτω καὶ κανόνα β'. τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου, καὶ τῆς ς'. συνόδου κανόνας κα'. καὶ κς'.

Zonar. Φασὶν οἱ τῆς συνόδου ταύτης, τοὺς τῆς πρώτης συνόδου ἁγίους πατέρας ὅρον ἐκτεθεῖναι περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, οὐ ἐν τοῖς ὑπ' ἐκείνων συντεθειμένοις κανόσιν εὑρηται, καὶ τοῦτο παρὰ πάντων φυλάττεσθαι ἀπαιτῶσιν, ἢ ἀκοινωνήτους εἶναι καὶ ἀποβλήτους τῆς ἐκκλησίας τοὺς μὴ ὅρον ἐκεῖνον περιῴτας λαϊκούς. εἰ δὲ ἱερωμένοι εἶεν οἱ τῷ ὅρῳ ἐκείνῳ ἐνδιατιθέμενοι, καὶ μετὰ Ἰουδαίων πλὴν ὃ πάσχα διδάσκειν, καθαιρεῖσθαι αὐτούς, καὶ τοὺς κοινωνοῦντας τοιούτοις μετὰ τὴν καθαίρεσιν, ἀφοριστοῦσθαι, καὶ μηδὲ τιμῆς ἱερατικῆς τῆς ἔξωθεν μετέχειν αὐτούς. ὥστε κἂν τῆς ἱερουργίας κωλύωνται, καθέδρας γοῦν καὶ κλήσεως Ἐπισκόπων ἢ ἱερέων ἀπολαύειν. καὶ ὁ ἑβδομηκοντάκις ζ' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τοὺς μετὰ Ἰουδαίων τὸ πάσχα ἑορτάζοντας, καθαιρεῖσθαι κελεύει. ἐν μὲν οὖν τοῖς κανόσι τῆς πρώτης συνόδου οὐδέν τι περὶ τοῦ πάσχα εὕρηται ὁριοθέν· εἰδὴ ἐκτὸς τῶν κανόνων τι φυλάττομεν ἀγνοοῦμεν, ἀποκλινὲς τῆς συνόδου ἐκείνης μὴ ἔχον.

Arist. Ὁ τὸ ἐνδιάμεσον τοῦ Πάσχα ἑβδόσιν ἀγαμεῖν πειρώμενος, λαϊκὸς μὲν τελῶν, ἀποβλητέος· κληρικὸς δὲ, ἀνεκκλησίαστος.

Εἴρηται καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἀποστολικῷ κανόνι, ὡς ὁ μετὰ Ἰουδαίων τελῶν τὸ Πάσχα πρεσβύτερος, καθαιρεῖται. τοῦτο γοῦν καὶ ὁ παρὼν κανὼν ἀγαλαμβάνει, ὡς εἴ τις τῶν λαϊκῶν ἑβδομάδι

τὴν

τὸν ἔννομον τῦ Πάσχα ἀποδόσιν, μετ' Ιουδαίων τῦτο ἢ καθ' ἑαυτὸν ἰδιάζοντας ἐν ἑτέρῳ καιρῷ πλησ ἀκοινώνητος ἔσται, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπόβλητος. εἰ δὲ κληρικός ἐστιν ὁ τῦτο ποιῶν, καθαιρεθήσεται· ἀποτεθήσεται δὲ καὶ τῆς ἐν τῇ καθέδρᾳ τιμῆς, καὶ ὅσοι τούτῳ τῆς κληρικῶν μετὰ τὴν καθαίρεσιν συνκοινωνήσουσι.

A paschatis traditionem transgrediens, illud cum Judæis vel per seipsum privatim alio tempore celebrat, excommunicatus erit & Ecclesiâ ejectus. Si Clericus autem sit qui hoc facit, deponetur; privabitur autem & cathedræ honore: ut & quotquot è Clericis tali post depositionem simul communicaverint.

ΚΑΝΩΝ β'.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς ἀκούοντας, μὴ κοινωνοῦντας δὲ τῆς εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποτρεπομένους τὴν ἁγίαν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα ἀταξίαν, τούτους ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας, B ἕως ἂν ἐξομολογησάμενοι καὶ δείξαντες καρποὺς μετανοίας, καὶ δεηθέντες, τύχωσι συγγνώμης· μὴ ἐξεῖναι δὲ τοῖς ἀκοινωνήτοις, μηδὲ καθ' οἰκίας συναθροίζεσθαι τοῖς μὴ τῇ ἐκκλησίᾳ συναγομένοις, μηδὲ ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ μὴ συναγομένους. εἰ δὲ φανείη τις τῶν Ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων, ἢ τις τῶν κληρικῶν τοῖς ἀκοινωνήτοις κοινωνῶν, καὶ τῦτον ἀκοινώνητον εἶναι, ὡς ἂν συνέχοντα τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησίας.

Omnes qui in Ecclesiam ingrediuntur, & sacras scripturas audiunt, orationi autem cum populo non communicant, vel sanctam Eucharistiæ participationem, propter aliquam insolentiam aversantur; eos ab Ecclesia expelli; donec postquam confessi fuerint, fructusque pœnitentiæ ostenderint, & imploraverint, veniam assequi possint: non licere autem communicare cum excommunicatis, neque in domibus convenientes cum iis orare qui precibus Ecclesiæ non communicant, neque in alia Ecclesia recipi, qui in alia Ecclesia non conveniunt. Si quem autem ex Episcopis vel Presbyteris vel Diaconis, vel quem ex can. excommunicatis communicare apparuerit, eum quoque esse excommunicatum, ut qui can. Ecclesiæ confundat.

Canon II.

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ η'. καὶ θ'. ἀποστολικῷ κανόνι ἡρμηνεύθη, τίνες εἰσὶν οἱ μὲν εὐχομένους τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, καὶ πῶς κολάζονται, ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ ι'. κανόνι περὶ τῶν κοινωνούντων τοῖς ἀκοινωνήτοις. ἀκολύθως οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν ὑφορίζεται ἀφορίζεσθαι τοὺς εἰσερχομένους εἰς ἐκκλησίαν, C καὶ μὴ ὑπομένοντας τῇ εὐχῇ μηδὲ ὑπομένοντας τῆς ἁγίας μεταλήψεως κατά τινα ἀταξίαν, καὶ εἶναι τούτους ἀποβλήτους μέχρις ἂν ἀξίαν μετανοίαν μετὰ ἐξομολογήσεως ὑποδείξωνται. ἐπεὶ δὲ εἰκὸς ἦν, τοῖς οὕτως ἀφορισθεῖσι συνκοινωνεῖν τινὰς, ἤγουν συναθροίζεσθαι, οὐχὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀφ' ἧς ἐξεβλήθησαν, ἀλλ' ἐν ἰδικῷ οἴκῳ, ἢ ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, καὶ λέγειν ἀνεπίμεμπτον εἶναι τῦτο, ὡς τῦ ἀφορισθέντος ἀπὸ μιᾶς ἐκκλησίας δηθεν διωρθέντος, τῆς ὑπὸ τὰ δίκαια ὄσης τῦ ἀφορίσαντος, φησὶν ὁ κανὼν μίαν ἐκκλησίαν εἶναι τὰς ὁπωδήποτε οὔσας συνκλείστους οἴκους καὶ ναούς. καὶ ὑκ ὀφείλουσί τινες κληρικοὶ μετὰ τῦ ἀφορισθέντος συναθροίζεσθαι, κἂν ἀπὸ ἑτέρας ὦσιν ἐπαρχίας· τοὺς δὲ καὶ ταῦτα ποιοῦντας τῷ αὐτῷ ὑποπίπτειν τῆς ἀκοινωνησίας καθυποβάλλεσθαι. καὶ τὰ μὲν τῦ κανόνος ἐν τούτοις. σὺ δὲ ἀναγνοὺς τὰ ἐν τοῖς ῥηθεῖσιν ἀποστολικοῖς κανόσι γεγραμμένα, καὶ κατ' ἐκεῖνα νόει καὶ τὸν παρόντα κανόνα. καὶ εἰπέ, ὅτι οἱ λογιάσαντο ἀποτρεπόμενοι τὴν ἁγίαν μετάληψιν οἱ μυστατόμενοι αὐτῶν, ἤ, ὡς τινες εἶπον, οἱ δι' εὐλάβειαν καὶ ταπεινοφροσύνην ἀποφεύγοντες ταύτην· (οἱ μὲν γὰρ οὐ μόνον ἀφορισθήσονται, ἀλλὰ καὶ ἀποκηρυχθήσονται ὡς αἱρετικοί· οἱ δὲ συγγνώμης ἀξιωθήσονται διὰ τὴν εὐλάβειαν καὶ τῶν εἰς τὰ ἅγια ἀξίαν φειδῶ) ἀλλ' ἐκεῖνοι, οἵ τινες ἀπὸ καταφρονήσεως καὶ ἀλαζονείας ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐξέρχονται πρὸ τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἀσυντάκτως, καὶ οὐ καρτεροῦσιν ἰδεῖν τὸν τῶν ἁγίων μυστηρίων θείαν μετάληψιν. ἀκούων δὲ τῦ κανόνος λέγοντος ἀκοινωνήτους εἶναι τοὺς Ἐπισκόπους καὶ λοιποὺς ἱερωμένους τοὺς συνευχομένους τοῖς ἀκοινωνήτοις, μὴ εἴπῃς ὡς ἀντιδιαστολῆς ἀνάξιόν ἐστι τοὺς λαϊκοὺς μηδὲ τὸν κανόνα ποιοῦντας. καὶ οὗτοι γὰρ ἀφορισθήσονται κατὰ τὸν ι'. ἀποστολικὸν κανόνα, τὸν μὴ διαστέλλοντα κληρικοὺς καὶ λαϊκούς. ζήτει καὶ τὸν θ'. κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ Συνόδου. δεῖ δὲ ἀπειλεῖν, ὡς ἔοικε, τὸν η'. κανόνα καὶ τὸν θ'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἵνα καὶ ὁ πρόεδρος ἐπιτρέπῃ, ὡς ἔοικεν, ἢ τῦ ἀντιδιδόναι διάδοσις. ὥστε καρτερεῖν δὲ ἀνάγκης καὶ αὐτοὺς τοὺς μὴ δυναμένους μεταλαβεῖν τῶν ἀκροτέλων μυστηρίων μέχρι τῆς εὐχῆς καὶ τῆς ἀπολύσεως, ἵνα λάβωσιν ἐκ τῶν χειρῶν τῦ ἱερατεύοντος τὸν εὐλογημένον τῦ ἡγιασμένου κλάσματος. διὰ τὴν λειτουργίαν δὲ καὶ μόνης νοεῖσθαι ταῦτα τοὺς ῥηθέντας κανόνας· ἢ μᾶλλον διὰ τὸν ἐπέκεινα ἐκκλησιαστικὸν ἀγῶνα. ἐπεὶ δέ τινες καὶ ἐξ ἀπὸ οἰ-

Bals. In viii. & ix. Canone Apostolico expositum est, quinam sunt qui orationem non expectant & participationem, & quomodo puniuntur: similiter & in decimo Canone, de iis qui excommunicatis communicant. Consequenter ergo præsens quoque Canon decernit, ut ii segregentur, qui in Ecclesiam ingrediuntur, & orationem non expectant, vel se ad sanctam participationem non convertunt, propter insolentiam; & sint ejecti, donec dignam cum confessione pœnitentiam ostenderint. Quia autem verisimile erat, iis, qui sic sunt segregati, communicare quosdam, seu unà cum eis orare; non in Ecclesia, ex qua ejecti sunt; sed in privato domus oratorio, vel in alia Ecclesia, & dicere ob hoc pœnam in se non cadere, eo quòd segregatus sit ab una Ecclesia ejectus, in qua jus habet is qui eum segregavit: dicit Canon unam esse Ecclesiam, oratoria & templa, ubicunque sunt, nec debent ulli Clerici cum eo, qui est segregatus, orare, etiamsi sint ex alia regione; ii autem, qui præter hæc faciunt eidem excommunicationis pœnæ subjiciuntur. Et hæc quidem dicit Canon. Tu autem lege quæ in dictis Apostolicis Canonibus scripta sunt, & secundùm illa præsentem quoque Canonem intellige, & dic, quòd ii non existimabuntur sacram participationem aversari, qui eam odio habent & abominantur; vel qui, ut nonnulli dicebant, propter pietatem & humilitatem eam fugiunt: (Illi enim non solùm segregabuntur, sed etiam ut hæretici exterminabuntur: hi vero, propter pietatem condignam sacramentorum reverentiam venia digni habebuntur) sed illi, qui præ contemptu & arrogantia ex Ecclesia ante sanctam participationem inordinatè exeunt, nec sacram divinorum mysteriorum participationem intueri sustinent. Cùm autem audis Can. dicentem, esse excommunicatos Episcopos & reliquos sacris initiatos, qui unà cum excommunicatis precantur; ne dixeris, argumento à contrario sumpto, Laicos nulli esse pœnæ affines, qui præter can. faciunt. Nam & ii segregabuntur secundum decimum can. Apostolicum, qui non distinguit Clericos & Laicos. Quære & ix. can. Carth. Syn. Propter minas, ut verisimile est can. viii. & ix. S. Apostolorum & presentis etiam, excogitata est, ut videtur, Antidori distributio; ut necesse haberent, etiam qui non possunt incruentorum sacrificiorum participes esse, usque ad preces & absolutionem perseverare; ut è manibus sacra peragentis sanctificati fragmenti benedictionē acciperent. De liturgiâ autem, eâq; solâ dictos Can. hæc decrevisse intellige; non item de aliis Ecclesiasticis officiis. Quoniam autem dicunt quidam, & quamobrem Patriarcha

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

universalis sanctâ dominicâ à loco ejus prodiens non perseverat usq; ad liturgiæ absolutionem; sed post evangelium recedit? Hisce dicimus, quod divina liturgia post sanct. Evangelii lectionem proprie celebratur. Quandoquidem enim in sanctis Ecclesiis omnia canimus in Dei gloriam, sive è veteri sint testamento, sive è novo; post principium enim protinus ordine recitantur psalmi, usque ad Apostoli lectionem qui quidem sunt ex veteri testamento; Post evangelium autem incipit cæremonia celebrandi incruenti sacrificii: Patriarcha ante hanc, & post sanctum Evangelium rectè discedit, & can. non transgreditur. Ut nec quis transgreditur, si post evangelium vel ante evangelium discedit; verum ob necessariam piamque causam, non ob vituperabilem.

ZONAR. Quæ hujus quoq; Syn. Patres decrevere, nono Apostolico can. respondent. Illo namq; quicunq; fideles Ecclesiam ingrediuntur,& scripturas audiunt,tum precatione sanctáq; communione nondum peractis discedunt, ut confusionis in Ecclesiâ autores segregari oportere decernitur. Hîc igitur eodem modo Patres, quicunque Ecclesiam adeuntes precationi haud assistunt, neq; communicant,ex quadam perversitate ac licentia,hoc est, nulla justa causa interdicente, sed petulanter ac temere; eos extra Ecclesiam expelli, hoc est, segregari atque extra fidelium cœtum eliminari jussere. Aversionem porro hoc loco Patres, non odium erga divinam communionem nuncupavere, quo impulsi quidam ab illa abstinent, sed quandam ab ea fugam, à reverentia fortasse veluti ab animi demissione profectam. Qui namq; ex odio & animi offensione sacram communionem averserentur; eos non segregatione, sed omnino absoluta excommunicatione atq; anathemate damnari oportuisset. Ex eo vero,quòd segregationis mentio injecta est, illud quoque addidere; ut ne cuiquam cum iis,qui communione moti vel extra Ecclesiam ejecti sunt, communicare, neq; in privata domo cum iis precationi vacare, neq; vero in alteram eos Ecclesiam admitti liceat: qui vero ejusmodi homines ad precationis societatem aut in Ecclesiam receperint, quippe can. Ecclesiastici turbatores, ipsos quoq; communione privatos esse. Eadem x. & xi.sanctorum Apostolorum can. constituta fuerant; xxxiii. quoque Laodicenæ Syn. canon hæreticos aut schismaticos ad precationis societatem admitti vetat.

ARIST. *Qui Ecclesiam ingreditur, & sacras scripturas attentè audit, deinde desistit, & egreditur, & aversatur communionem, ejiciatur, usque dum pœnitentiæ fructum ostendens, veniam assequatur. Et qui cum excommunicato communicat, excommunicatus erit, & qui iis comprecatur, qui Ecclesiæ non comprecantur, reus est, & qui eum suscipit qui Ecclesiæ conventibus non interest, non est extra culpam.*

Ille etiam Ecclesiâ est ejectus qui in oratione cum populo non communicat, sed ante absolutionem exit, ut divinam participationem contemnens & aversans, usque dum resipiscens, pœnitentiæ fructum ostenderit: sed ardenti animo pœnitentiam agens, admittitur. Qui eum autem qui Ecclesiæ se non conjungit, nec cum fidelibus comprecatur, recipit, & privatim cum eo comprecatur, vel etiam in aliâ Ecclesiâ, pœnis Canonicis obnoxius erit. Quemadmodum & qui cum excommunicato communicat, erit excommunicatus.

CANON III.

Si quis Presbyter, vel Diaconus, vel quis omnino ex sacerdotali ordine, relicta sua paræcia, in aliam abierit; deinde omnino commigrans, in alia paræcia longo tempore versari conatur, ne amplius celebret; maxime si proprio vocanti Episcopo, ut in suam paræciam redeat, exhortantique, non pareat. Si autem in insolentia perseverat, ie

Bals. Orarium ferre est solorum Diaconorum. Hi enim eis, qui celebrant, adsistentes, & sanctarum orationum mysteria, & Presbyterorum prolationes observantes, eis qui sunt in suggesto Diaconis per orarium significant quando debeat fieri pronunciatio seu prolatio petitionum Catechumenorum, & reliquorum. Et appellatum est Orarium ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν, quod est observo. Quemadmodum autem hoc Diaconis est attributum, visum est Hypodiaconos quoque Ecclesiarum fores tenere, & Catechumenos introducere & educere, ac eos qui sunt in pœnitentia. Propterea enim hodie quoque etiam ab Hypodiaconis dicitur illud, Quotquot fideles, qui scilicet non estis fideles, sed Catechumeni, egredimini: Fideles autem state, visuri sanctorum mysteriorum sacrificium. Et non solùm eis hæc privilegia data sunt; sed reliquis etiam ordinibus. Lectoribus enim ministerium datum est, non psallendi, sed legendi divinas scripturas in communi auditione: & Cantoribus, psallendi. Quia ergo conabantur quidam Subdiaconi ferre oraria, contra traditionem Ecclesiasticam, Patres hoc prohibuerunt, & statuerunt, ut ii non relinquerent sibi attributam custodiam portarum Ecclesiæ; ne sit sanctorum ordinum confusio.

Zonar. Unicuique sacro ordini, & suus habitus, & propria ministeria attributa fuere. Ministris igitur, quos Hypodiaconos esse diximus, orarium deferre vetitum est. Diaconorum namque id est peculiare. Illud vero ne à foribus abscedant, ita intelligi debet; Siquidem antiquis temporibus ad fores Ecclesiæ consistere, ibique Catechumenis, & iis qui in pœnitentium ordine censebantur, cum opus foret, emittendis operam dare Hypodiaconi soliti sunt. Propterea nunc quoque illud; Quicunque estis Catechumeni egredimini; ipsi pronuntiant. Quod si hoc tempore nequaquam ad fores Eccl. assident, non est cur miremur. Multi etenim alii antiqui Ecclesiæ mores nunc quidem omnino immutati sunt. Sic divinas quoque scripturas in conventu populi recitare, quod vel ex ipso Lectoris nomine, tum ex sequenti Canone tum ex Carthag. Syn. Can. xc. demóstratur, propriũ Lectorum officium ac munus fuit: quibus tamen plurima hoc tempore canendi cura, cum eos lectioni raro admodũ operã navare contingat.

Arist. *Ministrum gestare Orarium non oportet, neque fores relinquere.*

Quisque debet suum conservare ordinem, & diligenter proprium explere ministerium. Idcirco itaque nec Ecclesiæ ministri fores relinquere debent, sed ad divinæ mystagogiæ finem ibi stare, & quod eis decet ministerium peragere. Orarium autem nec eis nec Lectoribus aut Cantoribus ferre licet. Hoc enim ad Diaconos pertinet.

Canon XXIII.

Quòd non oportet Lectores vel Cantores ferre orarium, & sic legere vel canere.

Bals. Quæ in xxii. Canone scripta sunt, sufficiunt ad præsentis Canonis interpretationem.

Zonar. Easdem ob causas ne his quidem orarium deferre permissum est. Ac legendi quidem verbum ad Lectores, psallendi vero ad Cantores referri oportet.

Arist. *Cantores & Lectores non ferunt Orarium.*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

CANON XXIIII.

Quòd non oportet ſacratum à Presbytero uſque ad Diaconũ, & deinceps quemlibet Eccleſiaſtici ordinis, uſque ad Miniſtros, vel Lectores, vel Cantores, vel Exorciſtas, vel Oſtiarios, vel ordinis Monachorum, in cauponam ingredi.

BALS. Lege liv. Can. Apoſtolicum, Carthag. Syn. Can. xl. & ſextæ Syn. Can. ix. & ſufficiunt quæ in illis ſcripta ſunt ad præſentem quoque Canonem.

ZONAR. Ad cauponam divertere, niſi itineris ratio ibi B hoſpitium capere neceſſariò compellat, liv. Apoſt. Can. Clerici prohibentur. Idem hic Can. præcipit, eodem decreto exercitationi quoq; addictos homines teneri jubens.

ARIST. *Omnis Clericus cauponam ingredi non debet.*

A Presbyteris uſque ad ultimum ſacratorum ordinem cauponam ingredi omnes prohibentur.

CANON XXV.

Quòd non oportet miniſtrum panem dare, vel Calici benedicere. C

BALS. Ad hunc quoque Canonem ſufficiunt & quæ in xxi. ſcripta ſunt.

ZONAR. Cum Hypodiaconis ſacra vaſa contingere, aut in Diaconico verſari, munuſve aliquod ibidem exercere vetitum ſit; multo minus aut panem dare, hoc eſt, Domini corpus fidelibus impertiri, aut Dominici ſanguinis calici benedicere, eiſdem licebit.

ARIST. *Panem & calicem miniſter non dat.* D

Presbyterorum aut Diaconorum opus miniſtri Eccleſiæ perficere non permittuntur. Quocirca nec panem vel calicem populo tradunt.

CANON XXVI.

Quòd eos exorciſare non oportet, qui ab Epiſcopis promoti non ſunt, neque in Eccleſiis, neque in ædibus.

BALS. Quidam aggrediebantur exorciſare, hoc eſt, catechizare infideles, qui hoc per Epiſcopalem manuum impoſitionem non acceperant: & cùm accuſarentur, contendebant ſe hoc in Eccleſias non feciſſe, ſed in quadam E domo; & ideo ſe nulli pœnæ obnoxios conſervari æquum cenſebant. Dicunt ergo Patres, quòd etiam adjurare eſt Eccleſiaſticum miniſterium, nec oportet quempiam hoc aggredi, niſi ab Epiſc. promotus fuerit. Excipe mihi Exorciſtam, qui à Chorepiſcopo promotus fuerit. Nam is quoque pulchrè catechizabit, etiamſi non fuerit ab Epiſcopo promotus. A x. enim Can. Antioch. Syn. didiciſti, poſſe etiam Chorepiſcopum facere Exorciſtam.

ZONAR. Equidem cum aliis Exorciſtas quoque creare Antioch. Syn. Can. x. Chorepiſcopis permiſſum eſt. Quid ita igitur, qui ab Epiſcopis creati non ſunt, ab Exorcizandi munere abſtinere hic Canon jubet? Reſpondent ergo, in Epiſcoporum numero Chorepiſcopos quoque cenſeri; ex quo Neocæſarianæ Syn. Can. xiv. ſeptuaginta Apoſt. typum eos ait referre; & pacificas quoque epiſtolas dare, quod Epiſcoporum proprium eſt, viii. Antiochenæ Synodi Canone permittuntur. F

ARIST. *Non exorcizat, niſi ab Epiſcopo promotus.*

Et Exorciſtæ quemadmodum ac alii ex ordine Sacerdotali ab Epiſcopo deliguntur. Qui itaque ad talem gradum per Epiſcopum non promovetur, & Exorciſtam agere non poteſt, nec privatim, nec in Eccleſiâ.

ΚΑΝΩΝ κδ'.

Οτι ὐ δεῖ ἱερατικὸν ἀπὸ πρεσβυτέρου ἕως διακόνου, καὶ ἑξῆς τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως ἕως ὑπηρετοῦ ἢ ἀναγνωστοῦ ἢ ψαλτοῦ ἢ ἐφορκιστοῦ ἢ θυρωροῦ, ἢ τῶ πάγματος τοῦ ἀσηκητοῦ, εἰς καπηλεῖον εἰσιέναι.

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τὸ νδ'. ἀποστολικὸν κεφάλαιον τῶν ἐν Καρθαγένη, κανόνα μ'. καὶ τῶ ς'. κεφάλαιον β'. καὶ ἀρκέσεται τὰ ἐν ἐκείνοις γραφέντα, καὶ εἰς παρόντα κανόνα.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ νδ'. ἀποστολικὸς κανὼν ἀπαγορεύει τοῖς κληρικοῖς εἰσιέναι εἰς καπηλεῖον, εἰ μή που ὀφείλοιεν, καὶ ἐν πανδοχείῳ διὰ ἀνάγκην καταλύσωσι. τοῦτο οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν διατάττεται, προσθήκην καὶ τοὺς ἀσηκήτας, ἐπιφέρων.

ΑΡΙΣΤ. Πᾶς κληρικὸς ἀκαπήλευτος.

Ἀπὸ πρεσβυτέρων, μέχρι καὶ τοῦ ἑβδόμου τάγματος τῶν ἱερατικῶν πάντες κωλύονται εἰς καπηλεῖον εἰσέρχεσθαι.

ΚΑΝΩΝ κε'.

Οτι οὐ δεῖ ὑπηρέτην ἄρτον διδόναι, ὐδὲ ποτήριον διδόναι.

ΒΑΛΣ. Ἀρκοῦσι εἰς τοῦτον τὸν κανόνα τὰ εἰς ϟ. καὶ κ'. κανόνα γραφέντα.

ΖΩΝΑΡ. Ἐπεὶ ἅπασαν τῶν ἱερῶν σκευῶν ἁψῖδα ἐκ ἔφεται, ὐδὲ ἐν τῇ διακονικῇ ἐμφιλοχωρεῖν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν ἐκεῖ, πολλῷ πλέον αὐτοῖς ὐ θεμιτὸν ἡγήσατο τὸν ἄρτον διδόναι, τουτέστι, μεταδιδόναι τοῖς πιστοῖς τοῦ σώματος τοῦ κυρίου, καὶ εὐλογεῖν τὸ ποτήριον τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου.

ΑΡΙΣΤ. Ἄρτον καὶ ποτήριον ὑπηρέτης ὐ διδώσι.

Τὸ τῶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἔργον αἱ ὑπηρέται τῆς ἐκκλησίας ὐ συγκεχώρηνται ἐκτελεῖν· διὰ τοῦτο ὐδὲ ἄρτον ἢ ποτήριον διδόασι τῷ λαῷ.

ΚΑΝΩΝ κς'.

Οτι ὐ δεῖ ἐφορκίζειν τὸς μὴ προαχθέντας ὑπὸ ἐπισκόπων, μήτε ἐν τῇ ἐκκλησίαις μήτε ἐν τοῖς οἰκίαις.

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἐπεχείρουν ἐφορκίζειν, τουτέστι, κατηχεῖν ἀπίστους, μὴ λαβόντες τοῦτο δι' ἐπισκοπικῆς χειροθεσίας· καὶ αἰτιώμενοι, διετείνοντο μὴ ποινὴν τοῦτο εἰς ἐκκλησίαν, ἀλλὰ εἰς οἰκίαν τινά· καὶτοιγε οὐθὲν ἦθελον διατηρεῖσθαι ἀνδύνυοι. φασὶν οὖν οἱ πατέρες, ὅτι καὶ τὸ ἐφορκίζειν, ἐκκλησιαστικὴ διακονία ἐστὶ, καὶ ὐ χρὴ τινὰ τούτων μεταχειρίζεσθαι ὁπωσδήποτε, εἰ μὴ παρὰ ἐπισκόπου προβληθῇ. ὑπέξελέ μοι τὸν παρὰ χωρεπισκόπου προχειρισθέντα ἐφορκιστήν. καὶ γὰρ καλῶς κατηχήσῃ, κἂν μὴ προχειρισθῇ παρὰ ἐπισκόπου. ἔμαθες γὰρ ἀπὸ τοῦ ι'. κεφαλαίου τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου δύνασθαι τὸν χωρεπίσκοπον ποιεῖν καὶ ἐφορκιστήν.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ μὴν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἐφορκιστὰς ποιεῖν δέδοται τοῖς χωρεπισκόποις, καὶ τὸν ι'. κεφάλαιον τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. πῶς οὖν ὀνηλὼν λέγει, μὴ ἐφορκίζειν τὸς μὴ ὑπὸ ἐπισκόπων προαχθέντας; φασὶν οὖν, ὅτι καὶ οἱ χωρεπίσκοποι τάξιν ἐπισκόπων ἔχουσι, διὸ καὶ ιδ'. κεφαλαίων τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου τῶν ἀποστόλων τύπον λέγει πληροῦν, καὶ ὁ ιδ'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κεφαλαίων καὶ εἰρηνικὰς ἐπιστολὰς διδόναι ἐφίησιν αὐτοῖς, ὅπερ τῶν ἐπισκόπων ἐστίν.

ΑΡΙΣΤ. Οὐκ ἐφορκίζει ὁ μὴ ὑπ' ἐπισκόπου προαγόμενος.

Καὶ οἱ ἐφορκισταὶ, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ τοῦ πάγματος, παρὰ τοῦ ἐπισκόπου δέχονται τὴν προχείρισιν. ὁ γοῦν μὴ προαχθεὶς εἰς τοιοῦτον βαθμὸν παρὰ ἐπισκόπου, ἐφορκίζειν ὐ δύναται, ὅπ κατ' οἶκον, ὅπ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

ΚΑΝΩΝ

ΚΑΝΩΝ κζ'.

Οπ ὐ δεῖ ἱερατικὺς ἢ κληρικὺς ἢ λαϊκὺς, καλυμβήνς εἰς ἀγάπὰς, μέρη ἄρειν, δηλ. ὅ, ἐστὶ ὕβριν τῇ τάξει ὀφειτεί-ζεσθαι τῇ ἱερατικῇ.

ΒΑΛΣ. Ἀγάπαι καλοῦνται ἀπὸ φιλοτιμίας γινόμεναι συμπόσια, ἤγουν ἀγιομνήσια. ἐπεὶ οὖν τινες τῶν ἀναπειμένων, αὐτοῖς συμποσίοις μερίδας ἐλάμβανον ἐκ τῶν ἀποτιθεμένων βρωμάτων, καὶ κατ' οἶκον ἀπήγαγον, κἀντεῦθεν κατάγνωσις τῶν συνελθόντων ἐγίνετο, πολλάκις δὲ καὶ φιλονεικία ἐκ τούτου μέσον αὐτῶν ἐμηχανᾶτο, ὥρισαν οἱ πατέρες, μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι ἐφ' ὕβρει τοῦ ἱερατικοῦ τάξεως.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν ταῖς γινομέναις ἀγάπαις, τοῖς Συμποσίοις δηλονότι, ἐκαλοῦντο μὲν οἱ πένητες, ἐκαλοῦντο δὲ καὶ ἱερομένοι καὶ λαϊκοί. τοὺς οὖν ἱερομένους καὶ κληρικοὺς, ἀλλὰ μέντοι καὶ λαϊκοὺς, λέγει ὁ κανὼν μὴ δεῖν μέρη ἄρειν, ἤγουν μερίδας τῶν ἀποτιθεμένων βρωμάτων καὶ οἴκαδε ἀπάγειν, εἰς ὕβριν ὃν ἔοικε τῆς ἐκκλησιαστικῆς καθεστάσεως, λιχνείαν κατηγορεῖν καὶ μαθηρείαν τῶν τοιούτων ἀνθρώπων δὲ τοιούτους ἔδει οὐ χρὴ πολλῷ πλέον τοὺς ἱερατικούς.

ΑΡΙΣΤ. Ο κληθεὶς εἰς ἀγάπὰν κληρικὸς, μερίδας οὐκ ἄγεται· ὑβρίζει γὰρ τὴν τάξιν.

Οὔτε κληρικοὶ, οὔτε λαϊκοὶ κληθέντες εἰς ἀγάπὰν, μερίδας αἴρειν ὀφείλουσι· τοῦτο γὰρ τῷ ἐκκλησιαστικὴν τάξιν ὑβρίζει· ἀλλὰ μόνον ἐσθίειν, καὶ ἀναχωρεῖν.

ΚΑΝΩΝ κή.

Οτι ὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν τῇ ἐκκλησίαις ἅς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐσθίειν καὶ ἀνακύπτειν στρωννύειν.

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τὸ οδ'. κεφ. τοῦ ς'. συνόδου, αὐτοῖς τοῖς ῥήμασιν ἔχοντα, ὡς καὶ ὁ πρὸ κανὼν καὶ ἀρκέσει σοι ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένα. ζήτει καὶ τὸ οζ'. κεφάλαιον τῆς αὐτῆς συνόδου, καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ μβ'.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτον τὸν κανόνα αὐτοῖς ῥήμασιν ἡ ἕκτη Συνόδος ἐν τοῖς πρὸ αὐτῆς ὀκτωεῖσι κανόσιν ἔθετο οδ'. ἔνθα καὶ ἐξηγήθη. ἐστὶ γοῦν ὀκεῖ εἰρημένα ἀναγνωστέον.

ΑΡΙΣΤ. Επ' ἐκκλησίαι ἀκοίμητα ὐ στρώννυνται, καὶ ἀγάπαι ὐ γίνονται.

Οὐ δεῖ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ οἶκον ἡγεῖσθαι κοινὸν, καὶ ἐν αὐτῷ στρωννύειν ἀκοίτας, ἢ τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἔνδον τοῦ ἱεροῦ οἴκου ἐσθίειν.

ΚΑΝΩΝ κθ'.

Οπ ὐ δεῖ Χριστιανοὺς Ιουδαΐζειν καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τὴν δὲ κυριακὴν προτιμήσαντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν ὡς οἱ Χριστιανοί. εἰ δὲ εὑρεθεῖεν Ιουδαΐζοντες, ἔστωσαν ἀνάθεμα παρὰ Χριστῷ.

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τὸ ό'. κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, μὴ ἐξαγορεύοντα τοῖς πιστοῖς νηστεύειν ἢ ἑορτάζειν μετὰ Ιουδαίων. ἐπεὶ δὲ, καθὼς εἴπομεν ἐν τῷ ις'. κανόνι τῶν Ἁγίων Συνόδων, τινὲς ἐν τῷ σαββάτῳ πάντελῆ ἀνεσεξίαν ἐγεγόνεσαν πάντως εἶχον, καὶ αὐτῶν τῶν θείων ψαλτῳδημάτων, ὅπερ τῆς Ιουδαϊκῆς θρησκείας ἔργον ἔστιν, ἐν ᾗ τῷ κανόνι ἐκείνῳ ἐκεῖ μόνον τὸ ἀναγινώσκειν τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον καὶ τὰς θείας γραφὰς οἱ πατέρες διωρίσαντο, ἅπερ ἐξακολουθοῦν μὴ σχολάζειν τοὺς πιστοὺς ὡς Ιουδαίους ἀπὸ τῶν ἐργασιῶν αὐτῶν, ἀλλ' ἐν μὲ τῷ σαββάτῳ ἐργάζεσθαι, τιμᾶν δὲ τὴν κυριακὴν ἀφὸ τῆς

Canon XXVII.

Quod non oportet ſacratos, vel Clericos, vel Laicos, ad Agapas vocatos, partes tollere; eo quod ignominia inuratur ordini Sacerdotali.

Bals. Agapæ dicuntur quæ fiunt à Chriſtianis convivia, ſeu ſanctæ commemorationes. Quoniam ergo ex iis, quæ erant in convivio appoſita, quidam accumbentes partes accipiebant, & per luxuriam domum auferebant; & ex eo eorum, qui convenerant, condemnatio profecta eſt; ſæpe autem etiam inter eos contentio excitata eſt: Patres definierunt; ne hoc ampliùs fiat ad Sacerdotalis ordinis contumeliam.

Zonar. Ad convivia, quæ ſub Agaparum nomine inſtituebantur, pauperes tum ex ſacro ordine, tum ex Laicis quoque, advocari ſoliti ſunt. Ne igitur ſacro ordine initiatis, Cleróque adſcriptis, imò vero nec Laicis partes tollere, hoc eſt, ex appoſitis epulis particulis auferre, domúmque, non ſine aliqua Eccleſiaſtici ordinis ignominia, aſportare liceat, Canon decernit. Eſt id namque hominis abdomini dediti atque improbi argumentum. Ejuſmodi porro eſſe fideles, ſacratos præſertim, haud decet.

Arist. *Clericus ad Agapas vocatus, partes non aufert. Ordinem enim contumeliâ afficit.*

Nec Clerici nec Laici ad Agapas vocati, partes tollere debent, illud enim ordinem Eccleſiaſticum injuriâ afficit, ſed tantum edere & recedere.

Canon XXVIII.

Quod non oportet dominicis, vel in Eccleſiis Agapas, ut vocant facere, & in domo Dei comedere, & accubitus ſternere.

Bals. Lege lxxiiii. Can. vi. Syn. quæ eadem verba continet, quæ præſens Canon: & tibi ſufficient, quæ in illo ſcripta ſunt. Quære & lxxvi. Canonem ejuſdem Synodi, & Carthaginenſis xlii.

Zonar. Hunc Canonem totidem verbis ſexta Synodus protulit, eſtque in ea ſeptuageſimuſquartus; ejuſdem ibi nos explicationem attulimus. Legenda ſunt itaque quæ ibi ſcripta.

Arist. *Accubitus in Eccleſiis non ſternuntur, nec Agapæ celebrantur.*

Non oportet domum Dei domum communem exiſtimare & in ea accubitus ſternere, aut Agapas dictas facere & intra ſacram domum comedere.

Canon XXIX.

Quod non oportet Chriſtianos judaizare, & in Sabbato otiari; ſed eo die operari: diē autem dominicum præferentes otiari, ſi modo poſſint, ut Chriſtianos. Quod ſi inventi fuerint judaizare, ſint anathema à Chriſto.

Bals. Lege lxx. Can. ſanctorum Apoſtolorum, qui non permittit fidelibus jejunare vel feſtum celebrare cum Judæis. Quia autem, ſicut diximus in xvi. Can. præſentis Synodi, quidam Sabbato ab omni penitus opere, atque adeò etiam ab ipſis divinis canticis, omnino ceſſabant, quod eſt Judaicæ ſuperſtitionis opus; in illo autem Canone, ſolùm ut legatur Evangelium & divinæ ſcripturæ, Patres conſtituerunt: nunc jubent, ne otientur fideles more Judæorum à ſuis operibus, ſed in Sabbato quidem operentur, dominicum autem honorent, propter

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Domini resurrectionem; & à manuum quidem operibus abstineant, Ecclesiis autem assideant. Sed & hoc, scilicet die dominico non operari, non necessariò mandarunt; sed adjecerunt, si possint fideles. Si enim propter inopiam, vel aliquam aliam necessitatem, etiam die dominico fuerit aliquis operatus, præjudicium ei non afferetur. Et hæc quidem prædictus Canon. Quinquagesimæ quartæ autem Imperat. domini Leonis sapientis Novella decernit, ipsos quoque agricolas die dominico debere otiari. Lege & vi. Syn. Can. lxvi.

A τῆ κυρίᾳ ἀνάστασιν· καὶ τῶν ἐργαστηρίων μὲν ἀπέχεσθαι, συνεδρεύειν δὲ τῇ ἐκκλησίαις. πλὴν καὶ τοῦτο, δηλαδὴ τὸ μὴ ἐργάζεσθαι τὴν κυριώνυμον, οὐκ ἀναγκαστικῶς ἐπέτρεψαν, ἀλλὰ συνεχώρησαν, εἴγε δύναιντο οἱ πιστοί. εἰ γὰρ ὑπ' ἀπορίας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀνάγκης, καὶ τὴν κυριώνυμον ἐργάσεταί τις, οὐ συγκριματισθήσεται. καὶ ὁ μὲν παρὼν κανὼν τοῦτο. ἡ δὲ νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ καὶ αὐτὸς τοὺς γεωργοὺς σχολάζειν τὴν κυριώνυμον. ἀναγνωθὴ καὶ τῆς ς'. συνόδου κανὼν ξς'.

ZONAR. Sabbati diem Judæi colunt, nec quicquam operis, ita antiquæ legis institituto edocti, ea luce attingunt: qui vero legem Evangelicam perfectiorem sunt amplexi, iis, ne imperfectioris decreta servent, interdictum est. Proinde Sabbato otiari, tanquam repetito à Judæis more, fidelibus haud permissum, quique Judaicis ritibus adhærescant, iis Canon anathema in Christo indicit, hoc est, à Christo segregatos ac divisos esse decernit. Vacationem porro Dominica luce, id ejus diei venerationi, qua Christus à mortuis redivivus extitit deferentes, agitare permissum. Et Can. quidē addit, si possunt: Lex vero civilis, à muneribus die dominico vacationem esse, si agricolarum opera excipias, omnino jubet. Illis namque, quia forte operibus primo quoque tempore obeundis alium diem pariter accommodatum nancisci non ita facile fuerit, dominico quoq; die operam navandi facultas concessa est. Et vero lxx. quoque SS. Apost. Can. neque jejunia cum Judæis exercere, nec festos dies agere, fideles sinit: verum qui id fecerint, sacris quidem ordinibus initiatos depositione, Laicos vero segregatione, teneri jubet.

ΖΩΝΑΡ. Τοῖς Ἰουδαίοις σύμβατον τὸ Σάββατον, ἀεργασίαν ἄρησιν ὁπωσοῦν τῶν ἔργων αὐτῷ, τῷ παλαιῷ νόμῳ τοῦτο αὐλοῦντες ὑποτασσόντων. τοῖς δὲ τὸν εὐαγγελικὸν νόμον δεξαμένοις καὶ πλεώτερον τηρεῖν τὸ ἀπελῶς ἀποτηρᾶσθαι. διὸ καὶ ὁ τὸν Σάββατον ἀργεῖν, τοῖς πιστοῖς ὡς Ἰουδαϊκὸν ἀπαγορεύσας, καὶ τοῖς Ἰουδαΐζουσιν ἀνάθεμα ὁ κανὼν ὑποψηφίζεται τὸν Χριστῷ, τουτέστι κεχωρισμένους εἶ καὶ ἀποδιηρημένους τοῦ Χριστοῦ, ἀργεῖν δ' ὑπερέπειν καὶ τὴν κυριακήν, ἅτε τοῦ κυρίου ἀνάστασιν, τὴν ἡμέραν τιμῶντας. ἀλλ' ὁ μὲν κανὼν, εἰ δύναιντο, συνέστω· ὁ δὲ τῆς πολιτείας νόμος ἀπαραίτητον τὴν ἀργίαν ἐν τῇ κυριακῇ ἀπαιτεῖ, δῆλον τῆς γεωργῶν. ἐκείνοις γὰρ καὶ ἐν κυριακῇ ἐργάζεσθαι ἐφίησιν, ὅτι ἴσως τῆς ἔργων καταπειγόντων, οὐκ ἔσται ἄλλως ἡμέραν ὕστερον αὐτοῖς εἰς τὰ ἔργα αὐτῆς συγκαλλομένοις. καὶ ὁ ὁ. κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὅτι παρέδωκε μὴ Ἰουδαίων, ὅτι ἑορτάζειν, συγχωρεῖ τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἱερωμένους καθαιρεῖσθαι κελεύει, τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι.

ARIST. *Christianus non Sabbato, sed die dominicâ feriatur.*

Christianus enim qui in Sabbato vacat, judaizat. Quapropter istâ die operari oportet & dominicâ vacare.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ σάββατον ἀργήσῃ Χριστιανός, ἀλλὰ κυριακήν.

Ἰουδαΐζει γὰρ, ὃν τῷ Σαββάτῳ σχολάζων, Χριστιανός. Διὸ τοῦτο δεῖ ἐργάζεσθαι ἐν αὐτῇ ἡμέρᾳ, σχολάζειν δ' ἐν τῇ κυριακῇ.

CANON XXX.

Quòd non oportet sacratum, vel Clericum, vel Monachum, in balneo cum mulieribus lavari, neque omnem penitus Christianum, vel Laicum. Hæc est enim prima gentibus condemnatio.

ΚΑΝΩΝ λ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν ἢ ἀσκητὴν ἐν βαλανείῳ μετὰ γυναικῶν ἀπολούεσθαι, μηδὲ πάντα Χριστιανόν, ἢ λαϊκόν· αὕτη γὰρ πρώτη κατάγνωσις τοῖς ἔθνεσιν.

BALS. In lxxvii. Can. vi. Syn. quæ eadem omnino cum præsenti Can. statuit, scripsimus quæ visa fuerunt.

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ οζ'. κανόνι τῆς ς'. συνόδου, τὰ αὐτὰ τῷ παρόντι κανόνι διορισαμένου ἀπαραλλάκτως, ἐγράψαμεν τὰ δόξαντα.

ZONAR. Viros cū fœminis lavari, tum est animo perniciosum, tum à decore & honestate omni prorsus alienum. Etenim si se invicem nudos viri mulieresque conspiciant, flammam inde cupiditatis existere, ardorémque libidinis excitari necesse est. Ipsa vero per se satis ad luxuriem ebulliente natura, quid adhuc oleum camino superinfundas? Quin id usque adeo cum omni honestate pugnare semper existimatum est; ut à quibus committeretur eos intemperantiæ crimine ethnici quoque graviter condemnarint. Omnibus igitur, qui Christiana professione censentur, vetitum id omnino esse Canon decernit.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ συλλούεσθαι γυναιξὶν ἄνδρας καὶ βλαβερόν ἐστιν εἰς ψυχὴν, καὶ ἄλλως ἀκαταστασίας ἀπάσης ἐπέκεινα. Ὃ γὰρ γυμνοὺς ὁρᾶσθαι γυναῖκας ἄνδρῶν, καὶ ἄνδρας ὁμοίως αὖθις γυναικῶν, ἀναφλέγει τὰς ἔρωτας, καὶ τῆς σαρκὸς ἀναπτεῖ πρὸς πύρωσιν. ἀρκοῦν ἦ τῇ Σαρκὶ ἡ ἐκ τῆς φύσεως κίνησις, τί δὲ δεῖ πλείονων ὑλῶν τῇ φλογί; καὶ πᾶσιν δ' ὑφαίνει ἀκαταστασίαν, ὡς καὶ παρὰ τῶν ἐθνῶν τοὺς ὕστερον ποιουμένους ὡς ἀκαλάστους καταγνώσεσθαι. πᾶσιν οὖν τοῖς Χριστιανοῖς ἀπαγορεύει τοῦτο ὁ κανών.

CANON XXXI.

Quòd non oportet cum omni hæretico matrimonium contrahere, vel dare filios aut filias; sed magis accipere, si se Christianos futuros profiteantur.

ΚΑΝΩΝ λα'.

Ὅτι οὐ δεῖ πρὸς πάντα αἱρετικὸν ἐπιγαμίας ποιεῖν, ἢ διδόναι υἱοὺς ἢ θυγατέρας, ἀλλὰ μᾶλλον λαμβάνειν, εἴγε ἐπαγγέλλοιντο Χριστιανοὶ γενέσθαι.

CANON XXXII.

Quòd non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quæ sunt potiùs maledictiones quàm benedictiones.

ΚΑΝΩΝ λβ'.

Ὅτι οὐ δεῖ αἱρετικῇ εὐλογίας λαμβάνειν, αἵτινές εἰσιν ἀλογίαι μᾶλλον, ἢ εὐλογίαι.

ΚΑ-

Ψηφιοποιήθηκε από την

ΚΑΝΩΝ λγ'.

Οτι ὐ δεῖ αἱρετικῷ ἢ σχισματικῷ συνεύχεσθαι.

ΒΑΛΣ. Οἱ πρόσθεν τρεῖς κανόνες ἰσοδυναμοῦσι, σαφηνίζονται γὰρ τοῖς πιστοῖς μήτε συνεσθίειν μετ' αἱρετικῶν, μήτε συνεύχεσθαι, μήτε εὐλογίας ἐξ αὐτῶν λαμβάνειν, μήτε γάμον συνάπτειν οἰκείῳ ὀνόματι, ἀλλὰ μηδὲ διδόναι τέκνα αἱρετικοῖς παῖδας οἰκείους· διδάξουσι γὰρ αὐτοὺς τὴν οἰκείαν θρησκείαν, καὶ μεταστρέψουσιν ἐκ τῆς ὀρθῆς πίστεως. εἰ δὲ αἱρετικοὶ βάλοιντο παῖδας αὐτῶν εἰς ὑπανδρίαν δοῦναι πιστοῖς, ἐπαγγελλομένους γνήσιους πιστοὺς, ἐφίησιν ὁ κανὼν τοῦτο. Ὅ δὲ ὐ δεῖ πρὸς πάντα αἱρετικὸν, μὴ εἴπῃς ὅλως B ὁμιλεῖν, ὡς πρὸς πάντας μὲν ὐ δεῖ, πρός τινας δὲ δεῖ, ἀλλὰ καθόλου εἰπεῖν ἅπαν τοῦτο ἀπαγορεύειν. Τοιοῦτον γάρ ἐστι καὶ τὸ γεγραμμένον, μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται πάντα, ἐπεὶ καὶ τοῦτό φησιν ὁ λέγων Δαβὶδ, πάντα ὐ λήψεται, ἐξ ἀντιθέσεως ὐ λαβὴ τινὰ ὧν πλούτου αὐτοῦ. διάγνωθι τοὺς ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ι'. μέ. καὶ μς'. τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα β'. τὸν ἐν Χαλκηδόνι κανόνα ιγ'. τὸν ἐν Καρθαγένῃ κανόνα κα'. τῆς ς'. συνόδου κανόνα οβ'. καὶ τὸν πρῶτον συντάγματος τίτλου ιβ'. κεφ. ιγ'. καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ συνεδίαν ἢ συνεύχεσθαι αἱρετικοῖς, ἢ εὐλογίας ἐξ αὐτῶν λαμβάνειν τοὺς πιστοὺς ὐ δεῖ, πολλῷ μᾶλλον γάμων συναλλάσσειν, καὶ διδόναι αὐτοῖς υἱοὺς ἢ γυναῖκας εἰς ὑπανδρίαν. διδάξουσι γὰρ αὐτοὺς τὴν οἰκείαν κακοδοξίαν, καὶ μεταστρέψουσιν ἐκ τῆς ὀρθῆς πίστεως εἰς τὰς διεστραμμένας δόξας αὐτῶν. εἰ δὲ αἱρετικοὶ βάλονται παῖδας αὐτῶν εἰς ὑπανδρίαν δοῦναι πιστοῖς, ἐπαγγελλομένους ἐξ ἀπίστων Χριστιανοὺς γνησίους, ἢ ἐκ διεστραμμένων δογμάτων εἰς ὀρθοδοξίαν μεταπεσοῦσαν, τοῦτο ἐφίησιν ὁ κανών. Ὅ δή, ὐ δεῖ πρὸς πάντα αἱρετικὸν ὑπανδρίαν ποιεῖν, οὐχ οὕτω νοητέον, ὅτι πρὸς πάντας μὲν ὐ δεῖ, πρός τινας δὲ δεῖ· ἀλλ' ἁπλῶς ἀπαγορεύοιτο τοῦτο, μηδενὶ τῷ κανόνι λέγοντι, ὅτι πρὸς ἕνα αἱρετικὸν δεῖ ὑπανδρίαν ποιεῖν, τοῦτο δὲ ἰδίωμα γραφικόν ἐστι. λέγει γὰρ ὁ Δαβὶδ· μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα. τί οὖν, πνὰ πῶς λήψεται; ἀλλ' οὐδὲν πάντως. καὶ ἀλλαχοῦ, μὴ γὰρ ματαίως ἔκτισας πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων; τινὰς δὲ ματαίως ἔκτισεν; οὐδεὶς τοῦτο ἐρεῖ. ἔστωσαν οὖν ὀκλησπλήσιον κἀνταῦθα ὅ πρὸς πάντας. τοιοῦτόν ἐστι καὶ ὅ, οὐκ εἰσπλεύσῃ πρὸς πάντα οἰκεῖον σαρκός σου. αἱρετικοὶ δὲ λέγονται, οἱ περὶ τὴν πίστιν σφαλλόμενοι· σχισματικοὶ δὲ, οἱ περὶ μὲν τὴν πίστιν καὶ τὰ δόγματα ὑγιῶς ἔχοντες, διά τινας δ' αἰτίας ἀποσχίζοντες καὶ ἀντισυνάγοντες.

Canon XXXIII.

Quòd non oportet unà cum hæretico vel ſchiſmatico orare.

Bals. Præſentium trium Canonum vis eſt æqualis & poteſtas eadem. Jubent enim fideles, nec cum hæreticis comedere, nec unà orare, nec benedictionem ab eis accipere, nec proprio nomine cum eis matrimonium contrahere; ſed neque hæreticis filios proprios dare: eos enim ſuam ſuperſtitionem docebunt, & à recta fide avertent. Si autem velint hæretici liberos ſuos fidelibus dare in matrimonium, qui ſe fideles futuros profiteantur; Canon hoc permittit. Illud autem, cum omni hæretico non oportet, ne dixeris accipi; quòd cum omnibus quidem non oportet, cum aliquibus autem oportet: ſed dic hoc eſſe à Canonibus omnino prohibitum. Eſt enim ejuſmodi & quod ſcriptum eſt; Ne verêre quando dives fuerit homo: quia non dum morietur ipſe accipiet omnia: quoniam & hîc, ex eo quòd dicat David, Omnia non accipiet, ex contrario non acceperit aliqua ex ſuis divitiis. Lege ſanctorum Apoſt. Can. x. xlv. & xlvi. Antiochenæ Syn. Can. ii. Chalcedonenſis Canonem xiv. Carthaginenſis Can. xi. vi. Syn. Can. lxxii. & præſentis operis tit. xii. cap. xiii. & quæ in eo ſunt.

Zonar. Si neque cum hæreticis veſci, nec eos precationem ſocios adhibere, nec ab eis benedictiones accipere, fidelibus conceſſum eſt; multo minus connubio cum ipſis jungi, aut cum iis liberos matrimonio ſociare, fidelium cuiquam licebit. Suis namque erroribus illos imbuent, atque à recta fide ad perverſas opiniones, quibus ipſi irretiti ſunt, avocabunt. Quòd ſi liberos ſuos fidelibus matrimonio copulare hæretici velint, modo ſe illi infidelitate depoſita Chriſtianos fore, atque opinionum pravitate abjecta rectam fidem amplexuros eſſe, polliceantur; tum vero ejus rei Canon facultatem eſſe decernit. Verba autem illa, Non oportet cum omni hæretico matrimonium contrahere, non ita intelligas, quaſi non cum omnibus quidem hæreticis, ſed cum aliquibus tamen ex eo grege matrimonia inire conceſſum ſit: nam iis verbis inita cum hæreticis quibuſcunque connubii fœdera univerſe damnantur; perinde ac ſi cum nemine prorſus hæretico matrimonia jungi licere Canon affirmet. Eſt vero hæc loquendi formula in ſacris literis uſitatior: ut cum David ait; Ne timueris cum dives factus fuerit homo; quoniam non dum morietur recipiet omnia. Quænam etenim demũ recipiet? nihil omnino. Et illud; Nunquid vane conſtituiſti omnes filios hominum? Quinam ergo vane conſtituti? nemo hoc dixerit. Eodem modo igitur verba, Non cum omnibus, hoc loco ſunt accipienda. Simile eſt & illud; Non ingredieris ad omnem domeſticum carnis tuæ. Dicuntur porro hæretici, qui in iis quæ fidei ſunt hallucinãtur: Schiſmatici vero, qui à recta quidẽ fidei doctrina nequaquã aberrant; verum aliquas ob cauſas ipſi ſeorſim conventus agentes, ab Eccl. ſe communione divellunt.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ δοτέον τοῖς αἱρετικοῖς εἰς συναφειαν τέκνα, ἀλλὰ λαμβάνειν δεῖ, χειροθετοῦντα ἐπαγγελλόμενα.

Τὸ μὲν λαμβάνειν τὰ αἱρετικῶν τέκνα, χειροθετοῦντα ἐπαγγελλόμενα, καὶ ὑπισχνούμενον ὡς εἰς γάμου κοινωνίαν τοῖς παισὶ τὰ χειροθετῶν, ὑπὲρ τοῦ καὶ τὰ χειροθετῶν τέκνα εἰς συναφειαν τοῖς αἱρετικοῖς, ἐν πολλοῖς τῶν κανόνων ἀπαγορεύεται.

ΑΡΙΣΤ. Αλογίαι αἱ τῶν αἱρετικῶν εὐλογίαι.

Οὐ δεῖ παραδέχεσθαι τὰ ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν προφερόμενα. ἀλογίαι γὰρ μᾶλλον ἢ τοῦτό εἰσιν εὐλογίαι.

ΑΡΙΣΤ. Αἱρετικοῖς, ἢ σχισματικοῖς μὴ συνεύχου.

Ἀκοινώνητος ὁ τούτοις συνευχόμενος. σχισματικοὶ δέ εἰσιν, οἱ Αὐδιανοί, οἵτινες τὰ μὲν πίστιν, ὡς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, ἔχουσιν· ὲν μοναστηρίοις δὲ οἱ πλείους αὐτῶν οἰκοῦσι, καὶ οὐ πᾶσι συνεύχονται. ψέγουσι δὲ καὶ τοὺς παρ' ἡμῖν ἐπισκόπους πλουσίους, καὶ ἄλλους εἰς ἄλλα. καὶ μετὰ Ἰουδαίων δὲ πάσχα ἑορτάζοντας ποιοῦσιν. ἔχουσι δέ τι καὶ ἰδίωμα φιλονεικόν, ξηρά τινα τῶν τῆς θείας γραφῆς ἑρμηνεύοντες.

Arist. *Hæreticis liberos in matrimonium dare non oportet, ſed accipere, Chriſtianos ſe futuros profitẽtes.*

Hæreticorum liberos Chriſtianiſmum amplecti profitentes, ſumere, eoſque in matrimonii communionẽ Chriſtianorum filiis conjungere, permittitur. At Chriſtianorũ liberos hæreticis conjungere, in multis Can. prohibetur.

Arist. *Hæreticorum benedictiones ſunt maledictiones.*

Non oportet ea accipere quæ ab hæreticis afferuntur. Ea enim maledictiones potius ſunt quam benedictiones.

Arist. *Cum hæreticis vel ſchiſmaticis ne compreceris.*

Excommunicatur qui cum illis comprecatur. Schiſmatici autem ſunt Audiani, qui fidem quidem, ut Catholica Eccleſia, retinent, ſed eorum plurimi in Monaſteriis habitant, & cum omni non orant. Vituperant autem divites noſtros Epiſc. & alios ob alia. Et cum Judæis Paſcha ſeorſim celebrant. At contentioſam habent proprietatẽ, avidiſſimè quædam divinæ ſcripturæ loca interpretantes.

Canon

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Canon XXXIV.

Quòd non oportet quemcunque Chriſtianum Chriſti martyras relinquere, & ad falſos martyras, hoc eſt hæreticos, abire, vel eos qui priùs hæretici fuêre. Hi enim ſunt à Deo alieni. Sint ergo anathema qui ad eos abeunt.

Bals. Nonus Canon præſentis Synodi dicit aliquantiſper eos excommunicatos fieri, qui ad hæreticorum cœmeteria, & quæ ab eis martyria appellantur, profecti fuerint: præſens autem Canon eos anathematizat. Et eſt Canonum differentia. Illic enim qui proficiſcuntur, ex errore & per aliquorum fraudem profecti ſunt, fortaſſe ut curarentur, & propterea mitiùs puniuntur: Hîc autem, toto animo ſe malo dederunt, & à Deo defecerunt; & propterea anathematizantur. Cur autem hæretici pſeudomartyres dicantur, dictum eſt in ix. Canone.

Zonar. Quoſdam ex hæreticis, dum Chriſtiana religio infenſis Principum odiis agitaretur, cruciatus pertuliſſe, atque in tormentis uſq; ad necem obduraſſe, jam antea diximus; quos proinde inſtar martyrum gregales venerabantur: verum pſeudomartyres, atque à Deo alienos hic Can. appellat. Cùm igitur ipſorũ ſepulchra nonnulli ex fidelibus frequentarent; quicunque ad ea inviſenda profecti fuerint, anathematis pœna teneri jubet.

Arist. *Qui martyrem, falsò ſic dictum, hæreticum honorat, ſit anathema.*

Qui à Deo alienos ut martyres honorat, & ipſe à Deo erit alienus.

Canon XXXV.

Quòd non oportet Chriſtianos, relicta Dei Eccleſia, abire, & Angelos nominare, vel congregationes facere, quæ ſunt prohibita. Si quis ergo inventus fuerit huic occultæ idololatriæ vacare, ſit anathema: quia reliquit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, filium Dei, & acceſſit ad idololatriam.

Bals. Malus ut plurimùm nos à dextris ſenſim adoritur. Propterea enim & nonnullis ſuggeſſit, ne Chriſtum ad auxilium invocarent, ſed Angelos, inſtar ſcilicet religionis & honoris in Deum: & ideo orationes ſuas non ad Deum dirigebant ex quadam hæreſi, ſed ad Angelos. Quod Patres tanquam maximum malum punientes, anathemati ſubjiciunt eos, qui Eccleſiaſticam traditionem relinquunt, & illicitos conventus faciunt, & dicunt ab Angelorum interceſſione noſtram ſalutem pendere. Hoc autem idololatria nominatum eſt: non quòd honor in Angelos ſit averſandus; ſed quòd Malus nos ad idololatriam devolvat, eo quòd non invocetur Chriſtus & Deus noſter. Erant & alii hæretici, qui dicebantur Angelici, ut ſanctus Epiphanius ſcribens de hæreſibus dicit, vel quòd fortè angelicè viverent, vel quòd ſe ab Angelis myſteriis initiatos putarent.

Zonar. Antiqua illa quorundam hæreſis fuit ut non Chriſtum nobis patronum aut interpretem apud Deum adhibendum eſſe, ſed Angelos affirmarent; quòd ea nimirum Chriſti interpellatio majus quiddam eſſet, quàm ut id audire nos homunculi deberemus. In quo forte demiſſionem animi quandam ſecuti eſſe videri poſſunt, cum perverſi hoſtis illud ſolenne ſit, ut in nos plerumque latenter à dextris impetum faciat. Enimvero hæreſeos hujus magnus quoque Paulus ad Coloſſenſes meminit, iis verbis; Nemo vos, inquit, ſeducat volens in humilitate & in cultu Angelorum, in ea quæ non vidit pedem inferens. Quorum quidem Apoſtoli verborum hæc eſt ſententia; Nemo vos, inquit, fidei vitæque integræ bravio

ΚΑΝΩΝ λδ'.

Οτι ὐ δεῖ πάντα Χριςιανὸν ἐγκαταλείπειν μάρτυρας Χριςοῦ, καὶ ἀπέναι πρὸς τοὺς ψευδομάρτυρας, τοῦτ' ἔςιν αἱρετικούς, ἢ αὐτοὺς τοὺς προφρυμμένους αἱρετικοὺς νομιζομένους. ὅτοι γὰρ ἀλλότριοι τοῦ θεοῦ τυγχάνουσιν· ἔςωσαν οὖν ἀνάθεμα οἱ ἀποχώμενοι πρὸς αὐτούς.

ΒΑΛΣ. Ο μὲν θ'. κανὼν τῆ πρόσθεν συνόδου ἀκοινωνήτους γίνεσθαι φησὶ μέχρι τινὸς τοὺς ἀποχωμένους εἰς τὰ κοιμητήρια τῆς αἱρετικῆς, καὶ τὰ μαρτύρια τὰ παρ' αὐτῶν λεγόμενα. ὁ δὲ παρὼν κανὼν ἀναθεματίζει αὐτούς. καὶ ἔςι διαφορὰ τῶν κανόνων. ἐκεῖ μὲν γὰρ οἱ ἀποχώμενοι, κατὰ πλάνην καὶ ἀπάτην τινῶν ἀπῆλθον, χάριν τῆς ἰατρεθείσης πάλαι, καὶ διὰ τοῦτο μετρίως κολάζονται· ἐνταῦθα δὲ ὁλοψύχῳ διαθέσει ἐπάλμησάν ὅ κακὸν, καὶ ἀπέςησαν τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἀναθεματίζονται. διὰ τί δὲ λέγονται ψευδομάρτυρες οἱ αἱρετικοὶ, εἴρηται ἐν τῷ θ'. κανόνι.

ΖΩΝΑΡ. Εἴρηται καὶ ἄνω που, ὅτι τινὲς τῶν αἱρετικῶν ἐν τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν ἔπαθον, καὶ μέχρι θανάτου ταῖς βασάνοις ἐνεκαρτέρησαν, ὡς οἱ συναιρεσιῶται ἐτίμων ὡς μάρτυρας, ὃς ὁ κανὼν ψευδομάρτυρας ὀνομάζει, καὶ ἀλλοτρίους καλεῖ τοῦ θεοῦ. τινὲς οὖν τῶν πιςῶν ἀπήρχοντο πρὸς τοὺς τάφους αὐτῶν. τοὺς οὖν ἀποχωμένους ἀναθέματι κατακρίνει.

ΑΡΙΣΤ. Ο ψευδομάρτυρα αἱρετικὸν τιμῶν, ἤτω ἀνάθεμα.

Ο τοὺς ἀλλοτρίους θεοῦ τιμῶν, ὡς μάρτυρας, ἀλλότριος ἔςαι θεοῦ καὶ αὐτός.

ΚΑΝΩΝ λέ.

Οτι ὐ δεῖ Χριςιανοὺς ἐγκαταλείπειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἀπέναι, καὶ ἀγγέλους ὀνομάζειν, ἢ συνάξεις ποιεῖν, ἅπερ ἀπηγόρευται. εἴ τις οὖν εὑρεθῇ ταύτῃ τῇ κεκρυμμένῃ εἰδωλολατρείᾳ σχολάζων, ἔςω ἀνάθεμα, ὅτι ἐγκατέλιπε τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριςὸν, καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ εἰδωλολατρείᾳ προσῆλθεν.

ΒΑΛΣ. Ως ὅτι μὲν πολὺ ὁ πονηρὸς ἐκ τῶν δεξιῶν ἡμᾶς ὑποκλέπτει. διὰ τοι τοῦτο καὶ ὑποβάλλει ποτε τινὰς μὴ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Χριςὸν εἰς βοήθειαν, ἀλλὰ τοὺς ἀγγέλους, ἐκ πρόσχημα δῆθεν εὐλαβείας καὶ τοῦ πρὸς τὸν θεὸν τιμᾶν. διὸ καὶ τὰς ἐντεύξεις ἐν πρὸς τὸν θεὸν ἐποίουν κατά τινα αἵρεσιν· ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀγγέλους. ὅθεν πατέρες ὡς μέγιςον κακὸν κολάζοντες, διορίζονται ἀναθέματι καθυποβάλλεσθαι τοὺς ἐγκαταλιμπάνοντας τὴν ἐκκλησιαςικὴν παράδοσιν, καὶ ποιοῦντας παρασυνάξεις, καὶ λέγοντας τῆς μεσιτείας τοῦ ἀγγέλου ἡμᾶς τὴν σωτηρίαν ἡμῶν. εἰδωλολατρείαν δὲ τοῦτο νόμισαν, οὐχ ὡς τῆς πρὸς τοὺς ἀγγέλους τιμῆς ἀποπροπαίας οὔσης, ἀλλ' ὡς τοῦ πονηροῦ ὑποκλίσαντος ἡμᾶς πρὸς εἰδωλολατρείαν, διὰ τὸ μὴ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Χριςὸν καὶ θεὸν ἡμῶν. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἄλλοι αἱρετικοὶ ἀγγελικοὶ λεγόμενοι, ὡς ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος περὶ αἱρέσεων γράφων, φησὶν, ἢ ὡς ἀγγελικῶς πάλαι βιοῦντες, ἢ ὡς παρ' ἀγγέλων τὰ θεῖα μυεῖσθαι νομίζοντες.

ΖΩΝΑΡ. Αἵρεσις ἦν παλαιὰ λεγόντων τινῶν, ὅτι οὐ δεῖ τὸν Χριςὸν ἐπικαλεῖσθαι εἰς βοήθειαν ἢ εἰς προσαγωγὴν πρὸς θεὸν, ἀλλὰ τοὺς ἀγγέλους, ὡς τάχα τοῦ τὸν Χριςὸν ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὰ εἰρημένα μείζονος ὄντος τῆς ἡμετέρας ἀξίας. τοῦτο δὲ τάχα ταπεινούμενοι ἔλεγον, ὡς ὅπερ ὁ πολὺ τοῦ πονηροῦ εἰωθότος κλέπτειν ἡμᾶς ἐκ τῶν δεξιῶν. ταύτης τῆς αἱρέσεως καὶ ὁ μέγας Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κολοσσαεῖς ἐπιςολῇ μέμνηται, λέγων· μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων. τοῦτο δ' ἐςὶ τὸ τῷ ἀποςόλῳ λεγόμενον, ὅτι μηδεὶς ὑμᾶς τοῦ βεβαίου τῆς πίςεως καὶ τοῦ ὀρθοῦ βίου ἀποτρέπῃ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἀποπρεί πω (κᾶλλον ἁρπαζεσθαι γάρ ἐστι, τὸ μὴ τὸ νικᾶν πρέπειν ἀξιοῦν τὸν ἥττω βλάπτειν, ἀλλ' ἑτέρῳ δίδωσι αὐτὸ, ἀδικουμένῳ τοῦ νικῶντος) θέλων μεθάρμοσαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ὀρθῆς πίστεως εἰς θρησκείαν τῶν ἀγγέλων, ἤγουν εἰς τὸ λαθραίως τοῖς ἀγγέλοις ὁμιλεῖν, ἀπὸ ταπεινοφροσύνης, λέγω ταπεινοφροσύνῃ τινὰ, ὡς ἀνάξιον ὑμᾶς ὄντας τοῦ ὀνομάζειν καὶ κύριον αὐτὸν τὸν Χριστὸν καὶ αἰτεῖν προσαγωγὴν περὶ τοῦ αὐτοῦ πατέρα. παλαιὰ οὖν, ὡς εἴρηται, ἡ αἵρεσις αὕτη, καὶ ἀνόμαζόν τινες ἀγγέλους, ἤγουν ἐπεκαλοῦντο, καὶ συναξεις ἐποίουν, ὅθεν ὁ κανὼν ἡμᾶς, εἴ τις εὑρεθῇ, φησὶ, ταύτῃ τῇ κεκρυμμένῃ εἰδωλολατρείᾳ σχολάζων, ἔστω ἀνάθεμα. τοῦτο ὁ ἀπόστολος ἔφη θρησκείαν τῶν ἀγγέλων, ὁ κανὼν εἰδωλολατρείαν ὀνόμασεν, οὐχ ὡς τὸ περὶ ἀγγέλους τιμᾶν εἰδωλολατρείαν ὄντα, ἀλλ' ὡς τοῦ πονηροῦ ἀπάγοντος ἡμᾶς τοῦ ὀνόματος Χριστοῦ, ἵνα κἂν μικρὸν καὶ λεληθότως εἰς εἰδωλολατρείαν ἐκκυλίσῃ ἡμᾶς. ὅστις καὶ ἄλλοι αἱρετικοὶ ἄγγελοι λεγόμενοι, ὡς ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος φησὶ περὶ αἱρέσεων γράφων φησὶν, ἀγγελικοὺς ἑαυτοὺς ἐκάλουν ἑαυτοὺς, ἢ ὡς ἀγγελικῶς ζῶντα διοῦντες, ἢ ὡς πρὸς ἀγγέλων φωτισθέντες πρὸς τὴν πίστιν καὶ τὴν θείαν ἐπίγνωσιν.

A fraudet, (Est namque κλέπτεσθαι, non victorem bravio honestare; sed illi per injuriam ereptum, alteri cuipiam elargiri) cupiens vos à recta fide ad venerationem Angelorum abducere, ut videlicet Angelorum venerationi addicti sitis, In humilitate, humilitatis nimirum studio, quasi scilicet Dominum implorare, eoque apud Patrem suum conciliatore uti, nostræ sortis esse nequaquam arbitrarentur. Antiqua igitur, ut diximus, hæc hæresis fuit, ut Angelos aliqui nominarent, hoc est, invocarent, conventuique privatos seorsim ab Ecclesia celebrarent: quæ quidem Canon aboleri cupiens, Si quis, inquit, occultæ huic idololatriæ operam dare deprehensus fuerit, anathema sit. Ac eam quidem, quam Apostolus Angelorum venerationem, idololatriam hic Canon nuncupavit; non quod insit in Angelorũ veneratione idololatriæ crimen; sed quia, ut inde nos in idololatriæ culpam paulatim impellat, idcirco à Christo invocando sceleratus hostis nos deterreat. Extitêre porro & alii hæretici quidam Angelorũ appellatione, ut scribit S. Epiphanius lib. de hæresibus; Angelicos vero, sese nominabant, aut quasi se instituto vivendi Angelos imitari, aut ab Angelis ad fidei divinæque agnitionis lucẽ vocatos esse significarẽt.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ συναπάγων καὶ ὀνομάζων ἀγγέλους, εἰδωλολατρείας πλησίον, καὶ ἔστω ἀνάθεμα.

ARIST. *Qui alienos ab Ecclesiâ conventus agit & Angelos nominat, idololatriæ proximus est, & sit anathema.*

Ἔστι τις αἵρεσις τῶν ἀγγελικῶν λεγομένη, ἣ δὴ δι' ἑαυτὴς σεμνύεσθαι, ὡς τάξιν ἀγγέλων καὶ πολιτείαν ἔχοντας· ἢ δηθεν ὅτι λατρεῖν ὑπ' ἀγγέλων ἐκπέφυκε καὶ κόσμον. ἔστιν δὲ καί τινες διδάσκοντες, καθὼς ἐν τῇ πρὸς Κολασσαεῖς ἔπιστολῇ ὁ μέγας Παῦλος ἐδήλωσεν, μὴ δεῖν λέγειν ἡμᾶς διὰ Χριστοῦ προσάγεσθαι τῷ θεῷ καὶ πατρί. μείζων γὰρ ἢ καθ' ἡμᾶς, φησὶν, ὁ Χριστὸς· ἀλλὰ δι' ἀγγέλων. τοῦτο δὲ ἄρνησις ἦν τῆς θείας οἰκονομίας, ἐν προφάσει τῆς ταπεινοφροσύνης. ὁ γοῦν συναγόμενος, καὶ ὑπ' ἀγγέλων ἐκπέφυκε τὸν κόσμον λέγων, ἢ δι' ἀγγέλων ἡμᾶς προσάγεσθαι τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ἔστω ἀνάθεμα ὡς ἐγκαταλιπὼν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς νοῦν φέρων τὴν εἰδωλολατρείαν.

Est hæresis quædam Angelicorum dicta vel quia seipsos jactitant, ut Angelorum ordinem & politiam habentes, vel quod delirantes dicunt ab Angelis creari mundum. Erant autem & nonnulli qui docuerunt, ut in epistolâ ad Colossenses magnus indicavit Paulus, non oportere dicere nos per Christum Deo & Patri adduci. Major enim quam secundum nos, inquiunt, est Christus: sed per Angelos; hoc autem sub humilitatis specie divinæ dispensationis erat abnegatio. Qui iis itaque se conjungit, & ab Angelis creari mundum dicit, aut per Angelos nos Deo & Patri adduci, sit anathema, ut Dominum nostrum Jesum Christum Dei filium relinquens, & idololatrarum sententiæ appropinquans.

ΚΑΝΩΝ λϛ'.

CANON XXXVI.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς, μάγους ἢ ἐπαοιδοὺς εἶναι, ἢ μαθηματικούς, ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἅ τινά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν. τοὺς δὲ φοροῦντας ῥίπτεσθαι ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν.

Quod non oportet sacratos vel Clericos, esse magos, vel incantatores, vel mathematicos, vel astrologos, vel facere quæ dicuntur Phylacteria, quæ quidem sunt ipsarum animarum vincula: eos autem qui ferunt, ejici ex Ecclesia jussimus.

ΒΑΛΣ. Ὁ θρὼν κανὼν διατρέπει τοὺς ἱερωμένους μάγους εἶναι, ἢ ἐπαοιδοὺς, ἢ μαθηματικοὺς, ἢ ἀστρολόγους, καὶ ἀκριναγωγίας καλλαεῖναι τοὺς φοροῦντας τὰ φυλακτήρια. μάγοι μὲν οὖν εἰσὶν οἱ προσερχόμενοι τῷ σατανᾷ διά τινα αἰτίαν. ἐπαοιδοὶ, οἱ γοητευταὶ, οἱ τοὺς ἐπῳδὰς λέγοντες, καὶ διὰ τούτων ἐφελκόμενοι τοὺς δαίμονας εἰς ἑαυτῶν θελήματα. μαθηματικοὶ, οἱ τὰ οὐράνια σώματα δόξαντες ἔχειν τινὰ τοῦ παντὸς κυριότητα, καὶ κατὰ τὴν κίνησιν τούτων διοικεῖσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς. ἀστρολόγοι οἱ διὰ τῶν ἄστρων μαντευόμενοι καὶ δαιμονικὴν συνεργίαν, καὶ πίστεις πιστεύοντες. ἐπεὶ δὲ τέσσαρά εἰσι τὰ μαθήματα, ἀριθμητικὴ, μουσικὴ, γεωμετρία καὶ ἀστρονομία, μὴ εἴπῃς διὰ τοῦ κανόνος καλύεσθαι καὶ τὰ τέσσαρα, ἀλλὰ μόνην τὴν ἀστρονομίαν. καὶ ἀνάγνωθι ὅ κδ'. κεφάλ. τοῦ λθ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου, λέγον, ἡ μὲν γεωμετρικὴ δημοσίᾳ διδάσκεται· ἡ δὲ μαθηματικὴ κατακρίνεται, ὡς ἀπηγορευμένη καὶ ἔξωθεν παλαιόν. μαθηματικὴν εἶπε τὴν ἀστρονομίαν. περὶ δὲ τοῦ πῶς κολάζονται ὑπὸ τῶν νόμων οἱ μάγοι καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ καὶ ὅμοιοι, ἀνάγνωθι τοῦ αὐτοῦ λθ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου ὅ κγ'. κεφάλ. καὶ ἑξῆς μέχρι τέλους. ζήτει καὶ ὅ γ'. κεφάλ. τοῦ ιϛ'. τίτλου τοῦ πρώτου συντάγματος.

BALS. Præsens Canon iis, qui sunt sacrati, prohibet, ne sint magi, vel incantatores, vel mathematici, vel astrologi: & eos, qui ferunt phylacteria, excommunicatione condemnat. Sunt itaque magi, qui ad Satanam propter aliquam causam accedunt. Incantatores autem, præstigiatores, qui carmina seu incantationes dicunt, & per ea dæmones ad suam voluntatem attrahunt. Mathematici, qui opinantur corpora cœlestia habere universi dominationem, omniaque nostra ab eorum motu administrari. Astrologi, qui per astra divinant, auxilium eis ferente dæmone, & eis credunt. Quia autem sunt quatuor mathemata, Arithmetica, Musica, Geometria & Astronomia, ne dixeris etiam quatuor à Canone prohiberi; sed solam Astronomiam. Et lege xxii. cap. xxxix. tit. lx. lib. Basilic. quod dicit, Geometria quidem publicè docetur, Mathematica autem condemnatur, ut prohibita externa lege veteri. Dic Mathematicam, Astronomiam. Quomodo autem à legibus puniuntur magi, incantatores, & ejusmodi, lege ejusdem xxxix. tit. lx. libri cap. xxiii. & deinceps usque ad finem. Quære & iii. cap. xii. tit. præsentis operis.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ZONAR. Veneficiis atque incantationibus operam navare Clerici hoc Can. prohibentur. Sunt vero ἐπαοιδαὶ, id est, incantationes idem quod præstigiæ. Ἀοιδὴ enim, id est, cantio seu carmen, tragœdia est. Præstigiatores ergo carminibus quibusdã sive incantationibus dæmones ad se alliciunt, ac feras quoque & reptilia devinciunt. Sunt etiã, qui jumento suo extra urbem relicto, carminibus ita lupos obstupefaciunt, ut nihil ab eis noxæ, quamvis unà degẽtibus animanti inferri queat; ex quo proinde forte illud ex sacris literis usurpare liceat, Pascetur lupus cum agnis. Alii serpentes incantatos, ita manibus tractant, ut morsu tamen ab illis nequaquam appetantur. Sed Mathematicorum quoque aut Astrologorum disciplinas ab iis, qui sacro ordine initiati sunt, exerceri non sinit. Quatuor porro libri sunt Mathematici nuncupati, quibus disciplinæ quatuor Arithmetica, Musica, Geometria, Astronomiáque continentur. Non igitur, ut puto, eos libros omnino legi; sed nimium in eis studium Can. adhiberi vetat. Si quis etenim unitatem non esse numerum, quamvis totius numeri effectricem, noverit, (numerus namque multitudo unitatum esse definitur; quapropter neque binarius numerus esse censetur, quod unitatum multitudine careat) si item ex binario, sive composito, sive repetito, nihil supra quaternariũ effici sciat, (sive enim bis duo, sive duo & duo dixeris, non alius inde à quaternario numerus existet) Numerorum quoque, qui impares sint quive pares; quinam inæqualiter impares, qui vero æqualiter pares; quinam æqualiter impares, quique inæqualiter pares; qui deinde ex eis perfecti quique imperfecti; quinam plani, qui solidi, qui quadrati, cubive nominentur; tum vero quid sit analogia, decémque illius formas, arithmeticam, geometricam, harmonicam, tum huic contrariam, aliásque præterea, ac quæcunque demum hac disciplina continentur; deinde ex Musicis, quid sit sonus, quæ sonorum intervalla complexionésque, quid harmonia, quæ sonorum appellationes, quid nete, hypate, parhypatéque significent: nullam idcirco ex ea re fidei aut probitatis jacturam sentiet. Verùm si hac cognitione imbutus, instrumenta quoque musicæ artis adhibeat, cantiunculisque lasciviens oblectetur: id demum à personæ Deo sacratæ gravitate alienum fuerit. In Geometria quoque, si quis eodem modo, quid punctum sit, quid linea, quid superficies, quidve item figura; tum linearum, quæ recta, quæ curva, quæ sinuosa, quæ obliqua, quæ rotunda; angulorum præterea quinam rectilinei, qui secus; initium quoque figuræ planæ cujusque esse trilaterum, quasque in species id tribuatur tributúmque iterum dividatur, ac circulum figuram esse planam, quæque cum absolvat lineam esse circumferentiam, quid porro centrum, quid diameter, quid sector circuli, quid gnomonis nomine intelligendum; postremo circulum esse figurarum omnium initium, & causam, alia denique, ne in singulis percensendis diutiùs immoremur, sit edoctus; Tum in Astronomia, si quid sphæra, quid centrum ejus, ac esse centrum veluti terram cœlo comparatam; si quid diameter, & quando Axis dicatur; si qua ratione in sphæra Zodiacus jaceat, illi concentricus; si unde Planetarum motus, ut videtur inæqualis & reciprocus, cæteráque his consequentia haud ignoret: nihilo præterea minus constanter erga fidei mysteria hominem affectum esse putandum est. Si quis vero hæc ita didicit, ut in eo disciplinæ genere nimis curiose sit versatus, ac simul cum cœli motibus nostra quoque circumferri existimans, tum centra collocat, tum signiferi orbis ascensus, ac delapsiones notat, domiciliique præsides, & figurarum loca, & stellarum terminos constituit, quæque ex his boni, quæve mali ominis sint, nosse, seque per ea quæ didicit eventus aliquos, tanquam ex illo astrorum motu necessario futuros, præsentire ac divinare posse arbitretur: id vero execrandum scelus est, ac à Synodo, ne quis ejusmodi studiis vacet, jure optimo constitutum.

A ΖΩΝΑΡ. Μαγείαις μεπέρχεδαι ἢ ἐπαοιδίαις τὸς κεκλημένους ὁ κανὼν κωλύει, ἐπαοιδαὶ δὲ αἱ γοητεῖαί εἰσιν. ἀοιδὴ γὰρ ἡ τραγωδία ἔστιν. οἱ γοῦν γόητες ἀοιδάς τινας ἢ γοητικὰς λέγοντες, ἐφέλκονται δαίμονας, ἢ καὶ θηρία καταδεσμοῦσι, καὶ ἕρπετά. εἰσὶ γάρ τινες οἱ κτήνους ἔξω τῆς ἐπαύλεως αὐτῶν καταλειφθέντας, δι' ἐπαοιδίας δεσμοῦσι τοὺς λύκους, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς βλάψαι ζῶόν μετ' αὐτὸ ἀναστρεφομένους, ὡς ταῖς πλανοῦσι τῆς γραφῆς, ὅ, συμβοσκηθήσονται λύκοι μετ' ἀρνός· καὶ ἄλλοι ὄφεις καταγοητεύουσι, καὶ τέτοις μεταχειρίζονται, καὶ ἄδηκτοι ὑπ' αὐτῶν μένουσιν. Ἀλλὰ καὶ μαθηματικοὺς ἢ B ἀστρολόγους εἴ τὸς ἱερωμένους βούλεται. τέσσαρα δέ εἰσι τὰ βιβλία ἃ λεγόμενα μαθηματικά, ἀριθμητική, μουσική, γεωμετρία, καὶ ἀστρονομία· ἃ πάντα ἁθρόως ἀναγινώσκειν ὁ κανὼν οἶμαι ἀπείργει, ἀλλὰ τὸ περιέργως αὐτοῖς κεῖσθαι. εἰ γάρ τις εἰδείη, ὅτι ἡ μονὰς ἀριθμὸς οὐκ ἔστι, καίτοι γε πηγὴ οὖσα παντὸς ἀριθμοῦ (ἀριθμὸς γὰρ, τὸ ὑπὸ μονάδων πλήθος ὁρίζεται, διὸ ὃν λόγον ἃ δὲ ἡ δυὰς λέγεται ἀριθμὸς, ὅτι οὐκ ἔχει πλήθος μονάδων) καὶ ὅτι ἡ δυὰς καὶ συντεθεμένη καὶ πολλαπλασιαζομένη τέσσαρα συνίστησιν ἀριθμὸν, καὶ ἃ πλέον π(δὶς γὰρ εἰπὼν τὰ δύο τέσσαρα συνάξεις, καὶ δύο καὶ δύο ἐπείπων, οὐκ ἄλλον ἐπιπλέοντα ἀριθμὸν, C Ἀλλ' ἢ τὸν αὐτόν) καὶ τίνες τῶν ἀριθμῶν τέλειοί, καὶ τίνες ἄρτιοι, καὶ τίνες τελειοπάκις τελειοῦσι, καὶ τίνες ἀρτιάκις ἄρτιοι, τίνες δὲ ἀρτιάκις τέλειοι· καὶ ποῖοι τελειοπάκις ἄρτιοι, καὶ τίνες τῶν ἀριθμῶν τέλειοι, τίνες δὲ ἀτελεῖς, ποῖοι δ' ὑπερτέλειοι, τίνες δὲ ἐπιπέδοι, τίνες δὲ εἰσὶ τετράγωνοι, καὶ τίνες καλοῦνται κύβοι, καὶ τί ἔστιν ἀναλογία, καὶ ὡς δέκα αὐτοὶ τῶν ἀριθμῶν, καὶ ἡ μὲν ἀριθμητικὴ, ἡ δὲ γεωμετρικὴ, ἡ δὲ τις ἁρμονικὴ, ἡ δ' ὀνομία ταύτη καὶ αἱ λοιπαί, καὶ πάντα ὅσα τῷ μαθήματι τούτῳ ἐπωφελεῖληπται· εἰ δ' ὅτι τῆς μουσικῆς ἄγνοιά τις, τίς μέν ἐστι φθόγγος, τί δὲ φθόγγων διάστημα, τί δὲ σύστημα, καὶ τί ἁρμονία, καὶ ταὶς τῶν D φθόγγων τροπολογίαις, καὶ τί μέν νήτη, τί δ' ὑπάτη, καὶ παρυπάτη, οὐδὲν πρὸς πίστιν, οὐδὲ πρὸς βίον αὐτῶν λυμαινόμενα. εἰ δὲ ταῦτα εἰδὼς, καὶ ὀργάνῳ κέχρηται μουσικῷ, καὶ τοῦτο μεταχειριζόμενος ᾄσματα ᾄδῃ, καὶ χαίρῃ τούτοις ἡδόμενος, ἆρά τι ἱερωμένων ἀνάξιον. καὶ ὅτι τῆς γεωμετρίας εἴ τις αὖδις ἀγνώσειε, τί μέν σημεῖόν ἐστι, τί δὲ γραμμὴ, καὶ τί ἐπιφάνεια, καὶ σχῆμα δὲ τί, καὶ τίς τῶν γραμμῶν εὐθεῖα, ποία δὲ καμπύλη, καὶ τίς ἑλικοειδὴς, τίς δὲ σκολιὰ, καὶ ποία τροχοειδὴς, καὶ τίνες τῶν γωνιῶν εὐθύγραμμοι, τίνες δὲ ὑπ' αὐτὰς, ὅτι ἀρχὴ τοῦ ἐπιπέδου σχημάτος τὸ τρίπλευρον, καὶ εἰς πόσα τοῦτο διήρηται, καὶ ὑποδιήρηται, καὶ ὅτι ὁ κύκλου E σχῆμα ἐπίπεδον, καὶ ἡ ἐστὸν ἀποτελοῦσα γραμμὴ περιφέρεια, καὶ τί μὲν κέντρον, τί δὲ διάμετρος, καὶ τίς ὁ τοῦ κύκλου τομεύς· ὁ γνώμων δὲ τίς, καὶ ὅπως ὁ κύκλου σχημάτων ἔστιν ἁπάντων ἀρχὴ, καὶ πάντων, καὶ πάντα, ἵνα μὴ ἕκαστον καθαλέγωμεν. καὶ ὅτι τῆς ἀστρονομίας εἴπερ εἰδείη, τί μέν ἐστι σφαῖρα, τί δὲ κέντρον αὐτῆς, καὶ ὅπου κέντρον, ὥσπερ ἡ γῆ πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τίς ἡ διάμετρος, καὶ πότε ἄξων λέγεται αὖπι, καὶ ὅπως πρὸς τὴν σφαῖραν ὁ ζωδιακὸς κεῖται κύκλος, ὁμόκεντρος ταύτης ὤν, καὶ ὅθεν ἡ δεκοῦσα τῶν πλανήτων ἀνώμαλος γίνεται. καὶ παλινόρμητος κίνησις, καὶ τἆλλα, ὅσα τοῖς πρέπουσι, οὐδὲν ἂν εἰς τὸ τῆς πίστεως λυμφήσαι μυσήριον. εἰ δέ τις ταῦτα εἰδὼς περιεργότερον κέχρηται τῷ μαθήματι, καὶ ταῖς τῶν οὐρανίων κατὰ συμπερίφορον πίστεων ζωὴ ἡμέτερα, ἴσης τε καὶ κέντρα, καὶ τὰς ἀναφορὰς τε καὶ διακλίσεις τῶν ζωοφόρου κύκλου καταμυθάνοι, οἰκοδεσπότας τε καὶ τόπους σχημάτων, καὶ ὅρια ὅσα τούτων ἀμείνω, καὶ ὅσα χείρονα, καί τινα τῶν ἐσομένων οἴεται προγινώσκειν ἐκ τούτων καὶ προμαντεύεσθαι, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβησομένων διὰ τὴν τοιάνδε κίνησιν τῶν ἄστρων, τοῦτό ἐστιν ἀπόβρητον, καὶ τοῦτο τῇ συνόδῳ καλῶς ἀπηγόρευται.

ΑΡΙΣΤ.

ΑΡΙΣΤ. Οὐκ ἔσται μάγος, ἢ ἐπαοιδὸς, ἢ μαθηματικὸς, ἢ ἀστρολόγος, ἢ φυλακτὴς, ὁ ἱερατείαν ἐπαγγελλόμενος.

Εἰ γὰρ εὑρεθῇ τις τῶν ἱερωμένων τοιαύτην τινὰ κακοτεχνίαν μεταχειρίζων, τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλεται.

AARIST. *Qui Sacerdotium profitetur, non erit Magus, vel Incantator, vel Mathematicus, vel Astrologus, vel ex iis qui Amuleta collis appendunt.*

Si enim deprehendatur quispiam malam hujusmodi artem consectari, Ecclesiâ ejicitur.

ΚΑΝΩΝ λζ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν τὰ πεμπόμενα ἑορταστικὰ λαμβάνειν, μηδὲ συνεορτάζειν αὐτοῖς.

CANON XXXVII.

Quòd non oportet, quæ à Judæis vel hæreticis mittuntur festiva accipere, neque unà cum eis festum agere.

ΚΑΝΩΝ λη'.

Ὅτι οὐ δεῖ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἄζυμα λαμβάνειν, ἢ κοινωνεῖν τῇ ἀσεβείᾳ αὐτῶν.

CANON XXXVIII.

Quòd non oportet à Judæis azyma accipere, vel eorum impietatibus communicare.

ΚΑΝΩΝ λθ'.

Ὅτι οὐ δεῖ τοῖς ἔθνεσι συνεορτάζειν, μηδὲ κοινωνεῖν τῇ ἀθεότητι αὐτῶν.

CANON XXXIX.

Quòd non oportet cum gentibus festum agere, & eorum impietati communicare.

ΒΑΛΣ. Ἀναγνωστὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ο'. καὶ οα'. καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ξ'.

BALS. Lege sanctorum Apostolorum Canonem lxx. & lxxi. & Carthag. Syn. Can. lx.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἑβδομηκοστὸς κανὼν καὶ ὁ οα', τῶν ἁγίων ἀποστόλων κωλύει πάντας συνεορτάζειν τοῖς Ἰουδαίοις, ἢ ξένια ἑορτῆς, ἄζυμα τυχὸν ἢ τοιοῦτόν τι δέχεσθαι παρ' αὐτῶν, ἢ ἔλαιον ἀπάγειν εἰς ἐβραϊκὸν ἱερὸν, ἢ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων, καὶ λύχνον ἅπτειν· τοὺς δ' τοιοῦτόν τι ποιοῦντας, κληρικοὺς, καθαιρεῖσθαι κελεύει, λαϊκοὺς δ' ἀφορίζεσθαι. ἐκ τούτων οὖν τῶν κανόνων καὶ οἱ τῆς συνόδου ταύτης ὁρισμοὶ, τοὺς παρόντας κανόνας ἐξεφώνησαν. ζήτει καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ξ'.

ZONAR. Ne festos dies cum Judæis celebrare, neve xenia eorum celebritatis, azyma forte, aut ejus generis quidpiam ab eis accipere, aut oleum in templa Gentilium, Judæorúmve synagogam inferre, lychnumve accendere liceat, lxx. & lxxi. sanctorum Apost. Can. constitutum est, quique aliquid ejusmodi commiserint, depositione Clericos, Laicos vero segregatione mulctari jubent. Illa igitur Apost. decreta respicientes, quæ horum Can. constitutionibus continentur Syn. auctores promulgavere. Vide etiam Carthag. Syn. lx. Canonem.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ συνεορτάσῃς ἑβραίοις, ἢ αἱρετικοῖς. ἐπὶ δὲ ξένῃ τὰ καλούμενα παρ' αὐτῶν ἑορταστικά.

Οὐδεμία κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος. διὰ τοῦτο γοῦν οὐδὲ τοῖς αἱρετικοῖς, ἢ τοῖς Ἰουδαίοις ὁμοπίστοις συνεορτάσῃ, οὐδὲ τὰ ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν τελούμενα, οἷον ἄζυμα, ἢ τι τοιοῦτον ὑποδέξηται.

ARIST. *Festa cum Hebræis, & Hæreticis non celebrabis. Nec festiva ab iis dicta accipies.*

Nulla est communio lucis cum tenebris. Idcirco nec cum hæreticis, nec cum Judæis festum celebrabit Christianus, nec quæ in festis eorum peraguntur, ut azyma, aut aliquid tale accipiet.

ΚΑΝΩΝ μ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐπισκόπους καλουμένους εἰς σύνοδον καταφρονεῖν, ἀλλ' ἀπέναι καὶ διδάσκειν ἢ διδάσκεσθαι, εἰς κατόρθωσιν τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν λοιπῶν. εἰ δὲ καταφρονήσειέ τις ὁ τοιοῦτος, ἑαυτὸν αἰτιάσεται· πρόσκειται, εἰ μὴ δι' ἀνωμαλίαν ἀπολιμπάνοιτο.

CANON XL.

Quòd non oportet Episcopos ad Synodum vocatos, negligere; sed abire, & docere vel doceri, ad correctionem Ecclesiæ & reliquorum. Si quis autem neglexerit, is seipsum accusabit; præterquam si propter intemperiem & ægritudinem non veniat.

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἐτησίων συνόδων, ὅπως ὀφείλουσι γίνεσθαι, ἀνάγνωθι τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα λζ'. συνόδου Νικαίας κανόνα ε'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κ'. τῆς ἐν Χαλκηδόνι ιθ'. τῆς ἐν Καρθαγένῃ ιζ'. ογ'. οϛ'. ϟε'. τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ιη'. τῆς ἐν Νικαίᾳ τῇ δευτέρᾳ, ς'. καὶ ὁ παρὼν δ κανών, καθ' καλουμένους εἰς τὴν συνοδον τοὺς ἐπισκόπους, διορίζεται μὴ καταφρονεῖν, ἀλλ' ἀπέναι πάντως, ἵνα ὧ τοὺς μὲν σοφωτέρους διδάσκειν, τοὺς δὲ ἁπλουστέρους μανθάνειν τὰ συμφέροντα ἐκκλησίαν, ἤγουν τὸν λαὸν τοῦ θεοῦ, καὶ μετάγοντα πρὸς ὀρθοδοξίαν τοὺς λοιπούς, ἤγουν τοὺς ἀπίστους. τοὺς μέντοι καταφρονητικῶς πρὸς τοῦτο διακειμένους, φησὶ μὴ χρηζειν ἐὰν κρίνῃ τὴν ὠφέλειαν τῶν ἑτέρων κρείττονα ἐπιτιμηθῆναι· ἀλλ' ἀπαιτεῖσθαι ἑαυτούς, ὅτι κατεφρόνησαν. ἀνωμαλίαν δὲ νοητέον, οὐ μόνον τὴν σωματικὴν νόσον, ἀλλὰ καὶ τὴν πραγματικὴν ἀσχολίαν. εἰ γὰρ διά τι ἀναγκαῖον καὶ δίκαιον ὁ ἐπίσκοπος ἐμποδισθῇ, συγγνωσθήσεται. τῶν δὲ κρίνομεν μὴ καταφρονεῖν τοὺς μετακαλουμένους ἐπισκόπους εἰς σύνοδον, εἰπεῖν καὶ οὐ ὀφείλει, ἐξ ἀνάγκης μετακαλεῖσθαι τούτους. χωρὶς γὰρ μετακλήσεως

BALS. De annuis Synodis, quomodo debeant fieri, lege sanctorum Apostolorum Can. xxxvii. Syn. Nicænæ Can. v. Antioch. xx. Chalced. xix. Carthag. xvii. lxxiii. lxxvi. xcv. Syn. in Trullo, viii. Nicænæ secundæ vi. Præsens quoque Canon, Episcopos, qui ad Synodum accersuntur, decernit non oportere negligere, sed omnino accedere, ut sapientes quidem doceant, simpliciores verò discant ea, quæ confirmant Ecclesiam, sive populum Dei, & reliquos scilicet infideles ad rectam de fide sententiam traducant. Eos autem qui ad hoc se negligenter gesserint, dicit murmurare non oportere, si ut aliis Canonibus comprehenditur, puniantur: sed seipsos accusent, quod neglexerunt. Per intemperiem verò intelligere oportet, non solùm morbum corporalem, sed & negotiorum turbam. Si enim propter aliquid necessarium & justum Episcopus fuerit impeditus, ei venia dabitur. Cùm autem decernit Canon, Episcopos ad Concilium accersitos negligere non oportere; dic eos etiam omnino accersi debere. Absq; enim evocatione

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Metropolitani non debent convenire, ut vult xx. Canon Syn. Antioch. & hic præſens Canon. Docere autem vel doceri adjicitur, propter eos qui dicebant ſeipſos ſibi ſufficere ad omnis Eccleſiaſticæ quæſtionis diſſolutionem; & non debere adeſſe ad Syn. Etſi enim Epiſcopus nullas in ſua Eccleſia dubitationes habeat, & nec doctrina egeat; ſed tamen ut aliorum quæſtiones diſſolvat, & decretum magis confirmet, debet neceſſariò præſens eſſe.

A Ψ μητροπολίτην οὐκ ὀφείλειν συνέρχεσθαι κ) ΘΜ κ'. κεφ. τ῀ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, κ) ΘΜ πρόνοια. Ὃ ϗ διδάσκειν ἢ διδάσκεσθαι προσκεῖται, διὰ τοὺς λέγοντας ἀρκεῖν αὐτοὺς ἑαυτοῖς εἰς πάντας ἐκκλησιαστικοὺς ζητήματος διάλυσιν· κ) μὴ ὀφείλειν παρεπιδημεῖν εἰς πλείω σύνοδον. κἂν γὰρ ἀμφιβολίαν τινὰ ὁ ἐπίσκοπος οὐκ ἔχῃ εἰς πλείω κατ' αὐτὸν ἐκκλησίαν, κ) ἐὰν διδασκαλίας δέηται, ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ ἑτέρων ζητήματα λύσαι, κ) ὅτι πλέον σπεύσαι τὸ δόγμα, ὀφειλῇ τῆς ἀνάγκης προσπαίζειν.

ZONAR. Quamvis hoc tempore decretum de annua Synodo ita negligatur, ut omnibus locis Synodi haberi omnino deſierint, tamen ut ea ſingulis annis in unaquaque provincia ne intermitteretur, id vero Sanctis Patribus, quorum auctoritate Can. editi ſunt, haud mediocri curæ fuit. Epiſcopos igitur, quicunque ad conventus Synodicos vocarentur, non parvi facere imperium, ſed in iis, inquiunt, ut doceantur, aut doceant, adeſſe jubent. Synodos enim, ob eas controverſias, quæ vel de veritate dogmatum, vel de mulctarum æquitate emergerent, aut ad alias canonicas quæſtiones excutiendas haberi decretum eſt. Ex iis igitur qui convenerant, qui quidem cæteros prudentia antecellebant, & quid credendum, & quæ cuique peccato pœna irroganda, quoque modo ex præſcripto Can. reliqua adminiſtranda eſſent docebant. Alii vero rudiores, minúſque in dicendo exercitati, docebantur. Quæ vero tum docebant, tum docebantur, ad rectam Eccleſiæ adminiſtrationem, aliorumque emendationem pertinebant. Recta porro adminiſtratio, atque emendatio, ad fidei puritatem, morumque integritatem referri debet. Eccleſiæ vero nomine fidelium conventum, alios vero, hæreticos ſcilicet aut infideles intelligas. Nam his quoque veritatis lumen præferri, atque ad Evangelici inſtituti iter ingrediendum ſemitam præmonſtrari decet. Hinc minas iis qui in Syn. non adfuerint, Canon intentat. Qui quidem ſi conſtitutas pœnas, aliáſque forte graviores dependere cogentur, niſi cum aliqua perturbatione impediti non venerint, ſeipſi, inquit, accuſent. Perturbationis autem nomine, non corporis ſolum intemperies, ægritudo videlicet, ſed negotiorum quoque moleſta occupatio intelligi debet, proindéque Epiſcopum, quamvis nulla infirmitas valetudinis, ſed ſola Eccleſiaſtici negotii cura neceſſaria hominem detinuerit, excuſari placet.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ κ) νῦν τὸ τῶν ἐπετείων συνόδων πάντη καταπεφρόνηται, ὡς μηδέποτε γίνεσθαι, ἀλλά γε τοῖς τοὺς κανόνας ἐκθεμένοις ἁγίοις τὸ γίνεσθαι συνόδους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισίως, πολλῆς φροντίδος ἠξίωτο. διό κ) τοὺς ἐπισκόπους καλουμένους εἰς τὰς συνόδους ἀπέναι διακελεύονται, ἵνα διδάσκωσιν ἢ διδάσκωνται. αἱ γὰρ συνόδοι δι' ἀμφιβολίας ἀμφυομένας περὶ δογμάτων ἢ ἐπιμίων ἁμαρτήμασι φερομένων, ἢ κρίσεως ἑτέρων ζητήσεων αἰρέσιμοι γίνεσθαι. τῶν γὰρ συνερχομένων οἱ μὲν λόγιοι ἐδίδασκον περὶ τούτων, οἱ δ' ἀπλούστεροι, κ) ἀφελέστεροι πρὸς ΘΜ λόγον ἐδιδάσκοντο· ἃ δ' ἐδίδασκόν τι κ) ἐδιδάσκοντο, εἰς κατόρθωσιν ἦσαν τῆς ἐκκλησίας κ) τῶν λοιπῶν. κατόρθωσιν δέ, πρὸς ὀρθὴν πίστιν κ) διδαχὴν ὀνομάζει, ἐκκλησίαν δὲ τὸ τῶν πιστῶν φησὶν ἄθροισμα, λοιπούς δὲ, τοὺς αἱρετικούς, ὥστε κἀκείνους εἰς πίστιν ὀρθὴν ὁδηγηθῆναι διὰ τῆς διδαχῆς, κ) εἰς διαλεκτικὴν πολιτείαν. εἶτα φησὶν ὁ κρίνων, ὅτι ἑαυτοὺς αἰτιάσονται, εἰ ὀπτιμηδοῦσιν οἱ μὴ ἀπορρόμενοι εἰς τὰς συνόδους, εἰ μὴ δι' ἀμωμαλίαν ἀπολειφθῶσιν. ἀμωμαλίαν δὲ νοητέον οὐ μόνον σωματικήν, οὐ νόσον, ἀλλὰ κ) πραγματικήν. εἰ γὰρ κ) μὴ νοσοῖεν ὁ ἐπίσκοπος ἔχοι δὲ πρᾶγμα περὶ ἐκκλησιαστικὰ πραγματα ἀσχολοῦν αὐτὸν διακρίζον, συγγνωσθήσεται.

ARIST. *Qui ad Synodum vocatur, & ſpernit, præterquam ob intemperantiam, culpa non vacat.*

ΑΡΙΣΤ. Ὁ καλούμενος ὑπὸ συνόδου, κ) ἀθετῶν, εἰ μὴ δι' ἀνωμαλίαν, οὐκ ἀναίτιος.

Propter incidentes controverſias Eccleſiaſticas & quæſtiones canonicas, decretum eſt omnium cujuſque provinciæ Epiſcoporum Syn. quotannis haberi, ubi Metropolis Epiſcopus ſtatuerit. Si itaq; cum ſic conveniunt, Epiſcopus aliquis vocatus convenire non vult, ſe in criminationem ducit, & à Syn. pœnis ſubjiciatur; niſi forſitan non per contemptum ſed propter morbum aut aliam circumſtantiam ad vitam pertinentē advenire non poteſt.

Διὰ τὰς παρεμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀμφιβολίας, κ) τὰ κανονικὰ ζητήματα, ὡρίσθη συνόδους πάντων τῶν ἐπισκόπων ἑκάστης ἐπαρχίας κατ' ἐνιαυτὸν γίνεσθαι, ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως ὁρίσῃ ἐπίσκοπος. εἰ οὖν ἐν τῇ συνελεύσει ταύτῃ καλούμενός τις τῶν ἐπισκόπων συνελθεῖν οὐ θελήσῃ, ἑαυτὸν ταῖς αἰτίαις τίθησι, κ) ὑπευθυνίσεται παρὰ τῇ συνόδῳ· εἰ μή που διὰ καταφρόνησιν, ἀλλὰ διὰ νόσον ἢ ἄλλην τινὰ βιωτικὴν περίστασιν οὐκ ἴσχυσε.

CANON XLI.

Quod non oportet ſacratum, vel Clericum, ſine juſſu Epiſcopi iter ingredi.

BALS. De Clericis & Monachis, qui præter ſuorum Epiſcoporum mentem peregrinantur, lege cap. ii. primi tituli iii. lib. Baſil. quod ita dicit; Qui falſum crimen adverſus Epiſcopum intendit, xxx. libras auri fiſco pendat: confirmentur autem omnia Eccleſiaſtica Privilegia; nec omnino Clericus vel Monachus exiſtimetur, qui ſine proprio Epiſcopo comitatum accepit. Lege ſimiliter & ultimum reſponſum quinti capitis xxii. tituli vi. lib. Baſil. quod quidem eſt pars ſextæ Juſtiniani Novellæ, & ſic dicit; Nec Monachum, nec Clericum, nec Epiſcopum huc venire jubemus, ſine literis ſanctiſſimi eorum Patriarchæ: vel ſciant, quòd ſeipſos habitu indignos reddent.

ΚΑΝΩΝ μα'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὴν ἢ κληρικὴν ἄνευ κελεύσεως ἐπισκόπου ὁδεύειν.

ΒΑΛΣ. Περὶ κληρικῶν κ) μοναχῶν ἀποδημούντων παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, ἀνάγνωθι κεφ. β'. τ῀ α'. τίτλου ϛ' γ'. βιβλ. τ῀ βασιλικῶν, ὅπου λέγει· ὁ συκοφαντήσας ἐγκληματικῶς ἐπίσκοπον, τριάκοντα ζυγοὺς λίτρας χρυσίου ζημιούσθω τῷ δημοσίῳ· βεβαιούσθω ϗ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἅπαντα προνόμια, κ) μὴ νομιζέσθω ὅλως κληρικὸς ἢ μοναχὸς ὁ συλλαβὼν ἄνευ τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου, τὸ κομιζόμενον καταληφθείς. ὡσαύτως ἀναγνῶθι κ) νέμα πλουσίων τ῀ ε. κεφ. τ῀ κϛ'. τίτλου τ῀ ς'. βιβλ. τ῀ βασιλικῶν, ὅπερ ἔστι μέρος τῆς ς'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, κ) ἔτω φησίν· ὅπ δὲ μοναχὸν ὅπ κληρικὸν ὅπ ἐπίσκοπον κελεύομεν ἔρχεσθαι ὁτιοῦν ἄνευ γραμμάτων τ῀ ὁσιωτάτου αὐτῶν πατριάρχου, ἢ εἰδέτωσαν, ὡς ἀναξίους ἑαυτοὺς τοῦ ἡμετέρου ποιήσαντες.

Ψηφιοποιήθηκε από την

ΚΑΝΩΝ μϚ'.

Οτι ὐ δεῖ ἱερατικὺς ἢ κληρικὺς ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων ὁδοῦν.

ΒΑΛΣ. Καὶ ἕτεροι κανόνες διορίζονται μὴ ἀποδημεῖν κληρικὺς ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων, τυπίοι συστατικῶν καὶ ἀπολυτικῶν ἐπιστολῶν· καὶ οἱ παρόντες δὲ κανόνες τὰ αὐτὰ διορίζονται· ἱερατικοί μέντοι εἰσὶν, οἱ περὶ τὸ βῆμα, κληρικοὶ δὲ, οἱ λοιποί. ἀναγνωθι τὸν ι'. κανόνα τῆς δ'. συνόδου, τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν ιϚ'. καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κανὼν ζ'. η'. καὶ ια'.

ΖΩΝΑΡ. Ἱερατικοὺς μέν, τοὺς, περὶ τὸ βῆμά φησι, κληρικοὺς δὲ τοὺς λοιπούς. τούτους οὖν ἀπόναγ ποι μέλλοντας, καὶ ἀποδημεῖσθαι τῆς ἐν ᾗ καταγράφησθαι ἐκκλησίας, ὐ συγχωρεῖ ὁ κανὼν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου ὁδοῦσαι. εἴρηται δὲ ἤδη περὶ γραμμάτων εἰρηνικῶν καὶ συστατικῶν ἐν τῷ ια'. κανόνι τῆς δ'. συνόδου. ταύτας οὖν τὰς ἐπιστολὰς τὰς εἰρηνικὰς τὸ φημι καὶ συστατικὰς κθρονικὰ γράμματα ἐνταῦθα ὠνόμασεν.

ΑΡΙΣΤ. Κληρικὸς, χωρὶς κανονικῶν ἐπιστολῶν, ἢ ἀνεπιτάκτου, ὐ περάσει.

Οὐ συγχωροῦνται παρὰ τῶν ἱερῶν κανόνων οἱ ξενοχειροτόνητοι παραδέχεσθαι, συστατικὰ μὴ ἐπιφερόμενοι γράμματα· καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαῖόν ἐστιν ὁδοῦσαν αὐτοὺς μετὰ γραμμάτων κανονικῶν, ὥσπερ δὴ καὶ τοὺς κεκληρωμένους ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ, μετὰ γνώμης καὶ κελεύσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, εἰς ἑτέραν πόλιν καὶ ἐπαρχίαν ὁδοῦσαι.

ΚΑΝΩΝ μγ'.

Οτι ὐ δεῖ ὑπηρέτας, κἂν μετὰ βραχὺ, τὰς θύρας ἐγκαταλείπειν, καὶ τῇ εὐχῇ σχολάζειν.

ΒΑΛΣ. Εἰρήκαμεν ἐν τῷ κϚ'. κανόνι, ὑπηρέτας τοὺς ὑποδιακόνους, καὶ ἔχειν αὐτοὺς πάσῃ ἀνάγκῃ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν θύραις ἐφίστασθαι κατὰ τὸν τῆς λειτουργίας καιρὸν, χάριν τοῦ εἰσάγειν τε καὶ ἐξάγειν τοὺς κατηχουμένους, τοὺς ἐν μετανοίᾳ, καὶ τοὺς λοιπούς. ἐπεὶ οὖν τινες ἐκ τούτων πρὸ ἀναπεμφθέντων αὐτοῖς διακονίαν καταλιπόντες ἥπτοντο τῶν θείων ἁγιασμάτων, ὥρισαν οἱ πατέρες, τοῖς θύραις τῶν ἐκκλησιῶν τούτους προσεδρεύειν, καὶ μὴ μεταχειρίζεσθαι τὰ θεῖα μυστήρια, καὶ δεῖσθαι, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ καὶ ἱερέως. ἀνάγνωθι καὶ τὸν κα'. καὶ ϖϐ κϚ'. κανόνα, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς.

ΖΩΝΑΡ. Ὑπηρέτας τοὺς ὑποδιακόνους εἶπε φασί. τοὺς δὲ ὑποδιακόνους ταῖς θύραις τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐφίστασθαι ὥρισε. τούτους οὖν ἐν τῷ τῆς λειτουργίας καιρῷ, ἤγουν, φησὶν ὁ κανὼν, τὰς θύρας ἀφιέναι καὶ εὐχῇ σχολάζειν. τὸ γὰρ εὐχῆς τόπε, καὶ ἀγιάζειν τὰ θεῖα δῶρα τῶν ἱερέων ἐστὶν. ὥσπερ οὖν ἐκωλύθησαν ὠρεάρια φορεῖν οἱ ὑπηρέται, ἢ ἄπειρος διακονικῶν σκευῶν, κατὰ ϖϐ κα'. καὶ κϚ'. κάνονα. οὕτως ἐκωλύθησαν καὶ εὐχῇ σχολάζειν. καὶ ἀναγνωστέον τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ κϚ'. κανόνι.

ΑΡΙΣΤ. Ὑπηρέτην ὐ δεῖ τὰς θύρας, κἂν βραχὺ, ἀφέντα προσεύχεσθαι.

Ἐν ταῖς ἱεραῖς λειτουργίαις ὐ δεῖ ϖϐ ὑπηρέτην καταλιπεῖν τὰς θύρας τοῦ θυσιαστηρίου, κἂν βραχὺ, καὶ τῇ εὐχῇ σχολάζειν. ἵνα μὴ εὑρίσκηται τῆς ὑπηρεσίας αὐτῷ ὑπηρεσίας καταφρονῶν, καὶ προτιμῶν τὴν ἰδίαν εὐχὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως.

Canon XLII.

Quòd non oportet ſacratos vel Clericos, ſine literis canonicis iter ingredi.

Bals. Alii quoque Canones decernunt, non debere Clericos peregre proficiſci ſine canonicis literis, hoc eſt, commendatitiis & dimiſſoriis Epiſtolis: Et præſentes etiam Canones eadem decernunt. Sunt autem ſacrati ii, qui ſunt circa ſacrum tribunal: Clerici verò reliqui. Legè x. Can. iiii. Syn. ſanctorum Apoſtolorum Can. xii. & Antioch. Syn. Can. vii. viii. & xi.

Zonar. Sacratos quidem, eos qui circa ſacrarium verſantur, Clericos vero alios omnes appellat. Eos igitur, ſi aliquo profecturi ſint, & ab Eccleſia cui adſcripti ſunt migraturi, abſque Epiſcopi facultate ingredi Canon haud ſinit. Diximus vero jam de pacificis, & commendatitiis literis, quartæ Synodi xi. Canone. Has ergo Epiſtolas, pacificas, inquam, & commendatitias, Canonicas literas hoc loco, quod ex decreto Canonis traderentur, nominavit.

Arist. *Clericus ſine literis Canonicis, vel injuſſus, iter non ſuſcipit.*

Non permittuntur à ſacris Canonibus qui in alienâ provinciâ ordinati ſunt, admitti, commendatitias non afferentes literas. Et idcirco neceſſe eſt eos cum literis canonicis iter facere, ut & omnes Clericos in unaquâque Eccleſiâ cum ſui Epiſcopi voluntate & mandato ad aliam civitatem & provinciam proficiſci.

Canon XLIII.

Quòd non oportet miniſtros, vel brevi tempore, fores relinquere, & orationi vacare.

Bals. Diximus in xxii. Can. miniſtros eſſe Subdiaconos, & eos neceſſariò oportere ſanctarum Eccleſiarum foribus adſiſtere tempore ſacra myſteria peragendi, ut introducant & educant Catechumenos, & eos qui ſunt in pœnitentia, & reliquos. Quia ergo nonnulli ex iis relicto ſibi attributo miniſterio, ſacramenta attingebant; ſtatuerunt Patres, ut ii Eccleſiæ foribus aſſideant, & divina myſteria non contrectent, nec pro populo precentur inſtar Sacerdotum. Lege xxi. & xxii. Canonem, & quæ ſunt in ipſis.

Zonar. Miniſtri quos Hypodiaconos eſſe aſſerunt, ſanctarum Eccleſiarum foribus aſſiſtere decreto jubebantur. Eos igitur, inquit Canon, quo tempore ſacra myſteria peraguntur, à ſua ſtatione diſcedere precationique vacare nequaquam oportet. Preces namque tunc temporis fundere, ac ſanctitatem divinis muneribus impertiri ſacerdotio initiati debent. Ut ergo xxi. & xxii. Canone miniſtris Orarium deferre, vaſaque Dominica contrectare, ita & precationis muneris obire ne liceat, interdictum eſt. Vide quæ xxii. Canone allato ſcripſimus.

Arist. *Miniſtrum foribus vel brevi tempore relictis, orare non oportet.*

In ſacris miniſteriis non oportet miniſtrum altaris fores relinquere vel brevi tempore, & precibus vacare. Ne quis inveniretur miniſterium ſibi commiſſum contemptui habere, & Eccleſiaſticæ conſtitutioni propriam anteponere orationem.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Canon XLIIII.

Quòd non oportet mulierem ad altare ingredi.

Bals. Præſens quidem Canon prohibet mulieres ad altare ingredi: ſexageſimus autem nonus Canon Syn. in Trullo prohibet Laicis, ne ad altare ingrediantur. In Latinorum autem regionibus mulieres ſine pudore ad altaria, quando volunt, ingrediuntur.

Zonar. Si Laici viri quoque altaris ſepta ingredi ſextæ Syn. ix. & lx. Can. vetantur, fœminas multo magis, quæ menſtrui ſanguinis fluxu vel invitæ pollui ſolent, ſacri loci aditu prohiberi putandum eſt.

Arist. *Mulieribus altare inacceſſum.*

Non licet mulieribus, ſed nec Laicis hominibus, altare ingredi, ut ſexageſimus nonus Synodi in Trullo Canon jubet.

Canon XLV.

Quòd non oportet poſt duas hebdomadas Quadrageſimæ ad baptiſmum admitti.

Bals. Sanctum baptiſma eſt typus ſepulturæ & reſurrectionis Domini. Et ideo ſtatutum eſt, ut in magno Sabbato peragantur baptiſmata; ut quod ſit medium inter ſepulturam Domini & reſurrectionem. Eos ergo, qui in magno Sabbato ſunt baptizandi, oportet tota Quadrageſima per jejunium & divinam meditationem perpurgari. Si quis autem poſt ſecundam hebdomadem acceſſerit ut catechizetur & baptizetur in Paſchate, non admittetur, ut qui non tota Quadrageſima jejunarit. Et tunc quidem ob ejuſmodi cauſam non admittetur: Poſtea autem ut volunt Canones præparatus, baptizabitur. Illud enim, Non oportet admitti, non eſt indiſtinctè intelligendum, ſed in magno Sabbato.

Zonar. Magno Sabbato baptiſma celebrari, antiqua Eccleſiæ conſuetudine eſt receptũ: eſt namque baptiſma ſepulturæ & reſurrectionis Dominicæ typus. Medium autem inter ſepulturã & reſurrectionem Domini Sabbatum illud intercedit. Quicunque igitur ſe parant, ut magno Sabbato baptizentur, totum Quadrag. tempus jejuniis trãſigere, exercitationibúſque divinis purgatos, ad baptizandum accedere oportet. Si quis autem ii. hebdomada elapſa baptizandus accedat; nequaquam is Paſchali tempore, niſi xl. dierum jejunio expiatus, ad baptiſmũ admitti debet; quo demum exacto, baptizari deinde hominem tunc quidem licebit. Nam illa verba; Non oportet admitti, non indiſtinctè accipienda, ſed propriè de magno Sabbato intelligenda ſunt.

Arist. *Poſt duas quadrageſimæ hebdomadas ad illuminationem quoſvis admitti non oportet, ab ipſo enim principio jejunare debent.*

Hic Canon dupliciter poteſt intelligi, vel quod qui poſt duas Quadrageſimæ hebdomadas præterlapſas ad fidem accedunt, & jejunare incipiunt, in magno Sabbato baptiſmo digni non habebuntur, ut illi qui ab initio iſtius Quadrag. exercitationem oſtenderunt, & ſufficienter jejunarunt, vel quod ſi ante Quadrageſimam ad fidem quilibet acceſſerunt, & jejunare cœperunt, deinde priuſquam baptiſmo cenſeantur digni advenit Quadrageſima, non expectabunt magnum Sabbatum ut illuminentur; Quemadmodum & qui ab initio iſtius Quadrageſimæ jejunare inceperunt, ſed uſque ad duas ſeptimanas ſi ſatis jejunarunt, baptiſmo digni cenſeantur. Si autem poſt elapſas duas Quadrageſimæ ſeptimanas ſufficienter jejunaſſe non videntur, non illuminentur, ſed expectabunt

ΚΑΝΩΝ μδ'.

Οτι ὐ δεῖ γυναῖκα ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσέρχεσθαι.

Βαλσ. Ο μὲν πρὸ τούτου κανὼν κωλύει γυναῖκας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσέρχεσθαι· ὁ δὲ ξθ'. κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ἀπαγορεύει τοῖς λαϊκοῖς τὸ ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου εἰσέρχεσθαι. εἰς μέντοι τὰ μέρη τῶν Λατίνων ἀμερυθρεμάστως αἱ γυναῖκες ἐν τοῖς θυσιαστηρίοις ὅπου βούλονται εἰσέρχονται.

Ζωναρ. Εἰ λαϊκοῖς ἀνδράσιν ἀπαγόρευται ἔνδον εἰσιέναι θυσιαστηρίου κ' ϖ ξθ'. κανόνα τῆς ἕκτης συνόδου, πολλῷ μᾶλλον ἂν εἴη γυναιξὶν ἀπηγορευμένον, αἷς καὶ ἡ τῶν ἐμμήνων αἱμάτων ῥύσις ἀποφυκρέτως συμβαίνει.

Αριστ. Γυναιξὶ δὲ ἱλαστήριον ἄβατον.

Οὐκ ἔξεστι γυναιξὶν, ἀλλ' οὐδὲ λαϊκοῖς ἀνδράσιν, εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσέρχεσθαι. οἷς ὁ ἐξηκοστὸς ἔνατος κανὼν ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ϖροστάττει.

ΚΑΝΩΝ με'.

Οτι ὐ δεῖ μὴ δύο ἑβδομάδας τ̃ πεντηκοστ̃ς δέχεσθαι εἰς τὸ φώτισμα.

Βαλσ. Τὸ ἅγιον βάπτισμα τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου τύπος ἐστί. διὸ καὶ νενομοθέτηται ἐν τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ τὰ βαπτίσματα πληροῦν, ὡς μεσιτεύοντι τ̃ κυριακῇ ταφὴν καὶ ἀνάστασιν. τοὺς οὖν μέλλοντας φωτισθῆναι κ' τὸ μέγα σάββατον, δεῖ πάντα πεντηκοστεῦσαι ϖροκαθαίρεσθαι διὰ νηστείας καὶ ἀσκήσεως. εἰ δέ τις μὴ πρὸ δύο ἑβδομάδα ϖροσέλθῃ κατηχηθησόμενος, καὶ βαπτισθησόμενος κ' τὸ πάσχα, οὐ ϖροσδεχθήσεται, ὡς μὴ ὅλην τὴν πεντηκοστεῦσας νηστείαν. καὶ ὅτι μὲν διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν ὐ ϖροσδεχθήσεται· μὴ ἴσμεν δὲ κ' κανόνας ἑτοιμαθεὶς, βαπτισθήσεται. ὅ γε, οὐ δεῖ δέχεσθαι, σὺν ἀδιακρίτως νοητέον, ἀλλὰ κ' τὸ μέγα Σάββατον.

Ζωναρ. Ἐν τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ ὅθεν ἔθους ἡ ἐκκλησία ποιεῖν βαπτίσματα ϖρέπεσθεν, ὅτι τὸ βάπτισμα, τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου τύπος ἐστί. τὸ γὰρ σάββατον ἐκεῖνο μέσον ἐστὶ τῆς ταφῆς καὶ τ̃ ἀναστάσεως. τοὺς οὖν ἑτοιμαζομένους φωτισθῆναι ἐν τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ δεῖ τ̃ πᾶσι πεντηκοστὴν νηστεύειν τι καὶ ϖροκαθαίρεσθαι διὰ ἀσκήσεως, καὶ ὕστως ϖροσιέναι τῷ φωτίσματι. εἰ δέ τις μὴ πρὸ δύο ἑβδομάδα ϖροσέλθῃ βαπτισθησόμενος, οὐ δεῖ αὐτὸν ϖροσδέχεσθαι εἰς τὸ βάπτισμα κ' τὸ πάσχα, ὡς μὴ ὅλην τ̃ πεντηκοστὴν, μὴ ὅλην γε βαπτισθήσεται. ὅ γε, οὐ δεῖ δέχεσθαι, σὺν ἀδιακρίτως, ἀλλὰ κ' τὸ μέγα σάββατον νοητέον.

Αριστ. Οὐ δεῖ μὴ δύο τῆς πεντηκοστῆς ἑβδομάδας, εἰς τὸ φώτισμα δέχεσθαι. ὀφείλουσι καὶ γὰρ ἀϖ' ἀρχῆς αὐτὴν νηστεύειν.

Ο κανὼν ἕτερος διττῶς δύναται νοηθῆναι· ἢ ὅτι οἱ μὴ ϖαρεληλυθότες δύο ἑβδομάδων τ̃ πεντηκοστῆς ϖροσερχόμενοι τῇ πίστει, καὶ ἀρξάμενοι νηστεύειν, οὐκ ἀξιωθήσονται τοῦ βαπτίσματος ἐν τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, ὡς καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τ̃ πεντηκοστῆς τ̃ ἄσκησιν ἐνδεξάμενοι, καὶ ἀρκουμένοις νηστεύσαντες· ἢ ὅτι, ἐάν ϖερὶ τῆς τεσσαρακοστῆς ϖροσῆλθόν τινες τῇ πίστει, καὶ ἤρξαντο νηστεύειν, εἶτα ϖερὶ τοῦ ἀξιωθῆναι τοῦ βαπτίσματος, ἐπέσχη ἡ τεσσαρακοστὴ, οὐκ ἀναμενοῦσι τὸ μέγα σάββατον ὅπως τῷ φωτισθῆναι. καθὼς καὶ οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτῆς τῆς τεσσαρακοστῆς νηστεύειν ἀρξάμενοι. ἀλλ' ἄχρι μὲν δύο ἑβδομάδων, εἰ ἱκανῶς ἐνήστευσαν, ἀξιωθήσονται τοῦ βαπτίσματος. εἰ δ' οὐκ ἐδοξαν ἀυτάρκως νηστεῦσαι μὴ ϖαρεληλυθότων δύο ἑβδομάδων τῆς τεσσαρακοστῆς, οὐ φωτισθήσονται, ἀλλὰ ἀναμενοῦσι καὶ

Ψηφιοποιήθηκε από την

καὶ αὐτοὶ, μὴ τῶν μελλόντων τῷ μεγάλῳ βαπτισθῆναι σαββάτῳ· ὡς ἐκείνων μόνων ὄντων δεκτῶν τῶν ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τὴν τεσσαρακοστὴν νηστευόντων· οἷα τῆς αὐτῶν ἀσκήσεως τελείας οὔσης καὶ οὐκ ἀπεσχεδιασμένης.

A & ipsi cum iis qui magno Sabbato baptizati erunt: adeò ut illi soli sint recipiendi, qui ab initio istius quadragesimæ jejunarunt, quippe quod eorum exercitatio perfecta est & non ex tempore facta.

KANΩN μς'.

Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους πρὸ πίστεως ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις.

ΒΑΛΣ. Οὗτος ὁ κανὼν, ἀπαράλλακτός ἐστι κανόνι ογ'. συνόδου. καὶ ἠρμηνεύθη ἐκεῖ.

Canon XLVI.

Quòd oportet eos qui baptizandi sunt, fidem edisce-re, & quinta hebdomadis feria Episcopo vel Presbyteris renunciare.

Bals. Hic Canon idem est omnino cum lxxviii. Can. vi. Syn. & illic est expositus.

KANΩN μζ'.

Ὅτι δεῖ τοὺς ἐν νόσῳ παραλαμβάνοντας τὸ βάπτισμα εἶτα ἀναστάντας, ἐκμανθάνειν τὴν πίστιν, καὶ γινώσκειν ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθησαν.

Canon XLVII.

Quòd oportet eos, qui in morbo baptismum accipiunt, & postea convaluerunt, fidem edisce re, & nosse quòd divino beneficio digni sunt habiti.

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἄπιστοι πρὸ τῆς κατηχηθῆναι ἐβαπτίσθησαν διὰ παρατηρητικὴν νόσον. ἔλεγον οὖν τινες, ὡς ἐπεὶ οὐκ ἔφθασαν βαπτισθῆναι μὴ τὸ κατηχηθῆναι καὶ ἀκοῦσαι, ὀφείλουσι κατηχηθῆναι, καὶ αὖθις φωτισθῆναι. ἐχρῶντο δὲ τῷ ιϛ'. κανόνι τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου, τῷ μὴ παρεγχωροῦντι τὸ διὰ νόσον φωτισθέντα, ἀλογοφορήτως ἱερέα γίνεσθαι. φασὶν οὖν οἱ πατέρες, ὡς ὁ μὲν δεύτερον μὲν ὑ βαπτισθήσεται, ἀναγκασθήσεται δὲ μὴ πρὸ ὑγείαν μαθεῖν πρὸ πίστιν, καὶ τὸ μυστήριον τοῦ φωτίσματος, καὶ εἰδέναι ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθη ζωῆς, ἤγουν τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ ἀληθοῦς θεοῦ καὶ κυρίως θεοῦ, καὶ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, ἣν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἔτυχον.

Bals. Infideles nonnulli baptizati sunt antequam essent catechizati, propter morbum urgentem. Dicebant ergo nonnulli, quòd quoniam non fuerunt baptizati, postquam essent catechizati, ut vult Canon, debent catechizari, & rursus baptizari. Utebantur autem & xii. Can. Neocæsar. Syn. qui non permittit ei, qui propter morbum est baptizatus, temere Sacerdotem fieri. Dicunt ergo Patres, quòd secundò quidem non baptizabitur: cogetur autem post sanitatem fidem discere, & mysterium baptismatis, & scire quòd divino beneficio dignus est habitus, scilicet agnitione ejus qui verè & propriè Deus est, & remissione peccatorum, quam per sanctum baptismum assecutus est.

ΖΩΝΑΡ. Βούλεται ὁ κανὼν τοὺς βαπτισθῆναι μέλλοντας, ἐν εἰδήσει τῶν καθ' ἡμᾶς μυστηρίων ὄντας, βαπτίζεσθαι, καὶ τοὺς κατηχουμένους ἀπαγγέλλειν κελεύει, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, ἣ δηλονότι τῆς ἑβδομάδος ἔμαθον, τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις. εἰ δέ τις νοσῶν καὶ ἐξ ἕξεως κινδυνεύων βαπτισθῇ πρὸ τοῦ μαθεῖν πρὸ πίστιν καὶ ἀπαγγεῖλαι, ὡς εἴρηται, εἶτα τῆς νόσου ἀπαλλαγῇ, καὶ ὕστερον ἐκμανθάνειν αὐτὸν δεῖ τὸ μυστήριον, καὶ εἰδέναι, ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθη, ἤγουν τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ἀληθοῦς καὶ κυρίως θεοῦ, καὶ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν δηλαδὴ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἔτυχον. οὐ γὰρ δηλονότι οἰκείαις τῶν πταισμάτων λυτρούμεθα, ἀλλὰ δωρεᾷ καὶ χάριτι θεοῦ.

Zonar. in Can. xlvi. & xlvii. Qui baptismo initiãdi sunt, non nisi perceptis antea fidei nostræ mysteriis, Can. admitti; ac proinde certo hebdomadæ die catechumenos, quæ per hebdomadam didicêre, apud Episc. vel Presbyt. profiteri jubet. Si quis vero gravi ac periculoso morbo oppressus, atque ob eam causam quæ fidei sunt nondũ rite edoctus, nec eo modo quo diximus professus, salutari baptismi lavacro perfusus fuerit; hic, si à morbo postea convalescat, divina mysteria nihilominus edoceri, séque divinis muneribus ornatum esse, agnitionem scilicet veri & summi Dei & peccatorũ per sanctũ baptisma remissionẽ obtinuisse intelligere debet. Quod enim baptismo initiati culparum laqueis eximamur, id non nostræ diligẽtiæ, sed Dei magnificentiæ ac liberalitati acceptum referri debet.

ΑΡΙΣΤ. Εἴποι πρὸ πίστιν ὁ βαπτιζόμενος, ἢ πρεσβύτερος, τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος, ὁ βαπτιζόμενος. εἴποι καὶ ὁ ἐν νόσῳ μὴ βεβαιῶν.

Aris t. in Can. xlvi. & xlvii. *Baptizatus Episcopo vel Presbytero quintâ hebdomadis feriâ fidem dicat. Dicat & ægrotus paulo post.*

Ὁ προσερχόμενος τῇ ἐκκλησίᾳ ἵνα τοῦ βαπτισθῆναι, τὴν πίστιν ἐκμανθανέτω καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγελλέτω ζώντι ὁ ἐπισκόπῳ, ἢ πρεσβυτέρῳ. οὐ γὰρ δεῖ προσέρχεσθαι αὐτοὺς βαπτίζειν, καὶ πρὸ τοῦ μανθάνειν πρὸ πίστιν. ὁ νοσῶν, καὶ ζητῶν βαπτισθῆναι, βαπτιζέσθω. εἶτα τῆς νόσου ἀναστὰς, ἐκμανθανέτω τὴν πίστιν, καὶ γινωσκέτω, ὅτι θείας κατηξιώθη χάριτος.

Qui ad Ecclesiam accedit ut baptizetur, fidem discat, & quintâ hebdomadis feriâ eam Episcopo profiteatur vel Presbytero. Non enim oportet eos temerè baptizare, & priusquam in fide initiati fuerunt. Qui morbo laborat, & baptizari quærit, baptizetur. Deinde morbo liberatus, fidem edisca t, & agnoscat, quod divina gratiâ dignus habebatur.

KANΩN μη'.

Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους μὴ τὸ βάπτισμα λαμβάνειν χρίσματι ἐπουρανίῳ, καὶ μετέχους εἶναι τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.

Canon XLVIII.

Quòd oportet, eos qui baptizantur, post baptisma inungi supercæleſti Chrismate, & esse regni Dei participes.

ΒΑΛΣ. Χρίσμα ἐκάλεσεν ὁ κανὼν τὸ ἅγιον μύρον καὶ οὐχ ἁπλῶς χρίσμα, ἀλλὰ ἐπουράνιον, ὡς διὰ τῆς ἁγίας εὐχῆς καὶ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἁγιαζόμενον, καὶ ἁγιάζον τοὺς χριομένους, καὶ μετόχους αὐτοὺς ποιοῦν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. φησὶν οὖν τοὺς φωτιζομένους διὰ τούτου χρίεσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι. ὅπως μάθοι τις παραδοθὲν τὸ ἅγιον μύρον, καὶ δι' ἣν αἰτίαν, δηλονότι ἀπὸ τῶν κατηχητικῶν βίβλων. τινὲς δὲ λέγουσι γίνεσθαι ζέσιν καὶ ἀχλυδίαν ἐκείνου τοῦ μύρου, διὰ τὴν πόρνης χεθέντος εἰς τοὺς πόδας τοῦ κυρίου

Bals. Canon vocavit sanctum unguentum Chrisma, & non simpliciter Chrisma, sed supercœleste; ut quod per sanctas preces & invocationem S. Spiritus sanctificetur, & eos qui inunguntur, sanctificet, & regni cœlorum faciat participes. Dicit itaque eos, qui baptizantur, per hoc inungi & sanctificari. Quomodo autem & propter quam causam traditum sit sanctum unguentum, ex libris, qui de catechismo tractant, declaratur. Nonnulli autem dicunt hoc fieri ex illius unguenti consequentia, quod per meretricem ad Domini

&

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

& Dei & servatoris nostri Jesu Christi pedes fusum est, qui dixit nihil mali fecisse meretricem, quæ ad ejus pedes nardi pretiosum unguentum ad ejus sepulturam effudit. Quia enim baptismus, ut sæpe dictum est, typus est sepulturæ & resurrectionis Christi & Dei nostri; rectè baptismi tempore chrismate inunguntur ii, qui baptizantur, ut unà sepeliantur & cum Christo resurgant.

ZONAR. Qui baptizati sunt, eos sacro oleo inungi oportere Canon decernit; quod & supercœleste chrisma alio nomine appellavit; quippe quod & sacris precationibus & sancti Spiritus invocatione sanctificatum sit, & qui eo inunguntur sanctos, ac regni cum Christo participes, nisi ad ejus regni possessionem nostris ipsi celeribus aditum præcluserimus, efficiat.

ARIST. *Illuminatos post baptismum inungi oportet.* Perspicuus.

CANON XLIX.

Quòd non oportet in Quadragesima panem offerre; nisi Sabbato & dominica tantum.

BALS. Præsens Canon, & quinquagesimus primus, quinetiam & lii. vi. Synodi eadem decernunt. Et lege quæ in illis scripta sunt.

ZONAR. Eadem prorsus sextæ Syn. lii. Can. statuuntur. Vide quæ ibi diximus, nec plura, tum ad hujus, tum ad li. & lii. Can. explicationem desiderabis.

ARIST. *In quadragesimâ præterquam Sabbato solùm, & die Dominicâ offerre non oportet.*

Hic Canon non omnino neglectui habetur, sed observatur. Exceptis enim Sabbato & Dominico & sancto Annunciationis die, in Quadragesimâ panis non offertur, sed præsanctificata peraguntur. At vero in Annunciationis festo præsanctificatorum ministerium non celebrari, sed panem offerre, lii. sextæ in Trullo Synodi tradit, eo quod reliqui Quadragesimæ dies humiliationis sunt tempus, debetque quisque propria delicta agnoscere, & non curâ de illis neglecta ad festivitates animum inclinatum habere, & sic simul tristitiâ affici & spirituali lætitiâ intempestivè repleri.

CANON L.

Quòd non oportet in Quadragesimæ postrema septimana quintæ feriæ jejunium solvere, & totam Quadragesimam dehonestare: sed oportet totam Quadragesimam jejunare aridis vescentes.

BALS. Nota ex præsenti Canone, quòd aridis vesci debemus omni quartâ & sexta feria. Qui ergo sine morbo cum oleo & testaceis jejunant, faciunt contra legem: multò autem magis qui in quartis sextisque feriis pisces comedunt. Quia autem necesse est ut aquam bibant etiam qui morbo non laborant; dicimus quòd Canones quidem nihil tale definiunt. Quoniam autem magnus Epiphanius Cypri in panariis dicit; debere fideles, in sex diebus ante Pascha, pane, & sale, & aquâ nutriri; cum aridorum esu aquam quoque bibere bonum est. Lege & viii. interrogationem Canonicarum responsionum Timothei Alexandriæ, quæ dicit; Mulier, si peperit, Pascha debet jejunare. Sic etiam x. Ex his colligitur, debere fideles cum aridorum esu aquam quoque bibere.

ALIA INTERPRETATIO.

De iis, quæ in præsenti Canone tractantur, dictum est & in xxix. Canone vi. Synodi. Cùm enim quidam, postquam tota Quadragesima jejunassent, magna quinta feria jejunium solverent, quòd tunc fortè compleretur Quadragesima sancta, & fieret cœna Domini; statuerunt Patres, ut totam Quadragesimam usque ad diem Dominicum Paschalem jejunarent: ne jejunio uno die soluto tota Quadragesima dehonestaretur.

A καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τοῦ εἰπόντος μηδὲν τι κακὸν ποιῆσαι τὴν πόρνην ἐπιχέασαν εἰς τοὺς πόδας τούτου τὸ ἀπὸ νάρδου πολύτιμον μύρον πρὸ τῶν ἐνταφιασμοῦ αὐτοῦ. ἐπεὶ γὰρ τὸ βάπτισμα, ὡς πολλάκις εἴρηται, τύπος ἐστὶ τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν, καλῶς κατὰ καὶ καιρὸν τοῦ βαπτίσματος τῷ μύρῳ οἱ φωτιζόμενοι χρίονται, ἵνα συνταφῶσι καὶ συναναστῶσι τῷ Χριστῷ.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς βαπτισθέντας φησὶν ὁ κανὼν δεῖν χρίεσθαι τῷ ἁγίῳ μύρῳ, ὃ καὶ χρίσμα ἐκάλεσεν ἐπουράνιον, ὡς διὰ τῶν εὐχῶν καὶ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἁγιαζόμενον, B καὶ ἁγιάζον τοὺς χριομένους, καὶ μετόχους αὐτοὺς ποιοῦν τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ, εἰ μὴ δι' ἔργων φαυλότητα ἡμεῖς ἑαυτοὺς ταύτης ἀποξενώσωμεν.

ΑΡΙΣΤ. Δεῖ τοὺς φωτιζομένους, μετὰ τὸ βάπτισμα, χρίεσθαι. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ μθ'.

Ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν καὶ ὁ να'. ἀλλὰ καὶ ὁ νβ'. τῆς ς'. συνόδου τὰ αὐτὰ διατάττονται. καὶ ἀνάγνωσθι τὰ ἐν ἐκείνοις C γραφέντα.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ αὐτὰ διατάττεται καὶ ὁ νβ'. κανὼν τῆς ς'. συνόδου. καὶ ζητητέον τὰ ἐκεῖ εἰρημένα, ἀρκέσοντα καὶ πρὸς τοῦτον καὶ κανόνα, καὶ πρὸς καὶ να'. καὶ καὶ νβ'.

ΑΡΙΣΤ. Τῇ τεσσαρακοστῇ μὴ προσφέρειν, εἰ μὴ σαββάτῳ, καὶ κυριακῇ μόνον.

Ὁ κανὼν οὗτος οὐ παρεβάθη ὅλως, ἀλλὰ φυλάττεται. ἄνευ γὰρ σαββάτου, καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτος οὐ προσφέρεται, ἀλλὰ προηγιασμένα τελοῦνται. τὸ δὲ ἐν τῇ τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἑορτῇ μὴ προηγιασμένων D γίνεσθαι λειτουργίαν, ἀλλὰ προσφέρειν ἄρτον, ὁ πεντηκοστὸς δεύτερος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου παραδίδωσι, διὰ τὸ τὰς ἄλλας ἡμέρας τῆς τεσσαρακοστῆς ταπεινώσεως εἶναι καιρὸν, καὶ ὀφείλειν ἕκαστον τῶν πεπλημμελημένων τὴν ἐπίγνωσιν φέρειν· καὶ μὴ ἀφέντα τὴν περὶ ταῦτα σπουδὴν, πρὸς ἑορτὰς ἀποκλίνειν· καὶ κατὰ ταυτὸ συγνάζειν, καὶ πνευματικῆς ἀγαλλιάσεως ἐμπιπλᾶσθαι παρὰ καιρόν.

ΚΑΝΩΝ ν'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστέρᾳ ἑβδομάδι τὴν πέμπτην λύειν, καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀτιμάζειν· ἀλλὰ δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν, ξηροφαγοῦντας.

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι ξηροφαγεῖν ὀφείλομεν κατὰ πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευήν· οἱ γοῦν E ἄνευ νοσήματος μετὰ ἐλαίου καὶ ὀστρακοδέρμων νηστεύοντες παρανομοῦσι· πολλῷ δὲ πλέον οἱ ἐν τῇ τετρᾶσι καὶ παρασκευαῖς ἰχθύας ἐσθίοντες· ἐπεὶ δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ὑδροποτεῖν τέως τοὺς μὴ ἀσθενοῦντας, φαμὲν ὅτι οἱ μὲν κανόνες οὐδὲν τοιοῦτον ὁρίζονται. ἐπεὶ δὲ φησὶν ὁ μέγας Ἐπιφάνιος Κύπρου ἐν τοῖς παναρίοις, ὀφείλειν τοὺς πιστοὺς ἐν τῇ πρὸ τοῦ πάσχα ἓξ ἡμέραις διὰ ἄρτου, ἁλὸς, καὶ ὕδατος ἀποτρέφεσθαι, καλὸν ἐστι σὺν τῇ ξηροφαγίᾳ καὶ ὑδροποτεῖν. ἀνάγνωσθι καὶ τὴν η'. ἐρώτησιν τῶν κανονικῶν ἀποκρίσεων Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας, λέγουσαν, γύνη ἐὰν γεννήσῃ, F τὸ πάσχα ὀφείλει νηστεῦσαι· ὁσαύτως καὶ τὴν ι'. συνάγεται γὰρ καὶ ἀπὸ τούτων ὀφείλειν τοὺς πιστοὺς σὺν τῇ ξηροφαγίᾳ καὶ ὑδροποτεῖν.

Ἑτέρα Ἑρμηνεία.

Περὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι κανόνι εἴρηται καὶ ἐν τῷ κθ'. κανόνι τῆς ς'. συνόδου. τινῶν γὰρ, μετὰ τὸ νηστεῦσαι τὴν ὅλην τεσσαρακοστὴν, καταλυόντων τὴν μεγάλην πέμπτην, διὰ τὸ τότε συμπληροῦσθαι τάχα τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν, καὶ τὴν κυριακὸν δεῖπνον γενέσθαι, ὥρισαν οἱ πατέρες κατὰ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν μέχρι τῆς κυριωνύμου πασχαλίου ἡμέρας νηστεύειν, ἵνα μὴ λυομένης τῆς νηστείας ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ἡ ὅλη τεσσαρακοστὴ ἀτιμάζηται.

ὑπέξελέ

Ψηφιοποιήθηκε.απο

ἐπέξελέ μοι τὰ σάββατα καὶ τὰς κυριακὰς τ̃ πασεφαγ-
σ̃ας. ἐν ταύταις γὰρ ξηροφαγεῖν σὲ ἀναγκαζόμεθα, ὡς ἐν
ταῖς λοιπαῖς ἡμέραις τ̃ νησείας.

ΖΩΝΑΡ. Πᾶσαν τὴν πασεφαγ-ὴν ἐν νησείᾳ διέ-
γειν ὁ κανὼν διορίζεται, ἄνευ δηλαδὴ σαββάτου καὶ κυρια-
κ̃ν. νησείαν δὲ τὴν ξηροφαγίαν ὁρίζεται. τινὲς δὲ κ̃ τὴν ε'.
τ̃ πλουσίας ἑβδομάδος, ἐν ᾗ Ὅ κυριακὸν δεῖπνον συν-
έφαγε τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστὸς, ἔλυον τὴν νησείαν, καὶ ἅπλοῦν
τινα πολυτελέστερα καὶ ἡυφηλότερα βεβρώματα, ὡς ταῦτα τῷ
κυρίου τότε Ὅ νομικὸν τι φαινόντ Θ. δεῖπνον, καὶ Ὅ οἰκεῖον
τοῖς μαθηταῖς ἐβδελύντ Θ. τοῦτο οὖν μὴ γένεσθαι ὁ σὴρ τὸν κα-
νὼν διαπτῆται, ἵνα μὴ ἐν τῇ μιᾷ ταύτῃ ἡμέρᾳ λυομένης
τ̃ νησείας, ἡ ὅλη πασεφαγὴ ἀτιμάζηται.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ δεῖ ἐν τῇ πασεφαγ-ῇ τῇ ὑστεραίᾳ ἑβδο-
μάδι τὸ πέμπτον λύειν, καὶ ὅλον τὸ πασεφαγ-ὸν
ἀτιμάζειν· ἀλλὰ πᾶσαν τὸ πασεφαγ-ὸν νησ-δίειν
ξηροφαγοῦντα.

Excipe mihi ſabbata & dominicos Quadrageſimæ. In iis enim aridis veſci non cogimur, ut in reliquis jejunii diebus.

ZONAR. Totum Quadrageſimæ tempus, Sabbatis tamen ac Dominicis diebus exceptis, canon jejunio tranſigi jubet. Jejunium autem aridorum eſum conſtituit. At vero quidam quinta poſtremæ hebdomadæ feria, qua Chriſtus cum Apoſtolis cœnavit, violato jejunio, lautioribus epulis veſcebantur; quod eodem die forte Chriſtus Dominus cœna ex præſcripto legis refectus, eundem quoque morem diſcipulis prodidiſſet. Id ergo fieri, ac totam Quadrageſimam unius diei illius neglecto jejunio dehoneſtari, præſens canon vetat.

ARIST. *Non oportet in ultimâ quadrageſimæ ſeptimanâ quintæ feriæ jejunium ſolvere, & totam quadrageſimam injuriâ afficere: ſed totam quadrageſimam jejunare aridis veſcentem.*

Omnes ſalutaris paſſionis dies cum jejunio & oratione, & cordis compunctione peragere oportet, & non jejunium ſolvere quinta ultimæ hebdomadis quadrageſimæ feriâ, ſed & in eâ jejunare & cibis ſiccioribus uti.

ΚΑΝΩΝ να'.

Οτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακ-ῇ μ̃ρτύρων γενέθλια ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τ̃ν ἁγίων μ̃ρτύρων μνήμας ποιεῖν ἐν ταῖς σαββάτοις καὶ κυριακαῖς.

CANON LI.

Quòd non oportet in Quadrageſima martyrum natalitia celebrare: ſed ſanctorum martyrum facere commemorationes in ſabbatis & dominicis.

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι ΦΝΒ'. κανόνα τ̃ ς'. συνόδου καὶ
ΦΜΘ'. τ̃ παρούσης συνόδου διδάσκοντος κ̃ μόνα τὰ σάββα-
τα καὶ τὰς κυριακὰς τελείαν θυσίαν γίνεσθαι ἐν ταῖς ἡμέραις
τ̃ ὅλης τεσσαρακοστ̃ς· κ̃ δὲ τὰς λοιπὰς πρὸ προηγιασμέ-
νων τελεῖσθαι τὴν θείαν ἱερουργίαν. ὡς δέ τινος εἰπόντος,
μὴ ὀφείλειν κωλύεσθαι δι' ὅλης τ̃ τεσσαρακοστ̃ς πρὸ θυσίας γί-
νεσθαι τὰς τ̃ν ἁγίων μ̃ρτύρων μνήμας, ὡς μηδὲ χαροποιοὺς
οὔσας, ἀλλὰ μόνα κωλύεσθαι τὰ γενέθλια τούτων ὡς χαρο-
ποιὰ καὶ πανηγύρεων πρόξενα· ὥρισαν οἱ πατέρες, μήτε ἐν
ταῖς μνήμαις, μήτε ἐν τοῖς γενεθλίοις τ̃ν μ̃ρτύρων καθ'
ὅλου τὴν τεσσαρακοστὴν πρὸ θυσίας πανηγυρίζειν, ἀλλὰ
κ̃ μόνα τὰ σάββατα καὶ τὰς κυριακὰς, τὰς ἑορτὰς τούτων
ποιεῖν. σημείωσαι τοίνυν, ὅτι ἀπὸ τ̃ πρόσθε κανόνος αὐτὴ
μνήμη κατοικομένη δι' ὅλης τ̃ τεσσαρακοστ̃ς, ἄνευ σαββά-
του καὶ μόνου. πρὸ δ τ̃ πένθος ἐπὶ ἁμ̃ρτιῶν ἡμ̃ν τὴν ἁ-
γίαν τεσσαρακοστὴν, οὐχ ἁγίων μνήμας γίνονται ἄνευ σαβ-
βάτου· ἐὰν οὖν ἁγίων μνήμας οὐ γίνονται, πόλῳ πλέον κω-
λυθήσονται ὁ γάμος.

BALS. Lege lii. canonem ſextæ Synodi, & xlix. præſentis Synodi, qui docent ſolis ſabbatis & diebus dominicis fieri perfectum ſacrificium tempore totius Quadrageſimæ: in reliquis autem per priùs ſanctificata peragi divinum myſterium. Perinde autem ac ſi dixiſſet quiſpiam; Non debere prohiberi per totam Quadrageſimam ne fiant per ſacrificia ſanctorum martyrum memoriæ, ut quæ lætitiam non afferant; ſed prohiberi tantùm ne eorum natalitia celebrentur, ut quæ lætitiam afferant, & ut frequentes hominum conventus fiant, incitent: definierunt Patres, ut neque in commemorationibus martyrum, neque in eorum natalitiis, in tota Quadrageſima per ſacrificia feſtum celebrent, ſed in ſolis ſabbatis & dominicis eorum feſta peragant. Nota ergo, ex præſenti canone quòd nec defunctorum quidem fiunt memoriæ tota Quadrageſima, præterquam ſolo ſabbato. Propterea quòd ſancta Quadrageſima luctus eſt ob peccata noſtra, ſanctorum commemorationes non celebrantur, præterquam Sabbato: ſi ſanctorum ergo commemorationes non fiunt; multo magis nuptiæ prohibebuntur.

ΑΡΙΣΤ. Μηδὲ μνείας μ̃ρτύρων τελεῖν· εἰ μὴ κυριακ̃ς
τε, κ̃ σαββάσιν.

ARIST. *Neque Martyrum commemorationes celebrare, præterquam Dominicis & Sabbatis.*

Ἐν τῇ τεσσαρακοστ̃, ἄνευ σαββάτου, καὶ κυριακ̃ς, οὐδὲ μαρτύρων μνεῖαι τελοῦνται.

In quadrageſima, exceptis Sabbato & Dominico, nec martyrum commemorationes celebrantur.

ΚΑΝΩΝ νβ'.

Οτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστ̃ γάμους ἢ γενέθλια ἐπιτελεῖν.

CANON LII.

Quòd non oportet in Quadrageſima nuptias vel natalitia celebrare.

ΒΑΛΣ. Διὰ τοὺς αὐτοὺς λόγους οὓς ἄνωθεν εἴπο-
μεν.

BALS. Propter eaſdem rationes quas ſuperiùs diximus.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ τελοῦνται τ̃ τεσσαρακοστ̃ γάμοι, οὐδὲ γενέθλιον. Σαφές.

ARIST. *Quadrageſimâ non celebrantur nuptiæ, neque natalitia.* Perſpicuus.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

Canon LIII.

Quòd non oportet Christianos ad nuptias venientes tripudiare vel saltare : sed modestè cœnare & prandere, ut decet Christianos.

Bals. Canon clarus est : cum vero & penitus exolevit, nec interpretatione eget. βαλλίζειν autem est cum cymbalis vel aliis ejusmodi saltare.

Zonar. Sive comeditis, inquit divinus Apostolus Paulus, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite: fideles vero qui vitam petulanter agunt, nihil minus quam Dei gloriam propositam habent. Ne igitur fideles ad nuptias vocati minus honestè se gerant, saltentque ac tripudient, sed modestè appositis cibis vescantur, nec quidquam Christiano homine indignum admittant, hic canon decernit. Est porro βαλλίζειν concrepantibus cymbalis saltationem ad illorum sonitum accommodare.

Arist. *Tripudiare in nuptiis vel saltare indignum.*

Canon LIV.

Quòd non oportet sacratos, aut Clericos in nuptiis vel conviviis aliqua spectacula videre : sed priusquam ingrediantur Thymelici, surgere & secedere.

Bals. In xxiv. & li. canone sextæ Synodi de iis quoque tractavimus, quæ in præsenti canone tractata sunt. Et lege ea : hujus enim meminerunt.

Zonar. Eadem sextæ quoque Synodi vigesimoquarto canone præcipiuntur. Quippe sacris initiatos homines ac Monachos in hippodromum convenire is canon vetat. Hic vero magis universè eos nullis omnino spectaculis, nec in nuptiis nec in cœnis, interesse litere decernit. Nec enim in nuptiis tantummodo, sed in festis quoque celebritatibus & natalitiis & aliis hujusmodi, quæ cœnæ vocabulo significavere convivia instituuntur. Ad hujusmodi igitur convivia, inquit, quandocunque sacri ordinis homines & Clerici advocati fuerint, ubi primum thymelicos ingressuros animadverterint, ipsi consurgant, séque illico, priusquam ludicra illa & scurrilia inchoëntur, inde subducant.

Arist. *Sacratum quidem & Clericum oportet etiam ante scenam exire.*

Christiani ad nuptias venientes modestè in illis cœnare monentur, & non saltare aut ballare, hoc est, manus plaudere & per eos strepitum facere. Hoc enim Christianâ constitutione est indignum. At sacratos neque spectacula ulla in nuptiis videre, sed priusquam ingrediuntur thymelici, illinc recedere oportet.

Canon LV.

Quòd non oportet sacratos & Clericos ex collatione convivia peragere, sed neque Laicos.

Bals. Convivari ebrietatis causa est. Eam autem consequuntur petulantia & insolentia : eas verò, lites & Dei contemptus. Statuunt ergo Patres, ut neque sacrati, neque Clerici neque Laici; ex collatione convivia faciant, συμβολὴ enim est collatio, à verbo συμβάλλω, quod significat confero.

Zonar. Et eos qui in sacrum ordinem cooptati sunt, & Christianos omnes, honestè gravitérque vitam instituere par est. Igitur ex symbolæ collatione, hoc est, à pluribus, ut mensæ exquisitis epulis instruan-

KANΩN ργ'.

Οτι οὐ δεῖ Χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀσχημόνους βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀλλὰ σεμνῶς δεῖπνον καὶ ἀριστᾶν, ὡς πρέπει Χριστιανοῖς.

ΒΑΛΣ. Ὁ κανὼν σαφής ἐστιν· ὅτι δὲ παρέκτισε πάμπολλα, εἰδὴ ἐρμηνείας δεῖται. βαλλίζειν δέ ἐστι τὸ μὴ κυμβάλων ἢ ἄλλων τοιούτων ὀρχεῖσθαι.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ θεσπέσιος ἀπόστολος Παῦλός φησιν· εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε, ὃ δὲ ἀσέμνως βιοῦν τοὺς πιστοὺς εἰς τοὐναντίον ὃ προῄρηται φέρει τῶν. διὸ καὶ ὁ παρὼν κανὼν τοὺς ἀσχημόνους πιστοὺς εἰς γάμον καλοῦσι διαγίνεσθαι, καὶ ὀρχεῖσθαι ἢ βαλλίζειν, ἐάν δ' ὑπηρέτησι σεμνῶς, μηδὲν ἀνάξιον ποιοῦντας Χριστιανοῖς. βαλλίζειν δ' ἐστὶ, τὸ κυμβάλων κτυπεῖν, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι.

ΑΡΙΣΤ. Βαλλίζειν ἐν γάμοις, ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀνάξιον.

KANΩN ρδ'.

Οτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικούς τινας θεωρίαις θεωρεῖν ἐν γάμοις, ἢ δείπνοις, ἀλλὰ πρὸ τῆς εἰσέρχεσθαι τοὺς θυμελικοὺς, ἐξαίρεσθαι αὐτοὺς καὶ ἀναχωρεῖν.

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ κδ'. καὶ νε'. κανόνι τῆς ς'. συνόδου, διελάβομεν καὶ περὶ τούτου ἐν τῷ παρόντι κανόνι διηλημμένων. καὶ ἀνάγνωθι ταῦτα· μέμνηνται γὰρ καὶ τούτου.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ κδ'. κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου τὰ αὐτὰ διατάττεται. κωλύει γὰρ κἀκεῖνος τοὺς ἱερωμένους καὶ τοὺς μοναχοὺς ἐν ἱπποδρομίαις ἀπέναι. ἔστι δὲ γλυκύτερον ἐκεῖ τινας θεωρίας διακελεύεται θεωρεῖν, οὔτι ἐν γάμοις, οὔτι ἐν δείπνοις. εἰ γὰρ ἐν γάμοις μόνον γένοιντο συμπόσια, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑορταῖς, καὶ ἐν γλευκίοις, καὶ ἄλλοις ὁμοίοις, ἃ δείπνους ὠνόμασεν. ὅπερ οἶμαι, φησι, κελεύων εἰς τοιαῦτα συμπόσια ἱερατικοὶ καὶ κληρικοὶ, καὶ ἴδωσιν ὅτι θυμελικοὶ μέλλουσιν εἰσελθεῖν, ἐξαίρεσθωσαν, καὶ ἀναχωρείτωσαν πρὸ τῶν ἐκείνους τῶν παιγνίων καὶ γελωτοποιιῶν ἀπάρξασθαι.

ΑΡΙΣΤ. Τὸν μήτοι ἱερατικὸν, ἢ κληρικὸν, δεῖ καὶ πρὸ τῶν θυμέλης ἀπέρχεσθαι.

Απαιτοῦνται οἱ χριστιανοὶ εἰς γάμον ἀπερχόμενοι, σεμνῶς δεῖπνεῖν ἐν αὐτοῖς, καὶ μὴ ὀρχεῖσθαι, ἢ βαλλίζειν, τοῦτ' ἔστι, ταῖς χεῖρας κροτεῖν, καὶ δι' αὐτῶν κτύπον ἀπολεῖν· τοῦτο γὰρ ἀνάξιον χριστιανικῆς καταστάσεως· τοὺς μήτοι ἱερατικοὺς μηδὲ θεωρίας τινὰς ἐν γάμοις θεωρεῖν, ἀλλὰ, πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν τοὺς θυμελικοὺς, ἐκεῖθεν ἀναχωρεῖν.

KANΩN ρε'.

Οτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ἐκ συμβολῆς συμπόσια ὑπολεῖν, ἀλλ' οὐδὲ λαϊκούς.

ΒΑΛΣ. Τὸ συμποσιάζειν πρᾶγμόν ἐστι μέθης. τῇ δὲ μέθῃ πρέπουσαι ἀταξίαι καὶ ἀσχημοσύναι, καὶ ταύταις ὕβρεις καὶ θεοῦ καταφρονήσεις. διορίζονται οὖν οἱ πατέρες, μήτε ἱερωμένους, μήτε κληρικοὺς, μήτε λαϊκοὺς ἀπὸ συνόδους ποιεῖν συμπόσια. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ συμβολὴ, ἀπὸ τοῦ συμβάλλω, ἤτοι συμπορῶ.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἱερωμένους, καὶ πάντας δὲ Χριστιανοὺς σεμνῶς χρὴ βιοῦν. ὃ δὲ ἐκ συμβολῆς ποιεῖν συμπόσια, ἔγωγε πολλῶν διδύντων νομίσματα, ὥστε δι' αὐτῆς γλυκέως

Ψηφιοποιήθηκε από την

ηλυέσιν ἠραπέζαις ἄβρεσι, κωλύει ὁ κανών, ὡς μέθης καὶ ἀδηφαγίας καὶ ἄλλων ἀγημοσυνῶν αἴτιον.

ΑΡΙΣΤ. Ἑορτὰς οὔτε λαϊκὸς οὔτε κληρικὸς ἐκπλέσει.

Χάριν συμποσίου οὔτε κληρικὸς οὔτε λαϊκὸς ποιήσουσιν ἔρανον.

ΚΑΝΩΝ νϛ'.

Ὅτι οὐ δεῖ πρεσβυτέρους πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι καὶ καθίζεσθαι ἐν τῷ βήματι, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι· πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλίαν ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπίσκοπος.

ΒΑΛΣ. Καὶ πάντῃ μὲν τῆς διατάξεως καλὸν πολιτεύεσθαι ἄξιον· πολλῷ δὲ πλέον ἐν ἱερωμένοις. διὸ καὶ κωλύουσιν οἱ πατέρες τοὺς πρεσβυτέρους καταφρονεῖν τοῦ ἐπισκόπου, καὶ πρὸ τῆς εἰσόδου εἰσέρχεσθαι ἐν τῷ βήματι, καὶ καθίζεσθαι· ἀλλὰ εἰσοδεύειν μετὰ τοῦ ἐπισκόπου. ὡς δὲ τινος αἰτίας προβαλλομένου ἢ ἀποδημίαν τοῦ ἐπισκόπου, εἶπον τὰ τοιαῦτα αἴτια δίκαια εἶναι, καὶ τὴν πρόοδον τὴν εἰς τὸ βῆμα τοῦ ἱερέως οὐκ ἐμποδίζουσιν.

ΖΩΝΑΡ. Πᾶσαν διάταξιν ἐν τοῖς ἱερωμένοις δεῖ πολιτεύεσθαι. ὅτε δὲ, τοῦ ἐπισκόπου μέλλοντος εἰσοδεύειν εἰς τὸ θυσιαστήριον, τοὺς πρεσβυτέρους προεισέρχεσθαι καὶ καθίζειν ἐκεῖ, καθάπαξ μόνον ἐξὸν, ἢ μετ' ὀλίγον τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι, ἀταξίαν δεῖν, καὶ εἰς καταφρόνησιν τοῦ ἀρχιερέως. διὰ κωλύει τοῦτο ὁ κανών· συμφωνεῖναι δὲ τῷ ἐπισκόπῳ τοὺς ἱερεῖς διδοίζεται, εἰ μή τις ἀμωμάλως ἔχοι, ἢ χρόνῳ νοσηλεύεται, καὶ οὐ δύναται ὅπη πολὺ ἵστασθαι. καὶ ὅτε δὲ ἀποδημεῖ ὁ ἀρχιερεύς, οὐκ εἰς καταφρόνησιν ἀπῆ γίνεται, ὅ, πᾶς τῷ ἀρχιερέως ἴσως προεισελθεῖν τὸν ἄλλων εἰς τὸ θυσιαστήριον.

ΑΡΙΣΤ. Πρεσβύτερος εἰς βῆμα πρὸ τοῦ ἐπισκόπου οὐκ εἰσέισιν, οὐδὲ καθήται.

Παρόντος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ λειτουργοῦντος, πρὸ τῆς εἰσόδου αὐτοῦ οὐκ εἰσέλθῃ πρεσβύτερος ἐν τῷ βήματι, καὶ καθίσει. τοῦτο γὰρ ἀταξία ἔξει καὶ σύγχυσις.

ΚΑΝΩΝ νζ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίσταθαι ἐπισκόπους, ἀλλὰ περιοδευτάς· τοὺς μέλλοντας ἤδη προκατασταθέντας, μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐν τῇ πόλει. οὕτω δὲ καὶ τοὺς πρεσβυτέρους μηδὲν πράττειν ἄνευ τῆς γνώμης τοῦ ἐπισκόπου.

ΒΑΛΣ. Ἄλλοι μὲν κανόνες ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν τοῖς χωρίοις χωρεπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καθίσταθαι διωρίσαντο. ὁ δὲ παρὼν κανὼν περιοδευτὰς προχειρίζεσθαι γίνεσθαι, καὶ μὴ ἐπισκόπους, ἵνα μὴ ῥύπτηται διὰ καταφρόνησιν ἡ ἀρχιερωσύνη, ὡς μὴ ἐχούσης τῆς χώρας ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη ὁ ἐπίσκοπος, πλῆθος ἀνθρώπων εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης. εἰ δέ τινές, φησι, πρὸ τοῦ κανόνος κατεστάθησαν ἐν τοῖς νεοδύτοις τόποις ἐπίσκοποι, μὴ ἐκβληθήτωσαν, ἀλλ' ἔστωσαν ἐνεργοῦντες τὰ πάντα μὲν εἰδήσεως τοῦ χειροτονήσαντος αὐτοὺς μητροπολίτου. ἀλλὰ καὶ οἱ πρεσβύτεροι, φησι, μηδὲν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου πραττέτωσαν. τοῦτο τοῦ κανόνος διορίζομένου, εἴποτις τὴν ἔννοιαν τούτου καταγελάζοιμος, ὡς ἐπεὶ ἀτιμία τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἔξει ὁ περίσκαπτος ὢν ἐπίσκοπον λαοῦ ὀλίγου, καὶτοιγε εἰς διάκαταφρόνητον· πολλῷ πλέον οὐκ ἔσαι πρὸς τιμὴν τοῦ θεοῦ τὸ ζῆν βαδίζειν ἀρχιερέα λιμὸ πενίαν καὶ στερεῖσθαι τῶν ἀναγκαίων. ὅθεν ὁ ὁρίζεσθαι ἐπισκόπους εἰς ἐκκλησίας ἀναπολήτους, εἰς ἃς μέτριοι πάνυ διέκεινται Χριστιανοὶ, οὐκ ἀσφαλές. περιοδευταὶ δὲ εἰσιν οἱ σήμερον προβαλλόμενοι παρὰ

A tur, pecunia collata convivia apparari; quòd ea res ebrietatis voracitatísque ac aliorum criminum cauſam præbeat; nullo modo hic canon licere decernit.

ARIST. *Convivia ex collatis ſymbolis neque Laicus neque Clericus celebrabit.*

Compotationis gratiâ nec Clericus nec Laicus collationem faciet.

CANON LVI.

Quòd non oportet Presbyteros ante Epiſcopi introitum ingredi & ſedere in ſacrario; ſed cum Epiſcopo ingredi; niſi forte infirmitate detineatur, vel peregre profectus ſit Epiſcopus.

BALS. Bonum quidem ordinem ubique eſſe pulchrum eſt: ſed multo magis in iis qui ſunt ſacrati. Et ideo Patres prohibent Presbyteros, ne Epiſcopum contemnant, & ante ejus introitum ſacrarium ingrediantur & ſedeant: ſed unà cum Epiſcopo introeant. Quòd ſi quis infirmitatem obtendat vel Epiſcopi peregrinationem: dixerunt ejuſmodi cauſas eſſe juſtas, & Sacerdotis in chorum priorem adventum non impediunt.

ZONAR. Summam ab ſacri ordinis hominibus modeſtiæ rationem haberi maxime decet. Presbyteros porro, quo tempore Epiſcopus ad altare acceſſurus eſt, ante illum ingredi ibique ſedere, & illum ſolum relinquere, aut paulo poſt introitum facere, petulantiæ quiddam ſummíque Sacerdotii contemptum oſtendit. Id ergo canon fieri vetat: cum Epiſcopo verò ſimul ingredi Sacerdotes, niſi quis forte intemperie, hoc eſt, ægritudine aliqua teneatur, neque longiorem ſtandi moram ferre queat, decernit. Quod ſi etiam peregre profectus fuerit Antiſtes, quamvis alii alios, dum ad altare ingrediuntur, antevertant, nulla ex eo ſummo Sacerdoti irrogata injuria exiſtimabitur.

ARIST. *Presbyter tribunal ante Epiſcopum ne ingrediatur, neque ſedeat.*

Epiſcopo præſente & miniſtrante ante ejus introitum Presbyter tribunal non ingredietur, & ſedebit. Hoc enim eſt ordinis conturbatio & confuſio.

CANON LVII.

Quòd non oportet in vicis & regionibus Epiſcopos conſtitui, ſed Circuitores: eos autem, qui priùs conſtituti fuerunt, nihil agere ſine conſenſu Epiſcopi civitatis. Similiter autem & Presbyteros nihil agere ſine conſenſu Epiſcopi.

BALS. Alii quidem canones in vicis & regionibus Chorepiſcopos & Presbyteros conſtituendos definierunt: præſens autem canon jubet Circuitores fieri, & non Epiſcopos; ne dignitas Epiſcopalis vilis & contempta evadat, utpote cùm non habeat regio, in qua ordinatus eſt Epiſcopus, hominum multitudinem ad Dei & Epiſcopatûs honorem. Si qui autem, inquit, ante canonem ſunt in his locis conſtituti Epiſcopi, ne ejiciantur; ſed omnia exerceant cum ſcientia Metropolitani, qui eos ordinavit. Sed & Presbyteri, inquit, nihil agant ſine conſenſu Epiſcopi. Hæc decernente canone, dixerit quiſpiam ex ejus intelligentia conjecturam faciens; quòd quoniam ad Dei & Epiſcopatus vergit dedecus, ſi Epiſcopus exiguo populo præſit, & ideo contemnatur: multo magis non eſt ad Dei honorem, ſi Antiſtes propter paupertatem eat pedes, & privetur neceſſariis. Quocirca in Eccleſiis Orientalibus, in quibus non admodum multi inveniuntur Chriſtiani, Epiſcopos eligi tutum non eſt. Sunt autem Circuitores, qui hodie ab Epiſcopis promo-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ventur Exarchi. Hi enim circumcurſant, & delicta animæ obſervant, & fideles perficiunt. Lege etiam vican. Sardic. Synodi.

τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι. οὗτοι γὰρ περιοδεύουσι καὶ ἐπιτηροῦσι τὰ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ καταρτίζουσι τοὺς πιστούς· ἀνάγνωθι καὶ τὸν ς'. κανόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου.

Zonar. Eximia eſt ſummi Sacerdotis dignitas: At ſi in vico, aut in regione, in quo neque urbes neque ulla hominum frequentia eſt, Epiſcopi conſtituantur, ex eo ſummi Sacerdotii dignitatem vileſcere neceſſe fuerit. Proinde id ne fiat, tum hujus canonis decreto, tum ſexto quoque Sardicenſis Synodi canone conſtitutum eſt: Circuitores vero in pagis & regionibus deſignari placet. Circuitores autem ex eo dicti, quod nullibi propriam ſedem cathedrámque habentes, huc & illuc fidelibus in officio continendis vagentur. Quod ſi ante hunc canonem, inquit, in ejuſmodi locis Epiſcopi aliqui conſtituti ſunt; nihil eis exequi, abſque ejus, à quo creati ſunt, urbani Epiſcopi facultate conceſſum ſit. Quod idem, ut ne quid ſcilicet inconſulto Epiſcopo faciant, à Sacerdotibus quoque ſervari placet.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα ἔντιμόν ἐστι. Ὅ δὲ ἐν κώμῃ, ἢ ἐν χώρᾳ, ἔνθα μὴ πόλις ἐστὶ μηδὲ πλῆθος ἀνθρώπων, γίνεσθαι ἐπισκόπους, καταφρόνην τῷ ἀρχιερωσύνῃ ποιῇ. διὸ καὶ ὁ κανὼν οὐκ κωλύει τοῦτο, ὃ καὶ ὁ ἕκτος κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διετάξατο· γίνεσθαι δὲ περιοδευτὰς ἐν κώμαις καὶ χώραις, διακελεύεται. περιοδευτὰς δὲ λέγουσι, διὸ τὸ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστούς, μὴ ἔχοντες καθέδραν οἰκείαν. εἰ δέ τινές, φησι, πρὸ τοῦ κανόνος καταστάντες ἐν τοῖς τοιούτοις τόποις ἐπίσκοποι, μηδὲν προστιθέτωσαν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως, ὑπ' οὗ ἐχειροτονήθησαν. καὶ οἱ περιοδεύτερον δέ, φασι, μηδὲν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου προστιθέτωσαν.

Arist. *In vico vel pago Epiſcopus non conſtituitur, ſed Circuitor. Si quis autem conſtituitur, ſine Epiſcopo civitatis nihil adminiſtret.*

ΑΡΙΣΤ. Εἰς κώμην, ἢ εἰς χωρίον ἐπίσκοπος οὐ καθίσταται, ἀλλὰ περιοδευτής· εἰ δέ τις καθίστη, μή τι ἐξωκείτω, τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως.

In vico & urbe exiguâ in quâ & unus Presbyter ſufficiat, non neceſſe eſt Epiſcopum fieri, ne Epiſcopi nomen elevaretur, ſed periodeutas ſive Circuitores, quos & Exarchos hodie nominant, ad ſpiritualium peccatorum correctionem in eas mitti. Si qui autem antea facti fuerant, honore quidem amoveantur, nec aliquid epiſcopale adminiſtrant ſine Epiſcopi, qui civitati tui iſtæ ſubjacent, præeſt, voluntate.

Ἐν κώμῃ τινὶ, ἢ ἐν βραχείᾳ πόλει, ἐν ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἐνδέχεται, οὐκ ἀναγκαῖον ἐπίσκοπον γίνεσθαι, ἵνα μὴ καὶ τὸ τῆς ἐπισκόπου καταδυναστεύηται ὄνομα· ἀλλὰ περιοδευτάς, οὓς καὶ ἐξάρχους σήμερον ὀνομάζουσιν, εἰς διόρθωσιν τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων πέμπεσθαι ἐν αὐταῖς· εἰ δέ τινες προεχώρουν, τῆς τιμῆς μὲν μετακινείσθωσαν, μηδὲν δέ τι ἐπισκοπικὸν διοικείτωσαν, ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως τῆς ὑποκειμένης αὐταῖς.

Canon LVIII.

ΚΑΝΩΝ νη'.

Quòd non oportet in domibus fieri oblationem ab Epiſcopis vel Presbyteris.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς οἴκοις προσφορὰν γίνεσθαι παρὰ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων.

Bals. Hoc permiſſum eſt à Novella Imp. Domini Leonis ſapientis. Lege & Syn. can. xxxi. & lix.

ΒΑΛΣ. Τοῦτο ἐξενεχθήσεται ἀπὸ νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ. ἀνάγνωθι καὶ συνόδου ς'. κανόνα λα'. καὶ νθ'.

Zonar. Deo ſupplicare, precationibúſque intentos eſſe, ubicunque tum in domibus, tum in agro, tum in omni loco dominationis ejus, fidelibus conceſſum eſt: Offerre autem ſive oblationem, præterquam in templo & altari, peragere nequaquam oportet. Proinde ea facultate pariter Epiſcopis & Presbyteris interdictum eſſe canon decernit.

ΖΩΝΑΡ. Εὔχεσθαι μὲν πανταχοῦ τοὺς πιστοὺς οὐ κεκώλυται, καὶ ἐν οἴκοις, καὶ ἐν ἀγροῖς, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ· προσφέρειν δὲ, πλὴν προσκομιδὴν ποιεῖν, εἰ μὴ ἐν ναῷ καὶ θυσιαστηρίῳ οὐ δεῖ. οὔτε οὖν ἐπισκόποις οὔτε πρεσβυτέροις ἐξεστὶ τοῦτο ποιεῖν.

Arist. *Epiſcopus vel Presbyter in privatis ædibus ne offerat.*

ΑΡΙΣΤ. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος εἰς οἶκον μὴ προσφερέτω.

In domo incruentum non peragitur ſacrificium, nec ab Epiſcopo nec Presbytero, ſed in Catholicâ Eccleſiâ offerre oportet. Sed trigeſimus primus ſextæ in Trullo Synodi canon permittit, Epiſcopo volente, & in ædibus oratoriis quæ ſunt intra domos, ſacra miniſteria peragere. Baptiſmum autem non omnino. Sed eos qui baptizandi ſunt, in Catholicis & ſolis Eccleſiis impolluta illuminatione dignos haberi, & quinquageſimus nonus ejuſdem Synodi ſtatuit.

Εἰς οἶκον ἢ ἀναίμακτος οὐ πλέκεται θυσία, οὔτε παρ' ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου· ἀλλ' ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ προσφέρειν δεῖ. πλὴν ὁ πεντηκοστὸς πρῶτος κανὼν τῆς ἐν Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου συγχωρεῖ, καὶ γνώμῃ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ἐν τοῖς δυκτηρίοις οἴκοις τοῖς ἔνδον οἰκίας τυγχάνουσι λειτουργίας πλέκειν· βάπτισμα δὲ μὴ ὅλως· ἀλλ' ἐν ταῖς καθολικαῖς καὶ μόναις ἐκκλησίαις τῶν ἀξιούντων φωτίσματος τοὺς μέλλοντας βαπτιζεσθαι· ὡς ὁ πεντηκοστὸς ἔνατος κανὼν τῆς αὐτῆς συνόδου διαγράφει.

Canon LIX.

ΚΑΝΩΝ νθ'.

Quòd non oportet privatos Pſalmos in Eccleſia legi, nec libros non canonicos: ſed ſolos canonicos veteris & novi teſtamenti.

Ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐδὲ ἀκανόνιστα βιβλία, ἀλλὰ μόνα τὰ κανονικὰ τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης.

Bals. Inveniuntur quidam Pſalmi præter centum quinquageſ. Pſalmos David, qui dicuntur eſſe Solomonis, & quorundam aliorum. Patres ergo eos privatos nominantes, ſtatuerunt, ut neque ii, neque aliquid aliud in Eccleſia legatur, quod non ſit ex iis quæ ſunt enumerata in lxxxv. canone Apoſtolico.

ΒΑΛΣ. Εὑρίσκονταί τινες ψαλμοὶ παρὰ τοὺς ρν'. ψαλμοὺς τοῦ Δαβὶδ, λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἴ τε καὶ ἄλλων τινῶν. τούτους οὖν ὀνομάσαντες οἱ πατέρες ἰδιωτικοὺς, διετάξαντο, μήτε τούτους, μήτε ἄλλό τι ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκεσθαι, μὴ ὂν ἀπὸ τῶν ἀπαριθμηθέντων ἐν τῷ ωε'. ἀποστολικῷ κανόνι.

Zonar.

ΖΩΝΑΡ. Ἐκτὸς τῶν ρ΄. ψαλμῶν τοῦ Δαβὶδ, εὑρίσκονται καί τινες ἕτεροι λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἶναι, καὶ ἄλλων τινῶν, οὓς καὶ ἰδιωτικοὺς ὠνόμασαν οἱ πατέρες, καὶ μὴ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διετάξαντο, μήτε μὴν βιβλία ἀναγινώσκεσθαι ἀκήρυκτα, μόνα δὲ τὰ κανονικά. κανονικὰ δ' ἐκάλεσαν, τὰ τῶν πέ. κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀπαριθμούμενα· ὥσπερ ἀκήρυκτα, ὧν ὁ κανὼν οὐκ ἐμνήσθη. εἶτα καὶ αὐτὰ τὰ βιβλία τῆς παλαιᾶς καὶ νέας γραφῆς ἀπαριθμησάμενοι εἶπον.

A

ZONAR. Præter centum & quinquaginta Davidis pſalmos, nonnulli præterea extant, qui Salomonis & aliorum quorundam eſſe perhibentur; qui etiam privati à Patribus dicti ſunt, neque aut illos, aut ex non canonicis quidquam, ſed canonicos tantum libros, in Eccleſia recitari licere decernunt. Canonicos porro libros, eos qui Sanctorum Apoſtolorum octogeſimoquinto canone recenſentur: non canonicos, quorum nulla in eo canone mentio eſt, nominarunt. Deinde vero ipſa quoque veteris & novi Teſtamenti volumina, ſuo quæque nomine referuntur.

ΚΑΝΩΝ ξ΄.

CANON LX.

B

Οὐκ δεῖ βιβλία ἀναγινώσκεσθαι ἐν παλαιᾶς διαθήκης, Γένεσις κόσμου, Ἔξοδος Αἰγύπτου, Λευιτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, Κριταί, Ρούθ, Ἐσθὴρ, Βασιλειῶν πρῶτον καὶ δεύτερον, τρίτον καὶ τέταρτον, Παραλειπόμενα πρῶτον καὶ δεύτερον, Ἔσδρα πρῶτον καὶ δεύτερον, βίβλος Ψαλμῶν ρ΄. Παροιμίαι Σολομῶντος, ἐκκλησιαστὴς, ᾆσμα ᾀσμάτων, Ἰὼβ, δωδεκαπρόφητον, Ἰσαΐας, Ἱερεμίας καὶ Βαρούχ, Θρῆνοι καὶ ἐπιστολαί, Ἰεζεκιὴλ, Δανιήλ. τὰ δὲ τῆς καινῆς διαθήκης ταῦτα, Εὐαγγέλια τέσσαρα, κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν, κατὰ Ἰωάννην, πράξεις ἀποστόλων, ἐπιστολαὶ καθολικαὶ ζ΄. Ἰακώβου μία, Πέτρου δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰούδα μία, ἐπιστολαὶ Παύλου δεκατέσσαρες, πρὸς Ρωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίους μία, πρὸς Φιλιππησίους μία, πρὸς Κολοσσαεῖς μία, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίους μία, πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία καὶ πρὸς Φιλήμονα μία.

C

Hi ſunt libri quos legi oportet ex veteri Teſtamento; Geneſis, Exodus, id eſt, exitus ex Ægypto. Leviticum. Numeri. Deuteronomium. Feſu Nave. Judices. Ruth. Eſther. Regum primus, ſecundus, tertius & quartus. Paralipomenon primus & ſecundus. Eſdræ primus & ſecundus. Liber Pſalmorum cl. Proverbia Solomonis. Eccleſiaſtes. Cantica canticorum. Job. Duodecim Prophetæ. Eſaias. Hieremias & Baruch. Lamentationes & Epiſtolæ. Ezechiel. Daniel. Novi autem teſtamenti hi; Evangelia quatuor, ſecundùm Matthæum, ſecundùm Marcum, ſecundùm Lucam, ſecundùm Joannem. Actus Apoſtolorum. Epiſtolæ Catholicæ ſeptem, Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, Judæ una. Epiſtolæ Pauli xiv. Ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Epheſios una, ad Philippenſes una, ad Coloſſenſes una, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Hebræos una, ad Timotheum duæ, ad Titum una & ad Philemonem una.

ΖΩΝΑΡ. Ταῦτα μὲν ἀναγνωστέα βιβλία ὁ κανὼν ἀνεγράψατο. ὁ δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων πέ. κανὼν πύστις καὶ ζῆλος διὰ τοῦ Κλήμεντος συγγραφείσας διατάξεις τοῖς ἀναγνωστέοις βιβλίοις συναπεῤῥίμμησεν, ἃς ἡ ἕκτη συνόδος ἐν δευτέρῳ κανόνι μὴ ἀναγινώσκεσθαι διεῤῥήξαν, ὡς ὑπὸ αἱρετικῶν νοθευθείσας, ὡς φρονήσομεν αὐτοῖς συγγράμματά τινα καὶ ἀλλόφρονα.

D

ZONAR. Hos quidem libros hic canon legendos proponit. Sanctorum vero Apoſtolorum octogeſimus quintus canon, conſcriptas quoque à Clemente conſtitutiones iis adjungit: quas tamen ſexta Synodus in ſecundo canone, quippe ab hæreticis, qui multa eis ſubdolè & perverſè interſeruerunt, depravatas, legi prohibuit.

ΑΡΙΣΤ. Ἰδιωτικοὶ ψαλμοὶ, ἢ ἀκανόνιστα βιβλία, ἐν ναοῖς οὐ ψάλλονται, ἢ ἀναγινώσκονται· ἀλλὰ τὰ κεκανονισμένα τῆς παλαιᾶς τε καὶ νέας.

ARIST. in can. lix. *Privati Pſalmi vel libri non canonici in templis non recitantur. Sed qui in canone veteris ac novi Teſtamenti recenſentur.*

Ἅπινά ἐστι ταῦτα· Γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦς, κριταί, Ρούθ, Ἐσθὴρ, Βασιλειῶν πρῶτον, δεύτερον συγκεκλεισμένων δύο, Ἔσδρα δύο, ψαλμοὶ, Παροιμίαι Σολομῶντος, ἐκκλησιαστὴς, ᾆσμα ᾀσμάτων, Ἰὼβ, δωδεκαπρόφητον, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιήλ. ἅμα εἰκοσιδύο τὰ βιβλία τῆς παλαιᾶς.

E

Qui quidem ſunt hi. Geneſis, Exodus, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jeſus, Judices, Ruth, Eſther, Regum quatuor, Paralipomenon duo, Eſdræ duo, Pſalmi, Proverbia Solomonis, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Job, duodecim Prophetæ, Eſaias, Jeremias, Jezechiel, & Daniel. Simul ſunt viginti duo libri veteris teſtamenti.

ΑΡΙΣΤ. Τῆς δὲ καινῆς, εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου, πράξεις, ἐπιστολαὶ καθολικαὶ ἑπτὰ, ἤγουν Ἰακώβου μία, Πέτρου δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰούδα μία, Παύλου ιδ΄. ἤγουν πρὸς Ρωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίους μία, πρὸς Φιλιππησίους μία, πρὸς Κολασσαεῖς μία, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίους μία, πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία, καὶ πρὸς Φιλήμονα μία.

F

ARIST. in can. lx. *Novi autem, Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis. Actus, Epiſtolæ Catholicæ ſeptem, hoc eſt, Jacobi una, Petri duæ, Johannis tres, Judæ una, Pauli quatuordecim, hoc eſt, ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Epheſios una, ad Philippenſes una, ad Coloſſenſes una, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Hebræos una, ad Timotheum duæ, ad Titum una, ad Philemonem una.*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

CANONES SYNODI SARDICENSIS XXI.

BALS. & ZONAR. COnstantio magni Constantini filio regnante habita fuit Sardicensis Synodus. Ille enim cùm ad Arianorum hæresin se contulisset, magnopere contendebat ea, quæ in prima Synodo decreta & definita fuerant, evertere. Quod cùm frater ejus Constans, qui veteri Romæ imperabat, ex Papa, qui tunc erat, didicisset, fratri bellum per literas minatus est; nisi Ecclesiam perturbare, & fidem orthodoxam labefactare desineret. Ille verò id quod est fidei perfectum quærens, ad fratrem suum rescripsit; ut id quoque confirmetur, sibi curæ magnopere esse. Utrisque ergo Imperatoribus visum est, ut fieret Antistitum Synodus, & quæ ab illis examinata ac probata esset fides, valeret. Dictorum ergo fratrum & Imperatorum jussu congregati sunt Episcopi numero trecenti quadraginta & unus Sardicæ, quæ nunc Triaditze dicitur; qui cùm de iis, quæ Nicææ decreta erant, disceptassent, ea confirmarunt, edito decreto, quod sanctum symbolum Patrum, qui Nicææ convenerunt, corroborat & confirmat, & hoc observari & immutabile manere statuit; eos autem, qui præter hæc sentiunt, abdicat & anathemati subjicit. Hujus itaque Sardicensis Synodi Patres canones quoque ediderunt, ad statum Ecclesiasticum respicientes; Qui sunt hi:

CANON I.

Osius urbis Cordubæ Episcopus dixit; Non tantùm mala consuetudo, quantum perniciosissima rerum corruptela, est ex ipsis fundamentis penitus extirpanda; ne cui Episcopo liceat à parva civitate in aliam civitatem migrare: ejus enim causæ prætextus est manifestus, propter quem talia aggreditur. Nullus enim Episcopus adhuc invenire potuit, qui à majori civitate in minorem transire studuerit: Unde constitit eos ardenti plura habendi cupiditate succendi; & magis arrogantiæ servire, ut videantur majorem habere potestatem. Placétne hoc omnibus, ut ejusmodi improbitas acerbiùs vindicetur? existimo enim eos ne Laicorum quidem debere habere communionem. Omnes Episcopi dixerunt; Placet omnibus.

BALS. De Episcopis, qui à civitate in civitatem seu diœcesim transeunt, dictum est in Syn. Nicenæ can. xv. & in xiv. canone sanctorum Apostolorum, & in xxi. & in xxii. Antiochenæ, & in aliis. Cùm autem neglectui haberentur ea, quæ ipsis continentur, Episcopus Cordubensis, qui Osius appellatus est, propter virtutem quæ illi inerat, exorsus, debere omnem malam consuetudinem radicitùs extirpari, multo autem magis eam quæ spectat ad rerum Ecclesiasticarum corruptelam; intulit, non licere cuiquam Episcopo ex civitate in civitatem transire. Perinde autem ac si dixisset quispiam, ei esse ignoscendum, qui honesta fortasse de causa hoc facturus est, & ut majorem populum doceat & confirmet; adjecit, hoc audere Episcopos, non propter honestam aliquam causam, sed propter avaritiam, vel superbiam, & ut habeant potestatem majorem, & plura lucrifaciant. Nullus enim, inquit, inventus est Episcopus, qui à majori civitate in minorem transierit; ut ex eo avaritiæ & cupiditatis gloriæ suspicio tollatur. Interrogaverit itaque Synodum; An ei placeret acerbiùs talem audaciam vindicari; scilicet non solùm deponi eum qui tale quid fecerit, sed etiam à fidelium communione excidere; & nec ut Laicum quidem cum ipsis communicare?

ΚΑΝΟΝΕΣ τῆς ἐν Σαρδικῇ κα'.

ΒΑΛΣ. καὶ Ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος γέγονε βασιλεύοντος ΖΩΝΑΡ. Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. ἐκεῖνος γὰρ προσεθέμενος τῇ τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσει, σπουδὴν ἐποιεῖτο τὰ ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ δογματισθέντα καὶ ὁρισθέντα ἀνατρέψαι. ὅπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κώνστας, τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης κρατῶν, μαθὼν ἐξ ἀναφορᾶς τοῦ τότε Πάππα, ἠπείλησε πόλεμον διὰ γραμμάτων τῷ ἀδελφῷ, εἰ μὴ παύσοιτο κυμαίνων τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν παρασαλεύων. ὁ δὲ τὸ ἀκριβὲς τῆς πίστεως ζητῶν, τῷ ἀδελφῷ ἀνταπέστειλε, κἀκεῖνο βεβαιωθῆναι διὰ σπουδῆς τυγχάνειν αὐτῷ. συνέδοξεν οὖν τοῖς αὐτοκράτορσι ἀμφοτέροις σύνοδον γενέσθαι ἀρχιερέων, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων δοκιμασθεῖσαν πίστιν κρατεῖν. διὸ κελεύσει τῶν εἰρημένων αὐταδέλφων καὶ βασιλέων συνηθροίσθησαν ἐπίσκοποι ὡς ἀριθμὸν τριακόσιοι τεσσαράκοντα καὶ εἷς ἐν Σαρδικῇ, τῇ νῦν λεγομένῃ Τριαδίτζῃ, οἱ διαγνωμονήσαντες περὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ δογματισθέντων, ἐβεβαίωσαν ταῦτα, ὅρον ἐκθέμενοι κυροῦντα τὸ ἅγιον σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων, καὶ κρατεῖν αὐτὸ καὶ ἀπαραποίητον μένειν διοριζόμενον· τοὺς δὲ παρὰ τοῦτο φρονοῦντας ἀποκηρύττοντα καὶ ποιοῦντα ὑπὸ ἀνάθεμα. οἱ γοῦν ἐν τῇ Σαρδικῇ ταύτῃ συνόδῳ πατέρες καὶ κανόνας ἐξέθεντο εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀφορῶντας κατάστασιν, οἵπερ εἰσὶν οὗτοι·

ΚΑΝΩΝ α'.

Οσιος ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης εἶπεν· οὐ τοσοῦτον ἡ φαύλη συνήθεια, ὅσον ἡ βλαβερωτάτη τῶν πραγμάτων διαφθορά, ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων ἐστὶν ἐκριζωτέα, ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι. ἡ γὰρ τῆς αἰτίας ταύτης πρόφασις φανερὰ, δι' ἣν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρεῖτε. οὐδεὶς γὰρ πώποτε εὑρεθῆναι ἐπίσκοπος δεδύνηται, ὃς ἀπὸ μείζονος πόλεως εἰς ἐλαχιστοτέραν πόλιν ἐσπούδασεν μεταστῆναι· ὅθεν συνέστηκεν διαπύρῳ πλεονεξίας τρόπῳ ὑπεκκαίεσθαι τοὺς τοιούτους, καὶ μᾶλλον τῇ ἀλαζονείᾳ δουλεύειν, ὅπως ἐξουσίαν δοκοῖεν μείζονα κεκτῆσθαι. εἰ πᾶσι τοίνυν τοῦτο ἀρέσκει, ὥστε τὴν τοιαύτην σκαιότητα αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι; ἡγοῦμαι γὰρ μηδὲ λαϊκῶν ἔχειν τοὺς τοιούτους χρῆναι κοινωνίαν. πάντες ἐπίσκοποι εἶπον· ἀρέσκει πᾶσιν.

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀρχιερέων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἀλλοτρίαν, ἤγουν διοίκησιν, εἴρηται ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ ἐν τῷ ιδ'. κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἐν τῷ κα'. καὶ ἐν τῷ κβ'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ ἐν ἑτέροις. καταφρονουμένων δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς περιεχομένων, ὁ ἐπίσκοπος πόλεως Κουρδούβης, ὁ καὶ Οσιος, κεκλημένος, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ἀρετὴν, προοιμιασάμενος ὀφείλειν πᾶσαν φαύλην συνήθειαν ἐκριζοῦσθαι, πολλῷ δὲ πλέον τὴν ἀφορῶσαν καὶ εἰς πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν διαφθορὰν, ἐπήγαγε μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἐπίσκοπον οἱονδήτινα ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεθίστασθαι. ὡς δέ τινος εἰπόντος, συγγνωστέον εἶναι ὡς ἴσως τοῦτο ποιήσαντας διὰ τρόπον ἀγαθὸν, καὶ διὰ τὸ διδάξαι καὶ στηρίξαι λαὸν πλείονα· προσέθετο παρὰ τῶν ἐπισκόπων τοῦτον τολμᾶσθαι, μὴ διὰ τρόπον ἀγαθὸν, ἀλλὰ διὰ πλεονεξίαν, ἢ δι' ἀλαζονείαν, καὶ ὥστε ἔχειν ἐξουσίαν μείζονα καὶ κερδαίνειν πλείονα. οὐδεὶς γάρ, φησιν, ἐπίσκοπος εὑρέθη ἀπὸ πόλεως μείζονος μεταβὰς εἰς ἐλαχιστοτέραν· ὥστε ἐκ τούτου περιαιρεθῆναι τὴν ὑποψίαν τῆς πλεονεξίας καὶ τῆς φιλοδοξίας. τοίνυν καὶ ἠρώτησε τὴν σύνοδον, εἰ πᾶσιν ἀρέσκει αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι τὴν τοιαύτην τόλμαν, δηλονότι μὴ μόνον καθαιρεῖσθαι ὡς τοιοῦτόν τι ποιήσαντα, ἀλλ' ἐκπίπτειν καὶ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως· καὶ μηδ' ὡς λαϊκὸν κοινωνεῖν μετ' αὐτῶν;

πρὸς

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

πρὸς ὃ οἱ τῆ συνόδου ἀπεκρίναντο, ὅτι πᾶσιν ἀρέσκει. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐρωτήσῃ τις, ὡς τῷ ιέ. κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου διορίζομένου ⊕ ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεταβαίνειν ἐπίσκοπον μὴ καθαιρεῖσθαι, ἀλλ' ἀποκαθίζεσθαι εἰς τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν, καὶ τῷ τοῦτον κανόνος πάντα ἀκριβοῦντος ἀναίρεσιν τούτου καταψηφιζομένου, τίνι πρακτέον ἐστὶν ὀφείλομεν; Λύσις. καὶ ἀμφοτέροις. οὐδὲν γὰρ ἐπικοινωνοῦσιν ἀλλήλοις. ἀναγνωσθέντα ⊕ ῥηθέντα ιέ. κανόνα. εἰ δέ τις ἀντιποιεῖται ⊕ κ'. κανόνα τῆς ς'. συνόδου λέγοντα οὕτω ῥητῶς· μὴ ἐξέστω ἐπισκόπῳ εἰς ἑτέραν τὴν μὴ αὐτῷ προσήκουσαν πόλιν δημοσίᾳ διδάσκειν· εἰ δέ τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, τῆς ἐπισκοπῆς παυέσθω· τὰ δὲ τῆς πρεσβυτέρου ἐνεργείτω. καὶ λίαν ὀφείλων ὁ λοιπὸν τὰ τοῦ νεωτέρου μᾶλλον κανόνος κρατεῖν, ὡς μεζονεστέρου καὶ πολὺ καθαίρεσιν μόνον ἐπαγομένου· ἀκουσάτω μεγάλως εἶ τὴν διαφορὰν τῶν κανόνων. ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἀλλοτρίου θρόνου ἐπέβη ὁ ἐπίσκοπος, καὶ κατεῖχεν αὐτὸν ἀνθέντων. ὅθεν καὶ τῇ καθαιρέσει καὶ ἀποκηρύττεται ὡς ἀναιδέστερος. ὁ δὲ ἐν τῷ ῥηθέντι κανόνι τῆς ς'. συνόδου δηλούμενος ἐπίσκοπος οὐδὲν τι ἕτερον ἐνήργησεν εἰς ἑτέραν διοίκησιν, ἀλλὰ μόνον ἐδίδαξε δημοσίᾳ· τῷ δι' αὐτὸ τοῦτο καθαιρεθῆναι μόνον. ὅπερ καὶ ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδος γενέσθαι διωρίσατο εἰς τὸν περὶ ἐνοικίας χειροτονηθέντα, ἐν τῷ ιγ'. κανόνι αὐτῆς. ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος, ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι, μὴ ἔπηται ἐξ ἀνταλλαγῆς δικαίαν ἐπιβαλλούσης ἀναγκαίαν ἐπισκόπου μεταβαίνειν ἀπὸ πόλεως μεγάλης εἰς μικράν, ὡς πάλαι προειρημένων καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν ἐν τῷ κανόνι δηλωθησῶν. καὶ τοῦτο γὰρ ὑπὸ τῶν κανόνων ὁμοίως πολιτεύεται, ἀδιαφόρως διορισθέντων καθαιρεῖσθαι μὲν μόνους τοὺς ἀπὸ πόλεως οἱασδήποτε εἰς ἑτέραν μεταπίπτοντας, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς περὶ ἐνοικίαν ἱερατικόν τι ἐνεργοῦντας, καὶ εἰς τοὺς λαμβάνοντας αὐτοὺς ἀποστροφάς. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. σὺ δὲ εἰ θέλεις ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ περὶ τῆς μεταθέσεως, μεταβάσεως καὶ ἐπιβασίας, ἀνάγνωθι ὅ ῥηθὲν τῷ ιέ. κανόνι τῆς α'. συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Ἕκαστος τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ προεξενόντων, ἐν λόγῳ καὶ γνώσει, γνώμας εἰσῆγε περί τινων ἀποθέσεων, καὶ εἰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἤρεσκον ἐπισκόποις ἀκυροῦσθαι, καὶ εἰς κανόνας ἐξεφωνοῦντο. ὁ γοῦν ἐπίσκοπος Κορδούβης Ὅσιος κεκλημένος πρῶτος εἰσήγαγε γνώμην περὶ τοῦ ἐκ πόλεως εἰς ἑτέραν πόλιν μεταβαίνοντων ἀρχιερέων. εἰ γὰρ καὶ ἀποστολικοὶ κανόνες καὶ συνόδων τοῦτο ἐκώλυον, ἀλλ' ἔτι ἐγίνετο. ὅ γοῦν τοῦ κανόνος τούτου προοίμιον τοιαύτης ἔχει ἔννοιας, ὅτι πᾶσάν δεῖ φαύλην συνήθειαν ἀναιρεῖσθαι, εἰ δὲ καὶ εἰς πραγμάτων εἴη ἐξαφθονεῖν, ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων ῥιζηδὸν αὐτὴν ἐκριζοῦν, ἐξ ἧς τῆς ἐκριζώσεως καὶ τῶν θεμελίων τὴν πάντηλῆ καθαίρεσιν καὶ ἀναζήτησιν ἐνδέχεσθαι μηδένα ἐπίσκοπον καταλιμπάνειν τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη, καὶ μεταβαίνειν εἰς ἑτέραν. φανερὸν γὰρ εἶναι τὴν αἰτίαν τῆς μεταθέσεως, τὴν πλεονεξίαν ὀνομάζει καὶ ἀλαζονείαν. καὶ πλεονεξίαν μὲν, ὡς πλέον ἔχειν τι τοῦ μεταβαίνοντος ἐκ πόλεως εἰς πόλιν ἐφιεμένου· ἀλαζονείαν δὲ, ὡς δι' ἔπαρσιν καὶ δόξης ἕνεκα μείζονος τὴν μετάβασιν ποιουμένου. οὐ γάρ τις, φησὶν, εὑρέθη ποτὲ ἐκ μείζονος πόλεως εἰς μικροτέραν μεταχωρήσας, ἀλλ' ἐκ μικρᾶς καὶ ἀφανεστέρας εἰς μείζω καὶ ἐπιφανεστέραν· ὅθεν κατηγορεῖ τῶν τοῦτο ποιούντων ἀλαζονείας καὶ πλεονεξίας, θελόντων μείζονος δράξασθαι ἐξουσίας. ταύτην τὴν γνώμην ὁ Ὅσιος ἐπὶ τῆς συνεδρίου τῶν ἐπισκόπων εἰσαγαγὼν, ἠρώτησεν, εἰ πᾶσιν ἀρέσκει ἀνεπιτρεπτότερον ἐκδικηθῆναι τὸν τοιοῦτον κακίας εἶτα καὶ ζημίαν ἐπήγαγε, εἰπὼν ὅτι ἐκπίπτειν χρὴ τοῦτον τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, ὥστε μηδὲ ὡς λαϊκὸν ἔχειν τοῦτον μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίαν. πρὸς ὃ οἱ τῆ συνόδου ἀπεκρίνατο, ὅτι πᾶσιν ἀρέσκει.

A Ad quod Synodi Patres responderunt; Id omnibus placere. His ita se habentibus, interrogaverit quispiam, Cùm xv. canon Synodi Nicænæ statuit, ut Episcopus, qui à civitate in civitatem transiit, non deponatur, sed in priorem suam Ecclesiam restituatur; præsens autem canon eum absoluta excommunicatione condemnet; utrum sit sequendum? Solutio. Utrumque. Neque enim habent quidquam inter se commune. Et lege dictum xv. canonem. Si quis autem contra afferat xx. canonem vi. Synodi, qui sic dicit expresse; Ne liceat Episcopo in alia, quæ ad se non attinet, civitate publicè docere; si quis autem hoc facere deprehensus fuerit, B cesset ab Episcopatu, quæ sunt autem Presbyteri exerceat; & dicat hunc canonem in posterum magis observari debere, ut qui sit multò recentior, & depositionem solùm inducat: audiat esse magnam canonum differentiam. Hîc enim Episcopus alienum thronum invasit, & eum sua auctoritate obtinuit. Et ideo unà cum depositione etiam abdicatur, ut qui sit impudentissimus. Qui autem in prædicto sextæ Synodi canone declaratur Episcopus, in alia provincia nihil aliud exercuit, nisi quòd solùm publicè docuit: & ideo solùm deponitur. Quod etiam Antiochena Synodus fieri decrevit in eum qui ultra suam provinciam ordinavit, in xiii. ejus canone. Cùm C autem audis canonem dicentem; Nulli licere Episcopo à parva civitate in aliam migrare; ne dixeris à contrario, posse Episcopum à magna civitate in parvam transire; ut pote cùm sint utique sublatæ cáusæ, quæ sunt in canone declaratæ. Nam hoc quoque à canonibus similiter punitur; qui indistinctè statuunt, non eos solos deponendos, qui à quavis civitate in aliam transeunt, sed eos etiam, qui ultra provinciam aliquid sacerdotale exercent, & ad Ecclesias, quæ illos sortitæ sunt revertuntur. Et hæc quidem sic. Tu autem, si velis quæ ad translationem, transitionem & invasionem attinent perfectè scire, lege commentarium xv. can. i. Syn.

D ZONAR. Ut quisque in hac Synodo eloquentia ac prudentia cæteris præstitit, ita certis quibusdam de rebus sententias suas explicavit; quæ si aliis quoque Episcopis probarentur, communi omnium consensu firmatæ in Canones promulgabantur. Primus igitur Episcopus Cordubensis, Osius dictus, quid de Episcopis ex alia in aliam urbem migrantibus censeret, exposuit. Quamvis enim & Apostolicis & Synodorum sanctionibus id vetitum esset; non deerant tamen aliqui in hoc genere contumaces. Sunt ergo, quæ in exordio canonis continentur, hujus fere sententiæ; Tollendam esse scilicet pravam quamlibet consuetudinem; sed eam, ex qua rebus quoque pernicies E afferri queat, ex ipsis fundamentis evelli radicitùs oportere. Quæ quidem verba, Radicitùs & à fundamentis evellendi, penitus consuetudinem illam extinguendam atque abolendam esse demonstrant. Canonis vero decreto, ne ea urbe relicta, cujus Episcopus creatus est, in aliam transire Episcopo liceat, definitum. Neque enim migrationis illius obscuras esse causas, avaritiam videlicet atque arrogantiam. Avaritiam quidem, quod ex hac urbe in aliam plura habendi cupiditate demigret: Arrogantiam vero, qui scilicet sedem mutare, atque in ampliori urbe collocare, elatione animi gloriæque majoris studio adductus cupierit. Nec enim, inquit, qui ex ampliore urbe in humiliorem transmearit, aliquando repertus est; sed obscura & tenuis cum majore celebrioréque mutatur: quod quidem eorum, qui id faciunt, avaritiam ac incensam potestatis amplioris desiderio arrogantiam coarguit. Hanc sententiam cum in conventu Episcoporum Osius explicasset, rogavit, An omnibus in ejusmodi hominum pravitatem severiùs animadverti placeret? Deinde mulctam quoque adjunxit, qua eos à fidelium consortio excludendos, ac ne Laïcorum quidem more ipsis communionem cum fidelibus permittendam esse, censuerit. Quibus auditis Synodi Patres, Idem placere omnibus, responderunt. ARIS.T.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ARIST. *Non est invenire Episcopum ex majore in minorem civitatem transeuntem. Qui igitur ex humili sede in sublimiorem transibit, tanquam arrogans, & avarus, per totam vitam excommunicabitur.*

Præsens Canon Episcoporum translationes fieri non omnino permittit, aut si fiant, pœnas à translatis severè petit. Deprehendentes enim patres ex eo quod nullus Episcoporum à civitate majori ad minorem transferri civitatem studet, sed à civitate parvâ ad sublimiorem migrare cupit civitatem, per arrogantiam, & plura habendi cupiditatem licet fieri, decreverunt talem nec Laïci habere communionem, sed cum depositione etiam excommunicatum esse.

CANON II.

Si quis autem adeo insanus vel audax inveniatur, ut de iis videatur aliquam afferre excusationem, asserens sibi à populo allatas esse literas; clarum est, potuisse paucos aliquos mercede & pretio corruptos in Ecclesia seditionem movere, ut eundem utique velint habere Episcopum: omnino ergo has fraudes & artes puniendas esse existimo, ut nemo possit, qui est ejusmodi, ne in fine quidem laica communione dignus haberi. An ergo hæc placet sententia, respondete. Responderunt; Placent quæ dicta sunt.

BALS. Hic quoque canon à primo dependet. Cùm enim quidam Episcopi accusarentur propter suam à civitate in civitatem transmigrationem, & conarentur se excusare, seu ex se criminationem amoliri, eò quòd dicerent per populi civitatis literas se recessisse ab ea civitate quæ illos sortita est; decreverunt Patres, ne hoc quidem ad defensionem sufficere: quia verisimile est hæc callidè facta fuisse per paucos civitatis habitatores pecuniis corruptos, & veluti mercede conductos. Unde & Episcopos, qui hæc machinantur, per perfectam abdicationem punierunt, ut ne morientes quidem, ut Laici communione digni habeantur. His autem ita se habentibus, ne dixeris eis esse ignoscendum, qui à civibus verè evocati sunt; vel si non ignoscatur, esse puniendos, ut eos qui evocationem fraude machinantur: sed dic eos deponendos esse, ut qui non debeant audire homines ad ipsos non pertinentes.

ZONAR. Quod si quis, inquit, adeo insanus tantáque confidentia præditus reperiatur, qui etiam post hunc canonem editum civitatem mutare ausus fuerit, eoque se excusare, hoc est, tueri factum criménque refellere velle videatur, quod literas, quibus ad Episcopalem curam evocaretur, à populo urbano se tulisse, id est, accepisse asserat ac defendat; facile apparet, paucis hominibus, ut in Ecclesia seditionem excitarent, ipsúmque sibi Episcopum deposcerent, ab eo persuaderi potuisse. Sed eorum suffragia sibi ille videlicet emercatus est, pecuniam, quam mercedem ac pretium canon appellat, hominibus dilargitus. Omnino igitur, inquit, Episcopum, ad callidas has artes sive fallacias fraudésque confugientem, impune abire haud decet. Erit ergo hæc animadversio, ut qui aliquid tale admiserit, ei ne Laicorum quidem more liceat, etiam in mortis articulo, communicare. Cùm porro canon ne morienti quidem isti communicare permittit, eum viventem ne in fidelium quidem numero à se haberi demonstrat.

ARIST. *Si quis è civitate in civitatem transiens, seditiones movet, multitudini placens, & ab eadem in tumultu excitando adjutus, nec in vitæ exitu sit communionis particeps.*

Istum qui eo audaciæ, & dementiæ pervenit, ut plane dicere & petere à civitate ad civitatem transferri

ΑΡΙΣΤ. Ἀνάρετόν ἐστιν ἐπίσκοπον ἐκ μείζονος εἰς μείζονα πόλιν μεταβῆναι. ὁ τοίνυν ἐκ ταπεινῆς ἐφ' ὑψηλοτέραν μεταπηδῶν, ὡς ὁ ἀλαζὼν καὶ πλεονέκτης καταβλητέος πάμπαν, διὰ βίου πάντως ἀκοινώνητος.

Ὁ παρὼν κανὼν τὰς μεταθέσεις τῶν ἐπισκόπων ὅλως οὐ συγχωρεῖ γίνεσθαι· ἀλλά καὶ εἰ γένωνται, ἀνυπεύθυνους τοὺς μεταπηδήσαντας κωλύει. καταλαμβάνεται γὰρ οἱ πατέρες ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ὡς εἰκὸς τῶν ἐπισκόπων ἀπὸ πόλεως μείζονος εἰς ἐλαττοτέραν πόλιν μεταπηδᾶν σπουδάζειν, ἀλλὰ ἀπὸ μικρᾶς πόλεως ἐπὶ ὑψηλοτέραν πόλιν ἐπείγεσθαι μεταπηδῶντας, διὰ ἀλαζονείαν καὶ πλεονεξίαν. ὥρισται τοίνυν καὶ τοιοῦτον μηδὲ λαϊκῆς κοινωνίαν ἔχειν· ἀλλὰ σὺν τῇ καταδίκῃ, καὶ ἀφωρισμένον εἶναι.

ΚΑΝΩΝ β'.

Εἰ δέ τις τοιοῦτος εὑρίσκοιτο μανιώδης ἢ τολμηρός, ὡς περὶ τῶν τοιούτων δόξαν τινὰ φέρειν πραγματικὴν, διαβεβαιούμενος ἀπὸ τοῦ πλήθους πρὸς ἑαυτὸν κεκρίσθαι γράμματα· δῆλόν ἐστιν, ὀλίγους τινὰς δεδυνῆσθαι μισθῷ καὶ τιμήματι διαφθαρέντας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στασιάζειν, ὡς δῆθεν αἰτήσασθαι καὶ αὐτὸν ἔχειν ἐπίσκοπον· καθ' ὅπερ οὖν τοὺς τοιούτους καὶ τέχνας κολάσεως ἐπιβάλλω νομίζω, ὥστε μηδένα τοιοῦτον μηδὲ ἐν τῷ τέλει λαϊκῆς τυχεῖν ἀξιοῦσθαι κοινωνίας. εἰ τοίνυν ἀρέσκῃ καὶ ὑμῖν ἐμοὶ τὰ εἰρημένα, ἀποκρίνασθε. ἀπεκρίναντο· τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν τοῦ α'. ἐξήρτηται. πολλοὶ γὰρ ἐπισκόπων αἰτιωμένων διὰ τὸν ἐκ πόλεως εἰς πόλιν τούτων μεταστασιν, καὶ ἐπιχειρούντων ἀπαλλαγῆναι, ἤγουν ἀποσκεδάζειν ἐξ αὐτῆς τὴν αἰτίασιν, ἐκ τοῦ λέγειν διὰ γραμμάτων τοῦ πλήθους τῆς πόλεως μεταπεσεῖν ἐκ τῆς λαχούσης αὐτούς, ὥρισαν οἱ πατέρες, μηδὲ τοῦτο εἰς ἀπολογίαν ἀρκεῖν· ὅτι τῶν εἰκότων ἐστὶ δραδιουργηθῆναι πολλοὺς διά τινων ὀλίγων ἐποίκων τῆς πόλεως διαφθαρέντων νομίσμασι καὶ οἷς μισθωθέντων· ὅθεν καὶ ἐκώλυσαν τοὺς τοιαῦτα τεχναζομένους ἐπισκόπους διὰ πάντων ἀπορρήξεως, ὥστε μηδὲ ἀνήκοντας αὐτοὺς, ὡς λαϊκοὺς ἀξιοῦσθαι κοινωνίας. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, μὴ εἴπῃς τοὺς μὴ ἀληθείας μεταβληθέντας, διὰ πολιτῶν συγγινώσκεσθαι, ἢ μὴ συγγνωσθησομένους, τιμωρεῖσθαι καὶ τοὺς δραδιουργήσαντας τὴν μετάβασιν, ἀλλ' εἰπὲ αὐτοὺς καταγράφεσθαι, ὡς μὴ ὀφείλοντας ὑπακούειν ἀμετόχων ἀνθρώπων.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ δὲ τοσοῦτόν ἐστι, φησι, μανιώδης τις ἢ τολμηρὸς, ὥστε καὶ μὴ θέλοντα τολμῆσαι μεταπεσεῖν ἐκ πόλεως εἰς πόλιν, καὶ διὰ τοῦτο δοκεῖν φέρειν διαίτησιν, ἤγουν ἀπολογεῖσθαι, καὶ διαιτᾶσθαι τὴν μέμψιν, ἀντὶ τοῦ ἀποσκεδάζεσθαι, διαβεβαιούμενος ἤτοι ἐνισχύμενος κεκρίσθαι αὐτὸν γράμματα ἀπὸ τοῦ πλήθους τῆς πόλεως μεταπαλούμενα αὐτὸν εἰς τὴν ἐπισκοπήν, δῆλον, ὅτι ὀλίγους τινὰς ἠδυνήθη πεῖσαι στασιάζειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀξιοῦντας ἔχειν αὐτὸν ἐπίσκοπον. καὶ ἐκείνους δὲ ἐμισθώσατο καὶ ἠγόρασε δ' ζητῶν αὐτὸν, δοὺς αὐτοῖς χρήματα, ἃ πινα καὶ μισθὸν καὶ τίμημα ὠνόμασεν ὁ κανών. καθόλου, φησὶ, τοὺς τοιαύτας ῥαδιουργίας ἤτοι δολιότητας καὶ τέχνας ἐπὶ ἐπισκόπων γίνεσθαι, κολάσεώς ἐστιν ἄξιον. ἡ δὲ κόλασις, δ μηδένα τοιαῦτα ποιοῦντα, μηδὲ ὑπόκοντα, ὡς λαϊκὸν ἀξιοῦσθαι κοινωνίας. τοῦτο δὲ δείκνυσιν, ὅτι ἐπὶ τοῖς πιστοῖς αὐτὸν συναριθμεῖ ὁ κανὼν, ἐπεὶ ἐπὶ τῷ θανάτῳ ἐπιχωρεῖ μεταλαβεῖν αὐτόν.

ΑΡΙΣΤ. Εἴ τις ἐκ πόλεως εἰς πόλιν μεταβὰς καταστασιάζει, τῷ πλήθει ἀρέσκων, καὶ συμμαχούμενος· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τέλει ἀκοινώνητος.

Τὸν εἰς τοσοῦτον τόλμης καὶ μανίας ἐλθόντα, ὥστε παρρησιαδίᾳ καὶ αἰτεῖν ἐκ πόλεως εἰς πόλιν μεταπηδᾶν, ὡς ἀρέσαντα

ἀρέσκοντα τῷ πλήθει, καὶ ἐκεῖθεν δεξάμενον γράμματα ἀξιοῦντα ἔχειν αὐτὸν ἐπίσκοπον, ὅπερ δῆλόν ἐστιν ἐκ μηχανῆς καὶ τέχνης αὐτοῦ γενέσθαι, ὀλίγους τινὰς ἰσχύσαντος μισθῷ καὶ τιμήματι διαφθεῖραι, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καταστήσαντος στασιάζειν, ὡς δῆθεν αἰτεῖν ἔχειν αὐτὸν ἐπίσκοπον· καὶ τοιοῦτον ὡς ἄγαν τολμητίαν καὶ ἀπονενωμένον μεγάλως, αὕτη ἡ σύνοδος κατεδίκασεν. ἀπεφήνατο γὰρ μηδὲ ἐν τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου κοινωνίας ἀξιοῦσθαι. καὶ σημείωσαι· ξένον γὰρ τοῦτο, καὶ φρικτόν ἐστι, ὃ μηδὲ ἐν τῷ ἐξόδῳ ἀξιοῦσθαι τῆς κοινωνίας· ὅπερ οὐχ εὑρήσεις ἁπαντάχῃ τῶν κανόνων ἐν ἄλλῳ τινὶ κείμενον ἁμαρτήματι, καὶ ἐπιτιμώμενον.

A ut multitudini placentem, & illinc recipientem literas, postulantes eum habere Episcopum, unde manifestum est ex ipsius artificio & fraude fieri, & paucos quosdam mercede & pretio corrumpere potentis, & in Ecclesiâ seditionem moveri efficientis, ut scilicet eum peterent habere Episcopum, talem ut valde audacem & admodum amentem, hæc Synodus condemnavit. Apparet enim istum nec in vitæ exitu communione haberi dignum. Et nota; hoc enim inauditum & horrendum est, ut neque in discessu communione dignus censeatur: quod alibi in canonum ullo non invenies cuilibet impositum & inflictum peccato.

B

ΚΑΝΩΝ γ'.

Καὶ τοῦτο προστεθῆναι ἀναγκαῖον, ἵνα μηδεὶς ἐπισκόπων ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, ἐν ᾗ τυγχάνουσιν ὄντες ἐπίσκοποι, διαβαίνοι, εἰ μή τι παρὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν αὐτῇ κληθείη· διὰ τὸ μὴ δοκεῖν ἡμᾶς τὰς τῆς ἀγάπης ἀποκλείειν πύλας. καὶ τοῦτο δὲ ὡσαύτως προνοητέον, ὥστε ἐὰν ἔν τινι ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων τὶς ἀντικρὺς ἀδελφοῦ ἑαυτοῦ καὶ συνεπισκόπων πρᾶγμα σχοίη, μηδέτερον ἐκ τούτων ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας ἐπισκόποις ἐπιγνώμονας ἐπικαλεῖσθαι· εἰ δὲ ἄρα τις ἐπισκόπων ἔν τινι πράγματι δόξῃ κατακρίνεσθαι, καὶ ὑπολαμβάνει ἑαυτὸν μὴ σαθρὸν ἀλλὰ καλὸν ἔχειν τὸ πρᾶγμα, ἵνα καὶ αὖθις ἡ κρίσις ἀνανεωθῇ. εἰ δοκεῖ ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου τὴν μνήμην τιμήσωμεν, καὶ γραφῆναι περὶ τούτων τῶν κρινάντων Ἰουλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης, ὥστε διὰ τῶν γειτνιώντων τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, εἰ δέοι, ἀνανεωθῆναι τὸ δικαστήριον, καὶ ἐπιγνώμονας αὐτὸς παράσχοι. εἰ δὲ μὴ συστῆναι δύναται τοιοῦτον αὐτῷ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὡς παλινδικίας χρήζειν, τὰ ἅπαξ κεκριμένα μὴ ἀναλύεσθαι, τὰ δὲ ὄντα, βέβαια τυγχάνειν.

C

Canon III.

Hoc quoque necessariò est adjiciendum, ut nullus Episcoporum ex sua provincia in aliam, in qua sunt Episcopi transeat: nisi utique à fratribus qui in eâ sunt vocetur; ne videamur dilectionis fores claudere. Hoc autem etiam similiter providendum est, ut si in aliqua provincia Episcoporum quispiam adversus fratrem suum & Coepiscopum negotium habeat, neuter eorum ex alia provincia cognitores evocet. Si quis autem Episcoporum in aliquo negotio condemnari visus fuerit, & existimet se non malam, sed bonam causam habere, ut etiam rursus judicium renovetur: si vestræ dilectioni videtur, Petri Apostoli memoriam honoremus, & de iis, qui judicaverunt, scribatur Julio Romanorum Episcopo, ut per propinquos provinciæ Episcopos, si opus sit, judicium renovetur, & cognitores ipse præbeat. Si autem probare non potest causam ejus esse talem, ut eam rursus judicari opus sit: quæ semel sunt judicata, non infirmentur; quæ autem sunt, firma habeantur.

D

ΒΑΛΣ. Ὁροθετήσαντες οἱ ἅγιοι πατέρες τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεθισταμένους ἐπισκόπους, ἄρτι διορίζονται τὸ αὐτὸ γίνεσθαι καὶ εἰς τοὺς ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἐπαρχίαν μεταβαίνοντας· εἰ μήπω, φασὶ, μετάκλητοι γένωνται παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἐπισκόπων καὶ συναδελφῶν αὐτῶν, τότε γὰρ δεχθήσονται διὰ τῆς φιλαδελφίας καλὸν, καὶ ἀποκριματίστως περὶ ἐνορίαν ἀρχιερατικά τινα ἐνεργήσουσιν. εἴρηται δὲ τὸ περὶ τῆς ἐπαρχίας, διὰ τοὺς λέγοντας, τὸ μὲν μεταβαίνειν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν οὖσαν, πλεονεξίαν ἢ ἀλαζονείαν τοῦ ἐπισκόπου κατηγορεῖ, κἀντεῦθεν καὶ τιμωρητέον ἐστί. τὸ δὲ μεθίστασθαι ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἐπαρχίαν περιελείφθη ἀκόλαστον, ὡς ἐντεῦθεν μὴ ἀναφαινομένου φαύλου τινὸς, διὰ τὸ τὰς ἐπαρχίας ἐξ ἀλλήλων πόῤῥω ἀποδιΐστασθαι, καὶ μὴ διδόναι πάροδον τοῖς ἐν αὐταῖς ἐπισκόποις γινώσκειν τὰς τῶν ἑκατέρων ἐκκλησιῶν εἰσόδους, καὶ τὰ πλήθη τῶν ἐν ταύταις λαοῦ. ταῦτα γοῦν μὴ παραδεξαμένη ἡ σύνοδος, παρομοίως καὶ τούτους κολάζεσθαι διωρίσατο. ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος διορίζομένου τιμωρεῖσθαι τοὺς μεταβαίνοντας ἀκλητὶ ἐπισκόπους ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν ἔχουσαν ἐπίσκοπον, μὴ εἴπῃς ἀνεύθυνους εἶναι τοὺς ἱερουγοῦντας εἰς ἑτέρας ἐπαρχίας μὴ ἐχούσας ἐπισκόπους. καὶ οὗτοι γὰρ ὁμοίως ὑπὸ τοῦ κανόνων εὐθύνονται. προσετέθη δὲ τὸ, ἐν ᾗ τυγχάνουσιν ἐπίσκοποι, διὰ τοὺς ἐπισκόπους τοὺς ἔχοντας ἐνορίας εἰς δύο ἢ καὶ τρεῖς πολλάκις ἐπαρχίας. ἔτι ἐπήγαγεν ὁ κανὼν καὶ ἕτερον κεφάλαιον, καὶ εἶπεν· εἰ δὲ πρᾶγμα ἤγουν ὑπόθεσιν ἔχει ἐπίσκοπος μετὰ συνεπισκόπου αὐτοῦ, τίς ὀφείλει τὴν ὑπόθεσιν δικάζειν; ὥρισεν οὖν ὑπὸ τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων τούτους δικάζεσθαι, καὶ μή τινα τῶν δικαζομένων ἐξ ἄλλης ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι συνδιαγνώμονα ἐπίσκοπον· καταγινώσκει γὰρ ἀμαθίας ἢ ἀδικίας τῶν ἐπαρχιωτῶν. ὡς δέ τινος εἰπόντος, εἰ δέ τις ἐκ τούτων κατακρινόμενος νομίσει βαρύνεσθαι, καὶ ἐκκαλέσεται, εἰς οὐδὲν αὐτῷ τὰ τῆς ἐκκλη-

E

F

Bals. Postquam definiissent sancti Patres, quid debeat fieri in Episcopos, qui transeunt à civitate in civitatem: nunc statuunt, idem quoque esse faciendum in eos, qui à provincia in provinciam transeunt; nisi utique, inquiunt, accersantur ab ejusdem regionis Episcopis & confratribus suis. Tunc enim suscipientur, propter bonum fraternæ charitatis: & sine ullo præjudicio extra diœcesim Episcopalia quædam exercebunt. Dictum est autem illud, de provincia, propter eos qui dicunt, transire quidem à civitate in civitatem, quæ est sub eadem provincia, avaritiam vel etiam arrogantiam Episcopi arguit; & ideo puniendum est: à provincia autem in provinciam transire impunitum relictum est; utpote quòd nihil mali ex eo oriatur, eò quòd provinciæ sint longè à se invicem disjunctæ, nec Episcopis, qui sunt in eis, aditum præbeant, ut possint utrarumque Ecclesiarum redditus cognoscere, & multitudinem populi, qui in eis est. Hæc non admittens Synodus, eos quoque similiter puniendos esse decrevit. Cùm autem audis canonem definientem puniri Episcopos, qui non vocati ab una provincia in aliam transeunt habentem Episcopum; ne dicas eos impune laturos, qui in provinciis non habentibus Episcopos sacra peragunt. Nam & ii similiter à canonibus corriguntur. Additum est autem illud, In qua sunt Episcopi, propter Episcopos, qui regiones habent in duabus vel tribus sæpe provinciis. Præterea subjunxit canon aliud quoque caput, & dixit; Si autem Episcopus habet aliquod negotium, seu causam aliquam, cum suo Coëpiscopo, quis debet causam judicare? Statuit ergo eos à provincialibus Episcopis judicandos, nec ullum eorum, qui judicio contendunt, ex alia provincia accersere cognitorem Episcopum: Provinciales enim ignorantiæ vel injustitiæ eo ipso condemnat. Tanquam autem dixisset quispiam, si quis eorum condemnatus se gravari existimet, & appellet, ejus appellatio ad nihil

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

redibit cùm non poſſint alii provinciales Epiſcopi cognitionem evocare, ut vult jam dicta diſtinctio: adjecit non eſſe repellendum, qui à provincialium judicio provocat; ſed debere Provinciales, propter honorem ſedis Apoſtolicæ, quæ geſta ſunt Papæ Romano deſcribere. (Erat autem eo tempore quidam Julius ejus Epiſcopus) & in ejus poteſtate poſitam eſſe appellationem. Ut ſi rem quidem eſſe dignam cognoſcat, quæ ſecundò examinetur, ſtatuat à propinquis Epiſcopis renovari judicium, & de præcedente ſententia cognoſci: Sin autem invenerit cauſam rectè fuiſſe judicatam, & ſecunda inquiſitione opus non habere, decernat, ea quæ priùs judicata ſunt, firma & immutabilia permanere. Et in his quidem conſiſtit canon. Interrogaverit autem quiſpiam; cùm xv. canon Antiochenæ Synodi ſtatuat, ea, quæ ab omnibus provincialibus Epiſcopis conſentientibus judicata ſunt, ab aliquibus aliis iterum non judicari, præſens autem canon jubeat talem ſententiam appellationi ſubjici, quidnam ſequi debemus? Solutio. Aliqui dicebant quidem, non fuiſſe hîc concordes provinciales Epiſcopos, ſed in varias ſententias diviſos; & ideo locum habere appellationem: Alii autem dicebant, quòd quia præſens canon eſt recentior, debent, quæ in eo continentur, magis ſervari. Hoc ergo mihi quoque placet, ut quod ſit vel in primis legitimum. Lege enim cautum eſt, ut non ſemel, ſed bis provocet is, qui ſibi injuriam fieri putat. Eſſe autem in poteſtate Papæ, ut ſervetur vel non ſervetur appellatio, eſt proprium in Eccleſiaſticis. Leges enim, præter certas paucas cauſas, ſtatuunt omnem appellationem, non ſolùm ſemel, ſed etiam bis eſſe recipiendam. Quæ autem de Papa definita ſunt, eadem de Patriarcha quoque Conſtantinopolitano ſunt intelligenda; quòd is à diverſis canonibus ſimiliter ac Papa ſit in omnibus honoratus. Statutum eſt autem, dari vicinos Epiſcopos à Papa pro examinanda appellatione, & ne is cauſæ cognitionem ſibi reſervet, ut qui judicio vicit non cogatur Romam traduci à Theſſalonicâ fortaſſe; idque cum judicio ſuperior evaſerit. Si autem hoc non ita eſt, ſed prope eum, qui judicio fuit ſuperior, ſit Epiſcopatus, non examinabitur appellatio per vicinos Epiſcopos, ut mihi videtur, ſed per Patriarcham ſecundùm leges, qui dicunt, appellationem ad majores Judices recurrere, non ad æquales vel minores; & alias leges quæ ſtatuunt, Judicem appellatum non tranſmittere ad alium appellationis diſquiſitionem. Si autem hoc quoque ut privilegium Papæ datum eſſe dixeris, nihil novum.

A του σωτηρίου, ὡς μὴ δυναμένων ἑτέρων ὑπὸ πάντων ἐκδικεῖσθαι ἀκαλήθως ἀφάγνωσιν καὶ τὴν ῥηθεῖσαν ἀφάκρισιν, φορτίθετον μὴ εἶ) ἀποδεκτὸν ⊛ ἐκκαλούμενον τὴ κρίσεως τῶν ἐπαρχιωτῶν, ἀλλ' ὀφείλειν τὸς ἐπαρχιώτας ἀφὰ πάντων τ ἀποστολικοῦ θρόνου γράφειν τὰ συμβάντα τῷ Πάπᾳ Ρώμης. (ὢν δὲ τότε Ἰούλιός τις ὁ ἐπίσκοπος ταύτης) καὶ σώζειν τῇ ἐξουσίᾳ ἐκείνου ἀνήκειν τὰ τ ἐκκλήτου· ἐφ' ᾧ εἰ μὴ ἀφάγνοιη ἄξιον εἶ) ὃ φορτίον δὶς ὑπέρας κατέστασεως, ὁρίσαι παρὰ τῶν γειτνιαζόντων ἐπισκόπων ἀνανεωθῆναι τὸ δικαστήριον, καὶ συγκαθῆναι τῷ φορτιομένῳ ἀπόφασιν· εἰ δὲ καταλάβῃ καλῶς τὴν ἐκείνου κρίσιν, B καὶ μὴ δεῖσθαι ταύτην δὶς ὑπέρας συζητήσεως, ὁρίσαι μένειν τὰ ἅπαξ φορτικριμένα ἀναλλοίωτά τε καὶ βέβαια. καὶ τὰ μὲν τ κανόνος ἐν τούτοις. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τῶν ιε'. κανόνι. τ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου ὁριζομένου τὰ κατὰ πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων ὁμογνωμονησάντων μὴ ἀνακρίνεσθαι πρὸς ἑτέρων τινῶν, καὶ τ παρόντος κανόνος ἐκκλήτῳ ἐπικεῖσθαι τὴν τοιαύτην ἀπόφασιν ὁριζομένου, τίνι φορτέχθην ὀφείλομεν; Λύσις· τινὲς μὲν εἶπον, μὴ ὁμοφωνῆσαι ἐν τοῖς τὸς ἐπαρχιώτας ἐπισκόπους, ἀλλὰ διαιρεθῆναι εἰς διαφόρους γνώμας, καὶ διὰ τοῦτο ἔχειν χώραν τὰ τῆς ἐκκλήτου· ἄλλοι δὲ ἔφασαν, ὡς ἐπεὶ C μεταγενέστερός ἐστιν ὁ παρὼν κανών, ὀφείλουσι τὰ τούτῳ φορτιζόμενα, μᾶλλον κρατεῖν. ἀρέσκει δῶν τῶν καιρῶν, ὡς καὶ νομίμου ἀκριβείας ἐχόμενον. νενομοθέτηται γὰρ, μὴ ἅπαξ, ἀλλὰ δὶς ἐκκαλεῖσθαι, ⊛ νομίζονται ἀδικεῖσθαι. τὸ μέντοι κατὰ τὴν ἐξουσίαν εἶ) τοῦ Πάπα τηρηθῆναι ἢ μὴ τηρηθῆναι τὸν ἔκκλητον, ἰδικόν ἐστιν εἰς τὰ ἐκκλησιαστικά. οἱ γὰρ νόμοι, ἄνευ ῥητοῦ τινῶν ἁμαρτημάτων, ὁριζόνται πάσῃ ἔκκλητον δέχεσθαι, οὐ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς. τὰ μέντοι ὀφειλόμενα φορτὶ τοῦ Πάπα, ἐκκλητέον καὶ εἰς ⊛ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἀφὰ τὸ ὅτι πᾶσιν ὁμοίως τῷ Πάπᾳ καὶ τοῦτον τιμᾶσθαι κατὰ D ἀφαφόρων κανόνων. δίδοται δὲ ὠφελεῖν γειτνιαζόντας ἐπισκόπους παρὰ τ Πάπα χάριν κατέστασεως τ ἐκκλήτου, καὶ μὴ τοῦτον πρὸ τ κατάστασιν, ἵνα μὴ ὁ καταδικάσας ἀναγκασθῇ ἀφὰ ξιμος εἰς Ρώμην ἐλθεῖν, ἀπὸ Θεσσαλονίκης τυχόν· καὶ ταῦτα, νικήσας τὸ δικαστήριον. εἰ γὰρ τοῦτο οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ πλησίον τ καταδικάσαντος ἡ διαφορὰ κεῖται, οὐ τηρηθείσης ἡ ἔκκλητος ἀφὰ γειτνιαζόντων ἐπισκόπων, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἀλλὰ παρὰ τ πατριάρχου, καὶ τοὺς νόμους τοὺς λέγοντας ὅτι μείζονας δικαστὰς ἀναγκαῖόν τ ἔκκλητον, ἤ μᾶλλον ὅτι ἴσους ἢ ἥττονας· καὶ τοὺς ἑτέρους νόμους τοὺς ὁριζομένους ⊛ ἐκκλητάριον μὴ δεῖν πέμπειν φορτὶ ἕτερον τ τ ἐκκλήτου τήρησιν. εἰ δὲ καὶ τοῦτο ὡς φορτικὸν ἔστι δοθῆναι τῷ Πάπᾳ, κανὸν ἔστιν. E

Z o n a r. Non modo permutare urbes, ſeque à tenuiori in ampliorem transferre; ſed ab alia quoque provincia in aliam, in qua Epiſcopi ſint, muneris cujuſpiam Eccleſiaſtici obeundi cauſa, niſi ab illius provinciæ Epiſcopis advocati, tranſmeare Epiſcopi prohibentur. Atque id ipſum, inquit canon, ut vocatis abire liceat, ne benevolentiæ fores obſtruere videamur, fraterno amori videlicet condonamus. Quòd ſi etiam negotium aliquod, hoc eſt, litem ac controverſiam, cum fratre ſuo & Coëpiſcopo Epiſcopus habeat; ne ullo modo ab alterutro diſceptantium inter F ſe Epiſcoporum alterius provinciæ Epiſcopi cauſæ cognitores arbitríque conſtituantur; ſed cauſæ cognitionem ad ſuæ provinciæ Antiſtites utérque deferat. Quòd ſi quis illorum ſententia condemnatus, cauſam tamen adhuc non malam, neque improbabilem, ſed bonam, & quam obtineri facile poſſe exiſtimet, ſe habere confidat, ac proinde judicium renovari, hoc eſt, cauſæ æquitatem iterum examinari velit; ſi veſtræ dilectioni videatur, Petri, inquit, Apoſtoli memoriæ honorem habeamus, hoc eſt, hanc Roma-

Ζ ω ν α ρ. Οὐ μόνον μεταμείβειν τὰς πόλεις κωλύονται οἱ ἐπίσκοποι, καὶ ἀπὸ ἐλάττονος εἰς μείζονα μεταπήδαν, ἀλλ' οὐδὲ ἀπέραν ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἄλλην ἐπαρχίαν, ἐν ᾗ εἰσὶν ἐπίσκοποι, συγχωρῶνται, ὡς τ πελάσαντες ἐκκλησιαστικὴν δίκην, εἰ μὴ οἱ ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπίσκοποι αὐτοὺς προσκαλέσωνται. καὶ τοῦτο δὲ ἐπιτρέπομεν, φησὶν ὁ κανών, τὸ ἀπέραν κεκλυμένους ἀφὰ τὸ φιλάδελφον, ἵνα μὴ δόξωμεν κλείειν θύρας τῆς ἀγάπης πύλας. εἰ δὲ καὶ πρᾶγμα ἤγειρεν ὑπόθεσιν δίκην ἐρίζον ἐπισκόπου μετ' ἀδελφοῦ αὐτοῦ καὶ συνεπισκόπου, μηδένα ἐκ τούτων τῶν τὴν δίκην ἐχόντων ἔξ ἑτέρας ἐπαρχίας ἐπισκόπους μεταπαλεῖσθαι ἀφαγνώμονας, ἀλλὰ ἀφ' ἑαυτῆς τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἐπισκόπων δικάζεσθαι. εἰ δὲ παρ' ἐκείνοις δικασθείς τις, καταδικάζεται, καὶ ὑπολαμβάνει μὴ σαθρὸν ἔχειν τὸ πρᾶγμα, μὴ ἀδυνῆ δηλονότι ὑπόθεσιν, ἀλλὰ καλῶ, ἤγουν δυναμένων αὐτὸν δικαιῶσαι, ἵνα καὶ αὖθις ἡ κρίσις ἀνανεωθῇ, ἤγουν ἐκ νέου ζητηθῇ, τηρηθῇ, εἰ δοκεῖ ὑμῖν τῇ ἀγάπῃ Πέτρου τ ἀποστόλου τὸ μνήμιον τιμήσωμεν, τουτ-

ἐστι, τῷ Ἀρείῳ τ῾ Ρωμαίων ἐκκλησίας ἀναθάμεθα τ῾ ὀξυσίαν, ἵνα οἱ κρίναντες πλὼ ἐποθησιν γράψωσι τῷ Πάπᾳ Ἰουλίῳ, ὅς ἰῶ τοπ τ῾ Ρώμης ἐπίσκοπος, ἀναδιδάσκοντες πλὼ ἐποθησιν, καὶ ὅτι ὁ καταδικαζόμενος ὑπ᾽ αὐτῶ ἀρέσκεται, ὥστε Ⓑ Πάπᾳ ἐκ τῶ πλησιαζόντων τῇ ἐπαρχίᾳ ἐκείνῃ ἐπισκόπων φῆφον ἐνεγκεῖν ἀξιοῦν, εἰ ἀξιοῖν ἐκεῖνος, ὅτι δεῖ ἀνανεωθῆναι τὸ δικαστήριον, καὶ πάλιν ζητηθῆναι τ῾ ἐποθησιν· εἰ δὲ μὴ ἀξιοῖν ὁ Πάπας, ὅτι παλινδικίας χρήζει ἡ ἐποθησις, τουτέστι, δευτέρου δικαστηρίου, τὰ ἅπαξ κεκριμένα μὴ ἀναλύεσθαι, ἤγουν τὰ ἤδη κεκριμένα καὶ τ῾ πρώτην ἀπόφασιν μὴ ἀνατρέπεσθαι, τὰ δὲ ὄντα βέβαια τυγχάνειν, τὰ ἐψηφισμένα δηλαδὴ καὶ νενόμισμα βέβαια τυγχάνειν.

ΑΡΙΣΤ. Μηδεὶς ἐπισκόπων, ἄκλητος, εἰς πόλιν ἀλλοτρίαν μεταβαινέτω. καὶ ὁ ἐπαρχιώτης, εἰ δή τι δικάζοιτο, ἀλλοτρίους ἐπισκόπους οὐκ ἐπικαλέσεται. εἰ δὲ ἐπικρίνοι ὁ Ρώμης, πρέσονται καὶ ἀλλότριοι.

Ἐν ἀλλοφύλοις χθόσιν εἴρηται, τὸ μηδένα τολμᾶν ἀπὸ τ῾ ἑαυτῶ παροικίας, εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν ἐπιβαίνειν, εἰ μὴ πρὸς τ῾ μητροπολίτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων κληθῇ. τοῦτο γὰρ καὶ ἡ συνοδος αὕτη προστάττει. ἀλλὰ καὶ εἴ τις τῶν ἐπισκόπων μετὰ συνεπισκόπου τοῦ τινος πρεσβυτέρους ἀμφιβολίῳ τινὰ χρίν, καὶ μετ᾽ αὐτῶ εἰς τ῾ συνοδον τ῾ ἐπαρχίας αὐτῷ δικάζοιν, οὐκ ὀφείλει καὶ ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας δικαιωμόνας τινὰς τῶν ἐπισκόπων ἐπικαλεῖσθαι, ἀλλὰ παρὰ μόνοις τοῖς ἐπαρχιώταις κριθῆναι. καὶ εἰ ἀνέσκει αὐτῷ ἡ κρίσις, καὶ οἴεται ἀδικηθῆναι, ἐκκαλεῖσθαι, καὶ τῷ Ρώμης, ᾧ ἡ παύτη ὑπόκειται ἐπαρχία, προσέρχεσθαι· καὶ αὐτὸς, ἢ δι᾽ ἑαυτῶ κρίσει πλὼ ἀπόφασιν, ἢ τοῖς γειτνιῶσιν ἐπισκόποις τῇ ἐπαρχίᾳ τὸ τ῾ ἐκκλήτου δικαστήριον ἀναθήσει.

ΚΑΝΩΝ δ'.

Ἐάν τις ἐπισκοπῶ καθαιρεθῇ τῇ κρίσει τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν γειτνίᾳ τυγχανόντων, καὶ φάσκῃ πάλιν ἑαυτῷ ἀπολογίας πρᾶγμα ἐπιβάλλειν, μὴ πρότερον εἰς τὸν καθέδραν αὐτῶ ἕτερον ἐποκαταστῆναι, ἐὰν μὴ ὁ τ῾ Ρώμης ἐπισκοπῶ ἐπιγνοὺς περὶ τούτου ὅρον ἐξενέγκῃ.

ΒΑΛΣ. Εἰπόντες οἱ πατέρες τ῾ τῶν ἐπαρχιωτῶν ἀπόφασιν ἐκκλήτῳ ὑποκεῖσθαι, καὶ περὶ τῶν γειτνιαζόντων ἐπισκόπων κατ᾽ ἐπιτροπὴν τ῾ Πάπτα τρῖσθαι, ἄρτι φασὶ, τί ὀφάλει γενέσθαι, ἐὰν καὶ μετὰ τούτων ὁ ἐκκλητοδίσας καταδικασθῇ, καὶ πάλιν λέγῃ βαρυνέσθαι. διορίζονται οὖν μηδὲν ἐν ἀκεραίῳ τὸ πρᾶγμα ᾖ, καὶ μὴ ἕτερον ψηφίζεσθαι ἐπισκοπον εἰς τ῾ τ῾ καταικρινόντος ἐκκλησίαν, εἰ μὴ καὶ ἡ δευτέρα ἔκκλησις περὶ τ῾ Πάπτα τρηθῇ. ὥστε σημείωσαι περὶ τῶν καταδικαζομένων ἐπισκόπων καὶ μὴ τ῾ καθαίρεσιν ζητούντων ἑτέραν κρίσιν, ὅτι οὐ χειροτονεῖται ἕτερος, εἰ μὴ τρηθῇ ἡ ἔκκλητος τ῾ καταδικασθέντος, οὐ μόνον ἡ πρώτη, ἀλλὰ καὶ δευτέρα· δὶς γὰρ ἐκκαλεῖσθαι ἐκεχώρηται· ὅπ ὁ ἐν. κημῶν τ῾ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου ἐχόλασε, καὶ ὅτι σὺν εἷς καταδικαζόμενος, καὶ λέγων βαρύνεσθαι, ἐκβιασμὸν ὑφίσται, μέχρις ἂν καὶ τὰ τ῾ ἐκκλήτου τρηθῶσι· καὶ ὅτι δὶς ἐκκαλεῖσθαι δύναται ὁ καταικρινόμενος. ἀνάγνωθι ΚΒ οδ'. ἀποστολικὸν κανόνα, τ῾ ἐν Χαλκηδόνι β'. καὶ τ῾ ἐν Καρθαγένῃ ιε'. κη'. ρκ'. καὶ ρκα'. καὶ συμβίβασαι πάντας περὶ τοῦ ἐνταῦθα γεγραμμένα. ὅτι καὶ τοῖς νόμοις δοκεῖ πᾶσιν ἐποθησιν, χωρεῖς τῶν μὴ ἐποδεχομένων ἐπέρθεσιν, ἐκκλήτῳ ὑποκεῖσθαι, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δίς. πλὼ μὴ παραβράμωσι τὰ τ῾ γ'. κανόνος καὶ τὸ τ῾ ε'. τ῾ παρούσης συνόδου χάριν τ῾ δέχεσθαι ἢ μὴ δέχεσθαι παρὰ τ῾ Πάπτα τ῾ ἔκκλητον. ἰδικὸν γάρ ἐστι τοῦτο εἰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἐποθέσεις, καὶ κρατεῖν ὀφείλει ἔνθα ἐξεφωνήθη.

norum Ecclesiæ throno auctoritatem deferamus, ut qui in ea causa Judices extitêre, ad Julium Papam literas mittant, (erat is tunc temporis Romanorum Episcopus) quibus eum de toto illius controversiæ genere doceant, ac ei, qui damnatus est, quod ipsi judicarunt, haud quaquam placere significent; ut Papa, si judicium instaurandum causámque denuo agitandam esse statuerit, ex vicinis illi provinciæ Episcopis cognitores det: sin autem nulla amplius disquisitione in ea causa opus esse, hoc est, non esse aliud judicium instituendum existimarit; res judicatæ ne rescindantur, hoc est, ea, quæ ante judicata ac decreta fuerunt, nullo modo rescindi atque everti; sed quæ jam sunt firma haberi, ea videlicet, quæ constituta & acta sunt, rata firmáque haberi placet.

ARIST. *Nullus Episcoporum, nisi vocatus, in aliam urbem transeat. Quinetiam provincialis Episcopus, si litem aliquam habeat, ad alienos Episcopos non provocabit. Si autem Romano sic visus fuerit, etiam alieni aderunt.*

In variis canonibus dicitur, neminem audere è suâ parœciâ in aliam migrare provinciam; nisi à Metropolitano & Episcopis qui cum eo sunt, vocetur. Hoc enim & hæc Synodus præcipit. Sed & si quis Episcopus cum Coëpiscopo in aliqua re habuerit controversiam, & cum eo in Synodo ejus provinciali litem movet, non debet ex aliâ provinciâ dijudicatores aliquos Episcopos advocare; sed tantummodo provincialium judicium subire. Et si judicium ipsi non arriserit, seque injuriâ affectum putaverit, appellare, & Romanum cui talis subjicitur provincia adire, & ille vel per seipsum sententiam examinabit, vel Episcopis vicinis provinciæ appellantis judicium committet.

CANON IV.

ΒΑΛΣ. Ὅτι οὐκ ἀνῃρέθη ὁ ια'. κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, δῆλον καὶ ἀπὸ τῶν παρόντος κανόνος. φησὶ γὰρ ὅτι ἐὰν ἐπίσκοπος θελήσῃ ἀποστεῖλαι δεήσεις εἰς τὸν βασιλέα διὰ συναδέλφου καὶ συνεπισκόπου αὐτοῦ ἀρχιερατεύοντος εἰς ἐπαρχίαν, εἰς ἣν διάγει ὁ βασιλεὺς, ὀφείλει προσέρχεσθαι τῷ προσφόρῳ μητροπολίτῃ, καὶ ἀναδιδάσκειν αὐτὸν τὸ ἐκεῖον βούλημα· καὶ ὁ μητροπολίτης μετὰ διακόνου αὐτοῦ, ὀφείλοντος ἐπιφέρεσθαι κανονικὰς ἐπιστολὰς, ἤγουν εἰρηνικὰς καὶ συστατικὰς, ἀναδιδάξαι τὸν ἐνδημοῦντα ἐπίσκοπον, ὡς εἴρηται, εἰς τὸν βασιλέα τὴν τῶν ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου παράκλησιν. τοῦτο δὲ γίνεσθαι οὕτως ὡρίσθη, ἵνα ὁ μητροπολίτης ἐπιγνῷ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ διαγνῷ εἰ ἐνδέχεται ἀνενεχθῆναι ταύτην τῷ βασιλεῖ, εἴτε καὶ μή. ὡς δέ τινος εἰπόντος, ἐκ τούτου ἀναιρεῖσθαι τὴν τῆς παρούσης συνόδου η'. κανόνα, τὴν διοριζόμενον μετὰ διακόνων οἰκείων τοὺς ἐπισκόπους ὑπομιμνήσκειν τὸν βασιλέα τὰ περὶ τῶν ψυχωφελῶν αἰτιῶν, προσέθεντο οἱ πατέρες, πρὸς μὲν βασιλέα μὴ ἀποστέλλεσθαι διάκονον παρὰ ἐπισκόπου χωρὶς συνοδικῆς ἐπιτροπῆς· πρὸς δέ τινας οἰκείους τῷ βασιλεῖ ποιεῖν μετὰ διακόνου αἰτιώσεις. πλὴν καὶ τοῦτο, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ εἰδήσεως τῶν μητροπολίτου γενήσεται. τοὺς μέντοι παραγινομένους εἰς τὴν Ῥώμην ἐπισκόπους μὴ ἄλλως τῷ βασιλεῖ προσέρχεσθαι, εἰ μὴ ὁ Πάππας λάβῃ τὴν περὶ τούτου εἴδησιν· καὶ αὐτὸς δοκιμάσας τὰ περὶ τῶν δεήσεων, ἢ ἐπιτρέψει τὴν ἀναφορὰν, καὶ ἀποστείλῃ αὐτοὺς εἰς τὸν βασιλέα, ἢ ἀπείπῃ· ὡς καὶ ὀφείλων ἀντέχεσθαι τῶν ἐπισκόπων, καὶ βοηθεῖν ἐπὶ πᾶσιν αὐτοῖς. ὥστε σημείωσαι ἀπὸ τῶν ἐν τῷ κανόνι τούτῳ περιεχομένων, ὅτι οὔτε μητροπολίτης, οὔτε ἐπίσκοπος χωρὶς συνοδικῆς διαγνώσεως δύναται δεήσεις ἀνενεγκεῖν τῷ βασιλεῖ, ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ διὰ διακόνου αὐτοῦ. ἀκούων δὲ ταῦτα γίνεσθαι μετὰ εἰδήσεως τῶν μητροπολίτου καὶ τοῦ Πάππα, προστίθει καὶ συνοδικὴν ἐπακολουθεῖν διάγνωσιν κατὰ τὸν ια'. κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. τὰ δὲ περὶ τοῦ Πάππα ἐν τῷ γεγραμμένα ἕλκυσον καὶ εἰς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, δι' οὓς λόγους πολλάκις εἴπομεν. ἀνάγνωσον καὶ κεφάλ. β'. τῶν η'. τίτλου τῶν παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. τούτων δὲ οὕτω διορισθέντων, εἰπόν τινες, μὴ ὀφείλειν οἱονδήτινα μητροπολίτην χωρὶς πατριαρχικῆς ἐπιτροπῆς ὁτεδήποτε εἰς βασιλέα ἀπέρχεσθαι. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὡς ὅτε πρώτως μέλλει ὁ μητροπολίτης τὸν βασιλέα προσκυνῆσαι ἐκ τῆς λαχούσης αὐτὸν ἀνελθὼν εἰς τὴν βασιλεύουσαν, ἀνάγκην ἔχει τοῦτο ποιῆσαι μετὰ πατριαρχικῆς ἐπιτροπῆς· μετὰ ταῦτα δὲ ἀκωλύτως, ὅτε καὶ βούλεται, ἀπελεύσεται εἰς τὸν βασιλέα χάριν τῶν προσκυνῆσαι αὐτὸν, καὶ παρακλητεῦσαι περὶ ὧν προανηνέγκε δεήσεων μετὰ πατριαρχικῆς εἰδήσεως.

ΖΩΝΑΡ. Ἔτι τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἔχονται οἱ κανόνες. ἐπισκόπων γὰρ κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν ὄντων, ἀνάγκη πάντως, καὶ ἔνθα ὁ βασιλεὺς διέτριβεν, ἐπισκόπους εἶναι. φησὶν οὖν ὁ παρὼν κανὼν, ὅτι ἐὰν ἐπίσκοπος πρὸς ἐπίσκοπον τῆς χώρας, ἐν ᾗ διάγει ὁ βασιλεὺς, γράψῃ περί τινος ὑποθέσεως, χρὴ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὰς δεήσεις τῷ μητροπολίτῃ τῆς χώρας ἐκείνης ἐγχειρίζεσθαι, ἵνα αὐτὸς στέλλῃ ταύτην πρὸς ὃν ἐστάλη, δι' οἰκείου διακόνου, δοὺς αὐτῷ καὶ συστατικὰς ἐπιστολὰς, συνιστώσας δηλαδὴ τὸν πεμφθέντα, καὶ γνωριζούσας αὐτὸν τῷ ἐπισκόπῳ, πρὸς ὃν ἐπέμφθη, καὶ γράφων κατὰ ἀκολουθίαν,

autem Episcopus habet amicos in aula palatii, & velit aliquid quod sit honestum & justum impetrare; ne prohibeatur per suum ministrum & rogare & iis mandare, ut bonum suum auxilium ei petenti velint præbere. Qui autem Romam accedunt, quemadmodum superiùs dictum est, dilecto fratri nostro & Coëpiscopo Julio preces, quas habent dandas, præbere debent, ut ipse priùs examinet; nisi aliquæ earum sint impudentes: & sic suam auctoritatem & curam præbens, eos ad castra mittat. Omnes Episcopi dixerunt; Eis placere & esse convenientissimum hoc consilium.

BALS. Quòd non sublatus sit canon undecimus Antiochenæ Synodi, ex præsenti quoque canone clarum est. Dicit enim, quòd si Episcopus voluerit mittere preces ad Imp. per confratrem & Coëpiscopum suum, qui est in ea provincia Antistes, in qua Imperator agit, debet ad competentem Metropolitanum accedere, & suam voluntatem eum docere: Metropolitanus vero cum famulo suo, qui debet epistolas canonicas afferre, scilicet pacificas & commendatitias, docebit Episcopum, qui apud Imp. ut dictum est, versatur, fratris & Coëpiscopi postulationem. Hoc autem sic fieri statutum est, ut Metropolitanus causam cognoscat & discernat, an eam oporteat ad Imp. referre, an non. Tanquam autem dixisset quispiam, per hoc tolli præsentis Synodi can. viii. qui statuit, ut Episcopi cum propriis ministris Imp. admoneant de causis animæ conducibilibus; adjecerunt patres, ad Imperatorem quidem non mittendum ministrum ab Episcopo sine synodali mandato: sed aliquibus Imp. familiaribus preces cum ministro esse exhibendas. Sed hoc quoque, ut mihi videtur, fiet cum scientia Metropolitani. Episcopos verò, qui Romam accedunt, non aliter ad Imperatorem accedere, nisi Papa ejus rei scientiam habuerit: & ipse precibus examinatis, vel relationem permiserit, & ipsos ad Imp. miserit, vel denegaverit; ut qui etiam debeat Episcopos complecti, & iis in omnibus opem ferre. Quare nota ex iis quæ in hoc canone continentur, quòd neque Metropolitanus neque Episcopus sine synodali cognitione potest ad Imp. vel per se vel per suum ministrum supplicationes referre. Audiens autem hæc fieri cum scientia Metropolitani & Papæ, adjice etiam synodalem consequi cognitionem, secundùm xi. canonem Antiochenæ Synodi. Quæ autem de Papa hîc scripta sunt, ad Patriarcham etiam Constantinopolitanum applicanda, propter rationes quas sæpe diximus. Lege & caput ii. viii. tit. præsentis operis, & omnia quæ in eo sunt. His autem sic definitis, dixerunt aliqui, non debere ullum Metropolitanum sine Patriarchali mandato vel permissu ad Imp. unquam proficisci. Mihi autem videtur, quòd quando primùm Metropolitanus est Imp. salutaturus, ex ea, quæ illum sortitus est, ad urbium reginam accedens, necesse habet hoc facere cum Patriarchali permissione: postea autem sine impedimento, quando vult, ad Imp. accedet, ejus salutandi gratia, & eum commonefaciendi precum, quas cum Patriarchali consensu priùs ad eum retulit.

ZONAR. In eodem argumento canones adhuc versantur. Cum enim in omnibus provinciis Episcopi crearentur, ubicunque demum Imperator ageret, ibi Episcopos quoque adesse necesse fuit. Si quis igitur Episcopus, inquit canon, ad Episcopum regionis, in qua Imperator degit, de re aliqua scribat, ejus loci Metropolitano primum eas literas supplicationésque tradi oportet, quas is postea, per Ministrum suum ad eum, cui scriptæ sunt, Episcopum perferendas curabit, ipsique commendatitias quoque literas dabit quæ videlicet eum, qui mittitur, illi ad quem legatus est Episcopo commendent atque concilient.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

concilient. Tum alias quoque literas, cum illius cujus res agitur Episcopi literis ac supplicationibus congruentes, adjungat. Hujus vero decreti ea ratio fuit, ut causam, de qua literæ ab Episcopo ad Coëpiscopum datæ sunt, Metropolitanus cognoscat; ac siquidem postulatio importuna sit, nec ea de re Imperatoris auribus censeat obstrependum, supplicationes eas rejiciat, curétque ad eundém illum qui miserat referendas. Quod si quos etiam Episcopus in palatio amicos habeat, cum eis per ministrum suum precibus agere, auxiliúmque sibi in causa justa, quæque dignam Antistite sacrorum postulationem contineat, deposcere licebit. Si vero ad Imperatorem Romæ degentem supplicationes aliquas Episcopi mittant, ab iis quii deferunt Papæ illas tradi, ac ab eo justæ necne sint examinari oportet. Quòd si nihil inverecundè ab Imperatore petant, eas ipsemet mittat, auctoritatémque iis suam & curam commodet, hoc est, illorum patrocinium procurationémque ipse suscipiat.

A ἤγουν ἀκολούθως, οἷς ἔγραψεν ὁ τὴν ὑποθεσιν ἔχων ἐπίσκοπος καὶ ταῖς δεήσεσι σείλας. τοῦτο δὲ γίνεσθαι ὠφέλιμον, ἵνα ὁ μητροπολίτης ἐπιγνῷ τὴν ὑπόθεσιν περὶ ἧς ἔγραψε τῷ συνεπισκόπῳ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ εἰ φορτική τις εἴη, καὶ οὐκ ἐνδέχηται ἐνοχλεῖσθαι τοὺς βασιλικοὺς ἀκροατὰς περὶ αὐτῆς, ἀποπέμψηται τοὺς δεήσεις καὶ ἀντιγράψῃ τῷ πέμψαντι αὐτούς. εἰ δὲ καί τινας τῶν ἐν τῷ παλατίῳ ἔχοι φίλους ἐπίσκοπος, οὗτος τύχοις ἀξιώσας κωλύεται διὰ τοῦ οἰκείου διακόνου βοηθῆσαι αὐτῷ ὅπῃ ὑποθήσει δίλογῳ, καὶ παρέπουσαν ἀρχιερεῖ αἴτησιν ἐχούσῃ. εἰ δὲ εἰς Ῥώμην ἐνδημούντων τῶν βασιλέως, καλῶς ἂν ἐπισκόπων ἐν αὐτῇ τινες δεήσεις χομίζοντες, τῷ Πάπᾳ ταύτας ὀφείλουσι παραδιδόναι, ἵνα αὐτοὺς ἐξετάζοι, εἰ δίλογοί αἱ δεήσεις εἰσί· καὶ εἰ μή τινα ῥήματα ἀναίσχυντα ἔχουσι πρὸς τὸν βασιλέα, ἀποστέλλοι ταύτας αὐτούς, προφασίσει καὶ φορτίδα παρέχων αὐτοῖς, ἤγουν προϊσάμενος καὶ συνεργῶν αὐτοῖς.

ARIST. *Si frater ad fratrem mittat, Metropolitanus nuntium literis muniat; & ad Episcopos, qui auctoritatem habent, scribat, ut nuntium protegant.*

ΑΡΙΣΤ. Ἀδελφῶν πρὸς ἀδελφὸν ἀποστέλλοντες, ὁ μητροπολίτης καὶ ἀποστολὴν ἐνισχυέτω, καὶ γραφέτω πρὸς τοὺς ἐν οἷς ἡ ἀξίωσις ἐπισκόπους, τὸ ἀποστόλου ἀντιλαμβάνεσθαι.

Episcopus qui preces quasdam ad Imperatorem mittit, & de iis ad fratrem suum in castris cum rege degentem, ut ab ipso rege ut cum eo degeret evocatum, scribit, suam Metropolitam adire debet, & preces ostendere, & Diaconum quem mittere vellet, ut ab ipso Metropolitano preces primo examinentur, ne forte justam petitionem non contineant. Et sic postquam illas examinaverit, literis suis & epistolis commendatitiis missum corroborabit & Episcopos qui cum rege degunt Diacono opem ferre postulabit.

C Στέλλων ὁ ἐπίσκοπος πρὸς βασιλέα δεήσεις τινάς, καὶ περὶ αὐτῶν πρὸς συναδελφὸν αὐτοῦ γράφων, ἐν τῷ στρατοπέδῳ μετὰ τοῦ βασιλέως διάγοντα, ὡς πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέως μετακληθέντα ὅπῃ τῷ μετ' αὐτοῦ συνδιάγειν, ὀφείλει τῇ ἰδίᾳ μητροπολίτῃ προσέρχεσθαι, καὶ τὰς δεήσεις ὑποδεικνύειν, καὶ τὸν διάκονον ὃν ἀποστεῖλαι βούλεται, ἵνα πρὸ αὐτοῦ τὸν μητροπολίτου πρότερον αἱ δεήσεις ἐξεταζῶσι, μήποτε ἀδικαίαν τινὰ αἴτησιν ἔχωσι· καὶ ἵνα, μετὰ τὸ δοκιμάσαι ταύτας, γράμματα αὐτοῦ, καὶ συναπιτὰς ἐπιστολὰς τὸν ἀποστελλόμενον ἐνισχύσει· καὶ ἀξιώσει τοὺς μετὰ τοῦ βασιλέως διάγοντας ἐπισκόπους ἀντιλάβεσθαι τοῦ διακόνου.

CANON X.

Ut cum omni cura & diligentia semper examinetur, ut si quis dives vel ex foro scholasticus Episcopus fieri dignus habeatur, non prius constituatur, quàm Lectoris & Hypodiaconi & Diaconi & Presbyteri ministerium peregerit: ut in unoquoque gradu, si dignus existimatus fuerit ad Episcopatûs fastigium per progressionem possit ascendere. Habebit autem uniuscujusque ordinis gradus non minimi scilicet temporis longitudinem, per quod & fides & morum probitas, & constantia, & moderatio possit cognosci; & ipse, divino sacerdotio dignus existimatus, maximum honorem assequetur. Neque enim convenit, neque scientia & bona conversatio hoc recipit, ut temere & leviter ad id accedatur, ut Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus promptè ac facilè constituatur. Sic enim meritò Neophytus existimetur, quandoquidem beatissimus Apostolus, qui fuit etiam doctor gentium, maximè prohibuisse videtur, ne celeres fierent constitutiones. Longissimi enim temporis probatio, & conversationem, & uniuscujusque mores non improbabiliter exprimere poterit. Omnes dixerunt; Ipsis placere, & omnino non oportere ea subvertere.

ΚΑΝΩΝ ι'.

D Ἀεὶ μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας ἐξετάζεσθαι, ὥστε ἐάν τις πλούσιος ἢ σχολαστικὸς ἀπὸ τοῦ ἀγορᾶς ἀξιοῖτο ἐπίσκοπος γίνεσθαι, μὴ πρότερον καθίσαι, ἐὰν μὴ καὶ ἀναγνώστου καὶ ὑποδιάκονου, καὶ διάκονου, καὶ πρεσβυτέρου ὑπηρεσίαν ἐκπλέσῃ· ἵνα καθ' ἕκαστον βαθμὸν ἐάν τοῦ ἄξιος νομισθείη, εἰς τὴν ἀγίδα τοῦ ἐπισκοπῆς καὶ προκοπὴν διάβασιν διωνθείη. ἔξῃ δὲ ἑκάστου τάγματος ὁ βαθμὸς οὐκ ἐλαχίστου δηλονότι χρόνου μῆκος, δι' οὗ ἡ πίστις αὐτοῦ καὶ ἡ τῶν τρόπων καλοκἀγαθία, καὶ ἡ σεμνότης, καὶ ἡ ἐπιείκεια γνώριμος γενέσθαι δυνήσεται· καὶ αὐτὸς, ἄξιος τῆς θείας ἱερωσύνης νομισθείς, τῆς μείζονος ἀπολαύσει τιμῆς. οὔτε γὰρ προσηκόν ἐστιν, οὔτε ἡ ἐπιστήμη, οὔτε ἡ ἀγαθὴ ἀναστροφὴ ἐπιδέχεται τολμηρῶς καὶ κούφως ἐπὶ πάντα ἰέναι, ὥστε ἢ ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον προχείρως καθίσασθαι. οὕτω γὰρ ἂν εἰκότως νεόφυτος νομισθείη, ὅπερ μάλιστα καὶ ὁ μακαριώτατος ἀπόστολος, ὃς καὶ τῶν ἐθνῶν ἐγένετο διδάσκαλος, φαίνεται κωλύσαι ταχείας γίνεσθαι τὰς καταστάσεις. τὸ γὰρ μηκίστου χρόνου ἡ δοκιμασία καὶ τὴν ἀναστροφὴν καὶ ἑκάστου τρόπου οὐκ ἀπεικότως ἐκτυποῦν δυνήσεται. ἅπαντες εἶπον ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ καθ' ἅπαξ μὴ δεῖν ἀναιρεῖσθαι ταῦτα.

Episcopus qui preces quasdam ad Imperatorem mittit, & de iis ad fratrem suum in castris cum rege degentem, ut ab ipso rege ut cum eo degeret evocatum, scribit, suam Metropolitam adire debet, & preces ostendere, & Diaconum quem mittere vellet, ut ab ipso Metropolitano preces primo examinentur, ne forte justam petitionem non contineant. Et sic postquam illas examinaverit, literis suis & epistolis commendatitiis missum corroborabit & Episcopos qui cum rege degunt Diacono opem ferre postulabit.

BALS. In xvii. canone primæ & secundæ Syn. satis scripsimus de Laïcis, qui sunt ad Episcopatum promovendi. Cæterùm illic quidem generaliter de iis dictum est: hîc autem de solis divitibus & scholasticis, id est, de iis qui rhetoricæ & arti dicendi vacant. Quod ergo illic quæsivimus de præfinito tempore canone declarato, hoc in præsenti quoque canone quærendum est. Neophytus autem, apud Apostolum quidem, est is, qui recens illuminatus est: Apud canonem autem, qui ex divite vel scholastico ad Episcopalem dignitatem provehitur. Quære & ii. can. Nicænæ primæ Synodi.

F ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ιζ'. κανόνι τῆ πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου, ἱκανῶς ἐγράψαμεν περὶ λαϊκῶν μελλόντων ἀρχιεπισκοπῆς ἀξιοῦσθαι. πλὴν, ὁπῆ μὲν γενικῶς τὰ περὶ τούτων ἐξεφωνήσαμεν· ἐνταῦθα δὲ περὶ μόνων πλουσίων καὶ σχολαστικῶν, τουτέστι, περὶ λόγιων σχολαζόντων. ὃ γοῦν ὀπίσω ἐζητήσαμεν χάριν τοῦ δηλουμένου τῷ κανόνι νενομισμένου καιροῦ, τοῦτο καὶ εἰς τὸν παρόντα κανόνα ζητητέον. νεόφυτος δὲ, μὲν τῷ ἀποστόλῳ ὁ νεοφώτιστος λέγεται· παρὰ δὲ τῷ κανόνι, ὁ ἀπὸ πλουσίου ἢ σχολάζοντος εἰς ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα προβιβαζόμενος. ζήτει καὶ τὸν β'. κανόνα τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου.

ΖΩΝΑΡ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΖΩΝΑΡ. Οὐδένα φησὶν ἐξ ἀγορᾶς ὄντων ἤτοι τῆ δημώδους συλλύσεως, κἂν πλούσιος, κἂν σχολαστικὸς, τυτέστι, τὸν λόγους σχολάζων, βούλεται ὁ κανὼν, εἰ ἄξιος κρίνοιτο ἐπισκοπῆς, ἀθρόον χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον, ἀλλὰ διὰ βαθμῶν ἱερατικῶν περιβαίνεσθαι, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ δεῖν χρόνον ὑπηρετεῖν αὐτὸν ἐλάχιστον, ἵνα δι' ἧς χρόνου ἐκείνου γνωσθείη, εἴτε πίστις αὐτῷ, εἰ ὀρθὴ ἔστι, καὶ ἡ ἀγαθότης τῆς ζωῆς, καὶ ἡ σεμνότης τῆς φρονήματος, καὶ ἡ ἐπιείκεια, καὶ οὕτως εἰς τὸ ἀνώτατον τῆς ἐπισκοπῆς, ἤγουν τὸ ἀκρότατον τῆς ὕψους τῆς ἀρχιερωσύνης διαβῆ καὶ περιπτύξῃ. ἐσθὴς γὰρ πρέπει, φησὶν, οὔτε ἡ ἐπιστήμη, τυτέστιν, ἡ τῶν θείων λόγων γνῶσις, οὔτε ἡ ἀγαθὴ ἀναστροφὴ ἤγουν ἡ σωφροσύνη ἡ δοκιμασθεῖσα τῷ χρόνῳ ἐπιδέχεται τολμηρῶς καὶ κούφως, ἤγουν εὐκόλως πρεσβύτερον ἢ διάκονον προχειρίσασθαι. ὁ οὕτως γὰρ, φησιν, εἰς ἐπισκοπῆς ἀξίαν προβαίνων νεόφυτος ὀνομάσθη τῇ ἀποστόλῳ, κωλύσασθαι ζητεῖ γενέσθαι τὴν κατάστασιν. οἱ μὲν οὖν τῆς συνόδου ταύτης πατέρες οὕτως ἐξελάβοντο τοῦ νεόφυτον· ὁ δὲ κλεινὸς ἀπόστολος Παῦλος νεόφυτον, τουτέστιν ἐξ ἀγριελαίου, τὴν ἀπιστίαν φημὶ, πρὸς καλλιέλαιον μεταγκεντρισθέντα, τῷ πίστιν δηλαδὴ τῷ ὀρθοδόξον, λέγει, καὶ ἡ ὃν Νικαία πρώτη συνόδος οὕτως ἐνόησε τοῦ νεόφυτον, ὡς ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ δευτέρῳ κανόνι αὐτῆς· καὶ ὁ ιζ'. δὲ κανὼν τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου διορίζεται.

ΑΡΙΣΤ. Ἀγοραῖος σχολαστικὸς, ἢ πλούσιος, εἰ μὴ τοὺς ἱεροὺς διέλθοι βαθμοὺς, ἐπίσκοπος οὐ καθίσταται. Ὃ δὲ τῶν βαθμῶν διάστημα οὐ λίαν ὀλιγοχρόνιον, ἵν' οὗ ὃ δοκίμιον τῆς πίστεως καὶ καλοκαγαθίας αὐτοῦ δοκιμάζοιτο. ὁ γὰρ ἑτέρως, νεόφυτος.

Οὗτος ὁ κανὼν τοὺς μὲν λαϊκοὺς τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ διατρίβοντας, καὶ σχολάζοντας ἐν αὐτῇ, ἢ καί τινας πλουσίους καὶ ἀγοραίους πραγματεύτας, εἰς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα βουληθέντας ἀνενεχθῆναι, οὐκ ἄλλως προσάτευε καθίστασθαι, εἰ μὴ ἀναγνώστου, καὶ πρεσβυτέρου, καὶ διακόνου ὑπηρεσίαν ἐκπληρώσειεν· ὃ δὲ διάστημα ἑκάστου βαθμοῦ χρονιαῖον εἶναι· ἵν' ὁ βίος αὐτοῦ, καὶ ἡ πίστις ἐν τοσούτῳ δοκιμασθῇ. ὁ δὲ ἑπτακαιδέκατος κανὼν τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου, τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συνάσης, ἐστὶν τῶν λαϊκῶν, κἂν μὴ ἐκ φαύλης ᾖ διαγωγῆς, ἀλλ' οὐδὲ τῶν μοναχῶν, εἰς ὃ τῆς ἐπισκοπῆς ὕψος ἀθρόως ἀναβῆναι συγχωρεῖ· ἀλλὰ τοὺς ἱερατικοὺς πρότερον βαθμοὺς προελθεῖν, ἐν ἑκάστῳ χρόνοις τισὶ νενομισμένον πληρωθῆναι χρόνον, καὶ τότε τῆς ἐπισκοπῆς τὴν χειροτονίαν δέχεσθαι.

A ZONAR. Neminem è foro, hoc est, è populi turba, quamvis divitiis affluat, quamvis scholasticus sit, hoc est, dicendi studio operam impendat, Episcopum, si eo munere dignus judicetur, subito creari; sed eos homines per sacrorum ordinum gradus sigillatim promoveri, ac in singulis haud minimo temporis spatio ministrare, hic canon jubet: ut eo scilicet temporis intervallo, & ipsius fidem, rectane sit, & morum bonitatem animique constantiam, ac moderationem liceat explorari; itáque demum ad Episcopatûs fastigium, hoc est, summi Sacerdotii culmen per progressiones transeat. Neque enim, inquit, rationi consentaneum est, neque id B aut scientia, hoc est, divinarum literarum cognitio, aut recta vivendi norma, hoc est, temporis diuturnitate firmata ac probata consuetudo patitur, ut temere ac leviter, hoc est, nullo delecta Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ubi primum se quisque ostenderit, constituatur. Quisquis enim ad Episcopatus dignitatem hac ratione progreditur, Neophytus, inquit, ab Apostolo, præcipites ejusmodi creationes improbante, existimatus est. Ac Neophyti quidem vocem ita hujus Synodi Patres interpretati sunt: Apostolus vero inclytus Paulus eum, qui nuper ex oleastro, infidelitatis videlicet, recisus, atque in speciosam oleam, fidem scilicet C orthodoxam, implantatus sit, Neophyti appellatione significavit. Et eodem modo Nicæna prima Synodus, ut in illius secundo canone videre est, Neophytum intellexit; & Constantinopolitanæ primæ & secundæ Syn. decimoseptimo canone eadem constituta reperias.

ARIST. *Forensis, Scholasticus aut dives, nisi per sacros transierit gradus Episcopus non creatur. Graduum autem interstitium ne admodum breve sit, quo major fidei, bonaque conversationis probatio habeatur. Qui aliter enim constituitur, Neophytus est.*

Hic canon Laicos quidem in foro degentes, & in D eo operam dantes, vel & aliquos divites & forenses mercatores, ad episcopatus dignitatem provehi volentes, non aliter constitui jubet, nisi Lectoris & Presbyteri & Diaconi ministerium peregerunt. Spatium autem cujusque gradus esse diuturnum. Ut vita eorum & fides in eo examinetur. At decimus septimus primæ & secundæ Synodi in sanctorum Apostolorum templo coactæ canon, neminem Laicorum licet malæ conversationis non erat, ut nec Monachorum quempiam ad episcopatus sublimitatem confestim promoveri permittit. Sed gradus priùs pervadere sacerdotales, in quoque ordine legibus sancitum tempus explentem, & E tunc episcopatus ordinationem accipere.

ΚΑΝΩΝ ια'.

Ἐπίσκοπος, ὅταν ἐξ ἑτέρας πόλεως μεταβαίνῃ εἰς ἑτέραν πόλιν, ἢ ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, χάριν χάριν ἐγκωμίοις οἰκείοις ὑπηρετούμενος, ἢ θρησκείας καθοσιώσεως, καὶ πλείονα χρόνον βούληται διάγειν, καὶ μὴ ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπίσκοπος ἔμπειρος ἢ διδασκαλίας, μὴ καταφρονῇ ἐκείνου, καὶ συνεχέστερον ὁμιλῇ, καταιχύνῃ καὶ συκοφαντίζῃ ὃ πρόσωπον ἢ αὐτοῦ ἐπισκοπῆς σπουδάζων. αὕτη γὰρ ἡ προφάσις εἴωθε παρέχουσι πυῖν, καὶ ἐκ τοιαύτης πάντων ἀφορμῆς τῷ ἀλλοτρίαν καθέδραν ἑαυτῷ προμνᾶσθαι καὶ προσπάσασθαι σπουδάζει, μὴ διασῴζων τῷ αὐτῷ προσηκόντως ἐκκλησίαν καταλιμπάνῃ, καὶ εἰς ἑτέραν μεθίστασθαι. ὁρισέον οὖν ὑπὲ τούτῳ χρόνον, ὅσῳ καὶ ὃ μὴ ἐπιδέχεσθαι ἐπίσκοπον ἢ ἀπρονόητον καὶ σκαιὸν εἶ νενόμισται. μέμνησθε δὲ ἐν τῷ προφάντι χρόνῳ τοὺς πατέρας ἡμῶν κεκρικέναι, ἵνα εἴ τις λαϊκὸς ἐν πόλει διάγων τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ ἐν τρισὶν ἑβδομάσι μὴ συνέρχοιτο, ἀποκινεῖτο τῆς κοινωνίας.

CANON XI.

Quando Episcopus ex alia civitate in aliam civitatem, vel ex alia provincia in aliam provinciam accesserit, jactationis gratia propriis laudibus serviens, vel religionis sanctificationi; & velit longiori tempore illic agere; illius autem civitatis Episcopus doctrinæ non fuerit peritus: ne illum despiciat, & frequentiùs concionetur, studens dedecore afficere & vilipendere personam Episcopi, qui ibi est. Hic enim prætextus solet turbas excitare, & ejusmodi calliditate alienam sedem sibi conciliare & attrahere studet, cùm non dubitet sibi traditam Ecclesiam relinquere, & in aliam transire. Ad hoc ergo tempus definiendum est: nam Episcopum non recipi, inhumanum & incivile existimatum est. Recordemini autem Patres nostros in tempore præterito statuisse, ut si quis Laicus in urbe agens tribus diebus dominicis in tribus hebdomadibus non conveniat, is communione moveatur.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Si hoc ergo de Laicis ſtatutum eſt, non oportet, A nec convenit, ſed neque eſt utile, Epiſcopum, ſi nullam habet graviorem neceſſitatem vel negotium difficilius, longiùs à ſua abeſſe Eccleſia, & ſibi commiſſum populum dolore afficere. Omnes Epiſcopi dixerunt; Hanc quoque ſententiam eſſe convenientiſſimam.

εἰ τοίνυν ὧδε τῷ λαϊκῷ τοῦτο πεπόιηται, οὐ χρὴ, φασὶ, φέρεσι, ἀλλ' οὐδὲ συμφέρει, ἐπίσκοπον, εἰ μηδεμίαν βαρυτέραν ἀνάγκην ἔχοι, ἢ πρᾶγμα δυσχερὲς ἐπιτελέσαι τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας, καὶ θλίβειν τὸ ἐμπεπιστευμένον αὐτῷ λαόν. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπαν· καὶ ταύτην τὴν γνώμην σφόδρα ἐπαινετέαν.

BALS. Omnem ſcandali occaſionem auferentes ſancti Patres, ſtatuerunt, ne Epiſcopus à civitate in civitatem, vel à provincia in provinciam, per arrogantiam vel avaritiam tranſeat. Si autem non fiat hoc propter eam cauſam, ſed propter aliquot dierum quietem, vel aliquam aliam juſtam cauſam; ne ipſe, cùm ſit doctus, inſultet regionis Epiſcopo qui fortè eſt indoctus; nec ipſe laudem deſideret per dogmaticas doctrinas (id enim eſt religio, id eſt, cultus & fides) regionis autem Epiſcopum contemnat, ut qui dogmaticæ doctrinæ experientiam non habeat: ſed quieſcat, & regionis Epiſcopo convenientem honorem habeat. Quod enim, inquiunt, præter hoc fit, multæ eſt perturbationis cauſa, & ſuſpicio, quòd is ſtudeat relinquere Eccleſiam quæ illum ſortita eſt, & eam, quæ ad alterum pertinet, ſibi vendicare. Et propterea non tolerandum eſſe rati, ut Epiſcopus longo tempore verſetur in aliena diœceſi, ſubjunxerunt; quòd quia eſſet inhumanum & à fraterna dilectione alienum, ſi regionis Epiſcopi aliarum diœceſeon Antiſtites non admitterent; canone autem cautum eſt, ut ne Laicus quidem tribus dominicis ab Eccleſia abſit, vel ſit excommunicatus: omnino in Antiſtites quoque locum habebit hic canon. Unde etiam ſtatuerunt, ut nullus Epiſcopus ab Eccleſia, quæ illum ſortita eſt, diutius abſit, & ſibi commiſſum populum opprimat, niſi gravem aliquam neceſſitatem habeat, vel negotium arduum. Lege ſanctorum Apoſtolorum can. xiv. & xv. præſentis Syn. can. xii. xvi. xvii. Carthag. Syn. can. xxiii. & lxxi. Syn. vi. can. xvii. xviii. & xx. & ſcies quomodo puniuntur, qui ultra ſuæ diœceſis fines docent. Lege & xvi. can. primæ & ſecundæ Syn. & quæ in illo à nobis ſcripta ſunt: & ſcies quanto tempore debent Epiſcopi extra ſuos Epiſcopatus verſari. Ideo enim nec fuſiùs hîc de eo tractatum eſt. Interrogaverit autem quiſpiam, cùm lxxx. canon vi. Synodi, videlicet quæ in Trullo dicitur, Laicos ſegregari decreverit, qui tribus dominicis in Eccleſiam non convenerint, qui quidem hac Synodo fuit multo recentior, quomodo præſens canon, qui eſt multo antiquior, ejus meminit? Solutio. Alius quidem canon ante præſentem Synodum nihil ejuſmodi decrevit. Quæ autem hoc canone continentur, ſine ſcriptis, ut eſt veriſimile, exercebantur ab initio, ut etiam multa alia: poſtea autem Syn. in Trullo ea ſcriptis quoque mandavit.

ΒΑΛΣ. Πᾶσαν σκανδάλου προφασιν περιαιρούμενοι οἱ πατέρες, διωρίσαντο, μὴ μεταβαίνειν ἐπίσκοπον ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἢ ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἐπαρχίαν κατ' ὄγκον ἀλαζονείας ἢ πλεονεξίας. εἰ δὲ τοῦτο μὴ γίνοιτο διὰ τοιαύτην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ προκείμενον ἀνάπαυσιν, ἢ ἑτέραν δι' ἄλλην ἀφορμὴν, μὴ καταπαίρεσθαι αὐτὸν, λόγιον τυγχάνοντα, τῷ ἐν χωρίῳ ἐπίσκοπῳ, ἀμαθοῦς ἴσως τυγχάνοντος· μηδὲ αὐτὸν μὴν ἐφίεσθαι ἐγκωμίων διὰ δογματικὴν διδασκαλίαν (τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ θρησκεία, τουτέστιν, ἡ λατρεία καὶ ἡ πίστις) τῷ δὲ ἐν χωρίῳ ἐπίσκοπῳ καταφρονεῖν, ὡς ἐμπειρίαν δογματικῆς διδασκαλίας μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ ἡσυχάζειν καὶ ἔχειν τὸ ἀνάλογον τιμοῦ πρὸς τὸν ἐν χωρίῳ ἐπίσκοπον. Ὃ γὰρ ὧδε ἔχειν τοῦτο γινόμενον, φασὶν ἐπάγειν ἔστι ταραχὴν πολλὴν καὶ ὑποψίαν τοῦ σφετερίζεσθαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ σφετερίσασθαι τὸν ἑτέρου ἀνήκουστον ἐκκλησίαν διὰ τοῦτο μὴ ἀνεκτὸν ἡγησάμενοι ἐπὶ πολὺ χρόνον διᾶγειν ἐπίσκοπον εἰς ἀλλοτρίαν ἐνορίαν, ἐπήγαγον, ὡς ἐπεὶ ὃ μὴ ὑποδέχεσθαι τοὺς ἐν χωρίοις ἐπισκόπους ἀρχιερεῖς ἑτέρων ἐνοριῶν ἀφιλάδελφόν ἐστι καὶ ἀπρόσδεκτον, κεκρίμεσθαι δὲ μηδὲ λαϊκὸν ἀπολιμπάνεσθαι ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας δεῖν τρεῖς κυριακὰς, ἢ μᾶλλον ἀκοινώνητον εἶναι, πάντως κρατεῖ καὶ παρὰ ἀρχιερέων ὁ αὐτὸς νόμος. ὅθεν καὶ διωρίσαντο, μηδένα ἐπίσκοπον ἐπὶ πλέον ἀπολιμπάνεσθαι τοῦ χρόνου τούτου, καὶ θλίβειν τὸν ἐμπεπιστευμένον αὐτῷ λαόν, εἰ μή τινα βαρεῖαν ἀνάγκην ἔχοι ἢ πρᾶγμά τι δυσχερές. ἀνάγνωθι τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ιδ'. ιε'. τῆς πρώτης συνόδου· κανόνα ιβ'. ις'. ιζ'. Καρθαγένης κανόνα κγ'. καὶ οα'. συνόδου ς'. κανόνας ιζ'. ιη'. καὶ κ'. καὶ μάθοις πῶς κολάζονται οἱ περὶ ἐνοείας διδάσκοντες. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ις'. κανόνα τῆς δευτέρας συνόδου, καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνῳ περὶ ἡμῶν γραφέντα, καὶ μάθοις πόσον χρόνον ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι διατρίβειν ἔξωθεν τῶν ἰδίων ἐπισκοπῶν αὐτῶν. διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ πλατύτερόν τι περὶ τούτου ἐνταῦθα διελήφθη. ἐρωτήσει δέ τις, ὡς περὶ τοῦ κανόνος τῆς ἕκτης συνόδου δηλονότι τοῦ ἐν τῷ Τρούλλῳ, διῳρισμένου ἀφορίζεσθαι τοὺς λαϊκοὺς τοὺς ἐπὶ τρισὶ κυριακαῖς μὴ συνερχομένους καὶ ἐκκλησιάζοντας, περὶ καὶ πολὺ ὄντος μεταγενεστέρου ταύτης τῆς συνόδου, πῶς ὁ πρὸ κανών, παλαιότερος ὤν, ἀπὸ μέμνηται; Λύσις. ἕτερος μὲν κανὼν περὶ τῆς πρώτης συνόδου οὐδέν τι τοιοῦτον διωρίσατο. ἀγράφως δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐνηργοῦντο τὰ περὶ τοιούτου κανόνος ἀρχῆθεν, ὡς καὶ ἄλλα πολλά· ὕστερον δὲ ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδος καὶ ἐγγράφως τὰ περὶ τούτου ἐξέθετο.

BALS. Omnem ſcandali occaſionem auferentes ſancti Patres, ſtatuerunt, ne Epiſcopus à civitate in civitatem, vel à provincia in provinciam, per arrogantiam vel avaritiam tranſeat. Si autem non fiat hoc propter eam cauſam, ſed propter aliquot dierum quietem, vel aliquam aliam juſtam cauſam; ne ipſe, cùm ſit doctus, inſultet regionis Epiſcopo qui fortè eſt indoctus; nec ipſe laudem deſideret per dogmaticas doctrinas (id enim eſt religio, id eſt, cultus & fides) regionis autem Epiſcopum contemnat, ut qui dogmaticæ doctrinæ experientiam non habeat: ſed quieſcat, & regionis Epiſcopo convenientem honorem habeat. Quod enim, inquiunt, præter hoc fit, multæ eſt perturbationis cauſa, & ſuſpicio, quòd is ſtudeat relinquere Eccleſiam quæ illum ſortita eſt, & eam, quæ ad alterum pertinet, ſibi vendicare. Et propterea non tolerandum eſſe rati, ut Epiſcopus longo tempore verſetur in aliena diœceſi, ſubjunxerunt; quòd quia eſſet inhumanum & à fraterna dilectione alienum, ſi regionis Epiſcopi aliarum diœceſeon Antiſtites non admitterent; canone autem cautum eſt, ut ne Laicus quidem tribus dominicis ab Eccleſia abſit, vel ſit excommunicatus: omnino in Antiſtites quoque locum habebit hic canon. Unde etiam ſtatuerunt, ut nullus Epiſcopus ab Eccleſia, quæ illum ſortita eſt, diutius abſit, & ſibi commiſſum populum opprimat, niſi gravem aliquam neceſſitatem habeat, vel negotium arduum. Lege ſanctorum Apoſtolorum can. xiv. & xv. præſentis Syn. can. xii. xvi. xvii. Carthag. Syn. can. xxiii. & lxxi. Syn. vi. can. xvii. xviii. & xx. & ſcies quomodo puniuntur, qui ultra ſuæ diœceſis fines docent. Lege & xvi. can. primæ & ſecundæ Syn. & quæ in illo à nobis ſcripta ſunt: & ſcies quanto tempore debent Epiſcopi extra ſuos Epiſcopatus verſari. Ideo enim nec fuſiùs hîc de eo tractatum eſt. Interrogaverit autem quiſpiam, cùm lxxx. canon vi. Synodi, videlicet quæ in Trullo dicitur, Laicos ſegregari decreverit, qui tribus dominicis in Eccleſiam non convenerint, qui quidem hac Synodo fuit multo recentior, quomodo præſens canon, qui eſt multo antiquior, ejus meminit? Solutio. Alius quidem canon ante præſentem Synodum nihil ejuſmodi decrevit. Quæ autem hoc canone continentur, ſine ſcriptis, ut eſt veriſimile, exercebantur ab initio, ut etiam multa alia: poſtea autem Syn. in Trullo ea ſcriptis quoque mandavit.

ZONAR. Si quis Epiſcopus in aliam civitatem provinciámve abeat, jactabundus, hoc eſt, ut ibi ſe jactet atque oſtentet, laudémque eloquentiæ aucupetur, vel ut religioni conſecrandæ inſerviat, aut de fide & cultu, qui Deo exhibendus eſt, quærat: nam religio hic eſt ſervitus ſive Dei cultus, ac diutius ibidem commorari velit, neque ſit ejus regionis Epiſcopus admodum dicendi ac docendi peritus; ne crebriores ipſe conciones habeat, ex quo regionis illius Epiſcopum contemnere ac velut ineruditum notare videatur. Perturbationes namque ea res excitat, aut callide ac verſute factum interpretari licet, ut ſeſe nimirum populo ejus regionis admiratione eloquentiæ commendet, ac ſibi cathedram ejuſdem urbis deſpondeat; Ex quo præterea non dubitet creditam ſibi Eccleſiam relinquere, & in aliam tranſire. Tempus igitur, quo Epiſcopo in alia urbe aut regione ſuum Epiſcopum habente morari liceat, præfinire oportet. Nam ab Epiſcopo Epiſcopum non ad-

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν ἐπίσκοπος εἰς πόλιν ἀπέλθῃ ἑτέραν ἢ εἰς ἐπαρχίαν ἄλλην, κόμπου χάριν, ὥστε δηλονότι ἐπιδείξασθαι καὶ ἐγκωμιασθῆναι ὡς λόγιος, ἢ θρησκείαν καθυποστῆσαι ἢ ὅλως ζήτησιν πίστεως καὶ ὅπως χρὴ λατρεύειν· θρησκεία γὰρ ἡ λατρεία ἐστὶ· καὶ βούλοιτο πλείονα χρόνον διατρίβειν ἐκεῖ, ὁ δὲ τῆς χώρας ἐκείνης ἐπίσκοπος μὴ ἦ λόγιος, ὥστε διὰ τοῦτο διδάσκειν, μὴ ὁμιλεῖτο συνεχῶς, καταφρονῶν τὸν τῆς χώρας ἐπισκόπου, καὶ κατηχούμενον αὐτὸν ὡς ἀμαθῆ. αἴτιον γὰρ τοῦτο ταραχῆς, ἢ καὶ πανούργως γινόμενον, ἵνα ὡς λόγιος παρὰ τοῦ τῆς χώρας ἐκείνης λαοῦ θαυμασθῇ, καὶ φερμηνεύσηται τὸν τῆς πόλεως ἐκείνης καθέδραν, καὶ ἐντεῦθεν οὐ δίκαιον καταλιπεῖν τὸν αὐτοῦ ἐκκλησίαν, καὶ εἰς ἑτέραν μεθίστασθαι. δεῖ τοίνυν ὁρίσαι χρόνον, ὅσον ὀφείλει πρεσβεῦσαι ἐπίσκοπος εἰς χώραν ἢ πόλιν ἀπελθών, ὃν ἢ ἔστιν ἐπίσκοπος· καὶ γὰρ καὶ ὃ μὴ ὑποδέχεσθαι παρὰ ἐπισκόπου ἀσυνεπίσκοπον ἀπάνθρωπόν ἐστι, φαῦλον, πονηρόν. ἔστι δὲ, φησὶν,

Ψηφιοποιήθηκε από τον

ὅπερ οὖν, φησιν, οἱ πατέρες ἡμῶν, οἱ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τῆς λεγομένης ἕκτης συνόδου δηλαδὴ, ἐκείνων γάρ ἐστιν ὁ κανὼν π'. ἔκριναν, ἵνα εἴ τις λαϊκὸς ἐν πόλει διάγων ἐπὶ τρεῖς ἑβδομάδας μὴ συνέρχοιτο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀποκινοῖτο τῆς κοινωνίας, τουτέστιν ἀφορίζοιτο. εἰ δὲ περὶ λαϊκῶν ταῦτα εἴρηται, οὔτε πρέπον ἐστὶν, οὔτε συμφέρον ἐπίσκοπον ἐπὶ πολὺ ἀπολιμπάνεσθαι τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας, εἰ μή τινα βαρεῖαν ἀνάγκην ἔχει, ἢ πρᾶγμά τι δυσχερές.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ προσκαλούμενος ἐπίσκοπος ἐξ ἐπισκόπου, τῶν προσκαλεσαμένου ἰδιώτου τυγχάνοντος, μὴ συνεχέστερον δημηγοροίη· μῶμος γὰρ τοῦτο τοῦ ἰδιώτου, καὶ μνηστεία τῆς ἐπισκοπῆς ἐκείνου· καὶ ἀμφότερα οὐκ ἀμώμητα.

ΑΡΙΣΤ. Ἀνάγκης δίχα βραχείας, δυσχερὲς ὄν, ἐπὶ πλεῖστον τὸν ἐπίσκοπον τῆς οἰκείας ἐκκλησίας ἀπολιμπάνεσθαι.

Εἴ τις τῶν ἐπισκόπων εἰς ἑτέραν παραγένηται πόλιν, παρὰ τοῦ κατὰ χώραν προσκληθεὶς ἐπισκόπου, καὶ ὁ προσκαλεσάμενος αὐτὸν οὐκ ἔστι διδασκαλίας ἔμπειρος· μὴ διδασκέτω συνεχέστερον τὸν λαὸν, καὶ δημηγορίας ποιείτω. τοῦτο γὰρ ταραχὰς εἴωθε προξενεῖν, καὶ καταφρόνησιν ἐμποιεῖν τῷ προσκαλήσαντι αὐτὸν ἐπισκόπῳ. δοκεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς ἐπιδείξεως ταύτης, τὴν ἀλλοτρίαν προμνηστεύεσθαι ἐκκλησίαν, καὶ τὸν λαὸν εἰς ἑαυτὸν ἕλκειν, καὶ σπουδάζειν τὴν αὐτῷ παραδοθεῖσαν ἐκκλησίαν καταλιπεῖν, καὶ εἰς ταύτην μετατεθῆναι. ὥρισε γοῦν διὰ ταῦτα ἡ ἁγία σύνοδος, μὴ πλέον τριῶν ἑβδομάδων τὸν προσδεχθέντα ἐπίσκοπον τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας ἀπολιμπάνεσθαι· ἀλλ' εἰς τὸν ἐμπεπιστευμένον αὐτῷ λαὸν ὑποστρέφειν· εἰ μήπου τις αὐτὸν βαρυτάτη ἀνάγκη, ἢ πρᾶγμά τι δυσχερὲς καὶ ἐπὶ πλέον ἀπολιμπάνεσθαι ἐκβιάσοι.

ΚΑΝΩΝ ιβ'.

Τινὲς τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς ἐπίσκοποι καθίστανται, δοκοῦσι κεκτῆσθαι σφόδρα ὀλίγα ὑπάρχοντα ἴδια, ἐν ἑτέροις δὲ τόποις κτήσεις μεγάλας, ἐξ ὧν καὶ ἐπικουρεῖν δυνατοί εἰσι τοῖς πένησι· οὕτως αὐτοῖς συγχωρητέον εἶναι κρίνω, ἵνα εἰ μέλλοιεν εἰς τὰς ἑαυτῶν παραγίνεσθαι κτήσεις, καὶ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν ποιεῖσθαι, τρεῖς κυριακὰς ἡμέρας, τοῦτ' ἔστι, τρεῖς ἑβδομάδας ἐν τοῖς ἑαυτῶν κτήμασιν αὐτοὺς διάγειν, καὶ ἐν τῇ ἀγχιστευούσῃ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ πρεσβύτερος συνάγει, ὑπὲρ τοῦ μὴ χωρὶς συνελεύσεως αὐτὸν δοκεῖν εἶναι, συνέρχεσθαι καὶ λειτουργεῖν καὶ μὴ συνεχέστερον εἰς τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ἐστιν ἐπίσκοπος, παραγίγνοιτο. τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον καὶ τὰ οἰκεῖα αὐτοῦ πρόγματα, παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀπουσίαν, οὐδεμίαν ὑπομένει ζημίαν, καὶ ὃ τῆς ἀλαζονείας καὶ τοῦ τύφου ἐκκλίνειν δόξει ἔγκλημα. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον, ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ διατύπωσις.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν ια'. κανὼν διδάσκει περὶ τῶν ἀποδημησάντων ἐπισκόπων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, ἢ ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἐπαρχίαν· ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται τοὺς ἐπισκόποις, τοὺς ἔχοντας ἀκινήτοις μεγάλας κτήσεις εἰς ἀλλοτρίας ἐνορίας, ἀπαρεμποδίστως εἰς ταύτας ἀπέρχεσθαι διὰ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν, καὶ οὕτω χειραγωγεῖν τοὺς πένητας. πλήν, φησι, ἐπὶ μὲν τρεῖς κυριακαῖς ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος διάγειν εἰς τὰ οἰκεῖα κτήματα, καὶ μετὰ τῶν ἐγχωρίων πιστῶν ἐκκλησιάζειν καὶ συλλειτουργεῖν, ἤτοι συνεύχεσθαι μετὰ τοῦ ἐκεῖσε ὄντος πρεσβυτέρου, ἵνα μὴ δοκῇ χωρὶς συνελεύσεως ἐκκλησιαστικῆς εἶναι, καὶ προσκρούειν πρὸς τὸν ἀνωτέρω εἰρημένον κανόνα τὸν ἀφορίζοντα τοὺς ἐπὶ τρεῖς ἑβδομάδας μὴ συνιόντας εἰς ἐκκλησίαν. μετὰ δὲ τὰς τρεῖς κυριακὰς μὴ παραβάλλειν συχνότερον ἐν τῇ πόλει ἐν ᾗ ὁ κατὰ τόπον ἐστὶν ἐπίσκοπος· τούτου γάρ, φασιν, οὕτω γινομένου, οὔτε αὐτὸς ὑποπέσῃ χρηματικῇ ζημίᾳ, διὰ τὸ κατὰ παρουσίαν αὐτοῦ γενέσθαι τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν, οὔτε ὁ ἐγχώριος ἐπίσκοπος ἀλα-

A Cum ergo Patres, inquit, nostri (Synodi nimirum in Trullo, quæ sexta dicitur, ibi enim octogesimo canone statutum id fuit) si quis Laicus in urbe agens trium hebdomadarum spatio in Ecclesiam non convenerit, eum communione movendum, hoc est, segregandum esse, decreverint: si hæc de Laicis constituta sint, Episcopum ab Ecclesia sua diutius abesse, nisi si quando gravis necessitas negotiive difficultas coëgerit, nec deceat, nec expediat.

ARIST. *Episcopus ab Episcopo accersitus, si qui accersit sit imperitus, ne nimis assiduè concionetur, hoc enim imperito dedecori erat, & alter Episcopatum ejus ambire videbitur. Et utrumque reprehendendum.*

ARIST. *Sine gravi necessitate, Episcopum à suâ diutiùs abesse Ecclesiâ arduum est.*

Si quis Episcopus ad aliam accedat civitatem, ab ipso regionis Episcopo vocatus, & qui eum vocavit non est doctrinâ instructus, ne frequenter populum doceat, & conciones faciat. Hoc enim tumultus excitare solet, & Episcopo qui eum vocavit, contemptum afferre. Videtur autem & per ostentationem istam alienam ambire Ecclesiam & populum ad se attrahere, C & studere sibi traditam Ecclesiam relinquere, & in eam transferri. Propterea itaque decrevit sancta Synodus Episcopum admissum non plusquam tres septimanas suam relinquere Ecclesiam. Sed ad populum sibi concreditum redire, nisi fortasse gravissima aliqua necessitas, aut negotium aliquod difficile eum longiùs abesse cogat.

CANON XII.

Quidam fratres & Coëpiscopi in civitatibus, in quibus Episcopi constituuntur, videntur valde pauca, quæ sibi sint propria, possidere; in aliis autem locis magnas possessiones, ex quibus etiam possunt opem ferre pauperibus: iis ita esse concedendum judico, ut si in suas possessiones venturi sint, & fructus suos collecturi, tribus diebus dominicis, id est, tribus septimanis, in suis possessionibus degant; & in Ecclesia quæ prope est, in qua Presbyter populum congregat, ne à communione alienus videatur (Episcopus) conveniat, & sacrificium celebret, & ne frequentiùs in civitate, in qua est Episcopus, adsit. Eo enim modo, & res ejus propter ipsius absentiam nihil detrimenti patientur, & arrogantiæ ac superbiæ crimen effugere videbitur. Omnes Episcopi dixerunt; Placet hæc quoque constitutio.

BALS. Undecimus canon docet de Episcopis, qui à civitate in civitatem peregrè proficiscuntur, vel à provincia in provinciam: præsens autem canon statuit, ut Episcopi, qui magnas habent immobiles possessiones in alienis regionibus, in eas sine ullo impedimento proficiscantur ad fructus colligendos, & sic pauperes sustentent. Cæterùm tribus, inquit, dominicis debet Episcopus in suis possessionibus agere, & cum illius regionis fidelibus in Ecclesiam convenire, & unà celebrare, seu unà orare cum Presbytero qui illic est; ne videatur esse ab Ecclesiastica communione alienus, & in canonem supra positum offendere, qui quidem eos segregat, qui tribus dominicis in Ecclesiam non conveniunt. Cæterùm post tres dominicos non frequentiùs in civitate versari, in qua est Episcopus. Si enim, inquiunt, hoc ita fiat, nec ipse in damnum pecuniarium incidet, eo quòd in ejus præsentia fructus colligantur; nec regioni-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

gionis Episcopus eum arrogantiæ insimulabit. Hæc cùm ita se habeant, ne dixeris esse necessarium Episcopo, qui versatur in possessionibus quæ sunt extra suam Ecclesiam, illic tribus dominicis sedere, & non accedere in urbem in qua est ejus regionis Episcopus; sed consilium tantùm dari, ut vitetur scandalum. Si enim velit postea in civitatem proficisci, & cum illius regionis Episcopo familiariter colloqui, & in suas Ecclesiasticas possessiones redire, non vetabitur. Est enim scopus canonis, ne illius regionis Episcopus turbetur ab Episcopo, qui ultra suæ diœcesis fines accedit, & ab ipso fortasse injuria afficiatur. Lege & quæ in xvi. can. primæ & secundæ Syn. à nobis scripta sunt. Et nota quòd in immobilibus alienarum Ecclesiarum possessionibus illius regionis Episcopus episcopalia jura exercet. Ex longa autem consuetudine sæpe synodaliter confirmata, thronus Constantinopolitanus in omnium Ecclesiarum regionibus dat jus figendi crucem, & non solùm in iis relationem habet, sed & in possessionibus quas habet ubicunque. Quidam autem dicunt, hanc sanctam sedem hoc jus habere, non solùm in possessionibus, quas dominii jure obtinet, sed etiam in immobilibus Monasteriorum, quæ ei subjecta sunt, ubicunque ea sita sint. Rectè autem accepimus liturgiam sive sacrorum celebrationem pro oratione. Sacra enim celebrare, seu sacrificare, sine Episcopi regionis permissione, non potest.

A ζονείαν τούτῳ ὑπογράψαι. τούτων οὕτως ἐχόντων, μὴ εἶπῃς ἀναγκαῖον εἶναι τῷ διοικήσαντι ὑπόκωπον εἰς ζ΄ ἢ δ΄ ἐνορείαν κτήματα τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ, ὅπου τοῖς κυριακοῖς ἐκθέσθαι καθέδραν, καὶ μὴ παραβάλλειν ἐν τῇ πόλει ἐν ᾗ ὁ ἐγχωρίου ἐστὶν ἀρχιερεύς, ἀλλὰ συμβουλεύσιμον, ἵνα ὃ ἀσκανδάλιστον. εἰ γὰρ θελήσει ἀπαντῆσαι εἰς τὴν πόλιν ἀπελθεῖν καὶ συνομιλῆσαι εἰρηνικῶς τῷ ἐγχωρίῳ ἀρχιερεῖ, καὶ ὑποχωρῆσαι εἰς τὰ ἐκκλησιαστικὰ αὐτοῦ κτήματα, οὐ κωλυθήσεται. ὁ γὰρ σκοπὸς τοῦ κανόνος οὐδέν τι ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ ὅ μὴ ὀχληθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐγχωρίου ὑπόκωπον ὑπὸ τοῦ ἐν ἐνορείᾳ ὀκτὼ ἀφικνουμένου ὑπόκωπου, καὶ ἐν αὐτοῦ ἴσως ψευδεύεσθαι. ἀνάγνωσον καὶ τὸν ιε΄. κανόνα τῆς α΄. καὶ β΄. συνόδου γραφέντα ἐν ἡμῖν. καὶ σημείωσαι, ὅτι εἰς τοὺς ἀκινήτους κτήσεις τῶν ἀλλοτρίων ἐκκλησιῶν ὁ ἐγχώριος ὑπόκωπος ἐνεργεῖ τὰ ἀρχιερατικὰ δίκαια. ἀπὸ μακρᾶς δὲ συνηθείας βεβαιωθείσης πολλάκις συνοδικῶς, ὁ θρόνος τῆς Κωνσταντινουπόλεως σταυρογνώμονά τε δίδωσιν εἰς πάσας τὰς τῶν ἐκκλησιῶν ἐνορείας, καὶ ἀναφορὰν ἔχει οὐ μόνον ὧν τυγχάνει, ἀλλὰ καὶ ἐφ' αἷς ἔχει ἀκινήτοις κτήσεσιν ὁπουδήποτε. τινὲς δὲ λέγουσι, ὅτι αὐτὸ δίκαιον ἔχειν καὶ αὐτὸν ἄρχοντα θρόνον, οὐ μόνον εἰς τὰς διαφερούσας τούτῳ κυριακικῷ δικαίῳ κτήσεις, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἀκίνητα τῶν ὑποκειμένων τούτῳ μοναστηρίων ὁπουδήποτε διακείμενα. καλῶς δὲ ὀξελαβόμεθα τὸν λειτουργεῖν ἀντὶ

B

C

λειτουργεῖν γὰρ ἤτοι ἱερουργεῖν χωρεῖς ὑπόκωπος καὶ χωρεῖν ὑπόκωπου ἀδιάκριτόν ἐστιν.

Zonar. Episcopi quidam, inquit canon, in ejus urbis, cui præsunt, regionibus proprias (Ecclesiarum videlicet, non autem quas in privatis ipsorum facultatibus numerent) admodum exiguas; iidem in aliis regionibus amplas sane possessiones habent, ex quarum fructibus pauperum inopiam sublevare, necessaria ipsorum usibus suppeditantes, queant. Quos proinde fructus, ut colligant, in eas regiones aliquando ipsis necessario sit commeandum. Episcopo igitur, inquit, in suos agros profecto degere in aliena ditione ita liceat, ut ne ad urbanum Episcopum trium hebdomadarum intervallo se conferat; sed in suis sese possessionibus contineat, ac in propinquam eis Ecclesiam conveniat, in quam populus à Presbytero convocari solet, ibique liturgiæ vacet. Liturgiæ porro nomine hoc loco, non sacrorum celebrationem, incruentique sacrificii oblationem; sed statas preces, ac hymnos, qui solenni more Deo concinuntur, intelligi oportet. Nam sacra facere, aut aliud quidpiam summi sacerdotii munus in aliena regione obire, absque ejus, qui præest, Episcopi facultate, quî possit? Depositione etenim, qui id fecerit, trigesimi sexti Apostolici canonis decreto mulctari debet. Ut verò in Ecclesiam conveniat, ibique cum fidelibus precationi vacet, idcirco, inquiunt, permittimus, ne à communione alienus esse videatur, neve in canonem supra propositum offendat, per quem ei, qui tribus hebdomadis in Ecclesiam non convenerit, segregatio indicta est: non tamen in urbem ejus regionis frequentius commeet; ut hoc pacto neque ob facultates neglectas detrimenti aliquid subeat, neque arrogantiæ reprehensionem incurrat, quasi gloriolæ aucupandæ studio in alienam urbem aut regionem, docendi causa, ac ejus, qui in ea degit, Episcopi fugillandi sit profectus.

D

E

ΖΩΝΑΡ. Τῶν ὑποκώπων τινὲς, φησὶν ὁ κανὼν, ἐν ταῖς χώραις τῶν πόλεων, ὧν αἷς ὑποκοπούσιν, ὀλίγα κέκτηνται ἴδια τῆς ἐκκλησίων αὐτῶν, ἀλλ' οὐχὶ ἴδια τῆς οἰκείας εὐθηνίας, ἐν δὲ ἑτέραις χώραις ἔχουσι κτήσεις μεγάλας, ἐξ ὧν δύνανται βοηθεῖν τοῖς πένησι, διδόντες αὐτοῖς εἰς ὠφέλειαν, ὥστε ἀναγκαῖον εἶναι αὐτοῖς ἀπέρχεσθαι ἐκεῖ διὰ τὴν συλλογὴν τῶν καρπῶν. οὕτως οὖν, φησὶ, συγχωρεῖται εἰς ἑτέραν ἐνορείαν διὰ ὑποκώπου, ἵνα ἐπὶ τρεῖς ἑβδομάδας μὴ συνέρχοιτο τῷ ὑποκώπῳ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐν τοῖς αὐτοῦ διοικήσει, καὶ ἐν τῇ πλησιαζούσῃ ἐκεῖ ἐκκλησίᾳ. ἐν ᾗ δὲ τρισὶν ἑβδομάσι τὴν συνάξιν τοῦ λαοῦ ποιήσῃ, συνέρχηται, καὶ λειτουργῇ. Ὃ δὲ λειτουργεῖν ἐνταῦθα, οὐχὶ τὸ ἱερουργεῖν καὶ προσφέρειν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν νοητέον, ἀλλὰ τὸ δύνασθαι, καὶ τὰς συνήθεις ὕμνοις τῷ θεῷ ἀναπέμπειν. πῶς γὰρ ἱερουργῆσαι ἠδύνατο, ἢ ἄλλο τι ποιῆσαι ἀρχιερατικὸν δίκαιον εἰς ἀλλοτρίαν ἐνορείαν, μὴ ὄντος τοῦ ὑποκώπου τῆς χώρας τοῦτο ὑποκριθείς; καὶ γὰρ ὁ λς΄. κανόνα τῶν ἁγίων καθηρῆσθαι ὁ τοῦτο ποιήσας. καὶ τὸ συνέρχεσθαι δὲ εἰς ἐκκλησίαν, καὶ συνδύζεσθαι τοῖς ἐκεῖσε πιστοῖς, διὰ τοῦτο, φασὶν, ὑποκρίνομαι, ἵνα μὴ δόκῃ χωρεῖς συνελεύσεως εἶναι, καὶ προσκρούῃ πρὸς τὸν ἀνωτέρω εἰρημένον κανόνα, τὸν ἀφορίζοντα τοὺς ἐπὶ τρεῖς ἑβδομάδας μὴ συνιόντας εἰς ἐκκλησίαν· μὴ μέντοι, φασὶ, συνελθόντος εἰς τὴν πόλιν τῆς χώρας ἐκείνης ἐθελήσοιτο, ἵνα οὕτως μήτε ζημίαν τινὰ ὑποστῇ ἐκ τοῦ μὴ ὑπηρετεῖν τὰ οἰκεῖα, καὶ ὃ τῆς ἀλαζονείας ἐκκλῖναι αἰτίαμα, μὴ δόξαν νομιζόμενος ἀπέναι εἰς ἑτέραν πόλιν ἢ χώραν, ὥστε διδάσκειν, καὶ καταγνώσεως ὑπ' ἐκείνης ἐπισκοπον.

F

Arist. *Episcopus qui possessiones habet extra diœcesis suæ limites. Si eas sit invisurus, ne plusquam trium Dominicarum spatio ibi maneat. Sic enim ipsius grex eo fruetur, ipseque fastûs suspicione carebit.*

ΑΡΙΣΤ. Ἐπίσκοπος κτήσεις κεκτημένος ὑπερορίους, εἰ μέλλει ἐν ταύταις εἶναι· μὴ πλέον ἐκεῖσε μένέτω κυριακῶν τριῶν διαστήματος. οὕτω γὰρ ἡ οἰκεία τοῦτον ποιμὴν καταπλουτήσει, καὶ αὐτὸς ἄτυφος διαμένοι.

Si qui Episcoporum possessiones in alienis episcopatibus positas habeant. Illuc adire, ut eas observent & fructus colligant, non prohibentur. Sed & hi plusquam tres hebdomades in alienis episcopatibus immorari non permittuntur. Ut nec suæ Ecclesiæ negotio per absen-

Κτήματά τινες τῶν ὑποκώπων εἰ ἔχοιεν ἐν ἀλλοτρίαις ἐπισκοπαῖς κείμενα· οὐ κωλύονται ἀπέρχεσθαι εἰς ἐπιτήρησιν αὐτῶν, καὶ τὴν συλλογὴν τῶν καρπῶν ποιεῖσθαι. πλεῖ καὶ οὗτοι πλέον τριῶν ἑβδομάδων ἐν ἀλλοτρίαις ἐξαρνίζειν ἢ συνεχέτωσαν· ἵνα μήτε τὰ τῆς ἐκκλησίας αὐτῶν πράγματα

ἀφ'

διὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτῶν ἀπόλωνται, μήτε ἔγκλημα τύφου καὶ ἀλαζονείας αὐτοῖς προσάψωσιν, ἐπὶ μακρότερον ἐν ἀλλοτρίᾳ πόλει ἐνδιατρίβουσι.

A tiam eorum damnum patiantur, nec superbiæ & ostentationis accusationem sibi affigant, eo quod plus temporis in alienâ civitate consument.

ΚΑΝΩΝ ιγ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· ἐάν τις διάκονος, ἤτοι πρεσβύτερος, ἢ καί τις τῶν κληρικῶν ἀκοινώνητος γένηται, καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον ὃν εἰδότα αὐτὸν καταφύγῃ, γινώσκοντα ἀποκεκινῆσθαι αὐτὸν τῆς κοινωνίας παρὰ τῷ ἰδίου ἐπισκόπου, μὴ χρῆναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀδελφῷ αὐτοῦ ὕβριν ποιοῦντα παρέχειν αὐτῷ κοινωνίαν. εἰ δὲ τολμήσοι τοῦτο ποιῆσαι, γινωσκέτω συνελθόντων ἐπισκόπων ἀπολογίᾳ ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καθεστᾶναι. B

Canon XIII.

Osius Episcopus dixit; Si quis Diaconus, vel Presbyter, vel Clericus sit excommunicatus, & ad alium Episcopum, cui notus sit, confugerit, qui scit eum à proprio Episcopo esse communione motum; non oportere Episcopo & fratri suo injuriam facere, & ei commnionem præbere. Sin autem hoc facere ausus fuerit, sciat, cùm convenerint Episcopi, seipsum causam esse dicturum.

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι ὃν ιβ'. ιδ'. λβ'. καὶ λγ'. κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα ϛ'. τὰ αὐτὰ λέγοντας.

Bals. Lege xii. xiv. xxxii. & xxxiii. canonem sanctorum Apostolorum, & Antioch. Syn. can. vi. qui dicunt eadem.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο καὶ ἀποστολικοὶ κανόνες καὶ συνοδικοὶ πολλοὶ διετάξαντο. ὅτε γὰρ λβ'. καὶ ὁ λγ'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν, καὶ ὁ ιγ'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου τὰ αὐτὰ τεθεσπίκασιν.

Zonar. Plures hoc idem tum Apostolici tum synodici canones decrevêre. Eadem namque & xxxii. & xxxiii. sanctorum Apostolorum canone, & Antiochenæ Synodi decimotertio statuta reperias.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ὃν παρὰ τῷ ἰδίου ἐπισκόπου ἀφορισθέντα κοινωνίας μετὰ γνῶσιν ἀξιῶν, οὐκ ἀνεύθυνος. C

Arist. *Qui à proprio Episcopo excommunicatum communione sciens dignatur, non est innoxius.*

Ὁ ἐν εἰδήσει δεξάμενος ὃν παρὰ τῷ ἰδίου ἐπισκόπου ἀφορισθέντα πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ καί τινα τῶν κληρικῶν, καὶ συγκοινωνήσας, ἤτοι συλλειτουργήσας αὐτῷ, οὐκ ἀνεύθυνος, ἀλλ' ἀφορισθήσεται καὶ αὐτὸς, κατὰ ὃν δωδέκατον κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Qui Presbyterum, vel Diaconum vel & aliquem Clericorum à proprio Episcopo excommunicatum sciens acceperit, & communicaverit, aut cum eo sacra peregerit, crimine non vacat, sed & ipse segregabitur, secundùm xii. sanctorum Apostolorum canonem.

ΚΑΝΩΝ ιδ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο, ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι, καὶ ταχέως ἀντικρὺ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου κινηθεὶς, ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας τινὰ ἐθελήσοι, προνοητέον ἐστὶ μὴ ἀθρόον ὃν τοιοῦτον κατακρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖσθαι. πάντες ἐπίσκοποι εἰρήκασιν· ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ ὃν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτοῦ ἐπαρχίας καταφυγεῖν· εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ ὃν πλησιόχωρον κατατρέχειν καὶ ἀξιοῦν, ἵνα μετὰ ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. οὐ χρὴ γὰρ μὴ ἔχειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ἀξιοῦσιν. κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν ὃν τοιοῦτον, γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τῶν πράγματος γένηται, καὶ ἢ κυρωθῇ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἕκαστα ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν, πρὸ τῆς διαγνώσεως τῶν πράγματος, ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν· ἐὰν δὲ συνεληλυθότες τῶν κληρικῶν τινες κατίδωσι τὴν ὑπερόψιαν καὶ τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ, ἐπεὶ οὐ προσῆκόν ἐστιν ὕβριν ἢ μέμψιν ἄδικον ὑπομένειν, πικροτέροις καὶ βαρυτέροις ῥήμασιν ἐπιστρέφειν τοῦτον ὀφείλουσιν, ἵνα τῷ τὰ πρέποντα κελεύοντι ὑπηρετῶνται καὶ ὑπακούωσιν. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐπίσκοπος τοῖς ὑπηρέταις εἰλικρινῆ ὀφείλει τὴν ἀγάπην καὶ τὴν διάθεσιν παρέχειν, ὃν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ὑπηρετούμενοι ἄδολα τοῖς ἐπισκόποις τὰ τῆς ὑπηρεσίας ἐκτελεῖν ὀφείλουσιν. D E F

Canon XIV.

Si inveniatur quis Episcopus ad iram propensus, quod quidem ab ejusmodi homine abesse debet, & adversus Presbyterum vel Diaconum citò commotus, eum ex Ecclesia ejicere voluerit; providendum est, ne is repentè condemnetur, & communione privetur. Omnes Episcopi dixerunt; Qui ejicitur potestatem habeat confugiendi ad Episcopum Metropolis ejusdem provinciæ: si autem Metropolitanus abest, ad finitimum concurrendi, & rogandi ut suum negotium accurratè examinet. Neque enim non sunt aures præbendæ iis qui rogant. Ille quoque Episcopus, qui jure vel injuria eum expulit, æquo animo ferre debet, ut rei fiat examinatio; & vel ejus confirmetur sententia, vel corrigatur. Priusquam autem diligenter & ex fide singula examinata fuerint, qui communionem non habet, non debet ante rei cognitionem sibi suo jure communionem tribuere: Si vero Clerici aliqui convenerint, & ejus superbiam & arrogantiam viderint; quia non convenit contumeliam vel injustam expostulationem pati, acerbioribus & gravioribus verbis eum debent corrigere; ut jubenti quæ decet, inserviant & obediant. Sicut enim debet Episcopus ministris sinceram dilectionem & affectionem præbere; eodem modo & subjecti debent Episcopis non fraudulentum ministerium & obsequium exhibere.

ΒΑΛΣ. Εμαθες ἀπὸ ἑτέρων κανόνων, ὅτι οὐκ ἔξεστι τοῖς ἐπισκόποις ἀκρίτως ἀφορίζειν τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν. ὁ δὲ παρὼν κανών φησιν, ὅτι ἐὰν ἐπίσκοπος ὀξύχολος καὶ θυμώδης ὑπάρχων, κἂν οὐκ ἐνδέχηται τοιοῦτον εἶναι τὸν ἐπίσκοπον, ἀλλὰ πρᾷον καὶ μετριόφρονα, ἀφορίσῃ ἀπὸ θυμοῦ πρεσβύτερον αὐτοῦ ἢ διάκονον, προνοητέον, ἤτοι φροντιστέον, μὴ ἀπεντεῦθεν τοῦτον κατακρινόμενον λογίζεσθαι, ὥστε μὴ συγκοινωνεῖν ἤγουν μὴ ἐνεργεῖν τὰ τῆς ἱερατείας μετὰ τῶν ἱερουργούντων· ὁ γὰρ κύριος, λάβετε, εἶπε, πνεῦμα ἅγιον, ὧν ἂν ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, ὧν δ' ἂν κρατῆτε,

Bals. Didicisti ab aliis canonibus, quòd non licet Episcopis indicta causa suos Clericos segregare. Præsens autem canon dicit, quòd si Episcopus ad iram propensus ac biliosus existens (etiamsi non debet esse talis Epicopus, sed mitis & moderatus) Presbyterum suum vel Diaconum ira percitus segregaverit, providendum est, seu cura est adhibenda, ne is ex eo condemnatus existimetur, ut non unà communicet, seu quæ sunt Sacerdotalia exerceat cum iis qui sacra operantur. Dominus enim dixit; Accipite Spiritum sanctum; &, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; quorum autem retinetis,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Μετὰ τὴν ὁρισθεῖσαν ἡμέραν τῆς συνόδου, ὡς μέμνησθε ἀδελφοὶ μακαριώτατοι, πολλὰ ἐζητήθη ἐν τῷ ἀναμένειν ἡμᾶς τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν, τοὺς νῦν εἰς τὴν παροῦσαν σύνοδον τοποτηρητὰς συνελθόντας, ἃ τοῖς πεπραγμένοις ἀνάγκη ἐστὶν ἐντεθῆναι. διὸ τῷ δεσπότῃ ἡμῶν περὶ τῆς συνελεύσεως τοῦ τοιούτου ἀθροίσματος ὑπολελείπται χάριτας ἀναπέμψαι, ἵνα τοῦτο μὲν, τὰ ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἃ νῦν ἔχομεν καὶ ἀπὸ τῶν πατέρων κατέστησαν· τοῦτο δὲ, καὶ ἅπερ ἐνταῦθα ἀπὸ τῶν προηγησαμένων ἡμᾶς, τὴν αὐτὴν σύνοδον βεβαιωσάντων, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τύπον ἀνὰ πάντας τοὺς τῶν κληρικῶν βαθμοὺς ἀπὸ τοῦ ἄκρου ἕως τοῦ ἐσχάτου σωτηριωδῶς τασθέντα, εἰς μέσον προενεχθῶσιν. ἀπὸ πάσης τῆς συνόδου ἐλέχθη, προενεχθῶσιν.

Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω.

Τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως, ἤτοι τὰ ὁρισθέντα, οὕτως ἔχει. καὶ ἐν τῷ λέγειν, Φαυστῖνος Ἐπίσκοπος Πικένου, τοῦ λαοῦ τοῦ Ποτεντίνου, τῆς Ἰταλῶν χώρας, τοποτηρητὴς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, εἶπεν· ἐπετράπη ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τίνα ἐγγράφως τρακταϊστέα, ὡς αὐτῶν μεμνήμεθα ἐν τοῖς ἀνωτέρω πεπραγμένοις, τοῦτ' ἔστι περὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων, ἵνα φυλαχθῶσι καὶ ὁ ὁρισμὸς αὐτῶν καὶ ἡ συνήθεια· ὅπερ τινὰ τάξει καὶ κανόνι κρατοῦνται, τινὰ δὲ συνηθείᾳ ἐτυπώθη. περὶ τούτων τοίνυν ἐν πρώτοις, ἐὰν ἀρέσκῃ τῇ μακαριότητι ὑμῶν, συζητήσωμεν, καὶ μετὰ ταῦτα τὰ λοιπὰ πεπραγμένα καὶ ἐναρχθέντα ἐνταττόμενα βεβαιωθῶσιν, ἵνα καὶ πρὸς τὴν ἀποστολικὴν καθέδραν ἀντιγράφοις ὑμετέροις ἐμφανίσαι δυνηθῆτε, καὶ τῷ αὐτῷ προσκυνητῷ Πάπᾳ δηλώσητε, ὡς ἐπιμελῶς ἀνεμνήσθημεν, εἰ καὶ ὅτι τὰ κεφάλαια τῶν πράξεων ἤδη τοῖς πεπραγμένοις ἐνεβλήθησαν. περὶ τούτων τοίνυν, ὡς προεῖπον, τί ἀρέσκῃ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ καὶ μακαριότητι πράξαι ὀφείλομεν. ἐλθέτω τοιγαρ-

CANONES CCXVII. BEATORUM PATRUM qui Carthagine convenerunt.

CArthaginensis Synodus habita fuit imperante quidem veteri Romæ Honorio, Constantinopoli verò Theodosio juniore; ducentis septemdecim divinis Patribus ex Africa & illi subjectis regionibus Carthagine congregatis. Est enim Carthago pars Carchedonis; at Carchedon est Provincia Africæ. Africa autem in multas provincias dividitur quarum una est Carchedon. Porrò in hanc quoque synodum cum patribus legati à Papa Romano missi convenerunt. Apostolicam enim sedem Romanam cathedram nominârunt; quod Petrus Apostolorum princeps ibi claruerit, Linumque primum Pontificem in ea constituerit. Huic autem Synodo præfuit Aurelius Carthaginensis Ecclesiæ Episcopus, quem etiam Papam nominabant; & Valentinus, primæ sedis provinciæ Numidicæ, & alii Episcopi duarum Numidiarum & Byzacenæ & Mauritaniæ & Cæsarianæ & Tripolis Anthypatianæ: hæ sunt enim partes Africæ. Ecclesiæ autem Romanæ legati erant Faustinus Episcopus Piceni Italorum provinciæ; Potentinæ Ecclesiæ, Philippus & Asellus Presbyteri. Quinetiam alii è dictis Africæ provinciis Legati aderant, eorum locos, qui in synodum convenire non poterant, implentes. Unde & τοποτηρητῶν (i.e. loci servatorum) nomen adepti sunt, à verbo τηρεῖν, quod est, servare sive implere locum eorum à quibus mittuntur. Cùm convenisset autem Synodus,

Aurelius Episcopus dixit.

Post diem Synodi definitum, ut meministis beatissimi fratres, multa quæsita sunt, dum expectaremus fratres nostros, qui nunc ad præsentem Synodum legati convenerunt; quæ in acta referri necesse est. Quamobrem Domino nostro de hujus congregationis conventu restat gratias agere; partim quidem, ut Nicænæ Synodi exemplaria, quæ nunc habemus, & à Patribus constituta sunt, partim & quæ hic ab iis, qui nos præcesserunt, eandemque Synodum confirmârunt, & quæ ex eadem forma per omnes clericorum gradus à summo usque ad ultimum salubriter constituta sunt, in medium proferantur. Ab universa Synodo dictum est, Proferantur.

Daniel Notarius legit.

Nicænæ Synodi professio fidei seu decreta, sic se habent. Et dum diceret, Faustinus Piceni, Italiæ Provinciæ Episcopus, populi Potentini, Romanæ Ecclesiæ Legatus, dixit: Commissa sunt nobis à sede Apostolica quædam in scriptis tractanda, prout in actis superioribus meminimus, id est, de canonibus Nicææ factis, ut serventur & decretum eorum & consuetudo: quandoquidem quædam ordinatione & canone observantur; quædam autem consuetudine informata sunt. De his ergo in primis, si vestræ placeat beatitudini, inquiramus; & postea reliqua, quæ acta vel inchoata sunt, ordinata confirmentur: ut Apostolicæ cathedræ vestris rescriptis ostendere possitis, & eidem venerando Papæ declaretis, quòd diligenter eorum recordati sumus; siquidem & actionum capitula gestis jam inserta sint. De his ergo, sicut superiùs dixi, quid vestræ placeat dilectioni & beatitudini, facere debemus.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Veniat ergo in medium commonitorium, ut possitis cognoscere quid in eo comprehenditur, ut ad singula detur responsio.

Aurelius dixit: proferatur commonitorium, quod fratres & comministri nostri in actis nuper allegârunt, & reliqua consequenter, quæ & acta & agenda sunt.

BALS. Episcopus quidem Aurelianus, orationem inchoans, dixit quòd Domino Deo pro patrum conventu gratiæ agendæ sunt, ut quæ à patribus, qui Nicææ convenerunt, examinata & decreta sunt, quæ à patribus nostris habemus, & quæ patres qui præcessêre confirmârunt, id est firma existimârunt, & quæcunque illi expresserunt de omnibus qui in clerum relati sunt, in medium proponantur. Faustinus autem dixit; Quædam nobis à Papa commissa sunt tractanda, id est, consideranda, examinanda, discutienda: (Latini enim tractatum vocant propositum & consilium) & ut serventur Nicænorum canonum decretum & consuetudo. Cùm autem dixisset canonum decretum & consuetudinem, subjunxit, quòd quædam ordinatione & canone corroborantur, quædam verò consuetudine informata sunt: utpote quòd consuetudo tempore probata & confirmata debet observari. Deinde petivimus, ut in medium proferretur commonitorium, seu scriptis mandatus commentarius eorum quæ facta & dicta sunt. (Mos enim erat ea, quæ in congressionibus fiebant & dicebantur, scribere;) vel commonitorium dicit Papæ mandatum, per quod in scriptis mandaverat quænam quæri deberent, ut ea scirent, & nihil eos lateret: quod est magis verisimile. Adjicitur enim: Daniel Notarius legit commonitorium, & quæ sequuntur, Fratri Faustino, & filiis Philippo & Asello Presbyteris.

Res quæ vestræ fidei creditæ sunt non latent: vos ergo ita, ut vestra illic, vel potiùs quoniam nostra in vobis est præsentia, omnia peragite; maximè cùm & hoc mandatum nostrum habeatis, & verba canonum, quæ ad majorem confirmationem præsenti commonitorio inseruimus. Sic enim dixerunt, fratres, qui in Nicæna Synodo fuère, quando de Episcoporum appellatione sententiam tulerunt; Placuit autem ut si Episcopus accusatus fuerit, & propriæ ejus provinciæ congregati Episcopi judicaverint, & ipsum è gradu suo moverint, & visum sit appellare, & ad beatissimum Romæ Episcopum confugere, & ipse eum audiri voluerit, & æquum existimaverit ut renovetur examen, scribere dignetur ad Episcopos qui sunt in finitima provincia, ut ipsi diligenter omnia inquirant, & ex vero & æquo peragant. Et ideo si quis rogat causam suam rursus audiri, & Episcopum Romanum sua supplicatione moverit, ut à latere suo legatum mittat, in sua sit potestate, quid velit & quid melius existimet. Et si decreverit mittendos esse aliquos, qui præsentes cum Episcopis judicent, auctoritatem ejus, à quo missi sunt habentes; ejus relinquatur judicio. Sin autem ad terminandam litem Episcopos sufficere putaverit, faciet quod prudentissimo ejus consilio visum fuerit.

ARIST. *Si Episcopum Episcopi deposuerint, si ad Episcopum Romanum appellaverit, benignè audiendus est, rescribente aut jubente Episcopo Romano.*

Et hic canon, quemadmodum canon quartus, Romano, quem Episcopus depositus appellat potestatem

A οὖν εἰς μέσον τὸ κομμονιτώριον, ἵνα δυνηθῆτε γνῶναι, τί ἐν αὐτῷ περιέχεται, ὅπως πρὸς ἕκαστα ἀπόκρισις δοθῇ.

Αὐρήλιος εἶπε· Προκομισθήτω κομμονιτώριον, ὅπερ οἱ ἀδελφοὶ καὶ συλλειτουργοὶ ἡμῶν τοῖς πεπραγμένοις ἔναγχος ἐνεφάνισαν, καὶ τὰ λοιπὰ ἀκολούθως, τά γε πεπραγμένα καὶ τὰ πρακτέα.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν Ἐπίσκοπος Αὐρήλιος, τοῦ λόγου προκαταρξάμενος, εἶπεν, ὅτι εὐχαριστεῖν δεῖ τῷ δεσπότῃ Θεῷ ὑπὲρ τῆς συνελεύσεως τῶν πατέρων, ἵνα τά τε παρὰ τῶν ἐν
B Νικαίᾳ πατέρων δοκιμασθέντα καὶ ὁρισθέντα, ἃ ἔχομεν ἀπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν πατέρων, καὶ ἅπερ οἱ προηγησάμενοι πατέρες ἐβεβαίωσαν, ἀντὶ τοῦ βέβαια ἡγήσαντο, καὶ ὅσα ἐκεῖνοι ἐτύπωσαν περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κατειλεγμένων, προτεθῶσιν εἰς μέσον. ὁ δὲ Φαυστῖνος ἔφη, ὅτι ἐπετράπη ἡμῖν ἀπὸ τοῦ Πάπα τινὰ τρακταϊστέα, τουτέστι σκοπητέα, ἐξεταστέα, δοκιμαστέα. (οἱ γὰρ Λατῖνοι τρακτάτον τὸν σκοπὸν καὶ τὸ βούλευμα λέγουσι·) καὶ ἵνα φυλαχθῶσι τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων καὶ ὁ ὁρισμὸς καὶ ἡ συνήθεια, εἰπὼν δὲ κανόνων ὁρισμὸν καὶ συνήθειαν, ἐπήγαγεν, ὅτι τινὰ τάξει καὶ κανόνι κρατοῦνται, τινὰ δὲ συνηθείᾳ ἐτυ-
C πώθη· ὡς καὶ τὰ τῆς χρόνῳ δοκιμασθείσης καὶ βεβαιωθείσης κρατεῖν ὀφείλει. εἶται ἐζητήσαμεν εἰς μέσον προενεχθῆναι τὸ κομμονιτώριον, ἤτοι τὸ ἔγγραφον ὑπόμνημα τῶν πραχθέντων καὶ λαληθέντων. (ἔθος γὰρ ἐν ταῖς συνελεύσεσι τὰ λαλούμενα καὶ τυπούμενα καὶ ὅσα ἐπράχθησαν γράφεσθαι.) ἢ κομμονιτώριον τὴν ἐντολὴν τοῦ Πάπα φησὶ, δι' ἧς ἐνετείλατο ἐγγράφως τίνα ὤφειλον ζητηθῆναι, ὡς ἂν γινώσκωσι ταῦτα, καὶ μηδὲν λανθάνῃ αὐτῶν, ὅπερ μᾶλλον ἔοικεν εἶναι. πρόσκειται γάρ· Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω κομμονιτώριον, καὶ τὰ ἑξῆς, τῷ ἀδελφῷ Φαυστίνῳ καὶ τοῖς τέκνοις Φιλίππῳ καὶ Ἀσέλλῳ τοῖς πρεσβυτέροις.

D

Τὰ καταπιστευθέντα ὑμῖν πράγματα οὐ λανθάνουσιν· ὑμεῖς οὖν οὕτως, ὡς ἵνα ἡ ὑμετέρα ἐκεῖσε, μᾶλλον δὲ ἐπεὶ ἡ ἡμετέρα ἐκεῖσε ἐν ὑμῖν παρουσία ἐστὶ, πάντα ἐκτελέσατε· μάλιστα καὶ τοῦτο ἡμῶν ἔχοντες τὸ ἔνταλμα καὶ τὰ ῥήματα τῶν κανόνων, ἅ τινα πρὸς πλείονα βεβαίωσιν τῷ παρόντι κομμονιτωρίῳ ἐνετάξαμεν. οὕτως γὰρ εἶπον, ὦ ἀδελφοὶ, οἱ τὸν ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὅτε περὶ τῆς Ἐπισκόπων ἐκκλήτου ἐψηφίζοντο· ἤρεσεν δὲ, ὥστε ἐὰν ἐπίσκοπος κατηγορηθῇ, καὶ κρίνωσιν οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι τὸν ἰδίας αὐτοῦ ἐπαρχίας, καὶ ἐκ τοῦ βαθμοῦ αὐτοῦ καθ-
E έλωσιν αὐτὸν, καὶ δόξῃ ἐκκαλεῖσθαι καὶ καταφεύγειν πρὸς τὸν μακαριώτατον Ἐπίσκοπον Ῥώμης, καὶ αὐτὸς θελήσῃ ἀκουσθῆναι τοῦτον, καὶ τὸ τοιοῦτον δίκαιον νομίσῃ, ὥστε ἀνανεωθῆναι τὴν ἐξέτασιν, γράψαι καταξιώσει πρὸς τοὺς ἐν τῇ ὁμορούσῃ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους, ἵνα αὐτοὶ ἐπιμελῶς πάντα συζητήσωσιν, καὶ κατὰ τὸ ἀληθὲς παραιώσωσι. διὸ ἐάν τις ἀξιοῖτο πρᾶγμα αὐτοῦ πάλιν ἀκουσθῆναι, καὶ οἰκείᾳ δεήσει κινήσει τὸν ἐπίσκοπον Ῥώμης, ἵνα ἐκ τοῦ πλευροῦ αὐτοῦ πρεσβύτερον ἀποστείλῃ, ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ εἴη, ὅπερ βούλεται, καὶ ὅπερ ὑπολαμβάνει. καὶ ἐὰν ψηφίσηται ὀφείλειν πεμφθῆναί τινας, ὥστε παρόντας αὐτοὺς μετὰ τῶν ἐπισκόπων κρῖναι, ἔχοντες τὴν αὐθεντίαν
F τοῦ ἀποστείλαντος αὐτοὺς, ἐν τῇ κρίσει αὐτοῦ εἴη. ἐὰν δὲ καὶ νομίσῃ ἀρκεῖν τοὺς ἐπισκόπους, ἵνα πέρας τῷ πράγματι ἐπιθῶσι, ποιήσει τὸ τῇ συνετωτάτῃ αὐτοῦ βουλῇ περιστάμενον.

ΑΡΙΣΤ. Εἰ καθέλωσιν ἐπίσκοπον ἐπίσκοποι, ἐὰν τῷ Ῥώμης ἔκκλητον ἐπάγοιτο, ἤτω εὐάκουστος, τοῦ Ῥώμης γράφοντος ἢ ἐπιτάττοντος.

Δίδωσι καὶ ὁ κανὼν οὗτος, καθὼς καὶ ὁ τέταρτος τὸν ἐν Σαρδικῇ συνόδου κανὼν, ἐξουσίαν τῷ Ῥώμης προσερχομένῳ παρὰ τοῦ

Ψηφιοποιήθηκε από τρ

τοῦ καθαιρεθέντος ἐπισκόπου, ἢ πρεσβυτέρους ἀποστέλλειν ἰδίους, καὶ τηρεῖν μετὰ τῶν ἐπισκόπων κατέκλητον τὴν ἐξενεχθεῖσαν παρ' αὐτῶν κατὰ τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐκκαλεσαμένου καθαίρεσιν· ἢ γράφειν τοῖς γειτνιάζουσιν ἐπισκόποις τῇ ἐπαρχίᾳ, καὶ παρ' ἐκείνων τὰ τῆς ἐκκλησίας τηρεῖσθαι.

A dat, aut suos mittere presbyteros, & cum Episcopis Episcopi appellantis depositionem, de qua fit appellatio, ab ipsis illatam examinare, aut ad vicinos provinciæ Episcopos scribere, & ab illis illa quæ ad Ecclesiam pertinent, observentur.

Καὶ ἀναγνωσθέντων, Ἀλύπιος ἐπίσκοπος τῆς Θεαγαστέων ἐκκλησίας, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, εἶπε, περὶ τούτου ἤδη καὶ τοῖς ἀνωτέρω γράμμασι τῆς συνόδου ἡμῶν ἀντεγράψαμεν· καὶ τοῦτο ἡμᾶς φυλάξειν ὁμολογοῦμεν, ὃ ὁρισθὲν ὑπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· ὅμως ἔτι ἐμὲ κινεῖ, ὅτι ἐν τῷ ἐπισκήπτειν ἡμᾶς τοῖς γραικικοῖς ἴσως B ταύτης τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ταῦτα ἐκεῖ οὐκ οἶδα ποίῳ λόγῳ οὐδαμῶς εὕρομεν· ὅθεν αἰτοῦμεν τὴν τιμιότητα τὴν σὴν, ἁγιώτατε Πάπα Αὐρήλιε, ἔπειτα τὰ αὐθεντικὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐν Κωνσταντινουπόλει λέγεται εἶναι, τινὰς μετὰ γραμμάτων τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης πέμψαι καταξιώσατε· καὶ μὴ μόνον πρὸς αὐτὸν τὸν ἁγιώτατον ἀδελφὸν ἡμῶν τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Ἀντιοχείας τοὺς προσκυνητοὺς ἱερεῖς, οἵ τινες τὴν αὐτὴν σύνοδον ἡμῖν μετὰ ὑποσημειώσεως τῶν οἰκείων γραμμάτων ἀποστείλωσιν, ὥστε πᾶσαν μετὰ ταῦτα ἀμφισβήτησιν ἀφαιρεθῆναι· ἔπειτα καὶ ἡμεῖς οὕτως, ὡς ὁ ἀδελφὸς Φαυστῖνος ἤγαγεν, οὐδαμῶς εὕρομεν ταῦτα. ὅμως ἡμᾶς πρὸς ὀλίγον φυλάξαντας, ὡς προεῖπον, ἕως οὗ τὰ ἐντελῆ ἴσα ἔλθωσιν, ὁμολογοῦμεν· ὀφείλομεν δὲ αἰτῆσαι γράμμασι ἡμετέροις καὶ τὸν σεβασμιώτατον τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης ἐπίσκοπον Βονηφάτιον, ἵνα καὶ αὐτὸς ὁμοίως καταξιώσῃ πρὸς τὰς μνημονευθείσας ἐκκλησίας στεῖλαί τινας, ὀφείλοντας τὰ αὐτὰ ἴσα κατὰ τὰ παρ' αὐτοῦ γραφέντα ἀγαγεῖν. νῦν δὲ τῆς μνημονευθείσης ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἅπερ ἔχομεν, ἴσα τοῖς πεπραγμένοις τούτοις συζεύξομεν.

Et his lectis; Alypius Tagastensis Ecclesiæ Episcopus, Numidicæ provinciæ Legatus, dixit; De hoc jam & in superioribus Synodi nostræ literis rescripsimus; & id nos servaturos profitemur, quod à Nicæna Synodo decretum est: me tamen adhuc movet, quòd dum vetera hujus Synodi Nicænæ exemplaria consulimus, ea illic, nescio qua ratione, nequaquam invenimus. Unde reverentiam tuam rogamus, sanctissime Papa Aureli, ut, cùm Nicænæ Synodi authentica Constantinopoli esse dicantur, aliquos cum sanctitatis vestræ literis mittere dignemini: & non solùm ad ipsum sanctissimum fratrem nostrum Constantinopolitanum Episcopum; sed etiam ad Alexandriæ & Antiochiæ venerabiles Sacerdotes, qui nobis hanc Synodum cum suarum litterarum obsignatione mittant, ut omnis dehinc dubitatio tollatur; quandoquidem hæc ita, ut frater noster Faustinus attulit, non invenimus. Nos tamen, ut ante dixi, tantisper servaturos, donec integra & perfecta exemplaria venerint, profitemur. Petendus est autem literis nostris etiam venerabilis Ecclesiæ Romanæ Episcopus Bonifacius, ut ipse quoque dignetur ad memoratas Ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria, juxta illa quæ ab ipso scripta sunt, afferant. Nunc autem dictæ Nicænæ Synodi, quæ habemus, exemplaria actis istis conjungemus.

Φαυστῖνος τοποτηρητὴς τῆς Ῥώμης εἶπεν· οὐδὲν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη πρόκριμα ποιεῖ τῇ ἐκκλησίᾳ Ῥώμης, εἴτε περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου, εἴτε περὶ ἄλλων· ἔπειτα ἠξίωσεν ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ἀλύπιος ἀμφιβόλους εἶναι τοὺς κανόνας. ἀλλὰ ταῦτα πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον Πάπαν ἡμῶν γράψαι καταξιώσατε, ἵνα καὶ οὕτως ὁλοκλήρους τοὺς κανόνας συζητῶν μετὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης περὶ πάντων τῶν ὁρισθέντων τρακταίσῃ. ἀρκεῖ γὰρ, ἵνα καθὼς ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη παρ' ἑαυτῇ τρακταίζει, οὕτω καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν συζητήσῃ, μή πως φιλονεικία μεταξὺ τῶν ἐκκλησιῶν τις ἀναφυῇ. ἀλλὰ μᾶλλον ἀδελφικῇ ἀγάπῃ βουλεύσασθαι, ἀντιγράφοντος αὐτοῦ, τί ὀφείλει κρειττόνως φυλαχθῆναι.

Faustinus Ecclesiæ Romanæ legatus dixit; Vestra sanctitas nullum Romanæ Ecclesiæ facit præjudicium, sive de hoc capitulo, sive de aliis: quandoquidem censuit frater noster & comminister Alypius dubios esse canones. Sed hæc sanctissimo & beatissimo Papæ nostro scribere dignemini, ut sic, cum vestra sanctitate integros canones conquirens, de omnibus decretis tractet. Sufficit enim, ut quemadmodum vestra sanctitas apud se tractat; sic & ipse per seipsum conquirat, ne inter Ecclesias aliqua contentio exoriatur: sed potiùs fraterna dilectione consuletis, eo rescribente, quid melius observari debet.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν·

Ἐκτὸς ὧν προτεθείκαμεν ἐν τοῖς πεπραγμένοις, ἀνάγκη ἐστὶ καὶ γράμμασι τῆς ἡμετέρας βραχυτήτος τῷ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν Βονηφατίῳ πάντα, ὅσα ψηλαφῶμεν, εἰς πλῆρες ἐμφανίσαι· ἐὰν τοίνυν πᾶσιν ἀρέσκει ἡ ἡμετέρα ἐπακολούθησις, μάθωμεν στόματι πάντων.

Aurelius Episcopus dixit.

Præter ea, quæ in actis proposuimus, necesse est, ut literis quoque nostræ parvitatis sanctissimo fratri nostro & sacrorum comministro Bonifacio omnia, quæ tractamus, plenissimè significentur. An ergo nostra omnibus placeat consequentia, ex ore omnium discamus.

Σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· ἀρέσκει.

Ναυᾶτος ἐπίσκοπος, τοποτηρητὴς Μαυριτανίας Σιτιφέντης, εἶπε· μεμνήμεθα τοίνυν τοῦτο ὃ κομμονιτώριον περὶ πρεσβυτέρων, ἔτι μὴν διακόνων ὡς περιέχειν, πῶς ὀφείλουσιν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων ἢ ἐκ τῶν ὁμορούντων ἀκούεσθαι, ὅπερ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ οὐδαμῶς ἀνέγνωμεν· διὸ τοῦτο αὐτὸ κελεύσει ἡ ὑμετέρα ἁγιοσύνη ἀναγνωσθῆναι.

Universa Synodus dixit; Placet.

Novatus Episcopus, Mauritaniæ Sitifensis Legatus, dixit; Meminimus equidem hoc commonitorium de Presbyteris, & præterea de Diaconis ferme continere, qualiter debeant à propriis Episcopis, vel ab iis qui sunt finitimi, audiri; quod in Nicæna Synodo nequaquam legimus. Propterea id jubebit vestra sanctitas legi.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν. ἀναγνωσθήτω ἐπὶ τόπου καὶ τοῦτο ὃ ζητήμενον.

Aurelius Episcopus dixit; Coràm legatur hoc quoque quod quæritur.

Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω.

Περὶ ἐκκλήτων δὲ κληρικῶν, τοῦτ' ἔστι, τῶν ἥττονος τόπου, τῆς συνόδου βεβαία ἐστὶν ἀπόκρισις· περὶ ἧς τί μέλλετε πράττειν ἡγησάμεθα ὀφείλειν ἐναγῆναι, ἔπειτα οὕτως λέλεκται.

Daniel Notarius legit.

De appellationibus autem Clericorum, hoc est, minoris loci, certa Synodi responsio: de qua quid velitis agere inserendum existimamus, quoniam sic dictum est.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Osius Episcopus dixit; Quod me adhuc movet, tacere non debeo. Si quis fortè iracundus Episcopus (quod esse non debet) adversus Presbyterum vel Diaconum suum citò vel etiam asperè motus, eum à propria Ecclesia segregare voluerit, providendum est, ne sine causa condemnetur, vel perdat communionem: habeat ergo potestatem ejectus ad finitimos accedendi, ut causa ejus audiatur & diligentiùs tractetur. Ei enim roganti audientia non est deneganda: quin & ille Episcopus, qui eum, sive jure sive injuria, ejecit, rem discuti patienter feret, ut vel confirmetur vel corrigatur ejus sententia, & cætera.

A Οσιος ἐπίσκοπος εἶπε· ὃ ἔτι κινοῦν με, σιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. ἐάν τις τυχὸν ἐπίσκοπος ὀργίλος, ὅπερ οὐκ ὀφείλει, ταχέως ἢ καὶ τραχέως κινηθεὶς κατὰ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ἰδίου, ἀφορίσαι τοῦτον τῆς ἰδίας θελήσοι ἐκκλησίας, προνοητέον ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀναιτίως κατακριθῇ, ἢ ἀπολέσῃ τὴν κοινωνίαν· ἐχέτω δὲ ἐξουσίαν ἐκβληθεὶς προσελθεῖν τοῖς ὁμόροις, ὥστε ἀκουσθῆναι τὴν αἰτίαν αὐτοῦ, καὶ ἐπιμελέστερον ψηλαφηθῆναι. οὐκ ὀφείλει γὰρ αὐτῷ παρακαλοῦντι ὑπακοὴ ἀρνηθῆναι· κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ὁ εἴτε δικαίως εἴτε ἀδίκως ἐκβαλὼν αὐτὸν, ἀνεξικάκως δέξεται, ὅπως ὃ πρᾶγμα σκοπηθῇ, καὶ ἢ κυρωθῇ ἢ διορθωθῇ ἡ ψῆφος αὐτοῦ, καὶ τὰ λοιπά.

B

ARIST. *Presbyter, & Diaconus segregatus, libertatem habet ad vicinos appellandi. Quinetiam qui segregavit, æquo animo ferre debet quod confirmatum fuerit.*

ΑΡΙΣΤ. Πρεσβύτερος, καὶ διάκονος ἀφωρισμένος, ἄδειαν ἔχει τοῖς ὁμόροις ἐγκαλεῖν. καὶ μὴν τοι φέρειν ἀνεξικάκως ὁ ἀφορίσας ὃ κυρωθησόμενον ἐποφείλει.

Hic Canon confusioni & scandalis occasionem præbet. Nam Clericum à suo Episcopo depositum ad provinciæ istius Metropolitanum confugere & appellare justum est & canonicum: metropolitano autem absente, depositum vicinos adire Episcopos, eosque Episcopi ipsis non subjecti examinatores constituere, à ratione alienum est, & tumultûs causa. Idcirco itaque non universalis habendus est hic Canon & in aliis valens diœcesibus; sed ut particularis in Carthagine & Africâ.

Ο κανὼν οὗτος συγχύσεώς ἐστι καὶ σκανδάλων παραίτιος. ὃ μὲν γὰρ ὑπὸ ἀφορισθέντα ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου κληρικὸν ἐπὶ ὑπὸ μητροπολίτην τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ προσφύγειν καὶ ἐγκαλεῖν, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ κανονικόν· ὃ δὲ, τοῦ μητροπολίτου ἀπόντος, τοῖς πλησιοχώροις προσέρχεσθαι ἐπισκόποις ὑπὸ ἀφορισθέντα, καὶ καθιστᾶν αὐτοὺς ἐξεταστὰς τοῦ ἐπισκόπου τοῦ μὴ ὑποκειμένου αὐτοῖς, παράλογόν ἐστι, καὶ θορύβου παραίτιον. διὰ τοῦτο γοῦν οὐδὲ καθολικός ἐστι, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις κρατῶν διοικήσεσιν· ἀλλ' ὡς τοπικὸς, ἐν Καρθαγένῃ καὶ ἐν Αφρικῇ.

C

Et his lectis; Augustinus Episcopus Ecclesiæ Hipponensis provinciæ Numidiæ dixit;

Hoc quoque nos servaturos profitemur, salva diligentiori Nicænæ Synodi inquisitione.

Aurelius Episcopus dixit; Si præterea hoc quoque vobis placet, id responsione omnium vestrûm dilectionis confirmate.

Universa Synodus respondit; Omnia quæ in Nicæna Synodo constituta sunt, nobis omnibus placent.

Jucundus Episcopus Ecclesiæ Offetulæ, Legatus Provinciæ Bysacenæ, dixit; Quod à Nicæna synodo constitutum est, nequaquam potest ab ullo subverti.

Καὶ τούτων ἀναγνωσθέντων, Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας Ιππώνης τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπε.

Καὶ τοῦτο ἡμᾶς φυλάξοντας ὁμολογοῦμεν, σωζομένης τῆς ἐπιμελεστέρας ζητήσεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐὰν ἔτι μὴν καὶ τοῦτο ἀρέσκει, τῇ ἀποκρίσει τῆς πάντων ὑμῶν ἀγάπης βεβαιώσατε.

D

Σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπε. Πάντα τὰ ἐν τῇ Νικαίων συνόδῳ ὁρισθέντα πᾶσιν ἡμῖν ἀρέσκουσιν.

Ιουκοῦνδος ἐπίσκοπος τῆς Οφφετούλης ἐκκλησίας τοποτηρητὴς τῆς Βυζακηνῆς χώρας εἶπε· ὃ ὁρισθὲν ὑπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου παρατραπῆναι ὑπό τινος οὐδαμῶς δύναται.

Faustinus Episcopus Ecclesiæ Romanæ Legatus dixit; Adhuc ex vestræ sanctitatis partim quidem sancti Alypii, partim verò fratris nostri Jucundi, professione, quædam credo infirmari, quædam vero confirmari: quod non debet esse dubium, si ipsi canones habeantur. Ergo, ut nobis & vobis placet, ad sanctissimum & colendissimum Ecclesiæ Romanæ Episcopum vestra sanctitas referre dignetur, ut & ipse, quod sanctissimus Augustinus decernere dignatus est, utrumque possit considerare. Nam & hoc concedendum est, & silendum, de appellationibus scilicet inferioris gradûs: Sin autem de hoc quoque capite adhuc dubium est, beatæ sedis Episcopum debere statuere, si hoc quidem in canonibus inveniri admittere potest, est æquum.

Φαυστῖνος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς ἐκκλησίας Ρώμης εἶπεν· ἀκμὴν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, τοῦτο μὲν, τοῦ ἁγίου Αλυπίου, τοῦτο δὲ, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ιουκούνδου, τινὰ ἀκυροῦσθαι πιστεύω, τινὰ βεβαιοῦσθαι. ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἀμφίβολον εἶναι ἐχομένων τῶν αὐτῶν κανόνων. Τοιγαροῦν ὡς ἀρέσκει καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν, πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ σεβασμιώτατον ἐπίσκοπον τῆς ἐκκλησίας Ρώμης ἀναγαγεῖν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη καταξιώσει· ἵνα καὶ αὐτὸς, ὅπερ καὶ ὁ ἁγιώτατος Αὐγουστῖνος ὁρίσαι κατηξίωσε, σκέψασθαι δυνηθῇ ἑκάτερον· καὶ γὰρ τοῦτο παραχωρητέον ἐστὶ, καὶ σιωπητέον, τοῦτ' ἔστι, περὶ τῶν ἐγκλήτων τοῦ κατωτέρου βαθμοῦ· ἐὰν ἀκμὴν εἰς ἀμφιβολίαν ἐστὶν, καὶ περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου δίκαιόν ἐστι τὸν ἐπίσκοπον τοῦ μακαρίου θρόνου ὀφείλειν τυπῶσαι, εἰ μὴν τοι ἀποδέχεσθαι τοῦτο ἐν τοῖς κανόσιν εὑρεθῆναι δύναται.

E

BALS. Cùm Faustinus veteris Romæ legatus quæsivisset, ut de quibusdam Ecclesiasticis quæstionibus tractaretur, prout illi à Papa mandatum fuerat, Aurelius Episcopus hoc fieri permisit. Et cùm Daniel notarius commonitorium legere cœpisset; Zosimus Episcopus Romæ legatis dixit; Non latent, hoc est non ignorantur, quæ vobis à sede Apostolica mandata sunt, & examinari ea debent, perinde ac si Synodus Romæ fieret. Nam per vestrûm Legatorum præsentiam Synodus illic haberi videtur. Et statim propositus est quintus canon Sardic. Synodi, ut qui fortè esset patrum Nicææ congregatorum: & cùm orta esset

F ΒΑΛΣ. Φαυστίνου τοῦ τοποτηρητοῦ τῆς παλαιᾶς Ρώμης ζητήσαντος τρακταισθῆναι τινὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα, κατὰ ὃ ἐντεταλμένον αὐτῷ παρὰ τοῦ Πάπα, ἐπέτρεψεν ὁ ἐπίσκοπος Αὐρήλιος τοῦτο γενέσθαι. καὶ δῆτα τοῦ νοταρίου Δανιὴλ ἀρξαμένου ὃ κομμονιτώριον ἀναγινώσκειν, εἶπεν ὁ ἐπίσκοπος Ζώσιμος πρὸς τοὺς τοποτηρητὰς τῆς Ρώμης, ὅτι οὐ λανθάνουσι, τουτέστιν οὐκ ἀγνοοῦνται, τὰ ἐνταλθέντα ὑμῖν παρὰ τοῦ Αποστολικοῦ θρόνου, καὶ ὀφείλουσι ταῦτα ἐξεταστῆναι, ὥσπερ ἐὰν ἡ σύνοδος κατὰ τὴν Ρώμην ἐγένετο. ἐπεὶ διὰ τῆς παρουσίας ὑμῶν τῶν τοποτηρητῶν δοκοῦσι τὰ τῆς συνόδου ἐκεῖσε τελεῖσθαι. καὶ αὐτίκα προσετέθη ὁ ε'. κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, ὡς ὢν τάχα τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων. καὶ ἀμφιβολίας

Ψηφιοποιήθηκε από τη

λίας γενομένης περὶ τοῦ, εἰ ἔστιν ὁ κανὼν ἐκεῖνος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· εἶπεν ὁ ἐπίσκοπος Αλύπιος, ὡς ἀναγκαῖον μὲν ἐστι τοῦτον φυλάττεσθαι. ἐπεὶ δὲ οὐχ εὑρίσκεται ἐκεῖνος ἐν ταῖς Ελληνικαῖς βίβλοις, ταῖς περιεχούσαις τὰ πεπραγμένα εἰς τὴν κατὰ Νίκαιαν σύνοδον. παρακαλῶ, ὦ Αυρήλιε, γενέσθαι γραφὴν πρὸς τοῦ Επίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως καὶ τοῦ Αλεξανδρείας καὶ τοῦ Αντιοχείας, ἵνα ψηλαφηθῶσι τὰ ἐκεῖσε ὄντα πρωτότυπα πρακτικὰ τῆς πρώτης συνόδου, ἐφ' ᾧ παρεκβληθῆναι τοῦ αὐτὸν κανόνα, διευλυτωθῆναι τὸ ἀμφίβολον. τὰ μέντοι ἐν τούτῳ καὶ δηλούμενα φυλάττεσθαι, μέχρις ἂν τὸ ἀμφισβητούμενον λυθῇ. τὸ αὐτὸ δὲ ἤθελε γενέσθαι, καὶ παρὰ τοῦ Πάπα Ρώμης. οὕτω δὲ τούτων λαληθέντων, ὁ τοποτηρητὴς τῆς Ρώμης Φαυστῖνος εἶπε, μηδέν τι ἀπεικὸς εἰπεῖν τοῦ Αλύπιον· καὶ ὁ Πάπας γὰρ ἵνα θελήσῃ τὴν φιλονεικίαν τῶν ἐκκλησιῶν περιαιρεθῆναι καὶ λυθῆναι. ἤρεσεν οὖν καὶ τῷ Επισκόπῳ Αυρηλίῳ τοῦτο γενέσθαι, καθὰ καὶ τῇ πάσῃ συνόδῳ. μετὰ δὲ τὸ ταῦτα συντελεσθῆναι, ἐζητήθη παρὰ τοῦ Ναυάτου Επισκόπου καὶ τοποτηρητοῦ Μαυριτανίας, πῶς καὶ παρά τινων ὀφείλουσιν οἱ κληρικοὶ δικάζεσθαι, κατὰ τῶν κεκριμένων ὑπὸ τοῦ ἰδίου Επισκόπου ἐκκαλούμενοι. καὶ ἀπεκρίνατο Επίσκοπός τις ἐπονομαζόμενος Οσιος, τὸ ἔτι κινοῦν με σιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω, καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ιδ'. κανόνος τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου· ἅτινα καὶ ἐζητήθησαν ἐκεῖσε. καὶ τούτων τοίνυν τρακταισθέντων, εἶπεν ὁ Αυγουστῖνος, ὀφείλειν καὶ τοῦ κανόνα τοῦτον φυλάττεσθαι, σωζομένης μέντοι τῆς ἐπιμελεστέρας ζητήσεως ἤτοι ἐξετάσεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὥστε φυλαχθῆναι εἰ τῆς συνόδου ἐκείνης ἐστί. καὶ οἱ λοιποὶ πατέρες, τὰ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ὁρισθέντα, πᾶσιν ἀρέσκειν εἶπον, καὶ ὀφείλειν εἰς τὸ ἑξῆς τηρεῖσθαι ἀπαρεγχείρητα. ζήτει καὶ τὰ ἐν τῷ ε'. κανόνι τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου παρ' ἡμῶν γραφέντα.

ΑΡΙΣΤ. Επεὶ μὴ εὕρηται τὰ εἰς Νίκαιαν πεπραγμένα γεγραμμένα, ἄξιος ὁ Ρώμης τῷ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῷ Αλεξανδρείας γράψαι, καὶ λαβεῖν ἐκεῖθεν αὐτὰ, καὶ ἡμῖν ἐμφανίσαι.

Οἱ παρὰ τοῦ πάπα Ρώμης ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ σταλέντες τοποτηρηταὶ, προβαλλόμενοι τὰ παρὰ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου τεθέντα κανόνα, περὶ τοῦ, τὰ καθαιρεθέντα τῷ Ρώμης προσέρχεσθαι, ὡς παρὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ὁρισθέντα· καὶ ἀπαιτήσαντες τοὺς συναθροισθέντας ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ πατέρας βεβαιῶσαι αὐτὸν ὡς τῆς ἐν τῇ Νικαίᾳ ὄντα συνόδου κανόνα· ἐπεὶ οὗτοι μὴ ἐπὶ μνήμης ἔχοντες, εἰ παρὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐτέθη· ἀλλὰ μηδὲ τὰ κατὰ Νίκαιαν πεπραγμένα ὑπογεγραμμένα τε καὶ βέβαια ἐπιφερόμενοι, ἔφησαν ἀγνοεῖν, ἄξιον ἔκριναν τὰ Ρώμης γράψαι πρὸς τὰ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τὰ Αλεξανδρείας, καὶ παρ' ἐκείνων τοὺς ἐν Νικαίᾳ κανόνας λαβεῖν βεβαίους, καὶ ἐμφανίσαι τούτους αὐτοῖς· τέως δὲ τὰ τοιοῦτον κανόνα, μέχρις ἂν ἀληθέστατά τε καὶ βέβαια τὰ ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου δέξωνται, κρατεῖν ἠθέλησαν· καὶ ἐτέθη καὶ παρ' αὐτῶν ἐνταῦθα πρῶτος. μεθὸ δὲ ταῦτα ἐπέμφθησαν πρὸς αὐτοὺς παρά τε τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τοῦ Αρχιεπισκόπου Αλεξανδρείας, καὶ τοῦ Αττικοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Αρχιεπισκόπου, καὶ οὐχ εὗρον ἐν αὐτοῖς κεκανονισμένον, τὸ δύνασθαι στέλλειν τοῦ Ρώμης κληρικοὺς ἰδίους, καὶ δι' αὐτῶν ἐξετάζειν κατ' ἔκκλητον τὰς καθαιρέσεις τῶν Επισκόπων, ἔγραψαν πρὸς τὰ τότε ὄντα πάπαν τῆς Ρωμαίων πόλεως τὰ Κελεστῖνον, μὴ οὕτως ἔκτοτε θέλειν ποιεῖν, καὶ παραχωρεῖν στέλλεσθαι κληρικοὺς αὐτοῦ πρὸς τὸ κατεξετάζειν τὰς ἀποφάσεις καὶ καθαιρέσεις τῶν Επισκόπων· ἵνα μὴ καπνώδης τοῦ κόσμου τύφος τῇ τῶν χριστοῦ ἐκκλησίᾳ εἰσάγηται.

Αυρήλιος Επίσκοπος εἶπε.

Τὰ ἔκπαλαι τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ παρ' ἡμῶν ἐμφανισθέντα ἴσα τῶν ὁρισθέντων τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, νῦν καταδέξασθε· ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῶν ἡμετέρων καθηγητῶν κατὰ τὰ τῆς αὐτῆς συνόδου τύπον σωτηριωδῶς· ἔτι μὴν καὶ τὰ νῦν παρ' ἡμῶν ταχθέντα, ἀναγνωσθῆναι καὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐμβληθῆναι;

A dubitatio, an is Nicænæ Synodi Canon esset; Alypius Episcopus dixit; quòd necessarium quidem esset eum servari. Sed quoniam in libris Græcis, qui acta Nicænæ Synodi continent, non invenitur; suadeo, ô Aureli, ad Episcopum Constantinopolitanum, Alexandrinum & Antiochenum scribi, ut quæ illic sunt primæ Synodi archetypa consulant, quo proferatur hic Canon, & dubium solvatur. Quæ porrò in eo declarantur, serventur, donec fuerit solutum dubium. Hoc ipsum autem etiam voluit à Romano Papa fieri. His vero sic dictis, Faustinus Romæ Legatus dixit; nihil absurdi dixisse Alypium: nam Papa quoque voluerit Ecclesiarum contentionem solvi & resecari. Placuit ergo & Episcopo Aurelio hoc fieri, sicut & universæ Synodo. Postquam autem hæc perfecta sunt, à Navato Episcopo & Mauritaniæ Legato quæsitum est, quomodo & à quibus debeant Clerici judicari, & qui ex judicatis à proprio Episcopo provocant. Et respondit quidam Episcopus, cui nomen erat Osius; Quod me adhuc movet, tacere non debeo, & cætera, quæ sunt xiiii. Can. Sard. Synodi, quæ etiam illic exposita sunt. His itaque tractatis, dixit Augustinus; debere hunc Canonem servari, si, salva interim diligentiori Nicænæ Synodi inquisitione seu examinatione, ejus Synodi esse constaret. Reliqui quoque Patres, quæ in Nicæna Synodo constituta sunt, omnibus placere dixerunt, & in posterum servari inviolabilia debere. Quære etiam quæ in quinto Canone Sardic. Syn. à nobis scripta sunt.

ARIST. *Quandoquidem non inventa sunt acta Concilii Nicæni scripta, dignetur Episcopus Romanus ad Constantinopolitanum & Alexandrinum scribere, eaque inde accipiat, nobisque repræsentet.*

Cùm Legati in hâc Synodo à Papa Romano missi, proferentes Canonem à Synodo Sardicensi editum, de eo quòd depositus Romanum adeat Episcopum, ut à Nicænâ Synodo decretum, congregatos in isthâc Synodo Patres eum ut Nicænæ Synodi Canonem confirmare postularent: quoniam hi, an à Concilio Nicæno expositus fuit, memoria non tenentes, sed nec quæ Nicææ acta suscriptaque & confirmata sunt, proferentes, dixerunt se ignorare; dignum prædicârunt, ut Romanus Episcopus ad Constantinopolitanum & Alexandrinum mitteret, & ab iis confirmatos Nicææ Canones acciperet, eosque ipsis notos faceret. Saltem autem talem Canonem, usque dum verissima & firma Synodi Nicænæ exemplaria reciperent, obtinere voluerunt. Et ab iis etiam hic ponebatur primus. At postquam isti Canones ad ipsos missi fuissent, & à sancto Cyrillo Alexandriæ Archiepiscopo, & ab Attico Archiepiscopo Constantinopolis, & in iis non invenissent, Canone sancitum, quòd Romanus Episcopus suos posset mittere Clericos, & per eos Episcoporum depositione, instar ejus ad quem provocatur, examinare; ad Celestinum tunc temporis Romanorum civitatis Papam, ne postea ita vellet facere, scripserunt; nec amplius Clericos suos ad Episcoporum sententias & depositiones examinandas mitteret: ne fumosus mundi fastus in Christi Ecclesiam introduceretur.

Aurelius Episcopus dixit;

Quæ vestræ dilectioni olim à nobis ostensa sunt exemplaria eorum, quæ in Nicæna Synodo constituta sunt: quin & quæ à nostris præceptoribus salutariter secundùm ejusdem Synodi formam, & quæ præterea à nobis jam ordinata sunt, legi & actis inseri nunc admittitis.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Universa Synodus dixit;

Exemplaria fidei & decreta Nicænæ Synodi, quæ nobis olim per Cæcilianum vestræ sanctitatis prædecessorem, allata sunt: præterea & quæ his consequentia hîc constituta sunt, & nunc etiam communi consensu à nobis sunt decreta, his Ecclesiasticis actis inserta maneant; si vestra scilicet beatitudo, ut ante dictum est, ad venerabiles Ecclesiarum, Antiochenæ, Alexandrinæ & Constantinopolitanæ Episcopos dignetur scribere, ut verissima Nicænæ Synodi exemplaria cum propriarum literarum obsignatione mittant: quo veritate manifestata hæc capita, quæ in commonitorio frater & coëpiscopus noster Faustinus & compresbyteri Philippus & Asellus secum attulerunt, vel illic inventa, à nobis confirmentur; vel si non inventa fuerint, coacta adhuc Synodo de iis rursus inquiramus.

Σύμπασα ἡ συνόδος εἶπε.

Τὰ ἴσα τῆς πίστεως καὶ τοὺς ὅρους τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τοὺς πάλαι ὑπὸ ἡμῶν διὰ Καικιλιανοῦ τοῦ ὁσιωτάτου τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης προσενεχθέντας· ἔτι μὴν καὶ ἅπερ τούτοις ἐπόμενα τὰ μέρη ἐνταῦθα κατέστησαν, καὶ νῦν δὲ κοινῇ συζητήσει παρ' ἡμῶν ὡρίσθησαν, τάντα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πεπραγμένοις ἐμβληθέντα μείνωσι, δηλονότι, καθὼς προῆλθεν, πρὸς τοὺς θεοσεβεστάτους ἐπισκόπους τῶν ἐκκλησιῶν, Ἀντιοχείας, Ἀλεξανδρείας καὶ Κωνσταντινουπόλεως, χάριν κατασχέσεως τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἵνα τὰ ἀληθέστατα ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μετ' ὑποσημειώσεως οἰκείων γραμμάτων ἀποστείλωσιν· ὅπως φανερωθείσης τῆς ἀληθείας, τὰ κεφάλαια ταῦτα, ἅπερ ἐν τῷ κομμονιτωρίῳ ὁ ἀδελφὸς καὶ συνεπίσκοπος ἡμῶν Φαυστῖνος καὶ οἱ συμπρεσβύτεροι Φίλιππος καὶ Ἀσέλλιος μετ' ἑαυτῶν ἤγαγον, ἢ ἐκεῖ εὑρεσκόμενα, ἀφ' ἡμῶν κυρωθῶσιν· ἢ ἐὰν μὴ εὑρεθῶσιν, συναγομένης ἔτι τῆς συνόδου καὶ τούτων ἐξῆς συζητήσωμεν.

Zonar. Commemoratus quoque Canon, quasi in Nicænæ Oecumenica Synodo editus, promulgatus est. Quare illum Augustinus Episcopus, si quidem, non omissa interim diligentiore in Nicænam Synodum inquisitione, ejus esse constaret, servandum proposuit; ac reliqui quoque Synodi Patres, quæcunque in Nicæna Synodo definita fuerant, omnibus accepta esse significârunt. Deinde edita in Nicæna Synodo fidei professio recitata est.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ κανὼν ὁ εἰρημένος, ὡς τῆς ἐν Νικαίᾳ οἰκουμενικῆς συνόδου, προτέτακται. διὸ καὶ ὁ ὅσιος Αὐγουστῖνος φυλαχθῆναι τὸν κανόνα κατέθετο, σαφεστέρου μήποτε τῆς ἐπιμελεστέρας ζητήσεως ἤτοι ἐξετάσεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὥστε φυλαχθῆναι, εἰ τῆς συνόδου ταύτης ἐστί, καὶ οἱ λοιποὶ τῆς συνόδου πατέρες τὰ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ὁρισθέντα πᾶσιν ἀρεσκὴν εἶπον. εἶτα ἀνεγνώσθη ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

Daniel Notarius Synodi Nicænæ confessionem fidei & decreta ejus in Synodo Africanâ legit.

Δανιὴλ νοτάριος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως καὶ τοὺς ὅρους αὐτῆς ἀνέγνω ἐν τῇ τῶν Ἀφρῶν συνόδῳ.

CONFESSIO FIDEI Nicænæ Synodi.

Η ΟΜΟΛΟΓΙΑ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem: & in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei, natum de patre unigenitum, id est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum; consubstantialem patri; per quem omnia facta sunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra; qui propter nos homines & nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, & passus est, & resurrexit tertio die, & ascendit in cœlos, & sedet à dextra patris, & venturus est judicatum vivos & mortuos: Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt; Erat quando non erat, & priusquam nascereturnon erat, & quòd ex non existentibus factus est, vel ex alia substantia vel essentia esse dicentes, vel mutabilem & alterabilem esse Dei filium; eos anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας, ὅτι ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ ἀλλοιωτὸν ἢ τρεπτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem: & in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei, natum de patre unigenitum, id est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum; consubstantialem patri; per quem omnia facta sunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra; qui propter nos homines & nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, & passus est, & resurrexit tertio die, & ascendit in cœlos, & sedet à dextra patris, & venturus est judicatum vivos & mortuos: Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt; Erat quando non erat, & priusquam nascereturnon erat, & quòd ex non existentibus factus est, vel ex alia substantia vel essentia esse dicentes, vel mutabilem & alterabilem esse Dei filium; eos anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

Similiter & decreta Nicænæ Synodi in xx. capitulis lecta sunt. Præterea quæ in Synodis Africæ sancita sunt, præsentibus actis inserta decernuntur.

Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ὅροι τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐν εἴκοσι κεφαλαίοις ἀνεγνώσθησαν· ἔπειτα τὰ ἐν ταῖς συνόδοις τῶν Ἀφρικῆς νομοθετηθέντα τοῖς ὅροις πεπραγμένοις ἀντιστιχα γινώσκονται.

Canon I.

ΚΑΝΩΝ α'.

Quare quæ in Nicæna Synodo constituta sunt, omnibus modis observabuntur.

Ὥστε τὰ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ὁρισθέντα, πάντη τρόπῳ φυλαχθήσεται.

Aurelius Episcopus dixit:

Αὐρήλιος Ἐπίσκοπος εἶπε.

Hæc ita apud nos habentur exemplaria statutorum, quæ tunc Patres nostri è Nicæna synodo secum detulerunt: cujus typum servantia ea, quæ sequuntur, & à nobis constituta sunt, confirmata serventur.

Ταῦτα οὕτως παρ' ἡμῖν ἔχοντα τὰ ἴσα τῶν ὁρισθέντων, ἅπερ τότε οἱ πατέρες ἡμῶν ἐκ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μετ' ἑαυτῶν κατήγαγον, ἧς καὶ τύπον φυλάττοντα τὰ ἑπόμενα καὶ ὁρισθέντα παρ' ἡμῶν, βεβαιωθέντα φυλαχθῶσιν.

Bals. Lecto sancto symbolo, quemadmodum in prima Synodo compositum est; similiter & xx. Canonibus ejusdem Synodi; & iis præterea, quæ in Africa constituta fuerant; & illæsa servari quæ synodaliter acta & pronunciata sunt decernentibus; dixit Aurelius; quòd exemplaria eorum, quæ Nicææ cõstituta sunt à Patribus

ΒΑΛΣ. Ἀναγνωσθέντος τοῦ ἁγίου συμβόλου, καθὼς ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ συνετέθη, οὑτωσὶ καὶ τῶν κ'. κανόνων τῆς αὐτῆς συνόδου, πρός δὲ, καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ νομοτηθέντων, καὶ διορίζομένων ἀσφαλέστατα φυλάττεσθαι τὰ ἐν Νικαίᾳ συνοδικῶς προχθέντα καὶ ἀποφανθέντα, εἶπεν ὁ Αὐρήλιος, ὅτι τὰ παρὰ τῶν πατέρων τῆς Ἀφρικῆς

Ψηφιοποιήθηκε από

Αφρικῆς μετακομισθέντα ἀπὸ Νικαίας ἴσα τῶν τότε ὁροθετηθέντων, οὕτως ἔχουσιν ὡς ἀνεγνώσθησαν· καὶ ὀφείλουσι κατὰ τὴν τούτων ἀκολέθειαν πραχθῆναι καὶ ὁρισθῆναι, τὰ ἑπομένως λαληθῆναι ὀφείλοντα καὶ βεβαιωθῆναι, ἐφ' ᾧ φυλάττεσθαι καὶ εἰς ὃ ἑξῆς.

A Africanis huc delata, sic se habent, ut lecta sunt; & his consequenter agi & decerni debent, quæ iis congruenter edi oportet & confirmari, ut deinceps quoque serventur.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ δὲ λέγει ὁ Αὐρήλιος, τοιοῦτόν ἐστιν. ὅτι ἃ παρ' ἡμῶν εἰσιν ἴσα τῶν νῦν ἀναγνωσθέντων, ἃ οἱ πατέρες ἡμῶν ἤγουν οἱ πρὸ ἡμῶν Ἐπίσκοποι ἤγαγον τότε, ὅτε ἡ ἐν Νικαίᾳ συνήθροιστο σύνοδος. ἦσαν γὰρ ἐν τῇ Συνόδῳ ἐκείνῃ, ὡς ἔοικε, καὶ ἐξ Αφρικῆς Ἐπίσκοποι. εἰ οὕτως ἔχουσιν, ὡς ἀνεγνώσθησαν δηλαδή. ἔτι γὰρ ἀμφέβαλλον περὶ αὐτῶν, διὸ καὶ ἠξίουν τοὺς πατριάρχας, ὡς εἴρηται, στεῖλαι αὐτοῖς τὰ ἴσα βεβαιωθέντα παρ' αὐτῶν, ἐὰν καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντα ὡς τύπον ἐκείνων φυλάττωσι, καὶ ἐκείνοις ἕπωνται, φυλαχθήσονται βέβαια.

B

ZONAR. Quod verò ait Aurelius, ejusmodi est. Sunt apud nos, inquit, exemplaria eorum quæ nunc lecta sunt, quæ Patres nostri, hoc est, Episcopi qui ante nos fuerunt, tunc cùm Nicæna Synodus congregata est, attulerunt. Erant siquidem in illa Synodo, ut probabile est, Africani quoque Episcopi. Si sic se habent, videlicet, ut lecta sunt. (Adhuc enim de iis dubitabant; ac propterea à Patriarchis postulaverunt, quemadmodum dictum est, ut ad eos exemplaria ab ipsis confirmata mitterent,) si ea quoque, quæ à nobis constituta sunt, typum illorum servent, & cum illis congruant, rata conservabuntur.

ΑΡΙΣΤ. Τὰ ἴσα τῶν δεδογμένων τοῖς ἐν Νικαίᾳ, ἃ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐκ τῆς συνόδου μεθ' ἑαυτῶν κατήγαγον, φυλαττέσθωσαν.

ARIST. *Exemplaria eorum quæ Patribus Nicænis visa sunt, quæque Patres nostri ex hâc Synodo cum ipsis detulerunt, observentur.*

Τὰ τοῖς ἐν Νικαίᾳ ἱεροῖς πατράσι συνελθοῦσι τὸ πρῶτον δογματισθέντα τε, καὶ κανονισθέντα, καὶ ἡ σύνοδος αὕτη ἐπικυροῖ, καὶ διατάττει φυλάττεσθαι.

C

Quæ à sanctis Patribus Nicææ coactis primo tradita fuerunt, & sancita, hæc etiam Synodus confirmat, & servari jubet.

ΚΑΝΩΝ β'.

Θέλοντος τοῦ θεοῦ, ἴσῃ ὁμολογίᾳ ἡ ἐκκλησιαστικὴ πίστις, ἡ δὲ ἡμῶν παραδεδομένη ἐν ταύτῃ τῇ ἐνδόξῳ συνελεύσει, πρωτοτύπως ὁμολογητέα ἐστίν· ἔπειτα ἡ ἐκκλησιαστικὴ τάξις μετὰ συναινέσεως ἑκάστου καὶ ὁμοῦ πάντων φυλακτέα ἐστίν. πρὸς βεβαιωτέας δὲ τὰς τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν τῶν ἔναγχος χειροτονηθέντων διανοίας, ταῦτα δεῖ προσθῆναι, ἃ παρὰ τῶν πατέρων βεβαίᾳ διατυπώσει παρελάβομεν· ὥστε τῆς Τριάδος, τοῦτ' ἔστι, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἑνότητα, τὴν μηδεμίαν ἔχειν διαφορὰν γινωσκομένην, ἣν τοῦ ἡμετέραις διανοίαις ἐγκαθιερωθεῖσαν κατέχομεν· καὶ καθὼς ἐμάθομεν, οὕτω τοὺς λαοὺς τοῦ θεοῦ διδάξομεν. ὁμοίως ἀπὸ πάντων τῶν Ἐπισκόπων τῶν ἔναγχος προαχθέντων ἐλέχθη φανερῶς, οὕτως δεχόμεθα, οὕτω κατέχομεν, οὕτως διδάσκομεν, τῇ πίστει τῇ εὐαγγελικῇ ἅμα τῇ ὑμετέρᾳ διδασκαλίᾳ ἑπόμενοι.

D

CANON II.

Deo volente, pari confessione Ecclesiastica fides, per nos tradita in hac inclyta congregatione, primùm est confitenda: tum ordo Ecclesiasticus cum unicujusque & omnium simul consensu servandus est. Ad confirmandas autem fratrum & coëpiscoporum nostrorum nuper ordinatorum mentes, hæc adjicere oportet, quæ firma constitutione à patribus accepimus: quare trinitatis, id est, patris & filii & spiritûs sancti unitatem, quæ nullam habere differentiam statuitur, in nostris mentibus consecratam detinemus: & sicut didicimus, ita populos Dei docebimus. Similiter ab omnibus Episcopis nuper promotis clare dictum fuit; Sic suscipimus, sic tenemus, sic docemus, fidem Evangelicam simul cum vestra doctrina sequentes.

ΒΑΛΣ. Φασὶν οἱ τῆς συνόδου, ὅτι ἐν τῇ συνελεύσει ταύτῃ πρῶτον μὲν ὁμολογοῦμεν τὴν ἐκκλησιαστικὴν πίστιν, ἤγουν τὴν παρὰ τῶν πιστῶν ἐκκλησίας δεξαμένην, ἥτις δὲ ἡμῶν τῶν Ἐπισκόπων δηλαδὴ παραδέδοται· ἔπειτα φυλάττειν κατατιθέμεθα τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν, εἰς τοῦτο ἑκάστου ἡμῶν συναινοῦντος καὶ ὁμοῦ πάντων. πρὸς δὲ βεβαίωσιν τῆς διανοίας τῶν πρὸ ὀλίγου χειροτονηθέντων ἀδελφῶν ἡμῶν καὶ Ἐπισκόπων, προσθεῖναι δεῖ, ἃ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν πατέρων, τουτέστι τῶν ἀρχαίων Ἐπισκόπων, βεβαίᾳ διατυπώσει, ἤγουν ὡς κανόνα βέβαιον καὶ ἀσφαλῆ παρελάβομεν. καὶ αὐτίκα ἐπάγουσιν ἃ παρέλαβον, ἤτοι τὰ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ὅτι εὐδεμίαν διαφορὰν ἔχει ἡ ἁγία τριὰς, ἀντὶ τοῦ κατ' οὐδὲν ἀλλήλων διαφέρουσιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἄνευ δηλονότι τῶν ἑκάστου ἰδιοτήτων, ἀλλ' ἑνότης γινώσκεται ἐν αὐτοῖς, ἤγουν ὅτι ἓν εἰσὶ τὰ τρία πρόσωπα, κατά τε οὐσίαν καὶ δόξαν καὶ δύναμιν. καὶ οὕτω τὴν πίστιν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις καθιερωθεῖσαν, ἤγουν ἐντυπωθεῖσαν, ἀφωρισθεῖσαν γινώσκομεν, φασὶν οἱ τῆς συνόδου, καὶ οὕτω διδάξομεν τοὺς λαοὺς, καθὼς ἐδιδάχθημεν, τῇ εὐαγγελικῇ διδασκαλίᾳ ἑπόμενοι.

E

F

BALE. Dicunt Patres, in hac congregatione, primùm quidem fidem Ecclesiasticam confitemur, scilicet quæ à fidelium Ecclesia creditur, quæ per nos scilicet Episcopos tradita fuit: deinde Ecclesiasticum ordinem servare constituimus, unoquoque nostrum ei rei & simul omnibus assentientibus. Ad fratrum autem nostrorum & coëpiscoporum nuper ordinatorum mentem confirmandam, adjici oportet quæ à Patribus nostris, hoc est, ab antiquis Episcopis, firma ordinatione, seu ut firmum & certum Canonem, accepimus. Et statim subjiciunt quæ acceperunt, scilicet de Trinitate, quòd Trinitas nullam habeat differentiam, id est, nihil inter se differunt pater & filius & spiritus sanctus, exceptis scilicet uniuscujusque proprietatibus: sed unitas ipsis statuitur, nimirum quòd tres personæ unum sint, & substantia & gloria & potentia. Et sic fidem nostris mentibus consecratam, id est impressam, & definitam cognoscimus, inquiunt patres, & sic populos docebimus, quemadmodum docti sumus, Evangelicam doctrinam sequentes.

ΑΡΙΣΤ. Οὐδὲν τῆς ἁγίας τριάδος διάφορον γινώσκεται ἢ διδάσκεται κατὰ τὴν τῶν ἐν Νικαίᾳ βεβαίωσιν.

ARIST. *Nulla in Trinitate differentia cognoscitur, aut docetur secundùm Patrum Nicænorum constitutionem.*

Οὕτως παρελάβομεν, οὕτως φρονοῦμεν, μηδεμίαν διαφορὰν ὅπι τῆς ἁγίας γινώσκειν ἢ διδάσκειν τριάδος· ἀλλὰ συμφυῆ ταύτην εἰδέναι, καὶ ὁμοδύναμον, καὶ ὁμότιμον.

Sic accepimus, sic sentimus, nullam differentiam in sanctâ Trinitate scire aut docere: sed eam ejusdem essentiæ, ejusdem potentiæ, & ejusdem honoris agnoscere.

CANON

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Canon III.

De continentia Aurelius Episcopus dixit:

Cùm in priore Synodo de continentiæ & castitatis modo quærebatur, placuit, ut hi tres gradus, qui vinculo quodam castitatis per consecrationem implicati sunt (Episcopi, inquam, Presbyteri & Diaconi) ut sanctos Episcopos & Sacerdotes Dei & Levitas & divinis sacrificiis ministrantes decet, in omnibus continentes sint; quò possint quod à Deo simpliciter petunt impetrare: ut & quod per Apostolos traditum & ab ipsa antiquitate servatum est, nos quoque similiter servemus.

Bals. Hic Canon vult omnem exercere virtutem, qui sancta mysteria contrectant, Episcopos scilicet Sacerdotes & Diaconos: & esse continentes, non per solam temperantiam; sed in omni facto & opere. Sic enim, inquit, à Deo exaudientur pro populo precantes, & revera ostendent se ea servarequæ à sanctis Apostolis tradita sunt, & ab antiqua, literis non tradita, Ecclesiastica consuetudine.

Zonar. De illorum qui sacris initiati sunt temperantia continentiáque hic Canon differit dicens, tres ordines, qui sese sua ipsi professione castitati addixere, Episcopos videlicet, Presbyteros, & Levitas, hoc est Diaconos oblationibus Deo dicatis, sive incruento sacrificio, quod numini religiosè offertur, ministrantes continentiam in omnibus servare oportere. Neque in una quidem aliqua re moderatos esse, nullum vero vicissim in reliqua vitæ ratione delectum adhibere, sed temperantiam in omnibus sectari, hoc est omnes numeros virtutis implere, ut quæ à Deo simpliciter, hoc est sine ulla trepidatione, aut hæsitatione postulans, consequantur. Sunt hi namque inter Deum, & homines interceſſores, qui numen cæteris hominibus conciliantes fidelibus salutem, universóque terrarum orbi pacem deposcunt. Si se igitur in omni virtutum genere, inquit, exerceant, Deúmque proinde fidenter alloquantur, ita prorsus ab eo quæ postulaverint, impetrabunt: at si libere loquendi facultate ipsimet destituantur, quo pacto deprecatoris munus obire pro aliis queãt? Proinde hac ratione, & quæ ab Apostolis tradita, & quæ antiqui tẽporis cõsuetudine hucusque usurpata sunt, hoc est, tum ea quæ scriptis legibus, tum ea quæ sine scriptis longa & antiqua consuetudine continentur, servabimus.

Arist. *Episcopus & Presbyter & Diaconus castus sit & continens.*

Canon IIII.

Placet, ut Episcopus & Presbyter & Diaconus, & omnes qui sacra contrectant, temperantiæ custodes, à fœminis abstineant.

Bals. & Zonar. Præcedens quidem Canon de Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum continentia disseruit, hic verò specialiùs de temperantia & abstinentia à fœminis. Ex his autem canonibus, & maximè præsenti, Romani, & quotquot sunt ejusdem cum illis sententiæ, opinantur, ne Presbyteros quidem vel Diaconos posse legitimè cum uxoribus conjungi: sed eos conjugii expertes remanere debere. Falluntur autem etiam in hoc, quemadmodum & in aliis. Quintus enim Canon sanctorum Apostolorum, Episcopus, inquit, vel Presbyter vel Diaconus suam uxorem pietatis prætextu ne ejiciat. Et fortasse dicet quispiam, quòd etiam apud nos Episcopi uxores non habent: sed hoc constitutum est à Patribus sextæ, ut dicitur, Synodi, dicentibus in xii. Canone; Non repugnantes iis, quæ ab Apostolis constituta sunt, hoc dicimus: sed salutis & ad meliora progressionis populorum curam gerentes, & ne detur occasio reprehendendi sacerdotalem constitutionem. Eadem autem Synodus

ΚΑΝΩΝ γ'.

Περὶ ἐγκρατείας Αυρηλίου Ἐπισκόπου εἶπεν.

Ἐν τῇ προλαβούσῃ συνόδῳ ὡς περὶ ῥυθμοῦ ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας ἐζητεῖτο, ἤρεσεν, ὥστε τοὺς τρεῖς βαθμοὺς τούτους, τοὺς συνδέσμῳ τινὶ ἁγνείας ἐξ αὐτῆς καθιερώσεως συμπεπλεγμένους (φημὶ δὴ Ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους καὶ Διακόνους) ὡς πρέπει ὁσίοις Ἐπισκόποις καὶ ἱερεῦσι θεοῦ καὶ Λευίταις καὶ ὑπουργοῦσι θείοις καθιερώμασιν, ἐγκρατεῖς εἶ) ἐν πᾶσιν· ὅπως δυνηθῶσιν ὃ παρὰ τοῦ θεοῦ ἁπλῶς αἰτοῦσιν ἐπιτυχεῖν· ἵνα καὶ ὃ παρὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθὲν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχαιότητος κρατηθὲν, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως φυλάξωμεν.

Bals. Ὁ κανὼν οὗτος πάσης ἐργάζεται ἀρετῆς εἶ) θέλει τοὺς τὰ ἅγια μυστήρια μεταχειριζομένους, ἤγουν Ἐπισκόπους ἱερεῖς καὶ Διακόνους, καὶ ἐγκρατεῖς εἶ), μὴ μόνης σωφροσύνης, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἔργου καὶ πράγματος. Ὅτω γάρ, φησιν, εἰσακουσθήσονται παρὰ τοῦ θεοῦ εὐχόμενοι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ πληροφορήσουσι φυλάττειν τὰ παραδοθέντα ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· καὶ ὑπὸ τῆς ἀρχαίας ἀγράφου ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας.

Zonar. Περὶ σωφροσύνης καὶ ἐγκρατείας τῶν ἱερωμένων ὁ κανὼν ἔπεται διαλαμβάνει, λέγων τοὺς τρεῖς βαθμοὺς τοὺς συμπλεξαμένους ἑαυτοὺς, καὶ διὰ τῆς ὁμολογίας συνδεθέντας τῇ ἁγνείᾳ, ἤγουν Ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους, καὶ Λευίτας, τυτέστι διακόνους, τοὺς ὑπουργοῦντας τοῖς θείοις καθιερώμασιν, ἤτοι τῇ ἀναιμάκτῳ θυσίᾳ, τῇ καθιερωμένῃ τῷ θεῷ, δεῖν ἐγκρατεύεσθαι ἐν πᾶσιν ἀσκεῖν, καὶ νηστεύειν, ἐν τῷ μὲν ἐγκρατεῖς εἶ), τῷ δὲ αὖθις ἀδιαφόρως ζῆν, ἀλλὰ ἐν πᾶσιν ἐγκράτειαν μετέναι, τυτέστι, πᾶσάν ἐργάζεσθαι ἀρετὴν, ὅπως φησὶ δυνηθῶσιν ὃ παρὰ θεοῦ ἤγουν ἀδιστάκτως καὶ μὴ διακεκινημένοι. Ὅτοι γάρ εἰσι μεσίτοι θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἐξιλεούμενοι ὃ θεῖον τοῖς ἄλλοις, καὶ σωτηρίαν αἰτούμενοι τοῖς πιστοῖς, καὶ εἰρηνεύειν τῷ κόσμῳ. εἰ οὖν πᾶς φησὶ μετέρχονται ἀρετὴν, καὶ ὅτω παῤῥησιάζονται πρὸς θεὸν, τυγχάνοιεν ἂν καὶ ὧν αἰτήσωσιν. ὡς εἴγε μὴ παῤῥησίαν ἔχοιεν, πῶς ἂν ὑπὲρ ἄλλων πρεσβεύσωνται; ὅτω δὲ καὶ ἃ παραδεδώκασιν οἱ ἀπόστολοι, φυλάξομεν, καὶ τὰ διὰ τῆς ἀρχαιότητος κατακρατηθέντα, ἤγουν καὶ τὰ ἐγγράφως νενομοθετημένα καὶ τὰ ἀγράφως διὰ τῆς μακρᾶς καὶ ἀρχαίας συνηθείας κρατήσαντα.

Arist. Ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβύτερος, καὶ διάκονος, ἁγνὸς ἔστω καὶ ἐγκρατής.

ΚΑΝΩΝ δ'.

Ἀρέσκει, ἵνα Ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος, καὶ πάντες οἱ τὰ ἱερὰ ψηλαφῶντες τῆς σωφροσύνης φύλακες γυναικῶν ἀπέχωνται.

ΒΑΛΣ. Καὶ ὅσπερ ὁ κανὼν παρομοίως τῷ πρὸ αὐτοῦ, ἤγουν κατὰ τὰς αὐτὰς διαστίξεις, διορίζεται δικάζεσθαι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς διακόνους. τοῦ δὲ ια'. κανόνος διοριζομένου παρὰ πόσοις ἐπισκόποις ὀφείλουσι δικάζεσθαι οἱ ἐπίσκοποι, οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι, ἄρτι παρακελεύονται οἱ πατέρες, ἐπέκεινα τῆς δωδεκάδος τῆς ἑξάδος καὶ τῆς τριάδος, εἶναι καὶ πρόσφορον ἐγχώριον ἐπίσκοπον· τοὺς δὲ παρὰ τούτους, ἤγουν τοὺς ἀναγνώστας καὶ τοὺς λοιποὺς, παρὰ ἑνὸς καὶ μόνου τοῦ προσφόρου ἐπισκόπου δικάζεσθαι. αἱρετικοὶ δὲ λέγονται ἐπίσκοποι, οὐχὶ οἱ περιεχόμενοι ἐν τῷ β'. τίτλῳ τοῦ ζ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, οἱ μετὰ δόσεως προστίμου δικάζοντες, ἀλλὰ οὓς αἱρετίσεται ἤγουν ἐπιλέξεται ὁ κατηγορούμενος ἐκ τῶν πλησιοχώρων ἐπισκόπων.

ΖΩΝΑΡ. Ο μὲν ἀνωτέρω κανὼν περὶ ἐπισκόπων διετάξατο κατηγορουμένων· οὗτος δὲ περὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ὁρίζει. καί φησιν, ἐὰν πρεσβύτερος ἢ διάκονος κατηγορῶνται, ὁ ἐπίσκοπος αὐτῶν, συνερχομένων αὐτῷ καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, ἓξ μὲν ἐπὶ πρεσβυτέρων, τριῶν δὲ ἐπὶ διακόνων, ἐξετάσει τὴν κατηγορίαν. οἱ δὲ ἐπίσκοποι εἶεν ἄν, οὓς αἱρετίσονται οἱ κατηγορούμενοι· τοὺς γὰρ τοιούτους φησὶν ὁ κανὼν αἱρετικοὺς, τουτέστι τοὺς αἱρετοὺς. τὰ δ' ἄλλα, τὰς προθεσμίας, φημὶ, καὶ τὰς ἐπιτιμήσεις, καὶ ὅσα ἐν τῇ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ζητήσει εἴρηται, φυλαχθήσονται, καθὼς ἐκεῖ διατέτακται. τὰ δὲ τῶν λοιπῶν κληρικῶν αἰτιάματα καὶ μόνος ὁ ἐπίσκοπος αὐτῶν ἐξετάσει καὶ περατώσει.

ΑΡΙΣΤ. Πρεσβυτέρου κατηγορουμένου, ἓξ τῶν ἐγγυτέρων ἐπισκόπων τῷ ἐγχωρίῳ συνδιαγνώσονται· διακόνου δέ, τρεῖς. τὰ δέ γε τῶν λοιπῶν κληρικῶν, καὶ μόνος ἐξετάσει ὁ ἐπίσκοπος.

Τοῦτο εἴρηται καὶ ἐν τῷ δωδεκάτῳ κανόνι, ὡς πρεσβυτέρου μὲν κατηγορουμένου, ἓξ ἐπίσκοποι δικάσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐπέκεινα τούτων καὶ ὁ ἴδιος αὐτοῦ συνδιαγνώμων ἔσται ἐπίσκοπος· διακόνου δέ, τρεῖς καὶ ὁ ἴδιος. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες κληρικοὶ οἱ κάτωθεν ὄντες τῶν διακόνων, καὶ παρὰ μόνου τοῦ ἰδίου αὐτῶν ἐπισκόπου κριθήσονται, ἐφ' οἷς ἂν αἰτιῶνται ἐγκλήμασι.

ΚΑΝΩΝ κδ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ὥστε τέκνα τῶν κληρικῶν ἐθνικοῖς ἢ αἱρετικοῖς γαμικῶς μὴ συνάπτεσθαι.

ΒΑΛΣ. Εθνικοὺς ἐνταῦθα τοὺς ἀπίστους νοεῖν δεῖ. εἰ γάρ τις ἐθνικός ἐστι πιστὸς, οὐ κωλυθήσεται συναφθῆναι κληρικοῦ θυγατρί. ἀνάγνωσθι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κανόνα λά. τῆς ἐν Χαλκηδόνι κανόνα ιδ'. καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ κανόνα οβ'. καὶ τὰ ἐν τούτοις γραφέντα.

ΖΩΝΑΡ. Εθνικοὺς ἐνταῦθα, τοὺς ἀπίστους νοεῖν δεῖ. εἰ γὰρ ἐθνικός τις πιστὸς ᾖ, οὐ κωλυθήσεται συναφθῆναι κληρικοῦ θυγατρί. ἀνάγνωσθι καὶ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ κανόνα λά. καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ιδ'. καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ οβ'. καὶ ὅσα ἐν αὐτοῖς ἐγράφησαν.

ΑΡΙΣΤ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΑΡΙΣΤ. Αἱρετικῶν καὶ ἐθνικῶν τέκνα κληρικῷ οὐ συναπτονται.

Ἀλλ' οὐδὲ λαϊκῶν παῖδες αἱρετικοῖς εἰς γάμου κοινωνίαν συναπτονται.

ARIST. *Hæreticis & Ethnicis Clericorum liberi matrimonio non conjunguntur.*

Sed nec laicorum liberi hæreticis in matrimonii communionem conjunguntur.

ΚΑΝΩΝ κε'.

Ὡστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς μηδὲν συνάπτειν τοῖς μὴ ὀρθοδόξοις Χριστιανοῖς· εἰ καὶ συγγενεῖς ἔτι μοὶ ὦσιν, μηδὲν ἀφορᾶν δωρεᾶς τῆς οἰκείων πραγμάτων, ὡς εἴρηται, τοὺς ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς τούτοις συνάπτειν.

Canon XXV.

Ut Episcopi & Clerici in non orthodoxos Christianos nihil conferant: & si sint adhuc cognati, nihil per suarum rerum donationem, ut dictum est, Episcopi vel Clerici in eos conferant.

ΒΑΛΣ. Αἱρετικοὶ μὲν λέγονται, οἱ μὴ δοξάζοντες ὀρθῶς τὰ τῆς Χριστιανῶν· ἄπιστοι δὲ, οἱ μηδὲ ὅλως πιστεύοντες τὴν ἐναρκον οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ λόγου. φησὶ γοῦν ὁ κανὼν, μηδένα ἐπίσκοπον ἢ κληρικὸν, κατὰ νόμον ληγάτου ἢ κληρονομίας, καταλιμπάνειν τοῖς τοιούτοις ὅ ὁποιῶ, κἂν συγγενεῖς αὐτῷ ὦσιν· ἀλλὰ μηδὲ δωρεῖσθαι αὐτοῖς ἐν ζωῇ οἰκεῖον πρᾶγμα. ἀνάγνωσον ϖδ΄. κανόνα τῆς πρώτης συνόδου, καὶ βιβλίον τῆς βασιλικῆς λε΄. τίτλου ι΄. κεφ. λη΄. διδάσκον, μὴ ὀφείλειν κληρονομεῖσθαι τοὺς γονεῖς ὑπὸ αἱρετικῆς παίδων, ἢ τοὐναντίον. καὶ βιβλίου α΄. τίτλου α΄. κεφάλαια διάφορα λέγοντα, μὴ μόνον κληρικοὺς, ἀλλὰ καὶ λαϊκοὺς ἐμποδίζεσθαι πρὸς αἱρετικοὺς ἢ ἀπίστους ὁποιονδήποτε πρᾶγμα πέμπειν ἢ τούτοις διαφέροντα. ὃ δὲ ια΄. κεφάλαιον ϖδ΄ γ΄. τίτλου ϖδ΄ ε΄. βιβλίου τῆς βασιλικῆς λέγει, μήτε κατὰ μίαθωσιν μήτε κατ' ἐμφύτευσιν μήτε κατ' ἐξώνησιν, ἢ ἄλλον τρόπον τινὰ, λαμβάνειν τοὺς αἱρετικοὺς ἀκίνητα οἱαδήποτε ἐξ ἐκκλησίας τινὸς ἢ ἄλλου σεβασμίου οἴκου. καὶ ϖδ΄ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου καὶ κεφ. θέμα γ΄. ἐὰν ὀρθόδοξος, ἔχων κτῆσιν ἐν ᾗ ἔστιν ἁγία ἐκκλησία, πραπέμψει τοιούτῳ καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἀπίστῳ ἢ ἀπλῶς αἱρετικῷ, ἡ ἐκκλησία τῆς αὐτῆς κώμης τῷ αὐτῷ ἐκκλησίαν ἀποδικαιούτω. ἀκούων δὲ τῶν κανόνος λέγοντος, μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τοὺς ἐπισκόπους ἢ τοὺς κληρικοὺς γράφειν κληρονόμους αἱρετικοὺς ἢ ἀπίστους, λέγε γνέσθαι πρὸς τῶν ἐπισκόπων τὰ ἐν τῷ μ΄. ἀποστολικῷ κανόνι προειρήμενα, καὶ τὰ δηλούμενα ἐν τῷ κδ΄. κανόνι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. οὕτω γὰρ ἐπ' ἐξουσίας ἔσται αὐτοῖς πραπέμπειν πρὸς ὀρθοδόξους τὰ οἰκεῖα, καὶ λόγον κληρονομίας, ληγάτου καὶ δωρεᾶς· εἰ δὲ μή, οὐδὲ πρὸς ὀρθοδόξους δυνάνται πραπέμπειν ταῦτα.

BALS. Hæretici quidem dicuntur, qui de rebus Christianorum non rectè sentiunt: Infideles autem, qui incarnatam verbi Dei œconomiam omnino non credunt. Dicit ergo canon, nullum Episcopum vel Clericum, ratione legati vel hæreditatis, iis qui sunt ejusmodi debere quidquam relinquere, etiamsi sint ejus cognati: sed neque in vita rem propriam illis dare. Lege lxxxiii. can. præsentis syn. & lib. Basilic. xxxv. tit. viii. cap. xxxviii. quod docet, non debere filios hæreticos parentibus succedere, vel contrà. Et lib. primi tit. primi, diversa capita, dicentia, non solùm clericos, sed & laicos impediri, quominus ad hæreticos vel infideles quæ ad se pertinent quomodocunque transmittant. xi. autem cap. iii. tit. v. lib. Basilic. dicit; Neque ex locatione, neque ex emphyteusi, neque ex emptione, vel ulla alia ratione, debere hæreticos ulla immobilia ex quavis ecclesia vel ex alio venerabili loco accipere. Et ejusdem lib. & tit. & cap. thema iii. Si orthodoxus, habens possessionem in qua est sancta ecclesia, eam ad infidelem, vel simpliciter hæreticum, quavis ratione transmiserit, Ecclesia ejusdem vici eandem Ecclesiam vendicet. Cùm autem audis canonem dicentem, non licere Episcopis vel Clericis scribere hæredes hæreticos vel infideles, dic debere fieri ab Episcopis quæ in xl. can. Apostolico continentur, & quæ in xxiv. can. Antioch. Syn. declarantur. Sic enim in eorum erit potestate ad orthodoxos sua transinittere, hæreditate legato, & donatione: sin minùs, nec ea quidem poterunt ad orthodoxos transmittere.

ΖΩΝΑΡ. Μηδὲ κατὰ κληρονομίαν ἢ ληγάτον ἢ ἄλλως πως καταλιμπάνειν τι τοῖς αἱρετικοῖς ἢ ἀπίστοις ὀρθοδόξους Χριστιανοὺς, καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἀπηγόρευται νόμοις. τοῦτο οὖν καὶ ὧδε κελεύει κανών, λέγων τοὺς ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς μηδένα αἱρετικὸν ἢ ἄπιστον συνεισάγειν εἰς κληρονομίαν ἢ ληγάτον Χριστιανῷ, κἂν ἦναι ἴσως συγγενεῖς, ἢ τῷ ἀφωρισμένου ἢ τῷ κληρονόμου, οἱ αἱρετικοὶ καὶ οἱ ἄπιστοι, ἀλλὰ μοὶ μηδὲ δωρεῖσθαι αὐτοῖς τινα ἐκ τῆς οἰκείων πραγμάτων. τοῦτο δὲ καὶ ὁ πα΄. κανὼν τῆς συνόδου ταύτης πλατύτερον διατίθεται. ἐν δὲ τῷ λε΄. βιβλίῳ τῆς βασιλικῆς. τίτ. ι΄. κεφαλαίῳ λη΄. εὑρήσεις, ὅτι οὐδὲ παῖδες αἱρετικοὶ δύνανται κληρονομεῖν τοὺς οἰκείους γονεῖς, οὐδὲ γονεῖς αὖθις αἱρετικοὶ δύνανται ἄλλως καταλιμπάνειν κληρονόμους, εἰ μὴ τοὺς οἰκείους παῖδας Χριστιανοὺς ὄντας, κἂν ἄλλους δὲ παῖδας ἔχοιεν αἱρετικοὺς, ἀποκληροι ἔσονται ἐκεῖνοι, κἂν ἴσως πρὸ τῆς γονέων κληρονόμοι ἐγράφησαν, εἰ μὴ ἔχοιεν παῖδας ὀρθοδόξους, εἰς συγγένειαν αὐτῆς ὀρθοδόξους προελθόντας ἡ προσουσία αὐτῆς. εἰ δὲ μήτε παῖδες ὀρθόδοξοι εἶεν αὐτοῖς μήτε συγγενεῖς τοιοῦτοι, κληρικῆς δὲ τάξεως ἔχον οἱ πλουτήσαντες, ἵνα ἐν τῷ ἑαυτῶν, μὴ δυνάτον αὐτῆς ψηφιζομένου, ἐκνικῶσιν αὐτὰ οἱ τῆς ἐκκλησίας τῆς πόλεως, ἐν ᾗ κατῴκουν ἐκεῖνοι. καὶ ἐν τῷ α΄. βιβλίῳ τῆς βασιλικῆς γέγραπται, μὴ κληρονομεῖν Σαμαρείτας

ZONAR. Ne quidquam ex rebus suis, hæreditatis aut legati nomine, aut alia quacunque ratione, hæreticis infidelibus Christiani orthodoxi relinquant, legibus quoque civilibus cautum est. Idem igitur hoc quoque canone constituitur, Episcopus enim, inquit, aut Clericus, ne quenquam hæreticum aut à fide alienum in partem hæreditatis aut legati cum Christiano homine cohæredem scribat; quamvis, aut ei qui testamentum scripsit, aut ei qui hæres institutus est, hæretici illi & infideles consanguinitate jungantur; imò nec aliquid ex suis rebus ejusmodi hominibus largiatur. Hoc idem hujus quoque Synodi canone primo & octogesimo fusiùs explicatur. Quinto vero & trigesimo Basilic. libro, tit. octavo. cap. trigesimooctavo, neque filios hæreticos hæreditatem parentum cernere posse, neque hæreticis parentibus, præter filios qui sint Christiani, alios hæredes instituere licere; sique alii filii sint hæretici, quamvis testamento parentum hæredes scripti sint, extra hæreditatis sortem esse debere; si vero nulli orthodoxi sint liberi, ad propinquos orthodoxos lege pervenire hæreditatem, reperies. Cùm vero neque filii orthodoxi nec hujusmod propinqui fuerint illis, clericorum vero habitu incedebant qui decessêre, unius anni intervallo, ab illorum obitu definiendo, Ecclesiæ ejus urbis, in qua illi diversabantur, Clerici possessionem adeant. Primo quoque Basilic. lib.

ne

ne Samaritis aut hæreticis quibuſcunque, vel hæreditatem obire vel donationem accipere liceat, edicitur; & quæcunque deinceps ejuſdem libri capite liii. tum de aliis tum de Samaritarum agricolis, explicantur, (huc ſpectant.) Tertii vero tit. lib. v. cap. xi. neque locatione, neque emphyteuſi, neque emptione, aut alio quocunque modo, quodlibet immobile Eccleſiæ alicujus aut alterius ſacræ domus ab hæretico accipi licere decernitur. Et vero ejuſdem libri, tituli, & capitis thema tertium dicit; Si quis orthodoxus prædium, in quo ſancta Eccleſia condita ſit, infideli, aut etiam hæretico, quacunque ratione tranſmiſerit, vici ejus Eccleſia prædii poſſeſſionem vindicet.

ARIST. *Epiſcopi & Clerici nihil è bonis ſuis dabunt hæreticis, vel in eos conferent, nec ſi cognati fuerint.*

CANON XXVI.

Item, Epiſcopi trans mare non proficiſcantur: niſi cum decreto primæ cathedræ proprii uniuſcujuſque regionis Epiſcopi; hoc eſt, niſi ab ipſo Primate præcipuè acceperit eâm, quæ dicitur dimiſſoria, formatam, vel commendationem.

BALS. Quomodo Epiſcopi debeant peregrè proficiſci ab eis, quæ illos ſortitæ ſunt, Eccleſiis, dictum eſt in xiv. xv. & xxxiii. canone Apoſtolico; in vii. viii. & xi. Antiochen. Synod. in xli. & xlii. Syn. Laod. in xiii. Chalcedon. in v. xvi. & xvii. Sardic. & ſufficiunt quæ in illis ſcripta ſunt. Cùm autem audis canonem dicentem, cum decreto ſeu cognitione primi, ſcilicet Metropolitani, debere Epiſcopum peregrè proficiſci; ne dixeris ejus ſolius cognitionem ſufficere, ſed & univerſæ ejus ſynodi eſſe adhuc neceſſariam ſententiam; ut vult can. xi. Antioch. Syn. Propterea enim canoni adjicitur illud; Neceſſariam quidem eſſe reliquorum quoque epiſcoporum ſententiam; ſed præcipuè Primatis. Formata autem dicta eſt dimiſſoria epiſtola, utpote quæ, vel neceſſariam exprimat Epiſcopi peregrinationis cauſam, vel obſignationem & ſubſcriptionem Primatis Synodi habere debeat. Eadem autem commendatio dicta eſt, ut quæ iis, ad quos vadit, peregrinantem epiſcopum commendet, ſive ad eum pertinentia declaret & probet.

ZONAR. Epiſcopos, & omnes demum qui ratione utenti gregi præfecti ſunt, perpetuam in ſuis Eccleſiis ſtationem habere, populiſque, qui ipſorum curæ commiſſi ſunt, paſcendis inſtituendiſque operam dare, cum ipſa æquitas, tum quæ æquitati maximè innititur canonum auctoritas jubet. Proinde ne trans mare abire, hoc eſt, ne longum iter ſuſcipere Epiſcopo liceat, hic canon edicit: quod ſi ejus rei neceſſitas aliquando inciderit, non aliter, quam cum decreto primæ cathedræ provinciæ illius Epiſcopi, proficiſcendi facultatem ipſi eſſe decernit. Decreti autem propterea meminit, ut niſi regionis illius Patriarcha aut Metropolitanus profectionis Epiſcopi cauſam examinaverit, ac neceſſariam eſſe judicaverit, epiſtolámque, quæ dimiſſoria dicitur, ei dederit, nequaquam ipſi ex canonum præſcripto proficiſci licere demonſtret. Decreti porro nomine cognitionem ſive approbationem intelligit. A Primate vero præcipuè epiſtolam afferri jubet, quoniam alterius canonis conſtitutione, ab Epiſcopis quoque illius provinciæ, is qui peregrè proficiſcitur literas jubetur afferre: idcirco à Primate provinciæ potiſſimùm obtinendas eſſe decernit, quaſi dicere velit, omnium quidem Epiſcoporum regionis epiſtolas habere laudabile eſſe; ſed à Primate præcipuè ſeu propriè dimiſſoriam, formatam, ſive commendationem afferendam; quæ videlicet neceſſariam eſſe profectionis cauſam exprimat; vel formatam, hoc eſt ſigno ſubſcriptionéque munitam. Illud vero, ſive commendationem, hoc eſt, quæ illum iis ad quos proficiſcitur commendet, ſeu notum faciat, pro eodem precibus interpellet, illum eis ſiſtat & exhibeat.

ΑΡΙΣΤ. Ἐπίσκοποι, καὶ κληρικοὶ αἱρετικοῖς, οὐδ' ἂν ὦσι συγγενεῖς, δωρήσονταί τι τῶν οἰκείων, ἢ συνεισάξουσιν.

ΚΑΝΩΝ κς'.

Ὁμοίως ἐπίσκοποι πέραν θαλάσσης μὴ ἀποδημείτωσαν· εἰ μὴ μετὰ ψηφίσματος τῆς πρώτης καθέδρας τῆς ἰδίου ἐπαρχίας χώρας ἐπισκόπου· τοῦτ' ἔστιν, εἰ μὴ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πρωτεύοντος κατεξαίρετον λάβοντες, ἥτις λέγεται ἀπολυτική, πετυπωμένην, ἥντι σφράγισιν.

ΒΑΛΣ. Περὶ τοῦ τοὺς ὀφείλοντας ἀποδημεῖν οἱ ἐπίσκοποι ἐκ τῶν λαχόντων αὐτοὺς ἐκκλησιῶν, εἴρηται ἐν τῷ ιδ'. ιε'. καὶ λγ'. ἀποστολικῷ κανόνι. ἐν ζ'. ἡ. καὶ ια'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ. ἐν μα'. καὶ μβ'. τῆς ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ἐν ιγ'. τῆς ἐν Χαλκηδόνι· ἐν ε'. ις'. καὶ ιζ'. τῆς ἐν Σαρδικῇ, καὶ ἀρχοῦσι τὰ ἐν ἐκείνοις γεγραμμένα. ἀκόλουθον δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος, μετὰ ψηφίσματος ἥντι διαγνώσεως τοῦ πρώτου, δηλονότι τοῦ μητροπολίτου, ὀφείλειν ἀποδημεῖν τὸν ἐπίσκοπον, μὴ ἐπὶ ἀρκεῖν τὴν διάγνωσιν τούτου καὶ μόνου, ἀλλὰ ἀναλαμβάνειν μὲν δεῖ τὴν γνώμην εἰς τὸν καὶ πάσης τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου, καὶ τὸν ια'. κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. Διὰ γὰρ τοῦτο προσκειται τῷ κανόνι, τὸ ἀναλαμβάνειν μὲν δεῖ καὶ τὴν τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων ψῆφον· κατεξαίρετον δὲ τοῦ πρωτεύοντος. πετυπωμένη δὲ ἐκλέγεται ἡ ἀπολυτικὴ ἐπιστολή, ἢ ὡς ὑποτυποῦσα τὴν ἀναλαμβάνειν αἰτίαν τῆς ἀποδημίας τοῦ ἐπισκόπου, ἢ ὡς ὀφείλουσα ἔχειν σημασίαν καὶ ὑπογραφὴν τοῦ πρωτεύοντος τῆς συνόδου. ἢ αὐτὴ δὲ νοηθήσεται καὶ σφράγισις, ὡς σφραγισθεῖσα τῷ ἀποδημήσαντι ἐπίσκοπον τοῖς πρὸς οὓς ἄπεισιν, ἤγουν γνωρίζουσα τὰ κατ' αὐτὸν καὶ ὁρίσασα.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους λογικοῦ ποιμνίου πάντας ἁπλῶς, καὶ αὐτὸ δίκαιον καὶ οἱ κανόνες τῇ δικαίᾳ ἑπόμενοι ἀπαιτοῦσι προσμένειν τοῖς ἐκκλησίαις τῶν, καὶ ποιμαίνειν καὶ καθαρτίζειν τοὺς ἐμπιστευομένους αὐτοῖς λαούς. διὸ καὶ ὁ κανὼν οὗτος πέραν θαλάσσης ἤγουν μακρὰν ὁδὸν μὴ ἀποδημεῖν ἐπίσκοπον ἐκκλείεται· εἰ δέ ποτε ἀναγκη ἐπείγῃ τοῦτο γενέσθαι, μὴ ἁπλῶς ἀπιέναι αὐτὸν, εἰ μὴ μετὰ ψηφίσματος τοῦ τῆς πρώτης καθέδρας τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἐπισκόπου. ψηφίσματος δ' ἐμνήσθη, ἵνα δείξῃ, ὅτι εἰ μὴ ὁ τῆς χώρας ἐκείνης πατριάρχης ἢ μητροπολίτης δέξεται τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἀποδημῆσαι μέλλει ὁ ἐπίσκοπος, καὶ διαγνῷ ἀναλαμβάνειν δεῖ, καὶ δώσει αὐτῷ τὴν λεγομένην ἀπολυτικὴν ἐπιστολήν, οὐ δυνάται κανονικῶς ἀποδημῆσαι. ψήφισμα δὲ ἡ διάγνωσις καὶ ἡ ἀπόφασις λέγεται. κατ' ἐξαίρετον δὲ τὸν πρωτεύοντος, φησιν, ἐπεὶ ἐν ἑτέρῳ κανόνι εἴρηται, ὅτι καὶ τὴν τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης δεῖ γνώμην ζεσθαι καὶ ἀποδημοῦντα ἐπιστολάς. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ λόγον ἔπεν, ὅτι τοῦ πρωτεύοντος τῆς ἐπαρχίας ὃ κατ' ἐξαίρετον, τουτέστι, καλὸν μὲν καὶ πάντων τὴν ἐπισκόπων τὰς χώρας ἔχειν ἐπιστολάς, κατ' ἐξαίρετον δὲ, ἀντὶ τοῦ κυρίως δὲ, τοῦ πρωτεύοντος ἔχειν ἀπολυτικὴν, πετυπωμένην, ἥντι σφραγίδων, τυποῦσθαι δηλονότι ἀναλαμβάνειν δεῖ τὴν ἀποδημίαν αὐτοῦ, ἢ πετυπωμένην, ἀντὶ τοῦ ἐνσημασμένην, ὑπογεγραμμένην. ὃ δὲ, ἥτοι σφράγισιν, ἀντὶ τοῦ σφραγισθεῖσαν αὐτὸν τοῖς πρὸς οὓς ἄπεισιν, ἤγουν γνωρίζουσαν, ἀξιοῦσθαι περὶ αὐτοῦ, παραστῆσαι αὐτόν.

ΑΡΙΣΤ.

ΑΡΙΣΤ. Ἐπίσκοπος οὐκ ἀποδημήσει πέραν θαλάσσης, εἰ μὴ τοῦ πρωτεύοντος τῆς χώρας ἀπολυτικὰ λάβῃ γράμματα.

Οὔτε ἐπίσκοπος, οὔτε κληρικὸς μακρὰν ἀποδημεῖν ὀφείλει, ἄνευ γνώμης καὶ γραμμάτων τοῦ πρωτεύοντος ἐν αὐτῇ· καθὼς καὶ τῇ ἐν Σαρδικῇ συνόδῳ καὶ τῇ ἐν Λαοδικείᾳ δέδοκται.

A

ARIST. *Episcopus trans mare non peregrinabitur, nisi à regionis Primate dimissoriam acceperit expositionem.*

Nec Episcopus nec Clericus peregre proficisci debet, sine sententiâ & literis provinciæ Primatis: quemadmodum & Sardicensi Synodo & Laodicenæ visum est.

ΚΑΝΩΝ κζ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐκτὸς τῶν κανονικῶν γραφῶν μηδὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διαγινώσκηται ἐπ' ὀνόματι θείων γραφῶν. εἰσὶ δὲ αἱ κανονικαὶ γραφαί, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικόν, Ἀριθμοί, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, Κριταί, Ρουθ, τῶν Βασιλέων τέσσαρες, τῶν Παραλειπομένων βίβλοι δύο, Ἰὼβ, Ψαλτήριον, Σολομῶντος βίβλοι πέντε, τῶν προφητῶν βίβλοι δώδεκα, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, Ἰεζεκιὴλ, Δανιὴλ, Τωβίας, Ἰουδίθ, Ἐσθὴρ, Ἔσδρα βίβλοι δύο. τῆς νέας Διαθήκης εὐαγγέλια τέσσαρα, πράξεων τῶν ἀποστόλων βίβλος μία, ἐπιστολαὶ Παύλου δεκατέσσαρες, Πέτρου ἀποστόλου δύο, Ἰωάννου Ἀποστόλου τρεῖς, Ἰακώβου ἀποστόλου μία, Ἰούδα ἀποστόλου μία, ἀποκάλυψις Ἰωάννου βίβλος μία. τοῦτον δὲ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν Βονιφατίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν αὐτῶν μερῶν ἐπισκόποις, πρὸς βεβαίωσιν τοῦ προκειμένου κανόνος γνωρισθῇ, ὅτι παρὰ τῶν πατέρων ταῦτα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῆναι παρελάβομεν.

B

C

Item placuit, ut præter canonicas scripturas nihil in Ecclesiâ legatur sub nomine divinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jesus Nave, Judices, Ruth, Regnorum libri iv. Paralipomenon libri duo, Job, Psalterium, Solomonis libri quinque, Prophetarum libri xii. Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel; Tobias, Judith, Hester, Esdræ libri ii. Novi testamenti evangelia iv. Actorum Apostolorum liber unus, Epistolæ Pauli xiv. Petri Apostoli ii. Apostoli Joannis tres, Jacobi Apostoli una, Judæ Apostoli una, Apocalypsis Joannis liber unus. Hoc autem fratri & nostro in sacris comministro Bonifacio, & aliis earundem regionum Episcopis, ad propositi canonis confirmationem, significetur: quoniam à patribus hæc in Ecclesia legenda accepimus.

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν τίνα δεῖ ἀναγινώσκεσθαι βιβλία ἐπ' ἐκκλησίας, ζήτει τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ξ'. καὶ πέ. τῶν ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κανόνα ξ'. τὰ ἑξῆς τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, καὶ τὰ κανονικὰ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, καὶ τῶν ἁγίου Ἀμφιλοχίου.

BALS. Quosnam libros legi in Ecclesia oporteat, quære sanctorum Apostolorum can. lx. & lxxxv. Laod. Syn. can. lx. sancti Gregorii Theologi ea quæ metro scripsit, & sancti Athanasii canonica, & sancti Amphilochii.

ΖΩΝΑΡ. Περὶ τοῦ, τίνα δεῖ ἀναγινώσκεσθαι βιβλία ἐπ' ἐκκλησίᾳ, καὶ ὁ τελευταῖος τῶν ἀποστολικῶν κανόνων ἑξακοσιοστὸς, καὶ ὁ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου νθ'. κανὼν, καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀπαριθμεῖται, ὅσα χρὴ διαγινώσκεσθαι βιβλία, καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ θεολόγος, καὶ ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος.

D

ZONAR. Quos libros legere in Ecclesiis oporteat, & postremus Apostolorum canon & Laodicenæ Synodi unde-sexagesimus statuit: & magnus Athanasius, qui libri legendi sint, omnes enumerat, & magnus Gregorius Theologus, & sanctus Amphilochius.

ΑΡΙΣΤ. Μηδὲν ἔξω τῶν κεκανονισμένων γραφῶν ἐν ἐκκλησίᾳ ἀναγινωσκέσθω.

ARIST. Nihil præter scripturas Canonicas in Ecclesiâ legatur.

Παρὰ τὰ κεκανονισμένα βιβλία τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς Διαθήκης, ἕτερα ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία ἐν ἐκκλησίᾳ, ὡς ἅγια, οὐκ ἀναγνωσθήσονται· ἀλλ' ὁ τοῦτο ποιῶν κληρικὸς καθαιρεθήσεται· ὡς καὶ ὁ ἐξηκοστὸς κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διαλαμβάνει, καὶ ἕτεροι πολλοί.

E

Præter libros in canonem receptos veteris & novi Testamenti, alii falsò scripti impiorum libri, in Ecclesiâ, ut sancti non legentur. Sed Clericus, qui hoc fecerit, deponetur; ut & sexagesimus sanctorum Apostolorum canon statuit, & multi alii.

ΚΑΝΩΝ κη'.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· περιττόν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, πρὸς τούτοις, ἐν τῷ ἀναφέρεσθαι ἕνεκεν ἐγκρατείας τῶν περὶ τοὺς ἰδίους γυναικούς τινων τῶν κληρικῶν, διαιρέσεως ἀναγνωσῶν, ὃ ἐν διαφόροις συνόδοις βεβαιωθέν· ὥστε τοὺς ὑποδιακόνους τοὺς τὰ ἱερὰ μυστήρια ψηλαφῶντας, καὶ τοὺς διακόνους καὶ πρεσβυτέρους, ἀλλὰ καὶ ἐπισκόπους, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους καὶ ἀπὸ τῶν συμβίων ἐγκρατεύεσθαι, ἵνα ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν· ὅταν εἰ μὴ ποιήσωσιν, τῶν ἐκκλησιαστικῶν λόγων κινδυνεύσωσι καθήκοντος. τοὺς δὲ λοιποὺς κληρικοὺς πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκάζεσθαι, εἰ μὴ ἐν προβεβηκυίᾳ ἡλικίᾳ. ἀπὸ πάσης ἐλλείψει τῆς συνόδου, ἅπερ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη δικαίως ἐρύθμισεν, ἱεροπρεπῶς ὄντα καὶ θεάρεστα, βεβαιοῦμεν.

Aurelius Episcopus dixit; His adjicio, fratres inprimis venerabiles, dum de continentia quorundam Clericorum, præterquam Lectorum erga suas uxores refertur, id quod in diversis canonibus confirmatum est: ut Hypodiaconi, qui sacra mysteria contrectant, & Diaconi, & Presbyteri, quinetiam & Episcopi in propriis terminis à conjugibus abstineant, ut sint tanquam non habentes; quod nisi fecerint, ab Ecclesiastico officio moveantur. Reliqui autem Clerici ad hoc non cogantur, nisi in provecta ætate. Ab universa Synodo dictum est; Quæ vestra sanctitas justè composuit, cùm sancta sint & Deo grata, confirmamus.

F

ΒΑΛΣ. Τὰ εἰς δ'. κανόνα τῆς προύσης συνόδου γραφέντα, διορίζόμενον ἀπέχεσθαι τῶν ἰδίων γυναικῶν τοὺς πρεσβυτέρους, τοὺς διακόνους καὶ τοὺς ὑποδιακόνους πάντως καὶ διὰ καιρὸν τῆς ἐφημερείας αὐτῶν, ἤγουν καθ' οὓς καιροὺς

BALS. Quæ in quartum canonem præsentis Synodi scripta sunt, qui statuit ut à propriis uxoribus omnino abstineant Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi tempore suæ vicis, scilicet quando tractant sacra,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ſufficiunt ad præſentis canonis interpretationem. Lectoribus autem patres conceſſerunt, ut à ſuis uxoribus non contineant omnino tempore ſuæ vicis: niſi utique, inquiunt, provecti ſint ætate. κείρα enim pro ἡλικία, hoc eſt, ætate, accipitur. Nota ergo quòd etiam Hypodiaconi ſacra tractant. Nec dicas præſentem can. repugnare xxi. can. Syn. Laodic. qui dicit, Subdiaconos non habere locum in miniſtrandi officio, nec debere ſacra tangere: ſed dic, quòd aliud eſt contrectare, & aliud tangere. Contrectare enim, aut à loco in locum mutare, eſt miniſterii; & nec Subdiaconus hoc facere impedietur: tangere autem, ſolis Sacerdotibus conceſſum eſt, & iis qui ſacrificio ſubſerviunt, ſeu Diaconis. Debent autem ex præſenti canone, non ſolùm qui ſacra tangunt, ſed & qui ea contrectant, ſuæ vicis tempore continere. Ut Clerici autem, qui ſunt extra tribunal, à propriis uxoribus abſtineant in provecta ætate, honeſtum quidem eſt. Ut ii autem puniantur à natura compulſi, non eſt, ut exiſtimo, ſanctorum patrum judicii. Et propterea, ut eſt conſentaneum, ne canon quidem eos puniendos eſſe ſtatuit. Lege præſentis Syn. can. iii. & ſextæ xii. & xiii.

A μεταχειρίζονται τὰ ἅγια, ἀρκούσι καὶ εἰς τὸν τῶν ὑποδιακόνων κανόνα ἑρμηνείαν. τῆς μὲν οὖν ἀναγνώσεως ἐνέδωκαν οἱ πατέρες μὴ ἐγκρατεύεσθαι ὅσον τῇ συμβίων αὐτῶν πάντως καὶ καιρὸν τὸ τούτων ἐφημερείας, εἰ μήπω, φασὶν, ὥσι προβεβηκότες. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ κείρα, τουτέστιν ἡ ἡλικία. σημείωσαι οὖν, ὅτι καὶ οἱ ὑποδιάκονοι τὰ ἅγια μεταχειρίζονται. καὶ μὴ ἅπτῃς ἐναντιοῦσθαι τῷ πρόντα κανόνα τῷ κα', κανόνι τῷ ὃν Λαοδικείᾳ συνόδου διορίζομένῳ, τοὺς ὑποδιακόνους μὴ ἔχειν χώραν ὅσον τῷ διακονικῷ, μηδὲ ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν· ἀλλ' ἐκεῖ, ὅπου ἕτερόν ἐστι τὸ ψηλαφᾶν, καὶ ἕτερον τὸ ἅπτεσθαι. τὸ μὲν γὰρ ψηλαφᾶν ἦγουν τὸ μετακινεῖν ἀπὸ τόπου εἰς τόπον, ὑπηρεσίας ἐστὶ, καὶ οὐδὲ ὁ ὑποδιάκονος τῶν προσὼν ἐμποδισθήσεται· τὸ δὲ ἅπτεσθαι, μόνοις ἐξεδόθη τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς ὑπουργοῦσιν ἐν τῇ θυσίᾳ, ἤγουν τοῖς διακόνοις. ὀφείλουσι δὲ καὶ τὰ πρόντα κανόνα, οὐ μόνον οἱ ἀπτόμενοι τῶν ἱερῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ ψηλαφῶντες αὐτά, ἐγκρατεύεσθαι καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἐφημερείας. τὸ δὲ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἰδίων γυναικῶν τοὺς ἔξω τοῦ βήματος κληρικοὺς ὄντας, προβεβηκυίᾳ ἡλικίᾳ, καλὸν μέν ἐστι. κελεύεσθαι δὲ ζητοῦσι ὑπὸ τῆς φύσεως ἀναγκαζομένους, οὐκ ἔστι τοῖς τῶν ἁγίων πατράσιν, οἷς οἶμαι, διακρίσεως. καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, οὐδὲ ὁ κανὼν διορίζεται τιμωρεῖσθαι τούτους. ἀνάγνωθι τῆς προύσης συνόδου κανόνα γ'. καὶ τῆς ς'. κεφ. ιϐ'. καὶ ιγ'.

C

Zonar. Hic quoque canon eos, qui ſancta contrectant, continentiæ legibus teneri, proindéque Hypodiaconos, Diaconos & Sacerdotes, qui nimirum divina myſteria tractant, à conjugibus abſtinere jubet; & profert in eam ſententiam Apoſtoli verba; ut qui uxores habent, dicens, ſint tanquam non habentes; quo nimirum tempore ſancta illorum manibus adminiſtrantur. Quod ſi, inquit, non ita fecerint, Eccleſiaſtico ordine movebuntur: nam officii nomine hoc loco ordinem & honorem intelligit. Alii vero clerici, niſi provecta admodum ætate ſint (κείρα enim ætatem ſignificat) hoc eſt, niſi jam multùm ſenectute proceſſerint, ad id ne cogantur. Extremæ enim ſenectutis hominem omnino decet eſſe temperantem. Quin potius, ut magno Baſilio viſum eſt, nec erit cur temperantem dicamus, qui à mulieris commercio effœtus abſtineat. Temperantia enim, inquit ille, in ſenili ætate, non temperantia, ſed quædam ſuis viribus deſtituta libido eſt. At vero qui ne in ſenectute quidem temperans ſit, longe illum nequitiæ ſordibus contaminatiſſimum eſſe neceſſe eſt. Talem vero Clericum eſſe haud decet. Atque hunc quidem canonem, ſi ita accipiatur, ut quo tempore ſancta tractanda ſunt ſacris initiati, quos diximus, ab uxorum commercio abſtineant, nos quoque admittimus: ſin verò perpetuum indicit ab uxore divortium, ipſum potius, Apoſtolicis quippe & ſynodicis conſtitutionibus adverſantem, ex ſacrorum canonum numero ejiciemus. Quin & alteri canoni ex alio quodam capite eſt contrarius. Nam Hypodiaconos à ſacro miniſterio arceri, neque ſacra contingere, Laodicenæ Synodi canon xxi. jubet: hic verò inter eos qui ſacra contrectant, Hypodiaconos quoque numerat. Dixerit igitur quiſpiam, fortaſſe in iis regionibus, Africa nimirum & Carthagine, fuiſſe hoc in more poſitum, ut Hypodiaconi quoque ſacra myſteria contingerent.

Ζωναρ. Καὶ ἔστι ὁ κανὼν οὗτος τὸ ἐγκρατεύεσθαι τοὺς ψηλαφῶντας τὰ ἅγια ἐκ τῶν γυναικῶν αὐτῶν διατίθεται, καὶ φησι τοὺς ὑποδιακόνους καὶ διακόνους καὶ πρεσβυτέρους ἀπέχεσθαι τῶν ἰδίων γαμετῶν, ψηλαφῶντας τὰ θεῖα μυστήρια, καὶ τὰ ἀποστολικὰ ῥήματα παρέχει, λέγων, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν, ἤγουν καθ' ὃν καιρὸν μεταχειρίζονται τὰ ἅγια. ἐὰν δὲ μὴ οὕτω ποιῶσί, φησιν, ἀποκινηθήσονται τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως. καθήκον γὰρ ἐνταῦθα τιμὴν καὶ τάξιν καὶ τιμὴν φησι. τοὺς δὲ λοιποὺς κληρικοὺς πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκάζεσθαι, εἰ μὴ ἐν προβεβηκυίᾳ, εἰ μὴ πάνυ ἄγαν προβεβηκότες ἐν ἡλικίᾳ, κείρα γὰρ ἡλικία ἐστὶ, τουτέστιν, εἰ μὴ πάνυ ἄγαν γεγηρακότες. τοὺς γὰρ ἐν γήρᾳ βαθεῖ καταμετρήσαι δεῖ σωφρονεῖν. μᾶλλον δὲ, καὶ μέγαν Βασίλειον, οὐδὲ σωφροσύνη ἂν λεχθείη τῶν γερόντων ἡ ἀποχή. φησὶ γάρ ἐκεῖνος, ἡ ἐν γήρᾳ σωφροσύνη οὐ σωφροσύνη, ἀλλὰ ἀκολασίας ἀδυναμία. ὃς δὲ οὐδὲ ἐν γήρᾳ σωφρονεῖ, ἔστιν εἰπεῖν ἀκόλαστον. κληρικὸν δὲ τοιοῦτον εἶναι οὐ δεῖ. εἰ μὲν οὖν οὕτως νοοῖτο ὁ κανὼν ἔστιν, ὥστε καὶ καιρὸν τῆς μεταχειρίσεως τῶν ἁγίων ἀπέχεσθαι τῶν ἰδίων γυναικῶν τοὺς ἱερομένους, ἐνεργοῦμεν καὶ ἡμεῖς· εἰ δὲ πλείους χωρίζεσθαι λέγει τῶν ἰδίων συμβίων αὐτούς, χωρισθήσεται τῶν ἱερῶν κανόνων, ἀποστολικοῖς τε καὶ συνοδικοῖς κανόσιν ἐναντιούμενον. ἐναντιοῦται δὲ καὶ κατ' ἄλλον κανόνι ἑτέρῳ. ὁ ϛ' κα'. κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου τοὺς ὑποδιακόνους μὲν ἔχειν χώραν ἐν τῷ διακονικῷ κελεύει, μηδὲ ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν· ἔστι δὲ καὶ τοὺς ὑποδιακόνους ἐν τῷ τοὺς ἱερὰ ψηλαφοῦντων εἶναί φησιν. εἴποι οὖν τις, ὅτι ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις, τῇ Ἀφρικῇ δηλονότι καὶ τῇ Καρχηδόνι, ἔθος τοιοῦτον ἦν ἴσως, ὥστε καὶ τοὺς ὑποδιακόνους ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν μυστηρίων.

D

E

F

Arist. *Qui res ſacras tractant, etiam à propriis uxoribus ſuis terminis abſtineant.*

Αριστ. Οἱ τὰ ἱερὰ χειριζόμενοι, καὶ ἀπὸ τῆς συμβίου καὶ τοὺς ἰδίους ὅρους ἐγκρατεύεσθαι.

Oportet eos, qui altari aſſident, tempore quo ſacra tractant, & à propriis uxoribus ſe continere: ut conſequi omnino poſſint quod à Deo petunt.

Χρὴ τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας, ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν ἁγίων μεταχειρίσεως, καὶ λέγω τῆς ἰδίας γυναικὸς ἐγκρατεύεσθαι. ὅπως δυνηθῶσιν ὃ παρὰ τοῦ θεοῦ αἰτοῦσιν ἀπλῶς ἐπιτυχεῖν.

Ψηφιοποιήθηκε από την

A

ΚΑΝΩΝ κθ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν μηδεὶς πιπράσκῃ· ὅπερ πρᾶγμα ἐὰν προσόδους μὴ ἔχῃ, καὶ πολλή τις ἐπείγῃ ἀνάγκη, τοῦτο ἐμφανίζεσθαι τῷ πρωτεύοντι τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, καὶ μετὰ τοῦ ὡρισμένου ἀριθμοῦ τῶν ἐπισκόπων βουλεύεσθαι, τί δεῖ πρᾶξαι. εἰ δὲ τοσαύτη ἀνάγκη ἐπείγει τὴν ἐκκλησίαν, ὡς μὴ δύνασθαι, πρὸ τοῦ πωλεῖν, βουλεύεσθαι, κἂν τοὺς γειτνιῶντας πρὸς μαρτυρίαν καλέσῃ ὁ ἐπίσκοπος, φροντίδα ποιούμενος τοῦ ἀποδείξαι τῇ συνόδῳ πάσας τὰς συμβάσας τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ περιστάσεις· ὅπερ εἰ μὴ ποιήσῃ, ὑπεύθυνος τῷ θεῷ καὶ B τῇ συνόδῳ φανῇ ὁ πιπράσκων, καὶ ἀλλότριος τῆς οἰκείας τιμῆς.

ΒΑΛΣ. Ο δωδέκατος κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου περὶ ἐκποιήσεως αὐτουργίων ἐπισκοπείου ἢ μοναστηρίου διαλαμβάνει, ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ ἐκδόσεως· καὶ ἀνάγνωσον τὰ ἐν αὐτῷ παρ' ἡμῶν γεγραμμένα. ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται, μὴ πιπράσκεσθαι πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν πρόσοδον ἔχον, καὶ ὂν δηλονότι ἀκίνητον. ἐὰν δέ, φησιν, ἀνάγκη κατεπείγῃ πολλὴ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ διὰ τοῦτο δεήσῃ ἐκποιηθῆναι ἀκίνητον ἐκκλησιαστικὸν πάντως ἀπρόσοδον (ὃ γὰρ ἔχον πρόσοδον ὁπωσδήποτε οὐκ ἐκποιεῖται) χρὴ τὰ περὶ τούτου ἀναφέρειν τῷ πρωτεύοντι τῆς ἐπαρχίας, ἤγουν τῷ μητροπολίτῃ, καὶ μετὰ τοῦ ὡρισμένου ἀριθμοῦ τῶν ἐπισκόπων, ἤγουν τῶν δώδεκα ἀρχιερέων, οὓς ὡρίσατο συνιόντας ἀκροᾶσθαι τῶν κατὰ τοῦ ἐπισκόπου αἰτιαμάτων, καθὼς πολλάκις εἴρηται, βουλεύεσθαι τί δεῖ πρᾶξαι. εἰ δὲ μεγάλη ἀνάγκη βιάζει τὴν ἐκκλησίαν εἰς τὴν ἐκποίησιν, καὶ οὐ δύναται ὁ ἐπίσκοπος τὰ πρὸ τούτου ἀναφέρειν τῷ μητροπολίτῃ καὶ τοῖς προσφόροις ἐπισκόποις, ὀφείλει μετακαλεῖσθαι τοὺς γειτνιάζοντας ἐπισκόπους εἰς μαρτυρίαν τῆς τε ὀξύτητος τῆς ἀνάγκης, καὶ τῆς περιστατικῆς ἐκποιήσεως τοῦ πράγματος. εἰ δὲ μὴ οὕτω ποιήσει, καὶ τῷ θεῷ ὑπεύθυνος ἔσται, καὶ καθαιρεθήσεται. ἐκ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. σὺ δὲ ἀνάγνωσον ὅλον β'. τίτλον τοῦ ε'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, νεαρὰν ὄντα Ιουστινιανείον ρκ'. καὶ διδάσκοντα περὶ ἐμφυτεύσεως, πράσεως, καὶ ἁπλῶς περὶ πάσης ἐκποιήσεως, οὐ μόνον ἐπισκοπικῶν ἤτοι ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ μοναστηριακῶν, καὶ τῶν ἀνηκόντων εὐαγέσιν οἴκοις, ὡσαύτως καὶ περὶ ἐκποιήσεως ἱερῶν σκευῶν. καὶ κατὰ τὴν τοιαύτην νεαρὰν μεταγενεστέραν οὖσαν κατὰ πολὺ τοῦ παρόντος κανόνος, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν σύνθεσιν τοῦ νομοκανόνου δεχθεῖσαν καὶ καταστρωθεῖσαν εἰς τὰ βασιλικά, λέγε, ποτὲ E μὲν μὴ κωλύεσθαι τὰς ἐκποιήσεις τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ μοναστηριακῶν κινητῶν καὶ ἀκινήτων πραγμάτων, ποτὲ δὲ ἐμποδίζεσθαι. καὶ ἀνάγνωθι καὶ τὸ β'. κεφάλ. τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου. σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι τὰ συνοδικῶς γινόμενα σημειώματα χάριν ἐκκλησιαστικῶν τινων ὑποθέσεων, καὶ δεκρέτου τόπον ἐπέχοντα, ἐξ ἀνάγκης ὀφείλουσι γίνεσθαι παρὰ τοῦ κατὰ χώραν πρώτου καὶ ιβ'. ἀρχιερέων, καὶ τὰ ἄλλως πως γινόμενα, ὡς ἀνυπόστατα οὐχ ἕξουσι τὸ ἐνεργὸν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. ἔτι σημείωσαι, ὅτι καθαιρεῖται ὁ ἐπίσκοπος, μὴ κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν Ιουστινιανείον νεαρὰν ἐκποιούμενος ἐκκλησιαστικὸν ἱερὸν ἢ ἀκίνητον, κἂν τοῦτο οὐ προσκεῖται F τῇ ῥηθείσῃ νεαρᾷ. ἱεροσυλία γὰρ ἄντικρυς ἐστὶν ἡ μὴ κατὰ τὴν νεαρὰν γινομένη ἐκποίησις.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα ἀνεκποίητα εἶναι δεῖ. ἐὰν δὲ πολλή τις ἀνάγκη κατεπείγῃ, καὶ τὸ μέλλον δι' ἐκείνην ἐκποιεῖσθαι ἀπρόσοδον ᾖ, χρὴ τοῦτο, τὸ εἶναί τε ἀπρόσοδον τὸ πρᾶγμα, καὶ τὸ κατεπείγεσθαι ὑπὸ ἀνάγκης πολλῆς, ἐμφανίζειν τῷ πρωτεύοντι τῆς ἐπαρχίας, δηλαδὴ τῷ μητροπολίτῃ, καὶ μετὰ τοῦ ὡρισμένου

CANON XXIX.

Similiter placuit, ut rem Ecclesiasticam nemo vendat: quæ res, si reditus non habeat, & magna aliqua necessitas urgeat, id ejus Provinciæ Primati ostendatur, & cum præfinito Episcoporum numero deliberetur, quid agere oporteat. Sin autem tanta premat Ecclesiam necessitas, ut non possit, antequam vendat, consultare; saltem vicinos ad testimonium vocet Episcopus curam adhibens, ut Synodo demonstret urgentes omnes incommoditates, quæ suæ Ecclesiæ evenerunt: quod nisi fecerit, & Deo & Synodo rationi reddendæ obnoxius videbitur venditor, & à proprio honore alienus.

BALS. Duodecimus Canon universalis septimæ Synodi de prædiorum rusticorum, Episcopatus vel Monasterii alienatione tractat, & etiam de elocatione: & lege quæ in eum à nobis scripta sunt. Præsens autem Canon statuit, rem Ecclesiasticam quæ reditum habet, & est videlicet immobilis, non alienari. Sin autem, inquit, multa necessitas urgeat Ecclesiam, & propterea oporteat alienari rem Ecclesiasticam immobilem, quæ nullius est omnino reditus (quæ enim affert reditum nulla ratione alienatur) oportet hoc ad Primatem Ecclesiæ seu Metropolitanum referre, & cum præfinito Episcoporum numero, duodecim scilicet Antistitum, quos convenientes adversus Episcopum criminationes audire, ut sæpe dictum est, consultare debere statuit quid sit agendum. Sin autem magna urget Ecclesiam necessitas ad alienandum, & non potest Episcopus ad Metropolitanum & competentes Episcopos de ea re referre: debet vicinos Episcopos accersere ad testificandam acrem & urgentem necessitatem alienandæ rei. Si autem hoc non fecerit, & Deo erit obnoxius, & deponetur. Et in his quidem consistit Canon. Tu autem lege totum secundum titulum quinti libri Basilic. quæ est Novella Justiniani cxx. quæ quidem docet de emphyteusi, venditione, & de omni, ut semel dicam, alienatione rerum non solùm Episcopalium, sive Ecclesiasticarum, sed etiam Monasterialium, & ad sacrosanctas ædes pertinentium: similiter & de alienatione sacrorum vasorum. Et secundùm quidem hanc Novellam, quæ est præsenti Canone multò recentior; quin & secundùm constitutionem Nomocanoni, quæ in Basilic. admissa & ibidem sita est, dic; aliquando quidem non prohiberi alienationes Ecclesiasticorum vel etiam Monasterialium mobilium & immobilium bonorum, aliquando verò prohiberi. Lege & secundum caput Epistolæ sancti Cyrilli ad Domnum. Nota autem ex præsenti Canone, quòd quæ synodaliter fiunt de causis quibusdam Ecclesiasticis statuta, & decreti locum obtinent, debent necessariò fieri à Primate Provinciæ & xii. Antistibus; & quæ aliquo alio modo fiunt, vim suam non obtinebunt, ut mihi videtur, utpote quæ consistere nequeant. Præterea nota, quòd deponitur Episcopus, qui non secundùm dictam Justiniani Novellam Ecclesiasticum sacrum vel immobile alienat, etiamsi hoc dictæ Novellæ non sit adjectum. Est enim manifestè sacrilegium, quæ non sit secundùm Novellam, alienatio.

ZONAR. Ecclesiasticas possessiones alienare omnino haud licet. Quod si ejus rei gravis aliqua necessitas contingat, sitque alienanda possessio sterilis & infructuosa; tum vero, & infrugiferam eam rem esse, & gravem ejus alienandæ necessitatem instare, Provinciæ Primati, Metropolitano videlicet indicare, ac de re tota

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

cum præfinito Episcoporum numero deliberare oportet. Præfinitum vero numerum, duodecim, quos in Episcoporum criminibus cognitores esse vult, intelligi arbitror. Si verò necessitatis ejus magna vis Episcopo Metropolitanum adeundi, & cum Episcopis deliberandi, facultatem adimat; tunc saltem vicinos Episcopos, & magnæ necessitatis, & negotii totius, & rei alienationis ab Episcopo testes adhiberi oportet. Quod si facere neglexerit, & Deo erit obnoxius, hoc est, & facti rationem Deo reposcente reddet, & à Synodo, proprio honore, hoc est summi Sacerdotii dignitate privabitur. Magnus vero Cyrillus in Epistola ad Domnum hæc habet; Vasa pretiosa, inquit, ac possessiones immobiles salvas atque incolumes Ecclesiis conservari oportet. Lege præterea Oecumenicæ septimæ Synodi Canonem duodecimum.

A ἀριθμῷ τῶν ἐπισκόπων βουλεύεσθαι, τὸ δὲ πραῦξαι. ὡρισμένον δὲ ἀριθμὸν οἶμαι λέγει τοὺς ιβ'. οὓς ὡρίσατο συνιέναι ἀκροᾶσθαι τῶν κατ' ἐπισκόπων αἰτιαμάτων. εἰ δέ τις ὀφειλὴ τοῦ εἶναι ἀνάγκη, ὡς μὴ δυνατὸν εἶναι προσελθεῖν τὸν ἐπίσκοπον τῷ μητροπολίτῃ, τοῖς ἐπισκόποις βουλεύσασθαι, τότε καὶ τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς γείτονας ἐπισκόπους εἰς μαρτυρίαν καλέσαι τῆς τε οἰκείας ἀνάγκης, καὶ ἀδικήσεως, καὶ ἀκουσίου τοῦ πράγματος. εἰ δὲ μὴ οὕτω ποιήσῃ, ὑπόδικος ἔσται τῷ ἐπισκόπῳ, τυπτέσι καὶ τῷ ἐπισκόπῳ ὑφέξει λόγους, καὶ τοῦ τε συνόδου ἀλλοτριωθήσεται τῆς οἰκείας τιμῆς, ἤτοι τῆς ἀρχιερατικῆς. καὶ ὁ μέγας ὁ Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Δόμνον ἐπιστολῇ αὐτῷ φησι, κειμήλια καὶ κτήσεις ἀκινήτους ἀνακτᾶσθαι τὰς ἐκκλησίας σώζεσθαι χρή. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιϛ'. κανόνα τῆς οἰκουμενικῆς ζ'. συνόδου.

B

ARIST. *Bona Ecclesiastica non sunt vendenda. Si verò reditus non habeant, sententiâ Episcoporum venduntur. Si verò necessitas non feret, ut consulatur, qui vendit vicinos vocabit. Sin ità non fecerit, Deo & Synodo reus tenetur.*

ΑΡΙΣΤ. Ἀπρακτα τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα· εἰ δὲ μὴ πρόσοδον ἔχοι, γνώμῃ τῶν ἐπισκόπων πιπράσκεσθαι. εἰ δὲ ἡ ἀνάγκη οὐκ ἐπιτρέπει βουλεύσασθαι, τοὺς γείτονας ὁ πιπράσκων συγκαλέσει· εἰ δὲ μὴ οὕτω, θεῷ καὶ τῇ συνόδῳ ὑπόδικος.

Episcopi non debent Ecclesiastica bona alienare, illa enim divini sunt juris, atque ideo non venalia. Si quis autem possessionem habeat reditus non proferentem, & Ecclesiam suam debitis gravatam & aliis pressam incommoditatibus & eam divendere vellet, ut pretium illius indebitorum solutionem conjiceret, aut ad alias quasdam urgentes necessitates; illam non vendat sine provinciæ istius Metropolitani, & coëpiscoporum ipsius sententiâ. Si autem tempus non habeat, propter imminentem ipsi necessitatem, cum iis de immobili reditus non habente consultare, quomodo illud venditurus sit, saltem vicinos in testimonium convocet, ut quæ Ecclesiæ illius acciderunt incommoditates, propter quas immobile illud vendit, cognoscant, & ea Syn. etiam postea exhibeant. Si autem hæc non observaverit, sed sua sponte venditionem fecerit; & Deo & Synodo reddente rationi obnoxius erit, & ab honore alienus.

C

Οὐκ ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐκποιεῖσθαι πράγματα· θεία γάρ εἰσι ταῦτα δίκαια, καὶ οὐδὲ τοῦτο ἄπρακτα. εἰ δέ τις κλῆμα ἔχων ἀπρόσοδον, καὶ τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ βαρυνομένην χρέεσιν, ἢ ὀφειλόμενον ἄλλαις πιεζομένην, καὶ βουληθῇ τοῦτο διαπρᾶσαι, ὥστε τὴν τιμὴν αὐτοῦ καταβαλεῖν εἰς ἀπόφλησιν τῶν χρεῶν, ἢ εἰς ἄλλας τινὰς καταπεπιγούσας ἀνάγκας· μὴ τοῦτο πωλείσθω, ἄνευ γνώμης τοῦ μητροπολίτου τοῦ αὐτῆς ἐπαρχίας, καὶ τῶν συνεπισκόπων αὐτοῦ. εἰ δὲ οὐκ ἔχοι καιρόν, διὰ τὴν ἐπικειμένην αὐτῷ ἀναγκαίαν, τότοις δεῖ τὸν ἀπρόσοδον ἀκίνητον βουλεύσασθαι, ὡς μέλλει τοῦτο πωλεῖσθαι· κἂν τοὺς γείτονας συγκαλείτω εἰς μαρτυρίαν, ἵνα πάντα ἐπισυμβάσας τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἀπόστασις, δι' ἃς ὁ ἴδιος τὸν πωλεῖ ἀκίνητον, ἐπιγνώσκωσι, καὶ τῇ συνόδῳ ταῦτα καὶ μετέπειτα ἐπιδείκνυσι. εἰ δὲ μὴ ταῦτα φυλάξει, ἀλλ' αὐτοβούλως ποιήσεται τὴν διάθεσιν· καὶ τῷ θεῷ καὶ τῇ συνόδῳ ἔσται ὑπόδικος, καὶ ἀλλότριος τῆς τιμῆς.

D

CANON XXX.

ΚΑΝΩΝ λ'.

Similiter confirmatum est, ut si quando Presbyter vel Diaconus alicujus gravioris criminis convicti fuerint, quod eos sacro ministerio necessariò movet, non esse eis manus imponendas, ut pœnitentiam agentibus, vel ut fidelibus Laicis; neque permitti eis, tanquam rebaptizatis, ad Cleri gradum promoveri.

Ομοίως ἐβεβαιώθη, ἵνα ἐάν ποτε πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὑπό τινι βαρυτέρῳ ἐγκλήματι ἐλεγχθῶσι τῷ ἀναγκαίως αὐτοὺς τῆς λειτουργίας ἀποκίνοντι, μὴ ἐπιτίθεσθαι αὐτοῖς χεῖρας ὡς μετανοοῦσιν, ἢ ὡς πιστοῖς λαϊκοῖς μηδὲ ἐπιτρέπεσθαι αὐτοῖς, ὥστε ἀναβαπτιζομένοις, πρὸς τὸ τοῦ κλήρου βαθμὸν προκόπτειν.

BALS. Quidam eorum, qui locum habebant in pulpito, depositi propter criminales causas, volebant, ut est verisimile, Lectores ordinari, vel in alios gradus qui sunt extra pulpitum: & dicebant; Quoniam pœnitentiam agimus & in Laicorũ locum redacti sumus, debemus saltem ad eos gradus provehi, ad quos Laici provehuntur. Hoc ergo non admittentes Patres statuerunt, ut depositis non imponantur manus, ob qualemcunque in Clerum receptionem, etiamsi pœnitentiam agant, & ut fideles Laici recipiantur. Quia autem dicebant nonnulli baptismum sordes omnes abluere, & petebant secundò baptizari, ut elueretur forsan criminis macula, propter quam sunt depositi, & sic in Clerum reciperentur: decreverunt Patres ne hoc quidem fieri quòd unum baptismum facere nobis traditum est. Quamobrem nota etiam ex hoc, quòd qui post depositionem legunt in suggestu, vel precantur & dant benedictionem, malè faciunt.

E

F

ΒΑΛΣ. Τινὲς τῶν ἀπὸ βήματος, καθαιρεθέντες διά τινα ἐγκληματικὰ αἰτιάματα, ἤθελον, ὡς ἔοικεν, ἀναγνώστας ταχθῆναι ἢ εἰς ἑτέρους βαθμοὺς ἔξω τοῦ βήματος ὄντας· καὶ ἔλεγον, ὡς ἐπεὶ μετανοοῦμεν καὶ εἰς τόπον καταπεπτώκαμεν λαϊκῆς, ὀφείλομεν κἂν εἰς βαθμοὺς τοιούτους προκόπτειν, εἰς οἵους καὶ οἱ λαϊκοὶ προκόπτουσι. τοῦτο οὖν μὴ δεξάμενοι οἱ πατέρες, ὥρισαν τοῖς καθαιρεθεῖσι μὴ ἐπιτίθεσθαι παρὰ τῶν ἀρχιερέων χεῖρας χάριν οἱασδήποτε κλήσεως· κἂν μετανοῶσι, καὶ ὡς πιστοὶ λαϊκοὶ δέχωνται. ἐπεὶ δέ τινες ἔλεγόν τινες, ὡς τὸ βάπτισμα ῥύπον πάντα ἐκπλύνει, καὶ ἐζήτουν ἐκ δευτέρου βαπτισθῆναι, ὥστε ἀποπλυνθῆναι πᾶσα τὴν ἐγκληματικὴν ἀκαθαρσίαν, διὰ τοῦτο καθηρέθησαν, καὶ ὅτου κληρωθῶσιν, ὥρισαν οἱ πατέρες μηδὲ τοῦτο γίνεσθαι, ὅτι ἓν βάπτισμα ποιεῖν ἡμῖν παραδέδοται. ὥστε σημείωσαι καὶ ἀπὸ τούτου, ὅτι οἱ μὴ τὴν καθαίρεσιν ἀναγινώσκοντες ἐπ' ἄμβωνος, ἢ εὐχὰς διδόντες καὶ εὐλογητόν, κακῶς ποιοῦσιν.

ZONAR. Qui ob admissa facinora depositi ac de suo gradu dejecti sunt, præterquam in certis quibusdam peccatis, haud segregantur. Aliorum namque omnium suppliciorum instar illis depositio est. Quin & magnus Basilius Can. xxxiii. Qui Clerici, inquit, peccatum ad mortem

ΖΩΝΑΡ. Οἱ διά τινα ἁμαρτήματα καθαιρέμενοι, καὶ τῆς οἰκείων βαθμοῦ ἐκπίπτοντες, οὐκ ἀφορίζονται, εἰ μὴ ὅπου τινῶν ἰδικῶς ἁμαρτημάτων. ἀρχὴ γὰρ αὐτοῖς ἡ καθαίρεσις ἀντὶ πάσης ἄλλης τιμωρίας. φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν κανόνι αὐτοῦ, οἱ τὰ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντες

ἁμαρτάνοντες κληρικοὶ ἢ βαθμοῦ καθαίρονται· ἢ κοινωνίας
ἢ τοῦ λαϊκοῦ σὺν ἐξαίρονται. οὐ γὰρ δὶς ἐπὶ ταὐτό. τοῦτο οὖν
καὶ ὁ κύριος λέγει κανών. ἐὰν γὰρ πρεσβύτερος ἢ
διάκονος, φησὶν, ἐν βαρυτέρῳ ἁμαρτήματι ἐλεγχθῇ, ἐξ ἀνάγ-
κης καθαιρούμενος αὐτὸν, οὐ χρὴ ἀφορίζειν αὐτὸν, καὶ ὡς μετα-
νοοῦντι αὐτῷ ἐπιτιθέναι χεῖρας. τοῖς γὰρ προσερχομένοις τῇ
ἐκκλησίᾳ καὶ ἐξαγορεύουσιν ἁμαρτήματα ἐπιτίθουσι τὰς χεῖ-
ρας οἱ ἀρχιερεῖς, ἢ κατὰ γνώμην αὐτῶν οἱ ἱερεῖς, καὶ συγκύροι
ἀφώριζον αὐτοὺς, καὶ ἵστον ἕκαστον εἰς τόπον ὑπὲρ μὲν πρὸς Θ
ἁμάρτημα αὐτοῦ. τοῦτο οὖν ὁ κύριός, φησὶ, γίνεσθαι ὅτι πρε-
σβυτέρων καὶ διακόνων ἐκπιπτόντων τῆς λειτουργίας, μηδὲ
εἰς τόπον καθίζεσθαι αὐτοὺς τῶν λαϊκῶν ἀφορισθέντων, μηδὲ
ὑπηρέτειν αὐτοῖς βαπτίζεσθαι, ὡς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. ἄ-
πασαν μολυσμὸν καθαίρειν πιστεύομεν, ὥστε αὖθις μὴ βα-
πτίσμα, ὡς ἢ ῥύπου τὰ ἁμαρτίας κεκαθαρμένους, προκόπτειν
εἰς τὸ ἢ κλήρου βαθμόν. ἑνὶ γὰρ ὁμολογοῦμεν καὶ γινώσκομεν βάπτισμα.

ΑΡΙΣΤ. Πρεσβύτερος ἐλεγχόμενος καὶ μετανοῶν, οὐκ
ἀναβαπτίζεται ὡς προκόπτων· οὐδ' ὡς λαϊκὸς αὖθις
χειροτονεῖται.

Ἅπαξ πρεσβύτερος καθαιρεθεὶς, ἢ διάκονος, διά τι ἁμάρ-
τημα, καὶ μετανοῶν δοκεῖ αὐτῷ φυλάττει, ὡς λαϊκὸς, πάλιν χειρο-
τονηθήσεται· ἀλλ' οὐδὲ ἀναβαπτισθήσεται, ὅτι ἵνα ἀποπλυθῶσι τὰ
ἁμαρτήματα, καὶ ἢ βαθμοῦ τοῦ ἱερέως ἢ τοῦ διακόνων αὖθις τυ-
χεῖν. ἓν γὰρ ὁμολογοῦμεν καὶ γινώσκομεν βάπτισμα.

ΚΑΝΩΝ λά.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα οἱ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ οἱ λοι-
ποὶ κατώτεροι κληρικοὶ, ἐν αἷς ἔχουσιν αἰτίαις, ἐὰν τὰ
δικαστήρια μέμφωνται τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, οἱ γείτονες
ἐπίσκοποι ἀκροάσονται αὐτῶν, καὶ μετὰ συναινέσεως τῶν ἰδίων
ἐπισκόπων τὰ μεταξὺ αὐτῶν διαιροῦσιν οἱ προσκαλέ-
σαντες παρ' αὐτῶν ἐπίσκοποι. δεῖ εἰ καὶ παρὰ αὐτῶν ἔκκλητον
φέρειν νομίσωσι, μὴ ἐκκαλέσωνται εἰς τὰ πέραν τῆς θα-
λάσσης δικαστήρια, ἀλλὰ πρὸς τὰς προκαθεδρίας τῶν ἰδίων
ἐπαρχιῶν, ὡς καὶ παρὰ τῶν ἐπισκόπων πολλάκις ὥρισται. οἱ δὲ
πρὸς φαυλοτικὰ δικαστήρια διεκκαλούμενοι, παρ' οὐδε-
νὸς ἐν τῇ Ἀφρικῇ δεχθῶσιν εἰς κοινωνίαν.

ΒΑΛΣ. Εἰς ιε'. κανόνα τῆς παρούσης συνόδου ἀρκούντως
ἐγράψαμεν περὶ δικαστηρίων ἐκκλησιαστικῶν. καὶ ἀναγνωθὶ τὰ
ἐν ἐκείνῳ γραφέντα. ὁ δὲ παρὼν κανὼν φησιν, ὡς ἐπεὶ τῶν
εἰκότων ἐστὶ τινὰς κληρικοὺς ἀποβλέπεσθαι ὅτι ταῖς κρίσι
τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, δέον ἐστὶ μὴ θελήσεως τούτων μετα-
καλεῖσθαι αὐτοὺς γειτνιάζοντας ἐπισκόπους, πάντως ἀρκοῦν-
τας, καὶ ἀξιοῦν περὶ τούτων λυθῆναι πρὸ κατ' αὐτῶν ἀπό-
φασιν. εἰ δέ, φησι, καὶ τῆς ἀποφάσεως τούτων τῶν γειτ-
νιαζόντων ἀποβλέπουσιν, οὐκ ὀφείλουσιν ἐκκαλεῖσθαι εἰς τὰ
πέραν τῆς θαλάσσης δικαστήρια, ἤγουν εἰς μητροπολίτας
ἐπέρων ἐπαρχιῶν· ἀλλὰ εἰς τὸν πρῶτον τῆς προσφόρου ἐπαρ-
χίας. τοῦτο γὰρ καὶ εἰς τὰ δικαστήρια τῶν ἐπισκόπων προω-
ρίσθη. οἱ δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντες ἀφορίζεσθωσαν. σημείω-
σαι δεῖ, ὅτι οὐκ ὀφείλουσιν ὑβριοπαθεῖν οἱ ἐπίσκοποι καὶ
τῶν κληρικῶν αὐτῶν ἀπαρεσκομένων ἐπὶ ταῖς ἐκείνων ἀπο-
φάσεσιν, ἀλλὰ μᾶλλον προσδέχεσθαι αὐτοὺς, καὶ συναινεῖν
εἰς ὃ παρὰ γειτνιαζόντων ἐπισκόπων τηρηθῆναι πρὸ τού-
των ἀπόφασιν. τινὲς δὲ ἀκούοντες τοῦ κανόνος λέγοντος,
ὡς οἱ γείτονες ἐπίσκοποι ἀκροάσονται αὐτῶν, καὶ μετὰ συναι-
νέσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου τὰ μεταξὺ αὐτῶν διαιροῦσιν
οἱ προσκαλούμενοι δι' αὐτῶν ἐπίσκοποι, λέγουσιν ἐπ' ἀδείας
ἔχειν καὶ παρόντος διαφήμου ἐπίσκοπον παρουσιάζειν εἰς ὃ
τῶν γειτνιαζόντων ἐπισκόπων δικαστήριον. ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ. ὁ γὰρ
ἅπαξ ἀποφηνάμενος πέπαυται τοῦ εἶναι δικαστής.

A peccât, de gradu quidem dejiciuntur, à Laicorum autem communione non arcentur. Non enim vindicabis bis in idipsum. Idem igitur hic quoque Can. asserit. Si quando enim Presbyter, inquit, aut Diaconus gravioris peccati, ac depositionem necessario inferentis, convictus fuerit, ipsum segregare, ac quasi in pœnitentia degenti manus imponere, nequaquam oportet. Accedentibus enim ad Ecclesiam & peccata confitentibus Episcopi, aut eorum consensu Sacerdotes, manus imponebant, ac precibus adhibitis segregatos, unumquemque in locũ pœnæ luendæ constitutum pro ratione criminis, deducebant. Id ergo, inquit, in iis, qui ministerio exciderunt, Sacerdotibus & Diaconis usurpari, aut eos in Laicorum fidelium, qui segregati sunt, stationibus collocari non oportet; neque vero, quia nimirum sordes omnes sacra baptismi lympha elui credamus, iis ut iterum baptizentur permittere, ut proinde quasi purgatis peccati maculis in Clerum denuò cooptentur. Nam elui quidem divinitùs instituto lavacro maculas omnes flagitii credimus, sed uno quemque baptismate initiari licere à majoribus accepimus.

ARIST. *Presbyter convictus & resipiscens, non iterum baptizatur tanquam promovendus, neque ut Laicus iterum ordinatur.*

Presbyter vel Diaconus semel depositus ob aliquod delictum, & de eo pœnitentiam agens, non postea, ut Laicus, iterum ordinabitur: sed neque rebaptizabitur, ad abluenda peccata, & Sacerdotum aut Diaconorum gradum iterum assequendum. Unum enim confitemur & agnoscimus baptismum.

CANON XXXI.

Similiter placuit, ut Presbyteri & Diaconi, & reliqui inferiores Clerici, in iis quas habent causis, si de propriorum Episcoporum judiciis quærantur, vicini Episcopi eos audiant: & cum propriorum Episcoporum consensu, quæ inter eos intercedunt, controversias ab ipsis evocati Episcopi componant. Proinde si ab ipsis etiam provocandum esse putaverint, ad transmarina judicia ne appellent, sed ad Primates suarum Provinciarum, quemadmodum & de Episcopis sæpe definitum est. Qui autem ad transmarina judicia provocant, à nullo in Africa ad communionem recipiantur.

BALS. In decimo quinto Canone præsentis Synodi satis scripsimus de judiciis Ecclesiasticis; & lege quæ in ipso scripta sunt. Præsens autem Canon dicit; quòd quoniam est verisimile fore ut aliqui Clerici suorum Episcoporum judiciis non acquiescant, opus est, ut cum eorum voluntate ipsi vicinos Episcopos omnino sufficientes appellent, & petant adversus se prolatam sententiam ab ipsis resolvi. Si autem, inquit, etiam vicinorum Episcoporum sententiæ non acquiescant, non debent ad transmarina judicia appellare, scilicet ad aliarum Provinciarum Metropolitanos; sed ad Primatem competentis Provinciæ. Hoc enim in Episcoporum judiciis antè definitum est. Qui autem præter hæc faciunt, segregentur. Nota ergo, quòd Episcopi non debent ægrè ferre, si sui Clerici eorum sententiæ non acquiescant; sed ipsos potiùs admittere, & consentiant ut à vicinis Episcopis sua examinetur sententia. Nonnulli autem Canonem audientes dicentem, quòd vicini Episcopi eos audient, & cum consensu proprii Episcopi controversias eorum componant ii, qui ab ipsis appellati sunt, Episcopi; dicunt esse in potestate ejus qui primùm judicavit Episcopi, ut finitimorum Episcoporum judicio intersit. Mihi autem non videtur. Qui enim semel sententiam tulit, cessat esse judex.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Illud autem, Cum consensu, dictum est, ut non per impudentiam & sine scientia Episcopi ad appellationem prorumperent Clerici; sed ejus definitione. Quia autem præsentes Canones Carthagine seu in Africa editi sunt, transmarina omnino judicia appellabuntur Romana. Et nota ex eo, quòd frustra se jactant qui sunt Romanæ Ecclesiæ, dicentes eam debere de omnium Ecclesiarum quæstionibus per appellationem decidere. Si enim ei non permittitur appellationes eorum qui sunt in Africa examinare, multò magis hoc jus non habebit in alias regiones.

A

B

Zonar. Clericos controversiæ aliquid habentes ab Episcopis suis judicari Canones voluerunt. Igitur, si qui Clerici sententiæ ab Episcopo suo prolatæ non acquiescant, advocari vicinos Episcopos, ac ab iis causam, non sine illius qui judicavit Episcopi approbatione, cognosci placet. Quòd si ab Episcoporum quoque, qui advocati sunt, judicio provocationem sibi dari postulent, ad Metropolitanū Provinciæ, quod de Episcopis quoque definitum est, convenire debent. Si vero qui sibi provocationem concedi postulant, ultra mare, hoc est, in alias Provincias longe disjunctas, ut in iis judicium exerceant, transmearint; segregati, inquit, sint, nec ad communionem in Africa recipiantur. Hic certe ventosa illa Romanorum Ecclesiæ superbia, ut ab aliis omnibus Ecclesiis ad illam dentur provocationes, sibi concessum esse jactantium, subsidat necesse est. Si enim ab Africanis Ecclesiis non datur, (est quidem certe Roma trans mare, si ad Africam comparetur) multo minus in alias regiones jus ejusmodi obtinebit.

C

Arist. *Clerici condemnati, si judicem accusent, trans mare non appellent; sed ad Episcopos vicinos, & ad proprium: alioquin in Africâ excommunicentur.*

D

Patres in omnibus decorum observant; adeoque ut Episcopi, uti accidit, molestiâ non afficerentur, decrevit hæc in Africâ Synodus Clericos, qui ob culpas aliquas à propriis Episcopis condemnantur, seque injuriâ affectos putant, ultra mare ad Romæ forsan Episcopum aut reliquos non provocare; sed ad vicinos Episcopos, & cum proprii Episcopi sententiâ quæ inter eos sunt examinari & dilui: sin minus in totâ Africâ ad communionem non admittendos esse.

Canon XXXII.

E

ARIST. *Pœnitentiam agentibus juxta peccata pœnitentiæ tempus Episcopus determinabit. Presbyter autem præter ejus sententiam, necessitate impellente, pœnitentiam agentem non reconciliabit.* F

Qui à Deo ligandi & solvendi potestatem acceperunt, secundum delictorum qualitatem & delinquentibus conversionem, supplicia decernent. Presbyter autem, præter Episcopi sententiam ea nec augere potest nec minuere, nec pœnitentiam agentes ad gratiam recipere, & divinis eos dignari Sacramentis, quamvis peregrè profectus sit Episcopus.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Canon XLVII.

De virginibus. Ut ſacræ virgines, quando à patribus quorum oculis domi obſervabantur, ſeparatæ fuerint, Epiſcopi, vel ipſo abſente, Presbyteri providentia venerabilioribus fœminis commendentur, vel ut ſimul habitantes ſe invicem cuſtodiant; ne paſſim vagando exiſtimationem Eccleſiæ lædant.

Balsamon. Centeſima vigeſima tertia Juſtiniani Novella, ſeu iiii. cap. primi tit. iiii. lib. hæc dicit apertè, In omnibus autem Monaſteriis, quæ Cœnobia vocantur, jubemus, ut, ſecundùm Canones Monaſticos, in una domo omnes habitent & communiter alantur, & ſimiliter in una domo omnes ſeparatim dormiant; Ut ſibi invicem moderatæ temperantiſque vitæ rationis teſtimonium præbeant: iiſdem omnibus etiam in fœminarum Monaſteriis aſceteriiſque ſervatis. Præſens autem Canon ſtatuit, ut virgines Deo dedicatæ, à propriis patribus ſeparatæ, non per ſe degant: ſed quia à patribus ſervabantur, poſt earum autem in Eccleſia dedicationem, ea patrum cuſtodia & obſervatio ceſſavit; debent Epiſcopi, vel iis abſentibus Presbyteri, eas venerandis mulieribus tradere, ut ab iis per communem vitæ ſocietatem ſerventur. Sin minùs, omnes ſacræ virgines ſimul habitent, ut ſimul viventes ſeipſas invicem ſervent: & non errantes, ſeu hic & illic agentes, Eccleſiaſticam vitæ honeſtatem & moderationem polluant, quoniam non bonam ſui exiſtimationem præbeant. Et hæc quidem leges & Canones. Hodie autem parùm quid eorum vel propemodum nihil fit. Nam neque Monachi Monaſteriorum virorum ſimul habitant, neque aſcetriæ: in ſolis autem mulierum cœnobiis Monaſteriis ſervatur hæc communis ſimul vivendi ratio & habitatio. Apud Latinos autem hucuſque ſervatur ea vitæ ratio. Omnes enim Monachi ſimul comedunt & dormiunt. Lege & vi. Canonem præſentis Synodi & quæ in eo ſunt. (fuſiùs enim illic tractatum eſt, quomodo conſecrantur virgines, etiam ſine Monachali habitu) & xviii. Canonem ſancti Baſilii.

Zonar. Sexto hujus Synodi Canone de puellarum conſecratione eſt actum. Quas igitur ibi ſacratas puellas, hoc loco ſacras virgines nominavit. Nam pro virginibus puellarum nomen uſurpare mos eſt. Quæ ſe ergo virgines Deo dicabant, continentiamque profitebantur, eas Epiſcopus excipiebat. Epiſcopi igitur vel Presbyterorum, ſi is abeſt, cura providentiaque eas regendas eſſe: Et quoniam à parentibus diviſæ ſunt, quorum oculis domi obſervabantur, honeſtis mulieribus, cum quibus una degentes ad virtutem informentur, eas commendari ac tradi, Canon jubet; Vel in uno eodémque contubernio ſimul omnes ejuſmodi ſacras virgines degere, ut mutuo ſeſe aſpectu viciſſim cuſtodiant, neque vero huc illuc errantes ac vagæ exiſtimationem Eccleſiæ lædant; hoc eſt, ſuſpicionibus de Eccleſia parum commodis occaſionem nonnullis præbeant. Eſt vero Eccleſia fidelium multitudo ſive Conventus.

Arist. *Quæ à patre virginitatis gratiâ ſeceſſerit, venerabilioribus fœminis commendetur.*

Oportet Epiſcopum ſacrarum virginum curam habere, & ſi illæ à ſuis patribus, quibus cuſtoditæ fuêre, ſeparentur, venerabiliſſimis mulieribus in obſervationem tradantur, ut ſecum invicem cohabitent.

Κανων μζ'.

Περὶ παρθένων. ὥστε τὰς ἱερὰς παρθένους, ὅτε τοῖς πατράσιν χωρίσονται, ἐξ ὧν ἐφυλάττοντο, τῇ τοῦ ἐπισκόπου, ἢ ἀπόντος τῇ τοῦ πρεσβυτέρου προνοίᾳ καὶ τιμιωτέραις γυναιξὶ παρατίθεσθαι, ἅμα κατοικοῦσαι ἀλλήλαις φυλάττειν, ἵνα μὴ πλανηταὶ καὶ πλαζόμεναι τὸν ἔπαινον βλάψωσι τῆς ἐκκλησίας.

Βαλσ. Ἡ μθ' ρκγ'. Ἰουστινιάνου νεαρὰ, ἥτοι ιθ' δ'. κεφ. τοῦ α'. τίτλ. τοῦ δ'. βιβλίου φησὶ ταῦτα ῥητῶς. Ἐν ἅπασι δὲ τοῖς μοναστηρίοις, ἅπερ κοινόβια καλοῦσιν, κελεύομεν, κατὰ τοὺς μοναχικοὺς κανόνας, ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντας οἰκεῖν, καὶ κοινῶς τρέφεσθαι, καὶ ὡσαύτως τρόπον, καὶ ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντας κεχωρισμένους καθεύδειν, ὥστε ἀμοιβαδὸν ἀλλήλοις μαρτυρίαν τῆς σώφρονος διαγωγῆς παρέχειν αὐτοὺς τούτων ἁπάντων καὶ τοῦ μοναστηρίου ἡ ἀσκητηρία τὴν γυναικῶν διαφυλαττομένων. ὁ δὲ πρῶτος κῆρυξ διορίζει τοὺς ἀναπεπτημένας τῷ θεῷ παρθένους, χωριζομένας ἀπὸ τῶν οἰκείων πατέρων, μὴ καθ' ἑαυτὰς διάγειν, ἀλλὰ ἐπὶ τοῖς πατέρων ἐφυλάττοντο, ἢ δι' τοιαύτης φυλακῆς μὴ τοῦ εἰς τοὺς ἐκκλησίαν ἀναθέσιν αὐτῷ ἀπέλθωσιν, ὀφάλλουσιν οἱ ἐπίσκοποι ἢ τούτων ἀπόντων οἱ πρεσβύτεροι παραδιδόναι ταύτας σεμναῖς γυναιξὶν, ἐφ' ᾧ ὑπὸ τούτων διὰ τῆς ὁμοζωίας φυλάττεσθαι. ἢ εἰ μὴ τοῦτο, πάσας τὰς ἱερὰς ταύτας παρθένους ὁμοῦ κατοικεῖν, ἵνα συζῶσαι φυλάττωσιν ἀλλήλας, καὶ μὴ πλαζόμεναι, ἤγουν τῇδε κἀκεῖσε διαφερόμεναι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ εὐκοσμίαν μολύνωσι διὰ τὸ δοθὲν σὺν ἀγαθαῖς ὑπολήψεσι κατ' αὐτῶν. καὶ ὁ μὲν νόμος καὶ οἱ κανόνες ἐν τούτοις. σήμερον δὲ ἀπὸ τούτων πῶς εἰς ἡμᾶς μικρὸν ἢ οὐδὲν γέγονε γέγονε· ἔτι γὰρ οἱ μοναχοὶ τοῦ ἀνδρῶνος μοναστηρίου ὁμοῦ κατοικοῦσιν, ἔτε αἱ ἀσκήτριαι· εἰς μόνα δὲ τὰ γυναικεῖα κοινόβια μοναστήρια σωτηρίαν ἡ κοινὴ διαγωγὴ καὶ κατοικία. εἰς δὲ τοὺς Λατίνους τέως ἡ τοιαυτότροπος διαγωγὴ σωτηρεῖται. πάντες γὰρ οἱ μοναχοὶ ὁμοῦ καὶ ἐσθίουσι καὶ ὑπνώττουσιν. ὁρᾶλνωδι καὶ τὸν ς'. κανόνα τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ πλατύτερον ἐκεῖσε διελήφθη πῶς παρθένοι καθιεροῦνται, καὶ δίχα τοῦ μοναστικοῦ σχήματος) καὶ τὸν ιη'. κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

Ζωναρ. Ἐν ἑκτῷ κανόνι τῆς παρούσης συνόδου εἴρηται περὶ κορῶν καθιερώσεως. ἃς γοῦν ἐκάλεσεν ἐκεῖ κόρας καθιερουμένας, ἐνταῦθα ἱερὰς παρθένους ὠνόμασεν· κόρας γὰρ τὰς παρθένους ἔθος καλεῖν. ἀναπεπτημένων οὖν τῷ θεῷ παρθένων αἴνυδύειν ὁμολογουσῶν ὁ ἐπίσκοπος αὐτὰς ἀνεδέχετο. λέγει οὖν ὁ κανών, ὅτι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν αὐτῷ, ἢ ὅτε ἄπεστι, τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ ἐπεὶ διίστανται τῶν πατέρων αὐτῶν ὑφ' ὧν ἐφυλάττοντο, παραδίδοσθαι αὐτὰς σεμναῖς γυναιξὶν, ὥστε συνοικεῖν αὐτῇς, καὶ καθαρπάζεσθαι εἰς ἀρετὴν, ἢ πάσας τὰς ἱερὰς ταύτας παρθένους ὁμοῦ συνοικεῖν, ἵνα συζῶσαι, ὁρῶσιν ἀλλήλας, καὶ φυλάττωσιν, καὶ μὴ πλαζόμεναι, ἤγουν τῇδε κἀκεῖσε φερόμεναι, καὶ πλημμέλειαν βλάψωσι τὸν ἔπαινον τῆς ἐκκλησίας, τουτέστιν ὑπόληψιν σὺν ἀγαθαῖς ὑπολήψεσι παρασκευάσωσί τινας περὶ τῆς ἐκκλησίας. ἐκκλησία δέ ἐστιν ὁ τῶν πιστῶν ἀθροισμός.

Αριστ. Ἡ δεῖ παρθενίαν τοῦ πατρὸς ἀφισαμένην, καὶ τιμιωτέραις τῶν γυναικῶν παραπέμπεσθαι.

Δεῖ καὶ ἐπίσκοπον τὸ ἱερῶν παρθένων πάθεσθαι προνοίαν. καὶ εἰ τῶν οἰκείων πατέρων αὗται χωρισθεῖεν, ὑφ' ὧν ἐφυλάττοντο, ταῖς τιμιωτέραις γυναιξὶν εἰς ὑπηρεσίαν παραδιδόσθαι, ὥστε ἅμα ἀλλήλαις κατοικεῖν.

Ψηφιοποιήθηκε από

A

ΚΑΝΩΝ μή.

Περὶ τῶν ἀδυνατούντων καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀποκρίνεσθαι μὴ δυναμένων. ὥστε τοὺς ἀδυνατοῦντας, οἵτινες ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀποφαίνεσθαι οὐ δυνάνται, τότε βαπτίζεσθαι, ὅταν τῇ ἑαυτῶν προαιρέσει τὴν περὶ ἑαυτῶν μαρτυρίαν κινδύνῳ ἰδίῳ εἴπωσιν.

Canon XLVIII.

De iis qui sunt infirmi & pro se respondere nequeunt. Ut qui sunt infirmi, qui quidem pro se respondere non possunt, tunc baptizentur, quando voluntate sua de se testimonium proprio periculo dixerint.

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἐζήτουν ἀπίστοις τισὶν βαπτισθῆναι καὶ ταῖς πλευτώσαις αὐτῶν ἀναπνοαῖς καὶ οὐκ εἰσηκούοντο, διὰ δὲ τοὺς ἀδυνατοῦντας μὴ δύνασθαι δι' ἑαυτῶν ὁμολογεῖν τοῖς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος συνθήκας. φασὶ γοῦν οἱ πατέρες, B ὅτι ἐὰν οἱ ἀδυνατοῦντες δείξωσι προαίρεσιν περὶ ἑαυτῶν ἐνθέλειν αὐτοὺς βαπτισθῆναι, καὶ ἄνευ κινδύνου ἰδίου ζητεῖν τὸ βάπτισμα, ἀπαρεμποδίστως βαπτισθήσονται, δι' ἑτέρων τὰς ὁμολογίας ποιουμένους. καὶ τοῦτο μὲν, ὅτε τύχον ἐν τῇ τελευτῇ ἢ τοιαύτη τούτων προαίρεσις καταδηλος γένηται. εἰ δὲ τότε μὲν οὐδὲν τι νοεῖν εἰπεῖν δύνανται, διὰ τὸν ἀναγκαῖον τοῦ νόσου, μαρτυρῆται δὲ παρά τινων, ὡς οἱ τοιοῦτοι καὶ περὶ τῆς μελλούσης τυχὸν ἢ τῆς ἄλλης κινδυνώδους νόσου ὁλοψύχως προῃροῦντο βαπτισθῆναι, ἐρωτῶ, βαπτισθήσονται ἢ οὔ; Λύσις. ἐμοὶ δοκεῖ, ὡς ἀπαρεμποδίστως βαπτισθήσονται διὰ τὴν ἐν ὑγείᾳ ἀγαθὴν προαίρεσιν αὐτῶν. τούτων δὲ οὕτως C ἐχόντων, μὴ εἴπῃς, ὡς ἐπεὶ ὁ πρὸ πολλοῦ χρόνου δηλοῖ ζήτησιν ἐκείνους βαπτίζεσθαι τοὺς ἐνδηξαμένους προαίρεσιν ἀγαθὴν πρὸ τῆς νόσου, ἢ κατ' αὐτὴν τὴν νόσον, ἐξ ἀνάγκης ἐκφυγεῖν καὶ ἀποκάρσεως ἀξιωθήσονται, οἱ καὶ ἐν ὑγιεῖ πλευτῆς περὶ ἑαυτῶν καὶ πλευτώσης ἀναπνοῆς ἐνδηξάμενοι περίθεσιν ἀποκάρσεως. οὕτω γὰρ τῷ ὑπερπλουσίῳ ἐφοδίῳ τῷ ἀγγελικῷ χιτῶνι ἀδιακρίτως ἀξιωθήσονται, ἐὰν πῶς ἄρωσιν τὸ γινόμενον ἔχωσι. τοῖς μὲν γὰρ ὀρθοδόξοις, ὡς ἐλπίζουσι τὴν μέλουσαν κρίσιν τοῦ Θεοῦ, ἡ μετάνοια σωτηρία ἐστὶ, καὶ πᾶς Χριστιανὸς κατὰ πόθησιν ἔφεσιν ἔχει τῆς συγχωρηθῆναι διὰ τῆς ἀποκάρσεως τὰς ἁμαρτίας αὐτῷ. τοῖς δὲ ἀπίστοις οὐκ ἐξ ἀ- D ναγκαίας ἑπομένη ἐστὶν ἡ ἔφεσις τοῦ βαπτίσματος· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ προλῆψιν λέγομεν ἔχειν αὐτοὺς ἔφεσιν μὴ τὴν οἰκείαν θρησκείαν ἀποθέσθαι, καὶ καταγελᾶν δὲ καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος. εἰ γοῦν οὐ δείκνυται θέλειν τούτους ἐν ὑγείᾳ ὄντας βαπτισθῆναι, ἢ καὶ ἐν τῇ νοσηλεύεσθαι, οὐκ ἀξιωθήσονται τοῦ βαπτίσματος ὅτι πλουτῶσιν.

BALS. Quidam petebant, ut infideles nonnulli ad extremum spiritum baptizarentur: nec fuerunt exauditi, eo quòd non possint infirmi per se sancti baptismatis pacta & conventa profiteri. Dicunt ergo patres, quod si ii, qui sunt infirmi, se baptizari velle ostenderint, seque proprio periculo baptismum quærere dixerint; sine impedimento baptizabuntur, per alios pacta promissa facientes. Atque hoc quidem quando forte inter moriendum talis eorum voluntas aperta fuerit. Si autem tunc quidem nihil possunt ejusmodi dicere, propter morbi necessitatem; testificantur autem aliqui, quòd ante furorem fortasse vel aliquem alium periculosum morbum ii ex toto vellent animo baptizari, rogo, baptizabuntur an non? Solutio. Mihi videtur, quod sine periculo baptizabuntur, propter bonam eorum in sanitate intentionem. Cùm hæc autem ita se habeant, ne dixeris, quòd quoniam præsens canon statuit illos baptizandos, qui bonam voluntatem ostenderint ante morbum, vel in ipso morbo; Illi quoque necessariò tonsuram assequentur, qui ante tempus mortis & extremi spiritus, ut tonderentur, voluntatem ostenderint. Hi enim extremum angelici amictûs viaticum indistinctè assequentur, si ejus quod fit sensum habeant. Orthodoxis enim, ut qui futurum Dei judicium sperent, pœnitentia cohabitat, & quilibet proposito Christianus desiderat, ut per tonsuram ei sua peccata remittantur. Infidelibus autem non est necessariò consequens baptismi desiderium: magis ergo dicimus eorum esse institutum, ut cum propria superstitione moriantur, & sanctum etiam baptismum irrideant. Nisi ergo ostendatur eos, dum essent sani, baptizari voluisse, vel saltem dum ægrotant, inter moriendum baptismo digni non habebuntur.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐκ νόσου ἢ τινων συμπτωμάτων κακῶς ἔχοντας, ὥστε μὴ δύνασθαι ὁμιλῆν, μηδ' ἀποκρίνεσθαι ἐρωτωμένους, εἰ βούλοιντο βαπτισθῆναι, ἢ καὶ τῷ νοεῖν ἴσως βεβλαμμένους, ὡς μηδὲ νοῆσαι ἃ ἐρωτῶνται, τότε χρὴ βα- E πτίζειν, ὅταν προαιρέσιν δείξουσιν ὅτι βέλονται βαπτισθῆναι· καὶ ἄνευ κινδύνου ἰδίου ζητεῖν τὸ βάπτισμα, ὥστε εἰ μὴ πίστιν φυλάξουσιν, αὐτοὺς κινδυνεύειν. εἰ δὲ μαρτυρῆται, ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἀδενείας ἐζήτει τὸ βάπτισμα, ὑστερίσθη δὲ δι' αἰτίας τινάς, καὶ τότε, κἂν μὴ δύνηται ἀποκρίνεσθαι, βαπτισθήσεται.

ZONAR. Qui ex morbo alióve discrimine tam male affecti sunt, ut neque sermones conferre, neque, an baptizari cupiant, roganti respondere queant; vel etiam ita sibi animo non constent, ut ne ea quidem, quæ rogantur, intelligant; tum demum baptizari oportet, si se baptizari velle non obscuris antea indiciis probaverint, seque proprio periculo baptismum quærere dixerint, ita nimirum, ut nisi fidei depositum custodiverint, ipsi in periculum veniant. Quòd si ab aliquo, priusquam morbo premeretur, baptismum postulatum, aliquibus tamen ex causis dilatum fuisse, testatum sit; hominem, quamvis respondere nequit, nihilominus baptizari placet.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ διὰ ἀδένειαν μὴ ἀποκρινόμενος ὑπὲρ ἑαυτοῦ, τότε βαπτιζέσθω, ὅταν τῇ αὐτοῦ προαιρέσει δι' ἑαυτοῦ μαρτυρήσῃ. F

ARIST. *Qui propter infirmitatem pro se non respondet, tunc baptizetur, cùm suâ sponte testimonium dederit.*

Δεῖ τὸν βαπτιζόμενον τὴν χάριν ἐπαισθάνεσθαι, καὶ τὰ μυστικῶς ἐρωτώμενα συνιέναι, καὶ ἀποκρίνεσθαι πρὸς αὐτά. εἰ δέ τις τὸν μὴ δυνάμενον ἀποκρίνεσθαι, ὡς ἀδενοῦντα, ἀπαιτεῖ βαπτισθῆναι, τότε βαπτιζέσθω, ὅταν αὐτὸς, ὁ τοῦτο ἀπαιτῶν, κινδύνῳ ἰδίῳ ἁμαρτύρηται τῷ αὐτοῦ γνώμας εἰδέναι ἀκριβῶς τοῦ ἀδενοῦντος, ὡς ὅπερ ζήτει τὸ βάπτισμα, καὶ ὑπομένει πολλῶν.

Oportet eum qui baptizatur gratiam percipere, & mysticè interrogata intelligere, & ad ea respondere. Si quis autem eum, qui respondere nequit, utpote infirmum, baptizari cupit, tunc baptizetur, quando ille, qui hoc cupit, suo periculo testatus fuerit, se exactè infirmi scire voluntatem, quod baptismum in desideriis habeat, & adhuc desiderans maneat.

CANON

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

Canon XLIX.

De ſcenicis pœnitentiam agentibus & ad Dominum converſis. Ut ſcenicis & mimis & reliquis ejuſmodi perſonis, vel apoſtatis, pœnitentiam agentibus, & ſe ad Deum convertentibus, gratia vel reconciliatio non negetur.

Bals. Scenici & mimi ſunt, non thymelici, qui cantus epithalamios cum muſicis canunt inſtrumentis; ii enim ſunt integræ exiſtimationis; ſed hiſtriones ac ludiones, qui ſervos & milites & mulieres & alias quaſdam perſonas imitantur, & in faciem feriunt. Sicut hoc ex primo & iv. capite, ii. tit. xxi. lib. Baſilic. oſtenditur. Dicunt ergo patres, omnes qui ſic peccant, & temere ac citra delectum vitam inſtituunt; quin & apoſtatas, hoc eſt, eos qui Chriſtianiſmum abnegaverunt, ad Deum ſe convertentes, ſeu pœnitentiam agentes, non eſſe amandandos; ſed eis dandam eſſe gratiam ſeu peccatorum remiſſionem, & reconciliationem ſive pœnarum ſolutionem.

Zonar. Scena imitatio dicitur. Qui ergo nunc duces, nunc ſervos, nunc alia perſonarum genera imitantur, ſcenici nominantur. Ex hoc numero, qui coram C Imperatoribus artem factitarent, leges civiles in honore habuere: qui vero in publico cœtu plebeculæque conventibus hiſtrioniam exercerent, riſúmque aſtantium imitata ſimulatione, ac colaphis ſibi viciſſim impactis inconditâque ſtrependi ratione captarent, ignominia notavêre. Hic vero canon omnes hujuſmodi, ſine diſcrimine pœnitentia indigere affirmat; quippe qui & ipſi negligenter vitam agant, & aliis diſſolutè ac effuse vivendi cauſam præbeant. His igitur ac reliquis ejuſmodi hominibus, quales ſunt præſtigiatores & ſaltatores, quin & Apoſtatis, qui videlicet à Chriſtiana religione defeceD runt, ſi pœnitentiam agant, gratiam & conciliationem minime denegandam eſſe pronuntiat. Gratiam quidem appellat, per quam peccatorum veniam conſequimur, quòd ea nobis à Deo per gratiam donetur; quemadmodum beatus quoque Paulus ait; Gratia ſalvi facti eſtis: Conciliationem vero, abſolutionem à pœnis. Tunc enim qui pœnæ obnoxius eſt à vinculo abſolvitur, cum illi Deum ob ſuſceptas pœnas placatum & quodammodo conciliatum eſſe mulctæ exactor intelligit.

Arist. *Et ſcenicus vero ſeſe convertens ad pœnitentiam recipiendus eſt.*

E

Omnis autem qui peccat & reſipiſcit, ad pœnitentiam recipiendus eſt, licèt ſcenicus ſit, licèt mimus, licèt aliam quamcunque vivendi rationem conſectatus eſt.

Canon L.

De paſſionibus martyrum. Liceat præterea legere paſſiones martyrum, quando anniverſarii eorum dies celebrantur.

F

Bals. Etiamſi in xxiv. canone præſentis Synodi patres definierint libros, qui legi debeant; nunc tamen adjiciunt eſſe quoque legendas commemorationes paſſionum martyrum, in anniverſariis eorum memoriis.

Zonar. Vigeſimo-quarto canone, quinam ex veteri novóque teſtamento libri in Eccleſia legendi ſint, hæc Synodus recenſuit, aliorum omnium uſu penitus interdicto: nunc vero præterea commentarios, in quibus martyrum certamina deſcribuntur, adjungit, qui per eos dies, quibus ipſorum memoria anno vertente celebratur, perlegi debent.

ΚΑΝΩΝ μθ'.

Περὶ σκηνικῶν μετανοούντων καὶ ἐπιστρεφόντων πρὸς Θεὸν κύριον. ὥστε τοῖς σκηνικοῖς καὶ μίμοις καὶ τοῖς λοιποῖς τοιουτοτρόποις προσώποις, ἢ ἀποστάταις, μετανοοῦσι καὶ ἐπιστρέφουσι πρὸς Θεὸν, χάριν ἢ καταλλαγὴν μὴ ἀρνεῖσθαι.

ΒΑΛΣ. Σκηνικοὶ καὶ μίμοι εἰσὶν, οὐχὶ οἱ θυμελικοὶ, οἱ τοὺς ἐπιθαλαμίους ᾄδοντες μετὰ μουσικῶν ὀργάνων ἄδοντες· οὗτοι γὰρ ἔντιμοί εἰσιν· ἀλλὰ οἱ παιγνιῶται, οἱ δούλους καὶ στρατιώτας καὶ γυναῖκας καὶ ἕτερα πρόσωπα μιμούμενοι, καὶ κατ' κόρρης τυπτόμενοι. καθὼς τοῦτο ὥρισται ἀπὸ τοῦ α'. καὶ δ'. κεφ. τοῦ β'. τίτλου τοῦ κα'. βιβλίου τῶν Βασιλικῶν. φασὶ γοῦν οἱ πατέρες, πάντας τοὺς τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνοντας, καὶ ἀθλιοφόρους ζῶντας, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς ἀποστάτας, τουτέστι τοὺς ἀρνησαμένους Χριστιανισμόν, ὑποστρέφοντας πρὸς Θεὸν ἤτοι μετανοοῦντας, μὴ ἀποπέμπεσθαι, ἀλλὰ δίδοναι αὐτοῖς χάριν ἤγουν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ καταλλαγὴν ἤτοι λύσιν τῶν ἐπιπλοκῶν.

ΖΩΝΑΡ. Σκηνὴ λέγεται ἡ ὑπόκρισις. οἱ γοῦν ὑποκρινόμενοι ποτὲ στρατηγοὺς, ποτὲ δούλους, ποτὲ δ' ἕτερα πρόσωπα, ὀνομάζονται σκηνικοί. τούτων δὲ τοὺς μὲν ἐνώπιον βασιλέων ταῦτα ὑποκρινομένους ἐντίμους ἔχουσιν οἱ νόμοι τῆς πολιτείας· τοὺς δὲ ἐν πανηγύρεσι καὶ δήμων ἄλλαις συνάξεσιν ἐπιδεικνυμένους τοιαῦτα, καὶ γέλωτα τοῖς ὁρῶσι κινοῦντας ταῖς ὑποκρίσεσι, καὶ τοῖς κατ' κόρρης ῥαπίσμασι καὶ ψηφίσμασιν, ἀτίμους ἠρώτηκε. ὁ δὲ καινὸν ὅπως ἀδιάφθορον πάντας τοὺς τοιούτους μετάνοιαν δεῖσθαι φησὶν, ὡς αὐτοὺς γε ἀδιαφθόρως ζῶντας, καὶ ἄλλοις ἀνεπιλήπτους αἰτίους ἀνεμπλήκτους καὶ ἀδιασείστους ζοῆς. τούτοις οὖν καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς τοιουτοτρόποις, οὐ πεπαιδοποιοῖς καὶ ὀρχησταῖς, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς ἀποστάταις, τουτέστι τοῖς ἀρνησαμένοις Χριστιανισμόν, μετανοοῦσιν ὑ δεῖ, φησὶν, ἀρνεῖσθαι χάριν ἢ καταλλαγήν. χάριν μὲν λέγει τὴν ἄφεσιν τῶν σφαλμάτων, ὡς χάριτι δεδομένου ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, καθὼς καὶ ὁ μακάριος Παῦλος λέγει, ὅτι χάριτι ἐστὲ σεσωσμένοι· καταλλαγὴν δὲ τὴν λύσιν τῶν ἐπιπλοκῶν. λύεται γὰρ τοῦ δεσμοῦ ὁ ἐπιπλακεὶς, ὅτε σωθῇ ὁ δεσμήσας αὐτὸν, ὡς καταλλαγῆναι Θεῷ. αὐτῷ τοῦ Θεοῦ λέγω τῶν ἐπιπλοκῶν.

ΑΡΙΣΤ. Καὶ σκηνικὸς δὲ ἐπιστρέφων, δεκτὸς εἰς μετάνοιαν.

Πᾶς δὲ ἁμαρτάνων, καὶ μετανοῶν, δεκτὸς εἰς μετάνοιαν, κἂν σκηνικός ἐστι, κἂν μῖμος, κἂν οἱονδήποτε ἕτερον μεταχειρίζηται βίον.

ΚΑΝΩΝ ν'.

Περὶ τῶν παθῶν τῶν μαρτύρων. ἐξέστω ἐπὶ μὲν ἀναγινώσκεσθαι τὰ πάθη τῶν μαρτύρων, ἡνίκα αἱ ἐτήσιαι αὐτῶν ἡμέραι ἐπιτελοῦνται.

ΒΑΛΣ. Εἰ καὶ ὥρισαν οἱ πατέρες ἐν τῷ κδ'. κεφαλαίῳ τῆς παρούσης συνόδου τὰ ὀφείλοντα ἀναγινώσκεσθαι βιβλία· ἀλλὰ νῦν προστιθέασιν ἀναγινώσκεσθαι καὶ τὰ ὑπομνήματα τῶν μαρτυρικῶν παθημάτων ἐν ταῖς ἐτησίαις μνήμαις αὐτῶν.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν κδ'. κεφαλαίῳ ἡ συνοδος αὕτη ἀπηρίθμησε τίνα δεῖ ἀναγινώσκεσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ βιβλία τῆς παλαιᾶς γραφῆς καὶ τῆς νέας, τὰ δ' ἐκτὸς τῶν ἀπηριθμημένων ἐκώλυσεν ἀναγινώσκεσθαι· νῦν δὲ τοῖς ἀναγινωσκομένοις προστίθησι καὶ τὰ ὑπομνήματα τῶν μαρτυρικῶν παθημάτων, ἐν ταῖς ἐτησίαις μνήμαις αὐτῶν ἀναγινώσκεσθαι ὀφείλοντα.

ΑΡΙΣΤ.

Ψηφιοποιήθηκε από τον

ΑΡΙΣΤ. Τὰ πάθη τῶν μαρτύρων ἐν ταῖς μνείαις αὐτῶν ἀναγινωσκέσθωσαν. Σαφής.

A ARIST. *Passiones martyrum in earum commemorationibus legantur.* Perspicuus.

ΚΑΝΩΝ να'.

Περὶ Δοναπιςῶν καὶ παιδίων τῶν ἐξ αὐτῶν τοῖς Δοναπισταῖς βαπτιζομένων. ἤρεσεν ἵνα ἐρωτήσωμεν τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνιερεῖς ἡμῶν, Σιρίκιον καὶ Σιμπλικιανὸν, περὶ μόνων τῶν νηπίων τῶν ἐξ αὐτῶν τοῖς Δοναπισταῖς βαπτιζομένων, μήπως τοῦτο, ὃ αὐτοὶ οἰκείᾳ προαιρέσει οὐκ ἐποίησαν ἡ τῶν γονέων πλάνη ἐμποδίσῃ αὐτοὺς πρὸς τὸ, μὴ προκόπτειν εἰς λειτουργίαν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, ὅταν πρὸς τὸν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν σωτηρίως προσελθεῖν B βοηθῶσιν. τούτων δὲ ἐναρξάντων, Ὀνωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς, οἱ ἐπίσκοποι τῆς Μαυριτανίας Σιτιφένσης χώρας, εἶπον, ὁκ πολλοῦ ὄντι πρὸς ὑμετέραν ἁγιωσύνην ἀπεστελλόμεθα, τὰ γραφέντα ὑποθησόμενοι, ταύτῃ τῇ κατανοήσει ὅτι προσδοκῶμεν ἀδελφοὺς ἡμῶν παραγενέσθαι τοποτηρητὰς Νουμιδείας· ἀλλ' ἐπεὶ ὁκ ὀλίγαι ἡμέραι εἰσὶν ἀφ' οὗ οἱ προσδοκώμενοι οὐδαμῶς κατέλαβον, παρατηρῶ πρέπειν τὰ ἐντεταλέντα ἡμῖν ἀπὸ τῶν συνεπισκόπων οὐ δεῖν· καὶ διὰ τοῦτο, ἀδελφοὶ, τὴν ἀναφορὰν ἡμῶν προσδέξασθε. καὶ γὰρ τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ πρακτάτου ἠκούσαμεν, ἀληθές ἐστιν καὶ τῶν γενομένων μὲν C ὃ ἄριστον ἁγίων, ἵνα ἀπὸ νηστείας, ὡς ἐστὶν ἄξιον, προσφέρωνται, καὶ τότε βεβαιωθῇ.

CANON LI.

De Donatistis & pueris, qui à Donatistis baptizantur. Placuit ut interrogemus fratres, & nostros in sacris comministros, Siricium & Simplicianum, de solis infantibus qui à Donatistis baptizantur, ne hoc, quod propria voluntate non fecerunt, parentum error ipsos impediat, ne promoveantur ad sancti altaris ministerium, quando ad Dei Ecclesiam salutari proposito conversi fuerint. His autem inceptis, Honoratus & Urbanus Mauritaniæ Sitifensis Episcopi dixerunt; Famdudum quando ad vestram sanctitatem missi sumus, quæ scripta erant distulimus, hac consideratione, quòd expectaremus ut fratres nostri adessent de Numidia legati. Sed quia non pauci sunt dies, ex quo ii qui expectantur, nequaquam accesserunt, ulteriùs prætermittere quæ nobis à nostris Coëpiscopis mandata sunt, non decet; & propterea, fratres, nostram relationem alacri animo suscipite. De fide enim Nicæni tractatûs audivimus: Verum est de sacrificiis, quæ fiunt post prandium, ut à jejunis, ut par est, offerantur, & tunc confirmatum est.

ΒΑΛΣ. Οἱ ἐξ αἱρέσεως προσιόντες τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, οἱ μὲν βαπτίζονται, οἱ δὲ μόνῳ χρίονται τῷ ἁγίῳ μύρῳ, μὴ δὲ ἀναθεματίσωσι τὰς αἱρέσεις αὐτῶν. ὡς ἔοικεν οὖν, προηρχόμην τῇ ἀμωμήτῳ πίστει ἡμῶν τινες ἐν τῇ τύπῳ βαπτισθέντες παρὰ Δοναπισῶν, καὶ προαίρεσιν τῶν γονέων αὐτῶν, ὄντων καὶ τούτων Δοναπισῶν, καὶ ἤθελον προβιβασθῆναι εἰς βαθμοὺς ἱεραπικοὺς μὴ δὲ δεχθῆναι. ὅτι δὲ ῥᾳδίως εἰς τοῦτο οὐ προσεδέχοντο, γέγονεν ἐρώτησις, τί χρὴ γενέσθαι περὶ τούτων. καὶ ὁ μὲν κανὼν οὐτῷ. οὐδέν τι περὶ τοῦ ἐρωτηθέντος ἀπολογεῖται. οὔτε γὰρ φησιν, εἰ χρὴ τούτοις μυρωνθῆναι ἢ βαπτισθῆναι, ὔτε ὁρίζει μὴ ἐμποδίζεσθαι τούτοις ἀναβῆναι εἰς ἐκκλησιαστικὸν βαθμόν, ὥσπερ οὐδὲ τοὐναντίον. σὺ δὲ ἀνάγνωθι ϕ ξ'. κανόνα τῆς β'. συνόδου, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ μάθῃς τί ὀφείλῃ γίνεσθαι τούτοις. τούτων δὲ οὕτω λαμβανομένων, εἶπον οἱ ἐκ Μαυριτανίας ἐπίσκοποι, ὅτι εἰ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ὑπεθέμεθα ἐρωτῆσαι ἃ ἐνετειλάμεθα, ἀλλὰ ἐπεὶ ἔτι ὀλίγαι ἡμέραι εἰσὶν ἀφ' οὗ οἱ προσδοκώμενοι οὐ κατέλαβον, οὐ δεῖ καὶ ἔτι ὑπερτίθεσθαι τὴν ἐρώτησιν. διὸ καὶ εἶπον, μὴ χρῆναι προσφέρεσθαι τὰ ἅγια θυσίαν ἱερέων, μὴ δὲ γεύσασθαι τροφῆς, ἀλλὰ νηστεύοντας ὅτι φασὶν ἐβεβαιώθη τοῦτο καὶ παρὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων ἐν τῷ περὶ τῆς πίστεως πρακτάτῳ, ἤγουν ἐν τῇ κατηχήσει τῆς πίστεως (πρακτάτον γὰρ ἔστι καὶ Λατίνοις, ἡ δοκιμασία.) ἐν δὲ τοῖς κανόσι τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου οὐδὲν περὶ τοιαύτης ὕρηται ὑποθέσεως.

B BALS. Qui ex hæresi ad fidem orthodoxam accedunt, hi quidem baptizantur, illi verò sancto solùm chrismate unguntur, postquam eorum hæreses anathematizaverint. Ut est ergo verisimile, ad veram & inculpatam fidem nostram quidam in infantia à Donatistis baptizati, parentum suorum voluntate, qui erant & ipsi Donatistæ, volebant etiam ad sacros gradus promoveri, postquam suscepti fuerant. Quia autem facilè ad hoc non admissi sunt, facta est interrogatio, quid de iis fieri oporteat. Atque hic quidem canon nihil de eo, quod interrogatum est, respondet. Nihil enim dicit, an Chrismate inungi, an baptizari oporteat, neque definit non impediri eos, quominus ad gradum ecclesiasticum promoveantur; quemadmodum nec contrà. Tu verò lege vii. can. ii. Syn. & quæ in eo sunt: & scies quid in his fieri debeat. His autem sic prolatis, dixerunt Mauritaniæ Episcopi, quòd etiam si huc usque distulerunt scisciatari, quæ jussi fuerant; quòd sperarent venturos à Numidia legati: quia tamen multum temporis effluxit, & qui expectabantur non accesserunt, non oportet amplius differre interrogationem. Quamobrem dixerunt, non oportere sacrificia à Sacerdotibus offerri, postquam nutrimentum gustaverint, sed à jejunis, quia, inquiunt, hoc quoque à patribus Nicææ confirmatum est, in tractatu de fide, sive in disquisitione fidei (Tractatus enim apud Latinos est Inquisitio.) In canonibus autem primæ Nicænæ Synodi nihil de ea materia inventum est.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἐξ αἱρέσεων προσιόντες τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, οἱ μὲν λιβέλλους ἀπαιτοῦνται ἐκδόσεις ἐγγράφους δηλαδὴ στηλιτευούσας τὴν αἵρεσιν αὐτῶν· λίβελλος γὰρ Ῥωμαϊστὶ ἔκδοσις ἔστι· καὶ ἀναθεματίζοντες αὐτὰς, χρίονται τῷ ἁγίῳ μύρῳ· οἱ δὲ βαπτίζονται, ὡς περὶ τούτων διατάττεται ὁ ζ. κανὼν τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου. οἱ οὖν τῆς συνόδου ταύτης πατέρες ἀμφιβάλλοντες, ὡς ἔοικε, περὶ τῶν παίδων τῶν Δοναπισῶν προσερχομένων τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, εἴτε βαπτισθῆναι αὐτοὺς χρὴ, εἴτε μόνον ἁγίῳ μύρῳ χρισθῆναι, συνέδραμον ἐρωτῆσαι τοὺς συνεπισκόπους αὐτῶν, ἵνα, φασὶ, μὴ ὅσον οὐκ ἐξ οἰκείου θελήματος ἐποίησαν, ἀλλ' ἐκ πλάνης τῶν γονέων αὐτῶν γέγονεν, ἤγουν βαπτισθῆναι ὑπὸ Δοναπισῶν, ἐμπόδιον αὐτοῖς γένηται διαῤῥήδην πρὸς τὸν ὀρθο-

F ZONAR. Ex iis qui ejurata hæresi rectam fidem amplectebantur, partim libellis datis, hoc est, scriptis publicè editis, damnare suas hæreses jubentur, (libellus enim Latine editio est) eâsque ubi detestati fuerint, sacro unguento liniuntur; partim sacri baptismatis fonte lustrantur, quemadmodum hac de re septimus secundæ Oecumenicæ Synodi canon statuit. Hujus igitur Synodi Patres, de Donatistarum filiis ad Ecclesiam Dei accedentibus, baptismóne initiandi, an vero sacro chrismate tantummodo inungendi forent, ut credibile est, ambigentes, ea de re Coëpiscoporum suorum sententiam exquirere decreverunt: ne, inquiunt, quod ab ipsis non sponte, sed parentum errore peccatum est, quia nimirum à Donatistis sint baptizati,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

orthodoxam fidem amplectentibus ad altaris ministerium progrediendi, hoc est, sacros ordines adipiscendi, impedimentum afferat. Ex Numidia Vicarios Antistitum venturos esse Synodi Patres speraverant, quæstionibus idcirco, quarum tractandarum causa convenerant, hucusque dilatis. Cùm vero longo temporis intervallo illi nusquam apparerent, commemorati Episcopi satis jam expectatum esse pronuntiarunt; ac de sanctis à prandio non offerendis, hoc est, de oblatione non ab iis qui cibum sumpsissent, sed à jejunis Sacerdotibus peragendâ, proposuerunt. Quod se etiam in Nicæna Synodo confirmatum, in eo qui de fide est tractatu, audisse commemorant. Tractatus vero Latina vox est, scopum, consiliúmve significans. Verùm in canonibus primæ Nicænæ syn. nihil de hâc re invenitur.

δεξον πίστιν, εἰς ὃ προκόψαι εἰς ἱερουργίαν ϑ' συσταστηρίου, τουτέστιν εἰς ὃ προβιβασθῆναι εἰς βαθμοὺς ἱεραπικούς. ὃτι Νουμιδίας ἤλπιζον οἱ τ' συνόδου ταύτης ἐλεύσεσθαι τοποτηρητὰς, διὸ καὶ ὑπερεπίθεντο τὰς ζητήσεις τὰς περὶ ὧν συνήχθησαν. ὅτι ἡ χρόνου παρατάσεως ἀπέλπιστος τοῖς ἐκεῖθεν ἀπήντησεν, οἱ ἐπισκόποι εἶπον, μὴ δεῖν ἔτι ὑπερτίθεσθαι. προεῖπον δὲ ὡς περὶ τ μὴ χρῆναι προσφέρεσθαι τὰ ἅγια μὴ ὑ ἄριστον, ἤγουν μὴ ὑπὸ νηστευόντων ἱερέων προσφορὰν γίνεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ νηστευόντων. τοῦτο δέ, φασι, καὶ ἐν τῷ περὶ τ πίστεως πρακτέῳ τ ἐν Νικαίᾳ συνόδου, πεπύσμεθα ὅτι καὶ τότε ἐβεβαιώθη. ἡ λέξις δὲ τοῦ πρακτικοῦ Ρωμαϊκή ἐστι, καὶ ἐξελληνιζομένη δηλοῖ σωτὸν βούλημα. ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τ ἐν Νικαίᾳ προότης συνόδου ἐστὶν περὶ τ πιστώτης δόγματος ὑποθέσεως.

Arist. *Iis qui in infantiâ à Donatistis sunt baptizati conversis, istud nihilo erit impedimento. Et sancta, ut par est, à jejunis solis offerentur.*

ΑΡΙΣΤ. Τοῖς ἐν νηπιότητι παρὰ Δοναπιστῶν βαπτισθεῖσιν ὀρθοτρέφοις, κατ' ἐδὲν τοῦτο προσκόψει· καὶ τὰ ἅγια, ὡς ἄξιον, ἀπὸ νηστευόντων μόνων προσενεχθήσεται.

Donatistæ sunt, qui à Donato quodam in Africâ originem duxerunt. Hic enim tradidit eis os quoddam in manu suâ tenere, quando Sacramenta participaturi sunt, & illud primum salutare, & tunc eorum participes esse. Qui itaque in infantiâ ab eis baptizati fuerunt, & convertuntur, & hæresin eorum anathematizant, non impedientur à parentum errore ad Sacerdotale ministerium promoveri. Illud autem quod sancta post prandium non sunt offerenda, sed à jejunis Sacerdotibus celebranda, & in quadragesimoprimo canone scriptum est.

Δοναπισταί εἰσιν, οἱ ἀπὸ Δονάτου τινὸς ἐν τῇ Αφρικῇ ἐναρξάμενοι. οὗτος γὰρ παρεδέδωκε αὐτοῖς, ὀστοῦν τι ὃπ τ χερὶ αὐτῷ κρατεῖν, ὁπόταν μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων μέλλωσι, καὶ τοῦτο πρότερον ἀσπάζεσθαι, καὶ τότε καὶ μετέχειν αὐτῶν. οἱ γοῦν παρ' αὐτῷ βαπτισθέντες ἐν νηπιότητι, καὶ ὑποτρέφοντες, καὶ τὴν αἵρεσιν αὐτῶν ἀναθεματίζοντες, οὐκ ἐμποδισθήσονται ὑπὸ τ τῶν γονέων πλάνης εἰς ἱερατικὴν λειτουργίαν προκόπτειν. ὃ δὲ τὰ ἅγια μὴ μ' ὑ ἄριστον προσφέρειν, ἀλλὰ ἀπὸ νηστευόντων ταῦτα ἱερέων γίνεσθαι, καὶ ἐν τῷ παρεπόμενῳ προότῳ κήμῳ ἐγράφη.

Canon LII.

ΚΑΝΩΝ νβ'.

De rebaptizationibus & reordinationibus vel translationibus Episcoporum. Porrò illud quoque nobis mandatum referimus, quòd in Synodo Capuæ decretum est, ut non liceat fieri rebaptizationes vel Episcoporum reordinationes. Cresconius itaque Recensis agri Episcopus, neglecto proprio populo, Becenes Ecclesiam invasit: & in hodiernum usque diem sæpe, sicut definitum est, eam Ecclesiam, quam invasit, relinquere admonitus, noluit. De eo autem, quæ priùs renunciata sunt, firma audivimus, & petimus, secundùm id quod nobis mandatum est, ut dignemini nobis dare facultatem, ut liceat, quia ita urget necessitas, ad præsidem regionis adversus illum accedere, secundùm clarissimorum Imp. constitutiones; ut qui benignæ vestræ sanctitatis admonitioni parere noluerit, & id quod non est concedendum corrigere, secularis magistratus auctoritate statim prohibeatur. Aurelius Episcopus dixit; Servata constitutionis forma, non judicetur esse synodi, si à vestra dilectione valde rogatus ut discederet, recusavit: quoniam ex proprio contemptu & pervicacia ad secularis magistratus potestatem redactus est. Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt; Hoc itaque placet omnibus? Ab omnibus Episcopis dictum est; Justum est, placet.

Περὶ ἀναβαπτισμάτων καὶ ἀναχειροθεσιῶν ἢ μεταβάσεων ὑποκόπων. ἐκεῖνο δ' ἀναφέρομεν ἐνταλὲν ἡμῖν, τὸ καὶ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καπούῃ ὁρισθὲν, ὥστε μὴ ἐξεῖναι γίνεσθαι ἀναβαπτίσεις ἢ ἀναχειροτονήσεις ὑποκόπων. Κρεσκώνιος οὖν τοῦ Ρεκένσις ἀγροῦ ὑποκόπ. καταφρονήσας τοῦ ἰδίου λαοῦ, τὴν Βεκένης ἐπέβη ἐκκλησίαν, καὶ ἕως τ σήμερον πολλάκις ὑπομνησθεὶς κ τὸ ὁρισθὲν καταλιπεῖν τὴν τοιαύτην ἐκκλησίαν, ἢ ἦλθεν, οὐκ εἴλετο. περὶ τούτου δὲ τὰ προαχθέντα βέβαια ἠκούσαμεν καὶ αὐτοῦμεν κ τὸ ἐνταλὲν ἡμῖν, ἵνα καταξιώσητε δοῦναι παῤῥησίαν ἐπ' ἀδείας ἡμῖν γενέσθαι, ὅτι αὕτη ἡ ἀνάγκη βιάσασθαί, τῷ ἄρχοντι τ χώρας κατ' ἐκεῖνον προσελθεῖν, κ τὰς διαταξεις τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων, ἵνα ὁ τῷ προῴῳ ὑπομνήσῃ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης πειθαρχῆσαι μὴ θελήσας κ ὁμολογῆσαι τὸ ἀσυγχώρητον, ἀνδεντείᾳ ἀρχοντικῇ πράγματι κωλυθῇ. Αὐρήλιος ὑποκόπος εἶπε· φυλαχθέντος τ τύπου τῆς κατασάσεως, μὴ κριθῇ τῆς συνόδου ὑπάρχων, ἐὰν ὑπεικῶς αἰτηθεὶς παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἀποστῆναι παρήτησατο· ὅθεν ἐκ τῆς οἰκείας καταφρονήσεως κ μοναρχίας πρεσῆλθεν εἰς ἀρχοντικὴν ἐξουσίαν. Ονωρᾶτος κ Ουρβανὸς οἱ ὑπόκοποι εἶπον· τοῦτο οὖν πᾶσιν ἀρέσκει; ἀπὸ πάντων τῶν ὑποκόπων ἐλέχθη· δίκαιόν ἐστιν, ἀρέσκει.

Bals. Dicunt patres Capuæ factam esse Synodum; & in ea statutum esse ne rebaptizarentur qui ab orthodoxis baptizati fuerant, vel reordinarentur, qui ab Episcopis orthodoxis ordinati fuerant: & consequenter iis, quæ in ea Synodo constituta sunt, quæ à me quidem ignoratur (neque enim cum topicis Synodis connumeratur) dixerunt ipsi Mauritaniæ Sitifensis legati, quòd quia hæc sunt prohibita, debent etiam corrigi quæ ab Episcopis ab hac in aliam Ecclesiam fiunt transitiones, eo quòd hoc reputetur, veluti rebaptizatio

ΒΑΛΣ. Εν Καπούῃ φασὶν οἱ πατέρες γενέσθαι συνόδον, κ ἐν ἐκείνῃ ὁρισθῆναι τὸ μὴ ἀναβαπτίζεσθαι τοὺς παρὰ ὀρθοδόξων βαπτισθέντας, ἢ ἀναχειροτονεῖσθαι τοὺς παρὰ ὑποκόπων ὀρθοδόξων χειροτονηθέντας· κ ἀκολούθως τοῖς ὁρισθεῖσιν ἐν τῇ ταυτῃ συνόδῳ, τῇ πως ἐμοὶ ἀγνοουμένῃ (οὐδὲ γὰ συναριθμεῖται ταῖς τοπικαῖς συνόδοις) εἶπον οἱ αὐτοὶ τοποτηρηταὶ τῆς Μαυρεταν[illegible]ας Σιτιφένσις, ὡς ἐπεὶ ταῦτα κεκώλυνται, ὀφείλουσι διορθωθῆναι κ αἱ παρὰ ὑποκόπων γενόμεναι μεταβάσεις ἀπὸ ταύτης τῆς ἐκκλησίας εἰς ἑτέραν, διὰ τὸ λογίζεσθαι κ τοῦτο ὡσανεὶ ἀναβαπτισμὸν ἢ ἀναχειροτόνησιν.

Ψηφιοποιήθηκε από την

ρτόπηCιν. ϗ αὐτίκα προέβαντο φάκτον, ὅτι Κρεσκώνιος A
ἐπίσκοπος καταφρόνησε τῆ οἰκείου λαοῦ, ϗ ἑτέραν
ἐκκλησίαν. ἀλλ' ὅτι τοῦτο παρεγγυηθεὶς καταλιπεῖν τὴν ἀλλο-
τρίαν ἐκκλησίαν, ἣν ἐπέβη παρὰ κανόνας, ϗ ἀντέχεσθαι
τῆς οἰκείας, οὐκ ἐπείσθη τοῦτο ποιῆσαι. ὅτι οὖν τοῦτο βέβαιόν
ὄντι ϗ ἀληθὲς, ζητοῦσι, ϗ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐντολὴν,
ἵνα δοθῇ τῇ κατ' αὐτοὺς συνόδῳ ἀφορμὴ προελθεῖν ἐφ' ᾧ ϗ χώραν
ἄρχοντι· ἐ δι' αὐτοῦ καταναγκασθῇναι τὸν Κρεσκώνιον ἀπο-
στῆναι τῆς μὴ ἀνηκούσης αὐτῇ ἐκκλησίας, ὅτι ϗ αἱ διατάξεις
τῶν βασιλέων ἤτοι οἱ νόμοι τοῦτο διορίζονται. εἴπε
δὲ πρὸς ταῦτα ὁ Αὐρήλιος, ἐὰν ἐφυλάττη ὁ τύπος τῆς ἐκ-
κλησιαστικῆς καταστάσεως, μὴ κριθῇ τῆς συνόδου ὑπάρχων B
ὁ Κρεσκώνιος, ἀλλ' ὡς λαϊκὸς παραδοθήτω τῇ ἀρχοντικῇ
ἐξουσίᾳ· ϗ μὴ μεμφέσθω ὃ γινόμενον εἰς αὐτόν. αὐτὸς γὰρ ἑαυ-
τὸν παρέδωκεν εἰς τὴν ἀρχοντικὴν ἐξουσίαν, διὰ τὴν οἰ-
κείαν μοναρχίαν ϗ καταφρόνησιν τῆς συνοδικῆς παραγγε-
λίας. ϗ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. ὁ τύπος δὲ τῆς
καταστάσεως, ὃν ὁ Αὐρήλιος εἶπε φυλαχθῆναι, ἔστι δ' ϗ
μηδένας ὑποφωνηθῆναι ϗ ἀκηρυκτὶ παραξάμενον τῆς ἀλλο-
τρίας ἐκκλησίας, ϗ μὴ τοὺς ὑποφωνήσαντας καταγνωσθέντα, ἢ δι-
μερῶς ἢ μονομερῶς, διὰ τὴν ἀπείθειαν. τοὺς ἱερωμένους γὰρ παρα-
δίδοσθαι εἰς κόλασιν ἀρχοντικὴν οὐκ ἔξεστιν, εἰ μὴ πρότερον
καθαιρεθῶσι. δ' δὲ παραδίδοσθαι τοῖς ἄρχουσι τοὺς ἱερωμέ- C
νους μὴ καθαίρεσιν, γοῦν, ὡ μόνον ὅπερ ἡ συνοδος οὐκ ἔσχη
εὐχερῶς ποιῆσαι ἐκβιασθεῖσαν τῆς οἰκείας ἀποφάσεως, ἀλλὰ
ϗ ὅπερ μέγα ἐστὶ δ' ἁμάρτημα, ϗ σὺν τῇ ἐκκλησιαστι-
κῇ κολάσει χρεὼν ἐστὶν ἐπακολουθῆσαι ϗ ἀρχοντικὴν τι-
μωρίαν. τυχὸν γὰρ εὑρέθη τις ἱερωμένος ἐπίβουλος τοῦ βα-
σιλέως, ϗ καθηρέθη ὁ τοιοῦτος μὴ πρὸ καθαίρεσιν παρα-
δοθήσεται τῇ ἀρχοντικῇ ἐξουσίᾳ, ὡς ἂν μὴ ἑτοιμοῦ εἴπῃ
τὸν συνίστορας. ταῦτα δὲ ὕστερον γίνονται, κδ' δ λϛ'. ϗ δ λζ'.
κεφάλ. τοῦ α'. πτλου τοῦ γ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν, μέ-
ρος ὄντος τῆς ρκγ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, ϗ παραμυθάμε-
νοι πρεσβυτέρους ϗ διακόνους ὑπὲρ ἐγκληματικῆς αἰ- D
τίας ψευδομαρτυρήσαντας, μὴ μόνον καθαιρεῖσθαι, ἀλλὰ ϗ
ταῖς νομίμοις ποιναῖς ὑποβάλλεσθαι, ϗ τοὺς καταδικαζο-
μένους κληρικοὺς χάριν ἐγκληματικῆς αἰτίας ἀπογυμνοῦσθαι
μὲν βαθμοῦ παρὰ τοῦ ὑποσπόνδου, ὑποβάλλεσθαι δὲ τῆς ἀρχοντι-
κῆς ὑποβάλλεσθαι ταῖς νομίμοις ποιναῖς. τοῦτο δὲ λέγω κρατεῖν, ἔνθα
ἐξεφωνήθη. ὁ γὰρ τὸν νόμον τοῦτον μεθέλκων ϗ εἰς ὑποσπόν-
δους καταδικαζομένους ἴσως χάριν ἐγκληματικῆς αἰτίας, ϗ θέλων ϗ τούτους μὴ καθαίρεσιν τῇ ἀρχοντι παραδίδοσθαι,
μάταιος ἂν εἴη ϗ βλάσφημος. διὸ ϗ ὃ παρὰ τοῦ κρίνοντος
διορισθὲν χάριν τοῦ ὑποσπόνδου, ὀφείλεις ἐκλαμβάνειν, εἰς E
ὃ καθόλου καθόλου ὑποσπόνδου ἀκολουθῆσαι τῇ συνοδικῇ
διαγνώσει ϗ μόνῃ. περὶ δὲ ἀναβαπτισμοῦ ϗ ἀναχειροτονήσεως ἀναγνωσθήσεται ϗ μζ'. ἀποστολικὸν κανόνα ϗ ϗ
ξή.

ZONAP. Μὴ ἀναβαπτίζειν, εἰς μὴ ϗ παρὰ ἀσεβῶν
βαπτισθέντα, ϗ τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις, ὃν μζ'. κανόνι διατέτακται, ϗ ὃν ξή. κανόνι, μὲ δέχεσθαί τινα δύτερον
χειροτονίαν, τοῖς αὐτοῖς ὥρισαν. τούτοις οὖν τοῖς κανόσιν
ἑπόμενοι ϗ οἱ πατέρες ὅτοι τὰ αὐτὰ διετάξαντο, τουτ-
έστι μηδένα ἀναβαπτίζεσθαι ὀρθῶς ἐξ ἀρχῆς βαπτισθέντα.
εἰ δὲ παρ' αἱρετικῷ ἐβαπτίσθη τις ἀλλόκοτον βάπτισμα,
ἐκεῖνον βαπτίζεσθαι δεῖ. ὁ γὰρ ἀναβάπτισις τοῦτο, ὅτι οὐδὲ F
ὁ ἐβαπτίσθη, βάπτισμα λογίζεται, ἀλλὰ μολυσμός. ἀλ-
λὰ μηδὲ ἀναχειροτονήσεις γίνεσθαι, μηδὲ μετακινήσεις ἐπι-
σκόπων, ὥστε ἐάν τινα τὴν οἰκείαν ἐπισκοπὴν, ϗ μετα-
πίπτειν εἰς ἄλλην. ϗ αὐτίκα ϗ τοιαύτην ὑπόθεσιν προέ-
βαντο, ϗ φάσκα λέγοντες καταφρονῆσαι τοῦ ἰδίου λαοῦ,
ϗ ἑτέρας ἐκκλησίας ἐπιβῆναι, πολλάκις τε περὶ τούτου
ὑπομνησθῆναι ὀφεῖλον, ϗ μὴ παιδῶναι ἀποστῆναι τῆς
ἐκκλησίας, ἣν ἐν ϗ κανόνας ἐπέβη, ϗ λοιπὸν, φασὶ,
διὰ τὴν ἀπείθειαν αὐτοῦ, ἀνάγκη τῷ τῆς χώρας.

dinatio. Et factum ſtatim propoſuerunt, quòd Creſconius Epiſcopus proprium populum contempſit, & aliam Eccleſiam invaſit. Et propterea ſæpe admonitus, ut alienam Eccleſiam, quam invaſit præter Canones, relinqueret, & ſuam retineret; non eſt hoc facere perſuaſus. Quia ergo hoc firmum & verum eſt, petunt, ſecundùm eis datum mandatum, ut regionis Præſidem adeundi ſuæ Synodi concedatur poteſtas: & per eum cogatur Creſconius diſcedere ab Eccleſia, quæ ad eum non pertinet; quia & Imperatoris conſtitutiones ſive leges hoc decernunt. Dixit autem ad hæc Aurelius; Si ſervetur forma Eccleſiaſticæ conſtitutionis, ne judicetur eſſe Synodi Creſconius, ſed ut Laicus tradatur, ſeculari poteſtati: nec eſt quòd id ſibi fieri queratur. Ipſe enim ſeipſum, per ſuam pervicaciam & Synodalium præceptorum contemptum, in ſecularem poteſtatem tradidit. Et in his quidem conſiſtit Canon. Forma autem conſtitutionis, quam ſervandam dixit Aurelius, eſt, ut ſecundùm Canones interpelletur qui alienam Eccleſiam non Canonicè arripuit, & poſt denunciationes ſeu edicta deponatur, vel una tantùm, vel utriſque partibus præſentibus, propter inobedientiam. Neque enim fas eſt ſacratos homines ſeculari magiſtratui puniendos tradi, niſi prius depoſiti fuerint. Ut autem qui ſunt ſacrati, ſecularibus magiſtratibus, poſt depoſitionem tradantur, fit, non ſolùm quando Synodus non facilè poteſt ſuam exequi ſententiam; ſed etiam quando magnum eſt peccatum. Et una cum Eccleſiaſtica pœna ſecularis quoque magiſtratus animadverſionem conſequi oportet. Fortè enim inventus eſt quiſpiam ſacratus, Imperatoris inſidias parâſſe, & depoſitus eſt: is poſt depoſitionem tradetur ſeculari poteſtati, ut quæſtione habita dicat conſcios. Hæc autem ita fiunt, ſecundùm xxxvi. & xxxvii. Can. i. tit. iii. lib. Baſil. quæ ſunt pars cxxiii. Juſt. Novellæ, & tractant Presbyteros & Diaconos, in cauſa criminali falſum teſtimonium ferentes, non ſolùm deponi, ſed etiam pœnis legitimis ſubjici: & Clericos, qui pro criminali cauſa condemnantur, ab Epiſcopo gradu moveri; à ſeculari autem magiſtratu legitimis pœnis ſubjici. Dic autem hoc ſervari in eo, in quo expreſſum eſt. Qui enim hanc legem trahit etiam ad Epiſcopos, qui fortè in cauſa criminali condemnantur, & vult etiam eos poſt depoſitionem ſeculari poteſtati tradi; is vanus fuerit & blaſphemus. Et ideò quod à Can. de Epiſcopo decernitur, debes accipere, ut cogatur Epiſcopus ea ſola ſequi, quæ Synodaliter illi præcipiuntur. De rebaptizatione autem & reordinatione lege xlvii. Apoſtolicum Canonem & lxviii.

ZONAR. Ne quis iterum baptizetur, niſi qui ab impiis antea baptizatus fuerit, S. quoque Apoſt. xlvii. Can. cautum eſt: utique ut ne quis ſecundò iiſdem ordinibus initietur, Can. lxviii. iidem ſanxêre. Horum igitur Can. auctoritatem ſecuti hujus quoque Syn. Patres, eadem decrevêre; Ne quis videlicet baptiſmum repetat, qui ab initio rite fuerit baptizatus. Quòd ſi quis ab hæreticis abſurdo aliquo & peregrino baptiſmi genere initiatus fuit, illum baptizari oportet. Neque enim hic ſecundo baptizatur, cum ablutio illa prior inquinamentum, potius quã baptiſmus, fuiſſe judicetur. Ne cuiquam præterea iterum iidem ordines conferantur, neve Epiſc. tranſlationes fiant, ut ſcilicet eo quem obtinet relicto, in alium Epiſc. quiſpiam Epiſc. tranſiliat. Quo loco deinceps ejuſmodi quoque narrationem ſubnectunt; Quendam, aiunt, neglecta populi ſui cura alias Eccleſias invaſiſſe; ſæpe vero illum hac de re admonitum fuiſſe, neque unquam, ut eam Eccleſiam relinqueret, quam contra Canones occuparat, adduci potuiſſe. Reliquum eſt ergo, inquiunt, ac propter hominis pervicaciam neceſſariò faciendum,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ut Magistratum ejus regionis adeamus, ut qui benigna admonitione persuaderi non potuit, per Magistratum de ea, quam occupavit sede, pellatur. Ad hæc vero Aurelius dixit; Servata constitutionis forma, ille Synodo motus esse judicetur. Sacris namque initiatos prophano Magistratui puniendos, nisi prius depositi fuerint, tradi haud licet. Nam si quis sacratus, ob nefarium scelus admissum pœna dignus sit, sacra dignitate prius spoliatur, tum de illo Magistratus supplicium sumit. Quod ergo ait, servata constitutionis forma, ita est accipiendum, scilicet si constitutionis formula servata est, si nimirum ille ex Canonum præscripto admonitus est, nec paruit, ne Synodi esse censeatur, hoc est, ne habeatur amplius in Episcoporum numero, sed velut ejectus, & ex catalogo sacri ordinis expunctus, Magistratûs prophani potestati dedatur. Hoc autem, quod scilicet Magistratui mancipatus sit, pervicaciæ suæ, hoc est, contumaciæ & inobedientiæ, ex qua Episcoporum facilitatem neglexit, acceptum feret.

A ἄρχοντι προσελθεῖν, ἵνα ὁ μετὰ πραότητος ὑπομνησθεὶς, καὶ μὴ πεισθεὶς, ἐξουσίᾳ ἀρχοντικῇ ἐξελαθῇ. πρὸς ταῦτα ὁ Αὐρήλιος εἶπε· φυλαχθέντος τοῦ τύπου τῆς καταστάσεως, μὴ κριθῇ τῆς συνόδου ὑπάρχων. τοὺς ἱερωμένους γὰρ παραδίδοσθαι εἰς κόλασιν ἄρχοντι, εἰ μὴ πρότερον καθαιρεθῶσιν, οὐκ ἔξεστι. εἰ γὰρ διά τι μέγα ἁμάρτημα κολάσεώς ἐστιν ἱερωμένος τις ἄξιος, πρότερον γυμνοῦται τῆς ἱερατικῆς ἀξίας, καὶ οὕτω λαμβάνει αὐτὸν ὁ ἄρχων ἐπὶ τιμωρίᾳ. ὃ γοῦν φυλαχθέντος τοῦ τύπου τῆς καταστάσεως τοῦτό ἐστι, ὃ εἰ ἐφυλάχθη ὁ τύπος τῆς καταστάσεως, ἤγουν εἰ ὑπεμνήσθη ἐκεῖνος κατὰ τοὺς κανόνας, καὶ ἠπείθησε, B μὴ κριθῇ τῆς συνόδου ὑπάρχων, ἀντὶ τοῦ μὴ λογισθῇ τῆς μοίρας τῶν ἐπισκόπων ὤν, ἀλλ' ὡς ἤδη ἀπορριφεὶς καὶ ἐξωσθεὶς τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, ἀρχοντικῇ ἐξουσίᾳ παραδοθήτω. τοῦτο δὲ, ὃ παραδοθῆναι τῷ ἄρχοντι, ἐπῆλθεν αὐτῷ ἐκ τῆς μονοτονίας αὐτοῦ, ἤτοι τῆς αὐτογνωμοσύνης, τῆς ἀπειθείας, δι' ἣν κατεφρόνησε τῆς τῶν ἐπισκόπων ἐπιεικείας.

ARIST. *Rebaptizationes, & reordinationes, & translationes Episcoporum non fiunt. Cresconius itaque qui proprium populum dereliquit, & Ceneensem Ecclesiam invasit quandoquidem Ecclesiasticè admonitus non mutatus est, auctoritate judiciariâ prohibeatur.*

Qui ab orthodoxis baptizatur, aut ordinatur, secundum baptismum aut secundam ordinationem non recipit. Sed & illud, ab una civitate ad civitatem aliam transferri Episcopum, & præsens Canon, & alii non pauci diversarum Synodorum prohibent. Hic itaque Cresconius Episcopus, suam relinquens Ecclesiam aut Parœciam, & ad Ceneensem transiliens Ecclesiam, & sæpius fraterne admonitus à confratribus & comministris suis eam relinquere Ecclesiam, & non persuasus, effecit ut & inviti regionis Magistratum adirent, ab eoque auctoritate judiciariâ pelleretur.

ΑΡΙΣΤ. Αναβαπτίσεις, καὶ ἀναχειροτονήσεις, καὶ μετακινήσεις ἐπισκόπων οὐ γίνονται. Κρεσκώνιος οὖν τοῦ ἰδίου λαοῦ ἀποστὰς, καὶ τῆς Κενεοῦ ἐκκλησίας ἐπιβὰς, ἐπεὶ ἐκκλησιαστικῶς καταγγελλόμενος οὐ μεθίσταται, ἀρχοντικῶς C κεκωλύσθω.

Ο παρὰ ὀρθοδόξων βαπτισθεὶς, ἢ χειροτονηθεὶς, δεύτερον βάπτισμα, ἢ δευτέραν χειροτονίαν οὐ δέχεται. ἀλλὰ καὶ τὸ, ἀπὸ πόλεως ἐπίσκοπον εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι, καὶ ὁ παρὼν κανὼν, καὶ ἕτεροι οὐκ ὀλίγοι διαφόρων συνόδων κωλεύουσιν. ὁ γοῦν Κρεσκώνιος οὗτος ἐπίσκοπος, τὴν ἰδίαν καταλιπὼν ἐκκλησίαν ἢ παροικίαν, καὶ τῆς Κενεοῦ ἐπιβὰς ἐκκλησίας, καὶ πολλάκις ἀδελφικῶς ὑπομνησθεὶς παρὰ τῶν συναδελφῶν καὶ συλλειτουργῶν αὐτοῦ τὴν τοιαύτην καταλιπεῖν ἐκκλησίαν, καὶ μὴ πεισθεὶς, παρεσκεύασε καὶ ἄκοντας αὐτοὺς τῷ κατὰ χώραν ἄρχοντι προσελθεῖν, καὶ ὑπ' ἐκείνου ἐξουσιαστικῶς κωλυθῆναι. D

CANON LIII.

Quot Episcopi Episcopum ordinare debent. Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt; Illud quoque nobis mandatum est, Quia ex vicinis duo fratres nostri Numidiæ Episcopi Sacerdotem ordinare ausi sunt, non nisi à duodecim fieri debere ordinationem censeatis. Aurelius Episcopus dixit; Antiqua forma servabitur, ut non pauciores quàm tres constituti ad Episcopi ordinationem sufficiant; eo quòd Tripoli fortè & Arzuæ barbaræ scilicet gentes propè sitæ sunt. Tripoli autem quinque, iique soli sunt, ut scitis, Episcopi: & fieri potest ut sæpe ex eo numero duo aliqua necessitate detineantur. Est enim difficile, ut ex quovis numero possint omnes adesse; & hoc non debet impedimento esse utilitati Ecclesiæ. Nam & in hac Ecclesia, ad quam vestra sanctitas convenire dignata est, frequentius, & ferè die dominico, qui ordinantur, habemus. Nunquid ergo frequenter possumus duodecim vel decem, vel non multo pauciores convocare Episcopos? Sed duos propinquos conjungere est meæ parvitati facile. Quamobrem vestra mecum videt charitas hoc non posse servari.

BALS. Duo Episcopi in Numidia Episcopum ordinarunt. Sacerdotem enim pro Episcopo hîc debemus intelligere. Quoniam Sacerdos vel ab uno solo Episcopo ordinatur, ut vult ii. Can. S. Apost. Petiverunt ergo Honoratus & Urbanus Episcopi, sicut illis mandatum fuerat, ut non ampliùs à duobus Episcopis ordinetur Episcopus, sed à duodecim: & respondit Aurelius, debere servari

ΚΑΝΩΝ νγ'.

Πόσοι ἐπίσκοποι ἐπίσκοπον χειροτονεῖν ὀφείλουσιν. Ονωρᾶτος καὶ Ουρβάνος ἐπίσκοποι εἶπον· Κἀκεῖνο ἡμῖν ἐνετάλθη, ἐπεὶ ἐκ τῶν πλησίον ἀδελφοὶ ἡμῶν δύο ἐπίσκοποι τῆς Νουμηδίας χειροτονῆσαι ἐτόλμησαν ἱερέα, κρίνατε μὴ γενέσθαι χειροτονίας ἐπισκόπων, εἰ μὴ ἀπὸ δώδεκα. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὁ ἀρχαῖος τύπος φυλαχθήσεται, ἵνα μὴ ἥττονες τριῶν τῶν ὁρισθέντων εἰς χειροτονίαν ἐπισκόπων E ἀρκέσωσιν· διότι ἐν Τριπόλει τυχὸν καὶ ἐν Αρζοΐῃ δῆλον παρέγκεινται βάρβαρα ἔθνη. ἐν Τριπόλει δὲ πέντε, καὶ μόνοι εἰσὶν, ὡς γινώσκετε, ἐπίσκοποι· καὶ δυνατὸν ἐξ αὐτοῦ πολλάκις τοῦ ἀριθμοῦ τοὺς δύο ἀνάγκῃ τινὶ κατέχεσθαι. δυσχερὲς γάρ ἐστιν ἐξ οἱουδήποτε ἀριθμοῦ πάντας δύνασθαι ἀπαντῆσαι, καὶ μὴ ὀφείλει τοῦτο αὐτὸ παρεμποδὼν εἶναι τῷ χρησίμῳ τῆς ἐκκλησίας. καὶ γὰρ εἰς ταύτην τὴν ἐκκλησίαν, εἰς ἣν κατηξίωσεν ἡ ὑμετέρα συνελθεῖν ἁγιωσύνη, συχνῶς καὶ σχεδὸν κατὰ κυριακὴν χειροτονουμένους ἔχομεν. μὴ ἄρα δύναμαι συνεχῶς δώδεκα ἢ δέκα ἢ οὐχὶ πολὺ ἐλάττους συγκαλεῖν ἐπισκόπους. δύο δὲ γείτονας προσζεῦξαι εὐχερές F ἐστι τῇ ἐμῇ βραχύτητι. διὸ ὁρᾷ σὺν ἐμοὶ ἡ ὑμετέρα ἀγάπη τοῦτο αὐτὸ μὴ δύνασθαι παραφυλαχθῆναι.

ΒΑΛΣ. Δύο ἐπίσκοποι ἐχειροτόνησε εἰς Νουμηδίαν ἐπίσκοπον· τὸν γὰρ ἱερέα ἐνταῦθα εἰς ἐπίσκοπον ὑποληπτέον. διότι ἱερεὺς καὶ παρὰ μόνου ἑνὸς χειροτονεῖται ἐπισκόπου, κατὰ ὦ β'. κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. ἐζήτησαν οὖν Ονωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς οἱ ἐπίσκοποι, καθὼς ἐνετάλθησαν, μηκέτι ὑπὸ δύο ἐπισκόπων χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον, ἀλλὰ ὑπὸ δώδεκα. καὶ ἀπελογήσατο ὁ Αὐρήλιος, ὀφείλειν φυλάττεσθαι ὦ ἀρχαῖον τύπον

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

τύπον ἤτοι ⑭ κανόνα, ⑤ ἀρκεῖν εἰς ἐπισκόπου χειροτονίαν ἐπισκόπους τρεῖς, ὅτι πολλάκις δυσχερές ἐστι, πολλοὺς συνελθεῖν, καὶ ἵνα μὴ ἐμπόδιον τῷ χρησίμῳ τῆς ἐκκλησίας, ἤγουν τῇ χειροτονίᾳ τῶν ἐπισκόπων, ὀφείλῃ παρὰ τριῶν μόνων ἐπισκόπων χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπος, ἤγουν ⑭ μητροπολίτου καὶ ⑭ ἑτέρων δύο. ἔτω γὰρ εὐχερὲς ἔσται ἡ τῶν ἐπισκόπων χειροτονία. σημαίνομεν οὖν ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι οὐκ ἐξ ἀνάγκης ⑭ τριῶν ἐπισκόπων ἐπαρχιωτῶν χειροτονεῖται ἐπίσκοπος, ἀλλὰ παρὰ τοῦ μητροπολίτου καὶ ἑτέρων δύο, κἂν μὴ ὦσιν ἤτοι ἐπαρχιῶται. ὁ γὰρ μητροπολίτης Ἐφέσου ἐκεῖνος κυρὸς Χριστοφόρος εἰσκαλούμενος χειροτονήσας ἐπίσκοπον τὴν ταύτῃ βασιλεύουσαν τῶν πόλεων χωρὶς παρουσίας οἱουδήποτε ἐπαρχιώτου, ἐγκαλεῖται ⑭ καλῶς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. εἶπον γάρ τινες, ὀφείλειν ⑭ μητροπολίτῃ μετ' ἐπαρχιωτῶν ⑤ ἐλάχιστον δύο τὰς χειροτονίας ποιεῖν τῶν ἐπισκόπων, ὥσπερ καὶ τὰς ψήφους.

A antiquam formam sive Canonem, & sufficere ad Episcopi ordinationem tres Episcopos, quia sæpe multos convenire difficile est; & ne hoc sit impedimento utilitati Ecclesiæ, Episcoporum scilicet ordinationi, Episcopus debet vel à tribus solis ordinari Episcopis, scilicet à Metropolitano & ab aliis duobus. Sic enim erit facilis Episcoporum ordinatio. Nota ergo ex præsenti Canone, quòd non necessariò à tribus Provincialibus Episcopis ordinatur Episcopus, sed à Metropolitano & duobus aliis, etiamsi non sint ipsi Provinciales. Ille autem Ephesi Metropolitanus dominus Christophorus, qui Iscalonem Episcopum ordinavit in hac regina urbium, absque præsentia cujusvis Provincialis, præter rationem, ut mihi videtur, accusatus fuit. Dicebant enim nonnulli, debere Metropolitanum, cum Provincialibus ad minus duobus, Episcoporum ordinationes facere, sicut & electiones.

ZONAR. Δύο ἐπισκόπους φασὶ χειροτονῆσαι ἱερέα· ἱερέα δὲ ⑭ ἐπίσκοπον λέγει. πρεσβύτερον γὰρ καὶ εἷς ἐπίσκοπος χειροτονεῖ, καὶ ⑭ δεύτερον κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. καὶ ἀξιοῦσιν ὀφειλῆναι, ὑπὸ δώδεκα χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον. Αὐρήλιος δὲ ⑭ ἀρχαῖον τύπον δεῖν φυλάττεσθαι ἀπεκρίθη, τύπον ⑭ κανόνα λέγων, καὶ τρεῖς ἐπισκόπους εἰς ἐπισκόπου χειροτονίαν ἀρκεῖν ἀπεφήνατο. ἐπήγαγε δὲ καὶ αἰτίαν, ὅτι Ἀρζουΐη φαμίῳ ⑭ βάρβαρα ἔθνη, ὥστε διὰ τοῦτο δυσχερεῖαν εἶναι συνέρχεσθαι τοὺς ἐπισκόπους· ὅτι Τριπόλεως δὲ πέντε εἰσὶν ἐπίσκοποι, Τρίπολιν, τὴν ὅτι Ἀφρικῆς λέγων, καὶ συμβαίνει πάσαις ταῖς πέντε διὰ πολλῆς ἀνάγκης καλύεσθαι συνελθεῖν. τοῦτο οὖν, φησίν, οὐκ ὀφείλει ἐμποδίζειν εἰς τὸ χρησίμῳ τῆς ἐκκλησίας, τουτέστι τῇ τῶν ἐπισκόπων χειροτονίᾳ. χρήσιμον γὰρ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἤτοι τοῖς πιστοῖς ἡ τῶν ἐπισκόπων χειροτονία, ἀντὶ τοῦ, χρειώδης, διάταγμα. τοῦτο οὖν ὃ ὑπὸ πολλῶν χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον, ὁρᾶτε, φησὶν, ὅπως δύναται φυλαχθῆναι.

ZONAR. Duo Episcopi, inquiunt, Sacerdotem quendam creavêre (Sacerdotis vero nomine Episcopus intelligitur; nam Presbyterum vel unus Episcopus creat, ex sanctorum Apost. Can. ii.) atque, ut duodecim in Episcopo consecrando adhibeantur, decerni postulant. Aurelius vero antiquam formam, Canonem videlicet antiquum servandum esse respondit, ac tres Episcopos uni consecrando sufficere pronunciavit. Causamque deinde subjunxit; Arzuæ, dicens, barbaræ gentes adjacent, ut propterea Episcopos convenire difficile sit: Tripoli autem, quinque soli sunt Episcopi (Tripolim, eam quæ in Africa est, intelligit) ac ex quinque illis unum aut alterum necessario impedimento detineri facile est. Hoc igitur, inquit, Ecclesiasticæ utilitati, creationi nempe Episcoporum, obstare non debet. Utile enim est Ecclesiæ, hoc est, fidelibus, Episcopos constitui, id est, commodum necessarium est. Quamobrem hoc, inquit, ut in Episcopi consecratione plures Episcopi adhibeantur, servari non posse, vos ipsi facile animadvertitis.

ΑΡΙΣΤ. Μὴ ἐλάττους τριῶν ἐπισκόπων εἰς χειροτονίαν ἐπισκόπου ἀρκεῖν τοσοῦτον.

ARIST. *Tribus pauciores Episcopis ad Episcopi ordinationem haud sufficiunt.*

Πάντες μὲν, εἰ δυνατὸν, οἱ τῆς ἐπαρχίας ἐπίσκοποι ὀφείλουσι μετὰ γνώμης τοῦ μητροπολίτου συνέρχεσθαι, καὶ τοὺς ἐπισκόπους ψηφίζεσθαι· εἰ δὲ μὴ δυνατὸν πάντας συνελθεῖν, διά τινα ἀνάγκην, κἂν τρεῖς δὲ ἐλάχιστον δεῖ παρεῖναι, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων διὰ γραμμάτων.

Omnes quidem, si fieri potest, Provinciæ Episcopi Metropolitæ sententiâ convenire debent, & Episcopos ordinare. Si impossibile autem fuerit omnes convenire, propter aliquam necessitatem, saltem tres minimùm adesse oportet, etiam absentibus per literas consensum suum præbentibus.

ΚΑΝΩΝ νδ'.

CANON LIIII.

Περὶ τοῦ, ἀφελέσθαι τὰ τῶν Ελλήνων συμπόσια. κἀκεῖνο ἔτι μᾶλλον δεῖ αἰτῆσαι φρὰ τῶν Χριστιανῶν βασιλέων, ὅπερ φρὰ τὰ θεῖα φρογράμματα ἐν πολλοῖς τόποις συμπόσια οὕτως ἐκτελοῦνται, ἐκ τῆς ἐθνικῆς πλάνης φερισπασθέντα, ὡς καὶ Χριστιανοὺς τοῖς Ελλησι λάθρα φερσάγεσθαι δηλ τῇ τούτων πλατῇ· ἵνα κωλύσωσι τὰ τοιαῦτα κωλυθῆναι, καὶ ἐκ τῶν πόλεων καὶ ἐκ τῶν κτήσεων· μάλιστα ὅτι καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἁγιασίοις τῶν μακαρίων μαρτύρων ἀνά πᾶσαν πόλιν καὶ εἰς αὐτὰς τὰς ἱερὰς τόπους τὰ τοιαῦτα πλημμελῆν οὐκ ὑφορῶνται· ἐν αἷς ἡμέραις, ὅσον καὶ λέγειν αἰσχύνη ἔστιν, ὀρχήσεις μυσαρὰς εἰς τοὺς ἀγροὺς καὶ εἰς τὰς πλατείας ἐκτελοῦσιν, ὥστε τῇ τῶν οἰκοδεσποινῶν πομπῇ, καὶ ἄλλων ἀναριθμήτων γυναικῶν τῇ αἰδοῖ τῶν ὑλαβῶν εἰς πρὸ ἁγίας ἡμέρας φθεγγομένων, λάγναις ὕβρεσιν ἐφορμᾶν· ὡς καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας πίστεως σχεδὸν φεύγειν πρὸ φερισπᾶσθαι.

CANON LXIII.

Ut auferantur Græcorum convivia. Illud præterea à Chriſtianis Imperatoribus petendum eſt; Quoniam præter divina mandata in multis locis convivia ſic peraguntur, ex gentili errore inducta, ut etiam Chriſtiani ad paganos clanculùm in eorum celebratione accedant: ut hæc jubeant & ex urbibus & ex poſſeſſionibus arceri; maximè, quia & in ipſis beatorum martyrum natalibus, in quibuſdam urbibus etiam in ipſis ſacris locis, ejuſmodi peccata committere non reformidant; in quibus diebus, vel pudor eſt dicere, execrandas ſaltationes in agris & plateis peragunt, ut matrum-familias honorem, & aliarum innumerabilium piarum mulierum, quæ ſancto die adſunt, verecundiam, laſcivis contumeliis aggrediantur; adeo ut etiam ipſius ſanctæ fidei propemodum aufugiant acceſſum.

E

ΒΑΛΣ. Ωσφ σήμερον ἐν μνήμαις ἁγίων, οὐ μόνον κῦ τὰς πόλεις, ἀλλὰ δὴ καὶ κῦ τὰς ἔξω χώρας, γίνονται πανηγύρεις καὶ χορασίαι, καὶ ἄλλα τινὰ παίγνια, οὕτως, ὡς ἦσκεν, ἐπελοῦντο καὶ ἐκ παλαι· πλὴν ἐκεῖνα μυσαρὰ ἦσαν. διὸ φασὶν οἱ πατέρες, ὡς ἐπεὶ ἐν πολλοῖς τόποις συμπόσια ὑπελοῦνται, ἀρχὴν ἐσχηκέναι ἐκ τῆς Ελληνικῆς πλάνης, ὥστε ἐν αὐτοῖς συνάγεσθαι καὶ Χριστιανοὺς, καὶ συντελεῖν ταῦτα τοῖς Ελλησι, δέον ἐστὶν ὑπομνησθῆναι τοὺς βασιλέας, ἵνα κωλύσωσι ταῦτα καὶ μᾶλλον ὅτι πλημμελοῦνται καὶ εἰς ἱεροὺς τόπους. συμβαίνει γὰρ, ἐπὶ εἰς ἐκκλησίαν συνάγεσθαι τὰς εὐλαβεστέρας τῶν γυναικῶν, διὰ τὰ ἀτάκτως καὶ ἀσημόνως πεμπόμενα γινόμενα, ὡς τῶν ταῦτα πολμώντων

F

BALS. Sicut hodie in ſanctorum anniverſariis celebritatibus, non ſolùm in urbibus, ſed etiam in vicis & pagis, fiunt hominum conventus choreæque ducuntur, & alia quædam ludicra: ſic, ut eſt veriſimile, olim quoque peragebantur; ſed ea erant execranda. Et ideo dicunt Patres, quòd quoniam multis in locis convivia peraguntur, quæ à Græco errore habuerunt principium ut in eis etiam convenirent Chriſtiani, & eadem cum Græcis peragerent: admonendi ſunt Imperatores ut ea prohibeant; & eò magis, quòd etiam in ſacra loca peccant. Evenit enim, ut nec religioſiores mulieres in Eccleſiam conveniant, propter ea quæ turpiter & indecorè fiunt: nempe cùm ii, qui hæc audent, impuden-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ter & lascivè ejusmodi mulieres adgrediantur. Atque in his quidem est scopus canonis. Tu autem scias, quòd etiamsi hæc Imperiale decretum non vetuit: tamen Synodus, quæ in Trullo habita est, in eos, qui hæc audent, vehementer animadvertit.

A

ἀναγδῶς ϗ χ͞ῦ λαγνείαν ἐφορμῶντων χ͞ῖς τ͞ῆς πιούτων γυναικ͞ός. ϗ ὁ μὲν σκοπὸς ϕ κανὼν ὃν τυγχάνεις. σὺ δὲ γίνωσκε, ὅτι καὶ ταῦτα βασιλικὸς ὁρισμὸς σὺν ἐκωλυσεν, ἀλλ' ὅμως ἡ ἐν τ͞ῃ Τρούλλῳ συνόδος μεγάλως ἐκέλασε τοὺς τοιαῦτα πλημμ͞ελοῦντας.

Zonar. In multis adhuc locis convivia celebrari, ducta ex Græcorum erroribus consuetudine Synodi Patres affirmant; adeo ut ad illa Christiani quoque conveniant, ac simul cum paganis eadem celebrent. Quinimò, inquiunt, & in anniversariis sanctorum martyrum celebritatibus quædam fiunt, quæ vel commemorari absque pudore non possunt: saltationes scilicet execrandæ, & alia quædam eousque, ut in mulieres honestas ad sanctorum delubra confluentes, illi scelerum artifices lascive impetum faciant, ut illæ propterea ab accessu fidei necessariò refugiant, hoc est, etiam ab Ecclesia, propter intemperantis nequitiæ facinora, procul abesse cogantur. De his igitur Imperatoria auctoritate tollendis cum ipso Imperatore precibus agendũ esse decernunt.

ΖΩΝΑΡ. Λέγουσιν οἱ τ͞ῆς συνόδου, ὅτι ἔτι ἐν πολλοῖς τόποις ὑπολειπόμεναι συμπόσια, τὸ ἀρχαῖον ἐχόντα ἐκ τ͞ῆς Ἑλληνικ͞ῆς πλάνης, ὥστε ἐν αὐτοῖς συνάγεσθαι καὶ Χριστιανούς, καὶ συνεπλῆν ϗ τοῖς Ἕλλησι. καὶ ἐν ταῖς μνήμαις δέ, φασι, τ͞ῶν ἁγίων μαρτύρων γίνονταί τινα, ἃ ϗ λέγειν αἰσχύνη ἔξιν, ἤγουν ὀρχήσεις μυϊκὰς, καὶ ἄλλα τινά, ὥστε σεμνῶν γυναικ͞ῶν ἀνεφορμήσεις εἰς τοὺς τ͞ῶν ἁγίων μνήμας, ὁρμᾶν κατ' αὐτ͞ῶν λέγω τοὺς τὰ μυϊκὰ ὀκτρα ποιοῦντας, ὡς ἀναγκὴν ἔχ͞ῃ ἀφ' ἑαυτ͞ῶν ταῦτα φεύγειν τὸ προσέλθειν τ͞ῆς πίστεως, ἤγουν ἀναγκάζεσθαι μηδὲ εἰς ἐκκλησίαν συνάγεσθαι ἀφ' τὰ ἀτάκτως ϗ ἀσημόνως γινόμενα. ταῦτα τοίνυν κωλυθ͞ῆναι ἐδέοντο π͞ρὰ τ͞ῆς βασιλικ͞ῆς ἐξουσίας.

Arist. *Convivia Græcanica, propter propriam invercundiam, & quòd multos Christianorum seducunt, in diebus etiam, quibus Martyrum commemorationes celebrantur, fieri cessent.*

Saltationes enim abominandas, & alia quæcunque indecora, quæ Græcanici sunt erroris, nec in sacris locis ubi martyrum commemorationes celebrantur, nec alibi fieri concedit canon: sed istiusmodi convivia perfectè cessare mandat, ut quæ multos Christianos seducunt, & ad perditionem eos redigunt.

ΑΡΙΣΤ. Τὰ ἑλληνικὰ συμπόσια παύεσθαι, διὰ τὸ οἰκείαν ἀφορμοῦσθαι, ϗ ὅ, πολλοὺς ἀφέλκεσθαι χριστιανῶν, ϗ ἐν ἡμέραις μνήμης μαρτύρων γίνεσθαι.

Canon LXIV.

Ne in dominico, & in reliquis sanctorum festis, spectacula ullo modo peragantur. Illud quoque præterea petendum est; ut theatralium ludicrorum spectacula in dominico & reliquis Christianæ fidei diebus solennibus prohibeantur; maximè, quia in sancti Paschæ octavæ turbæ magis in hippodromum quàm in Ecclesiam conveniant: debere præfinitos ipsorum dies transferri, quando ita eveniat, nec ullum Christianum debere ad hæc spectacula cogi.

ΚΑΝΩΝ ξδ'.

Περὶ θεωρίων, ἵνα ἐν τ͞ῃ κυριακ͞ῃ ϗ ἐν ταῖς λοιπαῖς τ͞ῶν ἁγίων ἑορταῖς μηδαμ͞ῶς ὑπολύωνται. καὶκεῖνο ἔτι μὴν δεῖ αἰτ͞ῆσαι, ἵνα τὰ θεώρια τ͞ῆς θεατρικ͞ῆς παιγνίων ἐν τ͞ῃ κυριακ͞ῃ ϗ ἐν ταῖς λοιπαῖς φαιδραῖς τ͞ῶν Χριστιανῶν πίστεως ἡμέραις κωλύωνται· μάλιστα ὅτι ἐν τ͞ῃ ὀγδόῃ τ͞ῆς ἁγίου πάσχα οἱ ὄχλοι μᾶλλον εἰς τὸ ἱπποδρόμιον ἢπερ εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνέρχονται· ὀφείλῃ μετενεχθ͞ῆναι πρὸς ὡρισμένας αὐτ͞ῆς ἡμέρας, ὅτε ἀπαντήσῃ, ϗ μὴ ὀφείλειν τινὰ τ͞ῶν Χριστιανῶν περὶ τὰ θεώρια ταῦτα ἀναγκάζεσθαι.

Ariste. *Theatra Dominicis & festis diebus non celebrantur.*

In hilaribus enim diebus istis in Ecclesiâ Christianos convenire decet: & non oportet equiria in iis celebrari.

Ορχήσεις γὰρ μυϊκὰς, ϗ ἄλλα τινὰ ἀσήμονα τ͞ῆς ἑλληνικ͞ῆς ὄντα πλάνης, ἔτι ἐν ἱεροῖς τόποις, ἔνθα μνήμαι μαρτύρων γίνονται, ἔτι ἄλλαχοῦ γίνεσθαι ὁ κανὼν συγχωρεῖ· ἀλλὰ πλέον τὰ τοιαῦτα περιστέλει συμπόσια παύεσθαι, ὡς πολλοὺς τ͞ῆς χριστιανῶν ἐφελκόμενα, ϗ ἀγωγὰ αὐτοὺς εἰς ἀπώλειαν.

Zonar. Illud etiam Synodus postulavit, ne spectacula videlicet Dominicis, aut festis diebus, neve equestres ludi Paschatis hebdomada præbeantur; verum in aliud tempus transferantur, ne his occupati ludicris ab Ecclesiis frequentandis homines Christiani desistant: tum ne fidelium aliquis in theatrali consessu adesse cogatur. Synodi quoque in Trullo lxvi. canone, universam Paschatis hebdomadam in Ecclesiis agere, tempúsque psalmis atque hymnis concinendis traducere, fideles jubentur, equorúmque certamina prohibentur.

ΖΩΝΑΡ. Μήτε θεώρια ἐν κυριακαῖς ἢ ἐν ἑορτασίμοις ἡμέραις γίνεσθαι, μήτε ἱππασφορμίας ἐν τ͞ῃ ἑβδομάδι τ͞ῆς πάσχα, ἵνα μὴ ἐν αὐτοῖς σχολάζωσιν οἱ Χριστιανοὶ καταλιμπάνοντες τὰς ἐκκλησίας, ἢ συνόδος ἦτησε, μεταπεμπόμενα δὲ τὰς ἡμέρας τ͞ῆς ἵππων ἁμίλλης, ϗ μηδένα τ͞ῆς πιστῶν ἀναγκάζεσθαι εἰς τὰ θέατρα ἀπέναι. ϗ ὁ ξϛ'. δὲ τ͞ῆ ἐν τ͞ῷ Τρούλλῳ συνόδου κανὼν τὴν ὅλην ἑβδομάδα τ͞ῆς πάσχα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σχολάζειν ἀπαντᾶ τοὺς πιστοὺς, ἐν ψαλμοῖς ϗ ὕμνοις, ϗ τὰς ἱππασφορμίας κωλύ͞ῃ.

Ariste. *Theatra Dominicis & festis diebus non celebrantur.*

ΑΡΙΣΤ. Θέατρα κυριακαῖς καὶ ἑορταῖς οὐ συνάγονται.

In hilaribus enim diebus istis in Ecclesiâ Christianos convenire decet: & non oportet equiria in iis celebrari.

Εν γὰρ ταῖς φαιδραῖς ταύταις ἡμέραις εἰς τὴν ἐκκλησίαν πρέπον ἐστὶ συνάγεσθαι τοὺς χριστιανούς· καὶ οὐ δεῖ πλήθειν ἐν αὐταῖς ἱππασφορμίαν.

ΚΑΝΩΝ

A

ΚΑΝΩΝ ξέ.

Περὶ τῶν καταδικαζομένων κληρικῶν. κἀκεῖνο δεῖ αἰτῆσαι, ἵνα ὁρίσαι καταξιώσωσιν, ὥστε κληρικὸν οἱασδήποτε τιμῆς τυγχάνοντα, ἐπ' οἱῳδήποτε ἐγκλήματι τῇ τῶν ἐπισκόπων κρίσει καταδικασθέντα, μὴ ἐξεῖναι ὦ αὐτὸν εἴτε παρὰ τῆς ἐκκλησίας, ἧς ὑπῆρχεν, εἴτε ἀπὸ οἱουδήποτε ἀνθρώπου διεκδικεῖσθαι ποινῆς, ἢ ἐπὶ τούτῳ παρεντεθείσης ζημίας χρημάτων καὶ τιμῆς, ὅπως μηδὲ κεῖραν μηδὲ φύσιν ἀπολογητέαν εἶναι κελεύσωσιν.

B

ΒΑΛΣ. Κληρικοί τινες καταδικασθέντες ἐπὶ ἐγκληματικαῖς αἰτιάσεσι, καὶ μηδὲ βοήθειαν ἔχοντες ἐκκλήτου (οὕτω γὰρ ἐκκληπτέον τὰ τοῦ κανόνος) πάλιν ὤχλουν ἀποκαταστῆναι. ἤρεσε γοῦν τοῖς πατράσιν ὑπομνησθῆναι τοὺς βασιλεῖς, ἵνα ὁρίσωσιν ὑποκεῖσθαι ποίνῃ χρηματικῇ καὶ ἀφαιρήσει τιμῆς τοὺς ἐκδικοῦντας τούτους, ἐκκλησιαστικοὺς ἢ καὶ ἑτέρους, κἂν οἵας ὦσι κείρας ἤγουν ἡλικίας ἢ καὶ φύσεως.

ΖΩΝΑΡ. Ἠτησαν οἱ πατέρες ὁρισθῆναι καὶ ὃ μηδένα κληρικὸν καταδικασθέντα παρὰ τῶν ἐπισκόπου αὐτοῦ ἐπί τινι ἐγκλήματι διεκδικεῖσθαι ἢ παρὰ τῆς ἐκκλησίας, ἧς ὑπῆρχε κληρικὸς, ἢ παρά τινος ἀνθρώπου δυνάστου τυχὸν, καὶ ζημίαν ἠξίωσαν κατὰ τοῦ ἐκδικοῦντος αὐτὸν ὁρισθῆναι, καὶ εἰς χρήματα, καὶ εἰς τιμήν. ὥστε καὶ χρήματα ὦ τοῦτο ποιεῖν ἐπιχειροῦντα ζημιοῦν, καὶ εἰς τὴν τιμὴν αὐτοῦ κινδυνεύειν ἀτιμούμενον, καὶ μήτε ἡλικίαν τινὰ προβάλλεσθαι εἰς ὠφέλειαν, τυχὸν, ὅτι νέος ἦν ὁ ποιήσας τοῦτο, ἢ γέρων πάνυ, καὶ δέον αὐτὸν συγγνωσθῆναι διὰ τὴν ἡλικίαν (κείρα γὰρ ἡλικία ἐστὶν, ὡς πολλαχοῦ εἴρηται) μήτε διὰ τὴν φύσιν, ἀπὸ ὅτι γυνὴ ἦν ἡ τοῦτο ποιήσασα. τὸ δὲ διεκδικεῖσθαι ἐνταῦθα, οὐχὶ τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ καταδικασθέντος ἐστὶ, λέγοντος ἀδικεῖσθαι καὶ ζητοῦντος ἔκκλητον ἴσως· εἰ γὰρ τοῦτο εἴποι τις, πολλοῖς κανόσιν ἐναντιωθήσεται, τοῖς διδοῦσι τοῖς κληρικοῖς ἔκκλητον αἰτιωμένοις τὰς ψήφους τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν· ἀλλὰ τὸ, δικαίως τοῦ κληρικοῦ καταδικασθέντος, κωλύειν τινὰ ἐκβιβασθῆναι τὴν ψῆφον τοῦ ἐπισκόπου χειρὶ χρώμενον.

ΑΡΙΣΤ. Κληρικὸς ἐπισκόπου κρίσει καταδικασθεὶς, παρὰ μηδενὸς ἐκδικείσθω.

Ο καταδικασθεὶς ἐπ' ἐγκλήμασι παρ' ἐπισκόπου κληρικὸς, εἰ μὲν οἴεται ἀδικεῖσθαι, ἐκκαλείσθω, αὐθεντικῶς δὲ μετ' ἐξουσίας μὴ παρά τινος ἐκδικείσθω.

CANON LXV.

De Clericis, qui condemnantur. Illud quoque petendum est, ut statuere dignentur, ne liceat, Clericum quemcunque honorem obtinentem, in quocunque crimine Episcoporum judicio condemnatum, vel ab Ecclesia cujus fuit, vel ab ullo homine liberari à pœna; alioqui hunc pecunia & dignitate mulctari, nec ætatem nec naturam excusandam esse jubeant.

B

BALS. Clerici quidam in causis criminalibus condemnati, & nec appellationis auxilium habentes (ita enim est intelligendus Canon) restitui satagebant. Placuit ergo Patribus, Imperatores admoneri, ut statuant pœnæ pecuniariæ & privationi honoris eos subjici, qui illos defendunt ac liberant, sive sint Ecclesiastici, sive etiam alii, cujuscunque sint ætatis vel naturæ.

ZONAR. Præterea ne quem Clericum à suo Episcopo ob crimen aliquod condemnatum, aut ab Ecclesia, cujus Clericus fuerat, aut ab alio viro, dynasta forte, absolvi liceat, Patres decerni voluerunt. Ac si quis hominem absolverit, eum & pecunia simul & dignitate mulctari; ita ut quicunque id aggressus fuerit, & pecunia mulctetur, & honore spoliatus dignitatem amittat. Neque vero, aut ætatis excusationem admitti; puta, quòd adolescens admodum, qui id fecit, vel affecta ætate sit, ac propterea crimen ætati condonari oporteat (κείρα namque ætatem significat, ut sæpe diximus) aut sexus, veluti quod à muliere id facinus patratum sit. Illud autem verbum διεκδικεῖσθαι, hoc loco, non pro eo sumitur, quod est alicujus, qui se injustè damnatum queratur, sibique provocationem dari postulet, patrocinium suscipere; id enim qui dixerit, multis Canonibus adversabitur, quibus, si minus Episcoporum sententiæ Clerici acquiescant, eisdem provocatio conceditur: sed est, justè condemnato Clerico, Episcopi sententiæ executionem vi quenquam & armis impedire.

C

D

ARIST. *Clericus Episcopi judicio condemnatus, à nemine liberetur.*

Clericus, qui ob delicta ab Episcopo condemnatur, si sibi videtur injuriâ affectus, appellet, cum auctoritate autem & potestate à quopiam ne liberetur.

E

ΚΑΝΩΝ ξϛ'.

Περὶ τῶν μίμων γινομένων Χριστιανῶν. περὶ τοιούτων μὴν αἰτῆσαι δεῖ, ἵνα ἐάν τις ἐξ οἱουδήποτε παιγνιώδους ἐπιτηδεύματος, πρὸς τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ χάριν ἐλθεῖν θελήσῃ, καὶ ἐλεύθερος ἀπ' ἐκείνων τῶν σπίλων διαμεῖναι, μὴ ἐξὸν εἴη τινὶ τὸν τοιοῦτον πρὸς τὰ αὐτὰ γυμνάσματα πάλιν προτρέπεσθαι ἢ κατεναγκάζειν.

ΒΑΛΣ. Τὸ παλαιὸν ἐτελοῦντο θέατρα μετὰ συνδοσίας τῶν δημοτῶν, καὶ διὰ τοῦτο εἶχον τινὰς σκηνικοὺς καὶ μίμους τὰ μέρη πολλάκις καὶ Ἕλληνας. ζητοῦσιν οὖν οἱ πατέρες ὁρίσαι τοὺς βασιλεῖς, ἵνα ἐάν τις τῶν τοιούτων Ἕλλην ὢν βαπτισθῇ, μὴ ἀναγκάζηται ὑπὸ τῶν δήμου τὰ αὐτὰ ἐνδείκνυσθαι παίγνια.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς σκηνικοὺς καὶ μίμους, τοὺς τὰ παίγνια πράττοντας, οἱ πάλαι πατέρες ἐν τοῖς ἀποστοπαίοις ἐλογίζοντο. ἐὰν οὖν τις τῶν τοιούτων Ἕλλην ὢν προσέλθῃ τῷ Χριστιανισμῷ, καὶ ἐλεύθερος ἐκ τῶν σπίλων ἤγουν τῶν ῥυπαρῶν ἔργων ἐκείνων γένηται καταλιπὼν ταῦτα, αἰτοῦσι μὴ δύνασθαί τινα ἀναγκάζειν αὐτὸν πάλιν πρὸς τὰ παίγνια ἐκεῖνα ὑποστρέφειν, καὶ ἀναστρέφεσθαι αὐτοῖς.

CANON LXVI.

De mimis, qui fiunt Christiani. De his præterea petendum est, ut si quis ex quocunque exercitio ludicro ad Christianismi gratiam venire voluerit, & purus ab illis maculis permanere; ne ulli liceat eum ad ejusmodi exercitium prorsus vel incitare vel cogere.

BALS. Spectacula antiquitùs cum populorum suppeditatione peragebatur, propterea scenicos quosdam & mimos, sæpe & magna ex parte Græcos habebant. Petunt ergo Patres, ut Imperatores decernant, si quis eorum, cùm Græcus sit, baptizetur, eum à populo eadem ludicra exhibere non cogi.

F

ZONAR. Scenicos & mimos, ludorum artifices, antiqui Patres mirè aversabantur. Si quis horum igitur ex profana Græcorum superstitione Christiana sacra amplectatur, exutusque iis quibus notatus fuerat maculis, sordidum illud videlicet vitæ genus deseruerit, petunt ne hominem amplius cujusquam auctoritate ad ludicra illa iterum exercenda liceat compelli.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Siquidem in magnis urbibus theatra extabant, in quibus statis temporibus populi conventu ludi exhibebantur, ad eámque rem scenicorum opera & servitium, nulla excusatione admissa, ita flagitabatur, ut ad ea munia vel inviti traherentur.

ARIST. *Qui à ludicro exercitio ad honestam se convertit vitam, ad idem ne retrahatur.*

Qui scenicam relinquit vitam, & aliam vivendi rationem Christianis decentem amplectitur, ne compellatur in ludicro exercitio iterum versari. Erant enim quidam ludicris istiusmodi exercitiis ascripti, & graviter tulerunt ea consectari.

CANON LXVII.

De manumissionibus, quæ fiunt in Ecclesiis. De manumissionibus scilicet in Ecclesia proclamandis, si hoc nostri consacerdotes in Italia facere reperiantur, nostra quoque fiducia, manifestum est, eorum ordinem sequatur, missi Legati potestate palam data, ut quæcunque fide digna pro Ecclesiastico statu & animarum salute peragere potuerit, nos quoque ea omnia coram Domino laudabiliter suscipiamus. Si vestræ placeat dilectioni, dicite, ut & meam relationem firmam esse vobis ostendam; & nostrum omnium consensum vestra sinceritas jucundè accipiat. Ab omnibus Episcopis dictum est; Omnibus placent quæ sunt proposita, &, quæ sapienter à tua sanctitate sunt exposita, perfici debent.

BALS. Ut est verisimile, dubitabant nonnulli, an servi in Ecclesia manumitti debeant, vel aliqui alii, qui ad eam confugerunt, ut qui sint aliquibus delictis obnoxii, & auxilium quærant Ecclesiasticum. De his enim etiam hujus actionis principium tractat; atque etiam præsentis Canonis collocutio. Et propterea dixerunt Patres; Interrogentur per Legatos Italiæ Sacerdotes: & si illi quoque hoc faciant, seu proclament & faciant libertates, cum confidentia ipsi quoque ea, quæ sic fiunt, sequantur, ad animæ salutem respicientia, & ad jurium Ecclesiasticorum conservationem. Hoc autem sic proviso, fiet firma ad Imperatores quoque relatio, & ab eorum sinceritate suscipietur, quod communi consensu relatum fuerit. Ac quæ ad eos quidem spectant, qui ad Ecclesias confugiunt, præsens Canon Imperatori audienda remittit. Tu autem lege primi tituli quinti libri cap. decimum tertium, quod sic dicit; Statuimus nemini licere eos qui confugiunt, cujuscunque sint conditionis, ex sancta Ecclesia orthodoxæ fidei, extra hanc Imperialem civitatem extrudere. Si qui autem tale quid moliri vel facere ausi fuerint, sacrilegii crimini subjiciantur. Sed neque eos sic in venerabilibus Ecclesiis detineri vel constringi, ut illic à rebus esculentis, vel vestimentis, vel quiete, vel somno prohibeantur. Et undecimum caput quod dicit; Usque ad Ecclesiæ terminos, qui sunt ante forum publicum, tuti sint qui ad eam confugiunt, interioribus lavacris, vel hortis, vel aulis, vel cubiculis, vel porticibus utentes, & prohibeantur intra templum dormire vel comesse. Ne armis autem sibi securitatem parent, sed ea apud Episcopum deponant, vel persuasi primùm, vel postea ejecti jussu Episcopi & judicum. Et xii. caput; Servus cum armis confugiens statim ejiciatur: si autem resistat, majoribus viribus cogatur; & si pugnans ceciderat, dominus occidens non teneatur. Lege etiam iii. decretum decimi tertii capitis ejusdem tituli, quod dicit; Apud competentes judices litigare oportet eos qui confugiunt,

A ἐν γὰρ ταῖς μεγάλαις τῶν πόλεων θέατρα ἦσαν, καὶ κατὰ καιροὺς συνήγοντο ἐν αὐτοῖς καὶ ἐτελοῦντο παίγνια, καὶ ὥσπερ τι λειτούργημα καὶ ἀπαραίτητον χρέως εἶχον, οἱ σκηνικοὶ δὲ ἐπιδείκνυσθαι ταῦτα εἵλκοντό τε καὶ μὴ βουλόμενοι.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἀπὸ παιγνιώδους ἐπιτηδεύματος εἰς σπουδαῖον μετελθὼν βίον, μὴ ἑλκέσθω πρὸς αὐτό.

Ὁ καταλιπὼν τὸν σκηνικὸν βίον, καὶ διαγωγὴν ἑτέραν χριστιανοῖς πρέπουσαν μετερχόμενος, οὐκ ἀναγκασθήσεται αὖθις τὸ παιγνιῶδες ἐπιτήδευμα ἐνεργεῖν. ἦσαν γάρ τινες ἐναπογραφόμενοι εἰς τὰ παιγνιώδη ταῦτα ἐπιτηδεύματα, καὶ βάρος εἶχον δὲ μετέρχεσθαι ταῦτα.

B

ΚΑΝΩΝ ξζ.

Περὶ ἐλευθεριῶν τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γινομένων. περὶ ἐλευθεριῶν δηλαδὴ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κηρυκτέων, ἐὰν τοῦτο οἱ ἡμέτεροι συνιερεῖς φαίνωνται ποιοῦντες ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν· καὶ ἡ ἡμετέρα δῆλον πεποίθησις τῇ τούτων τάξει ἕπηται, δοθείσης φανερῶς ἀδείας πεμπομένου τοποτηρητοῦ, ἵνα οἱαδήποτε ἀξία πίστεως ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως καὶ τῆς τῶν ψυχῶν σωτηρίας ἐκτελέσαι δυνηθείη· καὶ ἡμεῖς ἐπαινετῶς ἐνώπιον τοῦ κυρίου ὑποδεξώμεθα ταῦτα πάντα. ἐὰν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ ἀρέσκῃ, ἐξείπατε, ἵνα καὶ τὴν ἐμὴν ἀναφορὰν βεβαίαν οὖσαν ὑμῖν ἐπιδείξω· καὶ τὰ παρὰ τῆς πάντων ἡμῶν συναινέσεως ἡ αὐτῶν εἰλικρινότης ἡδέως προσδέξηται. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· πᾶσιν ἀρέσκει τὰ προτεθέντα, καὶ συνετῶς ἀπὸ τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἐξηγηθέντα ὀφείλει ἐκτελεσθῆναι.

C

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν, ἀμφέβαλόν τινες, εἰ ὀφείλουσιν ἐλευθεροῦσθαι δοῦλοι ἐπ' ἐκκλησίας, ἢ ἕτεροί τινες καταφεύγοντες ἐν αὐτῇ, ὡς ἐνεχόμενοι εὐθύναις τισὶ, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ζητοῦντες βοήθειαν. περὶ τούτων γὰρ καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς πράξεως ταύτης διαλαμβάνει· ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ διαλαλιὰ τοῦ παρόντος κανόνος. καὶ διὰ τοῦτο εἶπον οἱ πατέρες, ὅτι ἐρωτηθήτωσαν διὰ τοποτηρητῶν οἱ ἱερεῖς τῆς Ἰταλίας· καὶ ἐὰν ποιῶσι κἀκεῖνοι τοῦτο, ἤγουν κηρύττωσι καὶ πράττωσι τὰς ἐλευθερίας, μετὰ πεποιθήσεως καὶ αὐτοὶ ἵνα ἀκολουθήσωσι τοῖς οὕτω γινομένοις, εἰς σωτηρίαν ψυχικὴν ἀποβλέπουσι, καὶ εἰς συντήρησιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν δικαίων. τούτου δὲ οὕτω πολυπραγμονηθέντος, γενήσεται καὶ ἡ πρὸς βασιλεῖς ἀναφορὰ βεβαία, καὶ προσδεχθῇ παρὰ τῆς εἰλικρινότητος τούτων δὲ κατὰ συναίνεσιν κοινὴν ἀνενεχθέν. καὶ ὁ μὲν παρὼν κανὼν ἀνήρτησε τὰ τῶν προσφευγόντων τῆς ἐκκλησίαις εἰς ἀκρόασιν βασιλικήν· σὺ δὲ ἀνάγνωθι τοῦ α'. τίτλου τοῦ ε'. βιβλίου κεφ. ιγ'. λέγον, θεσπίζομεν, μὴ ἐξέστω τινὶ τοὺς πρόσφυγας, τοὺς οἱασδήποτε τύχης ὄντας, ἐκ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἐκτὸς ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως ἐξεοῦν. εἰ δέ τινες τοιοῦτόν τι μηχανήσασθαι ἢ ποιῆσαι τολμήσουσι, τῷ τῆς ἱεροσυλίας ἐγκλήματι ὑποβαλλέσθωσαν. ἀλλὰ μηδὲ τούτους οὕτω κατέχεσθαι ἐν τῆς σεβασμίαις ἐκκλησίαις ἢ συσφίγγεσθαι, ἵνα αὐτόθεν ἢ τροφίμων πραγμάτων ἢ ἐνδυμάτων ἢ ἡσυχίας ἢ ὕπνου κωλύωνται. καὶ δὲ ια'. κεφ. λέγον, μέχρι τῶν πρὸ τῆς δημοσίας ἀγορᾶς τῆς ἐκκλησίας ὅρων δὲ ἀσφαλὲς ἐχέτωσαν οἱ προσφυγόντες, τοῖς ἐνδοτέροις λουτροῖς ἢ κήποις ἢ οἰκήμασιν ἢ αὐλαῖς ἢ στοαῖς χρώμενοι, καὶ κωλυέσθωσαν ἐντὸς τοῦ ναοῦ ὑπνοῦν ἢ ἐσθίειν. ὅπλοις δὲ μὴ ἀσφαλιζέτωσαν ἑαυτοὺς, ἀλλὰ ὑποτιθέτωσαν ταῦτα παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ, ἢ πειθόμενοι πρῶτον, ἢ μετὰ ταῦτα ἐκβαλλόμενοι κατὰ κέλευσιν τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν δικαστῶν. καὶ κεφάλαιον ιβ'. μεθ' ὅπλων ὁ οἰκέτης προσφυγὼν εὐθὺς ἐκβαλλέσθω· ἀθιστάμενος δὲ, μείζονι βιαζέσθω δυνάμει· κἂν μαχόμενος τελευτήσῃ, ἀνεύθυνος ὁ ἐπελθὼν ἔσται δεσπότης. ἀνάγνωθι καὶ δὲ γ'. θέμα τοῦ ιγ'. κεφάλαιον τοῦ αὐτοῦ τίτλου, λέγον, παρὰ τοῖς προσφόροις δικάζεσθαι δικαστὰς τοὺς πρόσφυγας,

D

E

F

καὶ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

καὶ οὐχὶ παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ τοὺς ἀντιδίκους αὐτῶν μετακαλεῖσθαι. καὶ ὃ τελευταῖον θέμα τοῦ αὐτοῦ κεφ. λέγον, μεταξὺ δὲ τούτων τοῖς θεοσεβεστάτοις οἰκονόμοις εἴτε τοῖς ἐκδίκοις τῆς ἐκκλησίας φροντίδα καὶ σπουδὴν προσήκει ἔχειν, ὅπως ἑκάστου τῶν ἔνδον τῆς ἐκκλησίας προσφευγόντων τὰ ὀνόματα καὶ τὰς αἰτίας ἀνυπερθέτως ἐκζητῶσιν. ἔπειτα δὲ οἱ ἄρχοντες, ἢ ἐκεῖνοι πρὸς οὓς τὰ πράγματα καὶ τὰ πρόσωπα ἀνήκουσι, ταῦτα μανθάνοντες, τῇ ἐπιτηδείῳ εὐθύτητι ἐπιμελέστερον ἑαυτοῖς τὰ ἁρμόττοντα διατυπούτωσαν. ὥστε σημείωσαι, ὅτι οἱ μὴ ἀπογραφόμενοι οὐκ εἰσὶ πρόσφυγες.

A & non ad Ecclesiam eorum adversarios evocari. Et postremum responsum ejusdem capitis quod dicit; Interea autem pientissimos Oeconomos seu Ecclesiæ Defensores curam & diligentiam adhibere oportet, ut unuscujusque eorum, qui ad Ecclesias confugiunt, nomina & causas sine mora inquirant. Præterea autem magistratus, vel illi ad quos negotia & personæ pertinent, hæc scientes, ea qua par est rectitudine quæ illis conveniunt diligentiùs statuant. Quare nota, quòd qui non describuntur, non sunt ex eorum numero qui confugiunt.

ΖΩΝΑΡ. Αμφέβαλλον οἱ τῆς συνόδου, εἰ δεῖ ἐλευθερίας κηρύττεσθαι, ἤγουν ἐκφωνεῖσθαι, καὶ πράττεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίαις. διὸ εἰσήχθη γνώμη, σταλῆναι τοποτηρητὰς εἰς Ιταλίαν, καὶ εἰ οἱ ἐκεῖσε ἐπίσκοποι δέχονται τοῦτο γινόμενον, ἔπεσθαι αὐτοὺς τῇ ἐκεῖ συνηθείᾳ, δοξείσης φανερῶς ἀδείας τοῦτο γίνεσθαι, ὃ δὴ ἡ ἡμετέρα πεποίθησις τῇ τούτων τάξει ἕπεται, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι καὶ ἡμεῖς θαρρήσομεν, ὡς καλῶς ὃ πρᾶγμα γίνεται, καὶ οὐκ ἔξω τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, καὶ ἐψόμεθα αὐτοῖς, καὶ δεξόμεθα ταῦτα, ὡς ἐπαινετῶς γινόμενα.

B ZONAR. Dubitabant Syn. Patres, an in Ecclesia manumissiones proclamari ac peragi oporteret. Propositum est igitur de Legatis in Italiam mittendis; ac si quidem, qui eo loci degunt Episcopi, rem probaverint, nos quoq; inquiunt, eam consuetudinem, data palam ejus rei gerendæ facultate, amplectimur. Illud autem [nostra fiducia eorum ordinem sequitur] ejusmodi est; Nos quoque, aiunt, nihil in ea re peccari, neque constitutionem Ecclesiasticam violari arbitrabimur, eorúmque judicium sequemur, ac institutum, quasi laude & commendatione dignum, probavimus.

ΑΡΙΣΤ. Αἰτητέον ἐκ βασιλέως περὶ τῶν ἐν ἐκκλησίαις γινομένων ἐλευθεριῶν.

C ARIST. *Ab Imperatore petendum est de manumissionibus, quæ in Ecclesiis fiunt.*

Νόμου δὲ τότε κρατοῦντος, τοὺς ἐλευθερομένους δούλους, μὴ ἀλλαχοῦ τὰς ἐλευθερίας λαμβάνειν, ἀλλ' ἢ ἐν τῇ στήλαις τῶν βασιλέων, δεηθῆναι ἡ σύνοδος αὕτη τῶν βασιλέως τοῖς παρ' αὐτῆς σταλεῖσι πρεσβυταῖς προετρέψατο, ὡς ἂν μὴ αἱ γινόμεναι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐλευθερίαι διὰ τοῦ νόμου τοῦτον ἀνατρέπωνται, ἀλλ' ἄδειαν φανερῶς ταύταις δοθῆναι τοῦτο πράττειν.

Lege tunc obtinente, ut servi manumissi nullibi libertatem acciperent, nisi in Imperatorum cippis: Syn. hæc legatos à se missos Imperatorem orare hortatur, ut manumissiones in Ecclesiis factæ per istam legem non everterentur; sed ut iis licentia illud faciendi manifestò concederetur.

ΚΑΝΩΝ ξη'.

CANON LXVIII.

Περὶ Αἰκυτίου ἐπισκόπου τοῦ καταδικασθέντος. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τῶν Αἰκυτίου ἔτι μὴν, τῶν ἔκπαλαι κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν τῇ τῶν ἐπισκόπων γνώμῃ καταδικασθέντος, ὃ πρᾶγμα οὐκ οἶμαι παρεατέον τῇ πρεσβείᾳ· ἵνα ἐὰν τυχὸν τοῦτον εὕροι ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσιν, ἔστω πρὸς φροντίδος τῷ αὐτῷ ἀδελφῷ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, ὡς χρὴ καὶ ὅπου ἐξὸν εἴη, κατ' ἐκείνου διαπράξασθαι. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· πολὺ ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ ἐξακολούθησις· μάλιστα, ὅτι ἔκπαλαι καταδεδίκασται ὁ αὐτὸς Αἰκύτιος, καὶ ἡ τούτου ἀναίσχυντος ἀνησυχία, ὑπὲρ τῆς καταστάσεως καὶ σωτηρίας τῆς ἐκκλησίας, μᾶλλον καὶ μᾶλλον πανταχοῦ καταμαχητέα ἐστίν. καὶ ὑπέγραψαν· Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, τῷ παρόντι ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

D *De Equitio Episcopo condemnato. Aurelius Episcopus dixit; Equitii præterea, pro meritis jampridem Episcopali sententia condemnati, negotium non existimo esse legationi prætermittendum: ut si eum fortè in illis partibus invenerit, curæ sit ipsi fratri nostro, pro statu Ecclesiastico, ut oportet, & ubi licuerit, adversus illum peragere. Ab omnibus Episcopis dictum est; Multum placet hæc quoque consequentia: maximè quia jam olim condemnatus est hic Equitius, & impudens ejus inquietudo, pro statu & salute Ecclesiæ, magis & magis ubique est oppugnanda. Et subscripserunt; Aurelius Episcopus Carthaginensis Ecclesiæ præsenti decreto consensi, & lecto subscripsi. Similiter & reliqui Episcopi subscripserunt.*

ΒΑΛΣ. Ο Αἰκύτιος καθηρέθη καὶ οὐχ ἡσύχαζε. φησὶν οὖν ὁ Αὐρήλιος, ἵνα ἐὰν εὑρήσουσι τοῦτον οἱ τοποτηρηταὶ, φροντίσωσιν, ὡς δύναμις, ποιῆσαι τι εἰς τιμὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, διὰ τοῦ παυθῆναι αὐτόν. εἶπον δὲ καὶ πάντες, ὡς ἀρέσκει τοῦτο. ἡ γὰρ πολλὴ ἀναισχυντία καὶ ὄχλησις τοῦ Αἰκυτίου ἀντιμάχεται αὐτῷ, τουτέστι, ποιεῖ καὶ αὐτοὺς ἀσυμπαθεῖς.

E

BALS. Equitius fuit depositus, & non quievit. Dicit ergo Aurelius, quòd si eum Legati invenerint, curent, ut possunt, aliquid agere in honorem status Ecclesiastici, eum cessare faciendo. Dixerunt autem omnes, hoc eis placere. Multa enim impudentia & turba Equitii ei adversatur, hoc est, facit ut ipsi nulla ejus misericordia moveantur.

F

ΖΩΝΑΡ. Ο Αἰκύτιος κατεδικάσθη παρὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ ἐγυμνώθη τῆς ἰδίας ἀξίας, ἤτοι καθηρέθη· ὁ δὲ οὐχ ἡσύχασεν, ἀλλ' ἐθορύβει. φασὶν οὖν, ὅτι ἔκπαλαι κατεδικάσθη κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν, ἤγουν ὡς ἦν ἄξιος, καὶ οὐ χρὴ παριδεῖν ὃ περὶ αὐτοῦ πρᾶγμα, ἤγουν περὶ αὐτοῦ πρᾶξιν καὶ τὴν ὑπόθεσιν, ἀλλ' ἐντείλασθαι τῷ στελλομένῳ ἐκεῖ εἰς πρεσβείαν, ἐὰν εὕρῃ αὐτὸν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι, διὰ φροντίδος ποιῆσαι, ὡς χρὴ καὶ ὡς δύναται, κατ' ἐκείνου χωρῆσαι ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως,

ZONAR. Equitius ab Episcopis condemnatus, ac dignitate sua spoliatus, hoc est, depositione mulctatus fuit. Ille vero inquietus cuncta tumultu miscebat. Eum igitur jam olim, ut commeritus fuerat, damnatum fuisse asserunt, neque vero ipsius negotia, hoc est, actionem & causam ipsius esse negligendam, sed ei, qui legatus in illas oras profecturus est, præcipiendum, ut si hominem in iis regionibus invenerit, omni studio & conatu contra illum pro Ecclesiastica tranquillitate pugnet,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ne quis ab eo in Ecclesia tumultus existat. Cum enim illius, inquiunt, irrequieta fit impudentia, hoc est, cum propter impudentiam quietem agere nolit; tanto magis nobis faciendum est, ut contra eum pugnemus, hoc est illi obsistamus, ejusque conatibus refragemur.

ARIST. *Equitius jampridem Episcoporum judicio condemnatus, & impudenter se gerens contra Ecclesiasticam constitutionem, oppugnandus est.*

Episcopus condemnatus ob crimina, & depositus, si se injuriâ affectum judicat, ad majorem Synodum appellare debet. Sed impudenter se gerere, & Sacerdotium retinere cum auctoritate & vi conari, nihil aliud est quam Ecclesiasticæ constitutioni oppugnare. Hoc itaque faciens & Equitius iste Cathedræ Hipponensis Episcopus, post Episcoporum sententiam contra eum latam, ut Ecclesiasticæ constitutioni adversarius judicatus est.

A ἵνα μήτις ταραχὴ ἐξ ἐκείνου τῇ ἐκκλησίᾳ γένηται. ἡ γὰρ τούτου ἀναίσχυντος, φασὶν, ἀνησυχία, τουτέστι τὸ μὴ θέλειν αὐτὸν ἡσυχίαν ἄγειν ἐξ ἀναισχυντίας, μᾶλλον καὶ μᾶλλον, ἀντὶ τοῦ πλείονως καταμαχητέα, ἤγουν ἀνθίστασθαι αὐτῷ καὶ ἀντιπράττειν ἄξιον.

ΑΡΙΣΤ. Αἰκύτιος ἔκπαλαι καταδικασθεὶς τῇ τῶν ἐπισκόπων γνώμῃ, καὶ καταναισχυντῶν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, μαχητέος ἔστω.

Καταδικασθεὶς ἐπίσκοπος ἐπ' ἐγκλήμασι, καὶ καθαιρεθεὶς, εἰ οἴεται ἀδικεῖσθαι, πρὸς μείζονα σύνοδον ἐκκαλεῖσθαι ὀφείλει. B τὸ δ' ἀναισχυντεῖν, καὶ τὴν ἱερωσύνην σπεύδειν κατέχειν αὐθεντικῶς καὶ βιαίως, οὐδέν τι ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ ἀντιμάχεσθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει. τοῦτο γοῦν ποιήσας καὶ ὁ Αἰκύτιος οὗτος, τῆς ἐν Ἱππώνι καθέδρας ἐπίσκοπος, μετὰ τὴν κατ' αὐτοῦ ἐξενεχθεῖσαν κρίσιν τῶν ἐπισκόπων ὡς ἐναντίος ἐκρίθη τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως.

ACTIO QUARTA.

In hoc conventu lectâ Anastasii Papæ Romani Epistolâ, de Donatistis ad Synodum scriptâ, ut ipsi recipiantur, & clementer cum iis agatur, Patres Deo & Papæ gratias agebant. In hoc Concilio leguntur literæ Anastasii Papæ Romani, de Donatistis Catholicos Episcopos admonentes. Sub Vincentio & Flavio clarissimis Consulibus, Idibus Septembris, Carthagine in secreto Restitutæ Ecclesiæ, ad Synodum congregati & Præsidentes ex omnibus in Africa Provinciis Episcopi, hoc est, Aurelius ejusdem Sedis Episcopus cum suis familiaribus, quos sua indicat subscriptio, dixit: Lectis literis beatissimi fratris & Consacerdotis nostri Anastasii, Romanorum Ecclesiæ Episcopi, per quas fraternæ, vel potiùs paternæ, dilectionis cura & sinceritate nos adhortatus est, ut de hæreticorum & schismaticorum & Donatistarum insidiis & impudentia, quæ in universa Afrorum regione Catholicam Ecclesiam graviter depopulatur, nullomodo dissimulemus; gratias agimus Deo Domino nostro, quòd piam hanc curam inspirare dignatus sit, excellentissimo & sanctissimo ejus Sacerdoti pro membris Christi; quæ etsi in diversis quidem terræ partibus, in una tamen corporis compage & harmonia constituta sunt.

Πρᾶξις τετάρτη.

Ἐν ταύτῃ τῇ συνελεύσει ἀναγνωσθείσης ἐπιστολῆς τοῦ πάπα Ῥώμης Ἀναστασίου πρὸς τὴν σύνοδον περὶ τῶν Δονατιστῶν, ὥστε αὐτοὺς δέχεσθαι καὶ ἠπίως αὐτοῖς προσφέρεσθαι, C ηὐχαρίστησαν οἱ πατέρες τῷ θεῷ καὶ τῷ πάπᾳ. ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ γράμματα ἀναγινώσκονται Ἀναστασίου τοῦ ἱερέως Ῥώμης, περὶ τῶν Δονατιστῶν ὑπομιμνήσκοντα τοὺς καθολικοὺς ἐπισκόπους. ἐπὶ Βικεντίου καὶ Φλαβίου τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, εἰδοῖς Σεπτεμβρίαις, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς Ῥεστιτούτης ἐκκλησίας πρὸς σύνοδον συναχθέντες καὶ προκαθίσαντες οἱ ἐκ πασῶν τῶν ἐν Ἀφρικῇ ἐπαρχιῶν ἐπίσκοποι, τοῦτ' ἔστιν Αὐρήλιος ὁ τοῦ αὐτοῦ θρόνου ἐπίσκοπος, μετὰ τῶν ἑτέρων αὐτοῦ, οὓς δηλοῖ ἡ οἰκεία ὑπογραφὴ, εἶπεν· ἀναγνωσθέντων γραμμάτων τοῦ μακαριωτάτου ἀδελφοῦ καὶ συνιερέως ἡμῶν Ἀναστασίου, τοῦ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου, δι' ὧν ἀδελφικῆς, μᾶλλον δὲ πατρικῆς, ἀγάπης μερίμνῃ καὶ εἰλικρινότητι ἡμᾶς προετρέψατο, ἵνα περὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν Δονατιστῶν ἐπιβουλῆς καὶ ἀναισχυντίας, τῆς τὴν καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀφρων χώραν καθολικὴν ἐκκλησίαν βαρέως πορθούσης μηδαμῶς προσποιησώμεθα, χάριτας ὁμολογοῦμεν τῷ δεσπότῃ ἡμῶν θεῷ, ὅτι τοιαύτην εὐσεβῆ φροντίδα ἐμπνεῦσαι κατηξίωσεν τῷ οὕτως καλλίστῳ καὶ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ ἱερεῖ ὑπὲρ τῶν μελῶν τοῦ Χριστοῦ, τῶν κἂν ἐν διαφόροις τῆς γῆς μέρεσιν, ἀλλ' ἐν μιᾷ σώματος ἁρμονίᾳ καθισταμένων.

CANON LXIX.

Ut cum Donatistis clementer agatur. Postea tractatis & consideratis omnibus, quæ ad utilitatem Ecclesiasticam concurrere videntur, annuente & inspirante divino Spiritu, satius esse duximus cum memoratis hominibus leniter & pacificè agere, etiamsi maximè à Dominici corporis unione inquieta dissensione se abscindant; ut, quantum est in nobis, omnibus omnino notum sit, qui illorum communione & familiaritate sunt irretiti in omnibus Africæ Provinciis, quam sunt miserabili errore illaqueati: fortè, ut dicit Apostolus, nobis in mansuetudine congregantibus eos, qui diversa sentiunt, dabit eis Deus pœnitentiam ad agnoscendam veritatem, & ut, qui Diaboli laqueis capti sunt, ab ipso ad ejus voluntatem deducantur.

BALS. Præsens Canon nihil aliud dicit, quàm Patres leniter & placidè debere in Donatistas agere, etiamsi ii à Dominici corporis unione se abscindāt. Domini autem corpus vel Ecclesiam intelligere oportet, cujus

E

ΚΑΝΩΝ ξθ'.

Περὶ τοῦ, μετὰ τῶν Δονατιστῶν πρᾴως διαπράξασθαι. μετὰ ταῦτα ψηλαφηθέντων καὶ κατανοηθέντων πάντων τῶν τῇ ἐκκλησιαστικῇ χρησιμότητι συντρέχειν δοκούντων, ἐπινεύματος καὶ ἐνηχήσαντος τῶν πνεύματος θεοῦ, ἐπελεξάμεθα ἠπίως καὶ εἰρηνικῶς διαπράξασθαι μετὰ τῶν μνημονευθέντων ἀνθρώπων, κἂν εἰ τὰ μάλιστα ἐκ τῆς τῶν κυριακοῦ σώματος ἑνώσεως ἀνησυχάστῳ διχονοίᾳ ἀποσχίζωσιν, ἵνα ὅσον τὸ ἐν ἡμῖν πᾶσιν καθόλου γνωσθείη, τοῖς ἐκείνων κοινωνίᾳ καὶ ἑταιρίᾳ σαγηνευθεῖσιν ἀνὰ πάσας τὰς τῆς Ἀφρικῆς ἐπαρχίας, πῶς ἐλεεινῇ πλάνῃ κατεδέθησαν. ἴσως, F καθὼς λέγει ὁ ἀπόστολος, ἡμῶν ἐν ἡμερότητι συναγόντων τοὺς τὰ διάφορα φρονοῦντας, δώσει αὐτοῖς ὁ θεὸς μετάνοιαν πρὸς τὸ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἵνα ἀνασφήλωσιν οἱ ἐκ τῶν τοῦ διαβόλου βρόχων αἰχμαλωτισθέντες αὐτῷ εἰς τὸ αὐτοῦ θέλημα.

ΒΑΛΣ. Οὐδέν τι ἕτερον ὁ παρὼν κανὼν λέγει, ἀλλ' ἢ τὸ ἠπίως καὶ εἰρηνικῶς χρήσασθαι τοὺς πατέρας τοῖς Δονατισταῖς, κἂν αὐτοὶ ἀποσχίζωσιν ἐκ τῆς τοῦ κυριακοῦ σώματος ἑνώσεως. κυριακὸν δὲ σῶμα τὴν ἐκκλησίαν νοητέον, ἧς κεφαλὴ

Ψηφιοποιήθηκε από τ

κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστιν· ἢ τὰ θεῖα μυστήρια, ὡς πρὸς ταῦτα A ἐκείνων διαφερομένων τοῖς πιστοῖς, καθὼς προείρηται.

caput est Christus: vel divina mysteria, utpote illis à fidelibus in iis dissentientibus, ut antea dictum est.

ΖΩΝΑΡ. Ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, ἀναφορὰν ἐποιήσατο ἡ συνοδος αὕτη πρὸς τὸν Ρώμης ἐπίσκοπον, καὶ δεξαμένη γράμματα ἐκείνου συνέδοξε τοῖς Δονατισταῖς, κἂν τὰ μάλιστα ἀποτέμνωσι, φασὶν, ἑαυτοὺς τοῦ κυριακοῦ σώματος ἑνώσεως. κυριακὸν δὲ σῶμα, ἢ τὴν ἐκκλησίαν νοητὸν, ἤτοι δὲ τὴν ὀρθοδόξων ἄθροισμα, οὗ κεφαλὴ ἦγηται ὁ Χριστός, ἢ κυριακὸν σῶμα τὰ θεῖα μυστήρια, ὅπερ ταῦτα ἐκείνων διαφερομένων τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ οὕτω μετεχόντων αὐτοῦ, ὡς ἡ ἐκκλησία, ἀλλ' ἕτερόν B τινα τρόπον, ὡς ἤδη προείρηται· ἵνα ὅσον ὅ ἐν ἡμῖν, αὐτὸ τοῦτο, ὅσον πρὸς δύναμιν ἡμετέραν ἔστι, δῆλον γένηται πᾶσι τοῖς συναιρεσιώταις ἐκείνων, πῶς ἐλεεινῇ πλάνῃ καταδεδουλώσθαι, καὶ γνόντες τὴν ἀλήθειαν ἴσως ὑπαναστρέψωσι. κέχρηται δὲ καὶ ἀποστολικαῖς ἐννοίαις καὶ ῥήμασι.

ZONAR. Quemadmodum supra diximus, quædam ab hac Synodo ad Romanum Episcopum relata sunt, à quo postea literis acceptis, clementer & humanè cum Donatistis agendum esse statuit; quamvis se maxime, inquiunt, à Dominici corporis unitate sejungant. Dominicum vero corpus, aut Ecclesiam intellige seu orthodoxorum conventum, cujus caput Christus esse censetur, aut Dominici corporis sacrata mysteria, quod in iis videlicet maxime illi à fidelibus dissentirent, ac eis longe diversa ratione ab ea quam Ecclesia præscribit, ut jam antea diximus, communicarent. Ut, quantum in nobis est, omnibus, qui illa hæresi tenentur, ĭsit notum, quam miserabili versentur in errore, perspectáque veritate fortasse ad sanitatem redeant. Atque hæc quidem Apostolicis & sententiis & verbis explicavêre.

ΑΡΙΣΤ. Ἐδοξεν ἠπίως καὶ εἰρηνικῶς προσενεχθῆναι τοῖς Δονατισταῖς, καίτοι ἀποτέμνοιντο ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας· εἴ πως αἰδεσθεῖεν τὴν πολλὴν ἡμῶν ἡμερότητα, καὶ τὴν αἰχμαλωσίας ἀπαλλάξωσι.

ARIST. *Visum est, ut leniter & pacificè cum Donatistis agatur, etiamsi se ab Ecclesiâ separarunt: si fortè eximiam nostram reverentes lenitatem à captivitate liberentur.*

Δεῖ τοὺς τοῦ πραέως καὶ εἰρηνικοῦ Χριστοῦ μαθητὰς C φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν ἀποτεμνομένων ἑαυτοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, πανηγύρεως ἀπολύειν δυνατὸν μὴ πραότητός τε καὶ ἡμερότητος, καὶ προσενοῦν αὐτοὺς αὖθις τῇ ἐκκλησίᾳ· μὴ μόνον γε δὲ μόνον ὃ οἰκεῖον ζητεῖν, καὶ τὸ πᾶσι ἄλλων σωτηρίας καὶ διαφέρειν. διὰ τοῦτο γοῦν καὶ τοὺς Δονατιστὰς τοῦ κυριακοῦ σώματος ἀποτέμνεται ἑαυτοὺς, καὶ τῇ πλάνῃ καταδεδουλωμένους, μηδὲ ἡμερότητος ἢ σωφροσύνης ὥρισε προσελθεῖν αὐτοῖς, καὶ παρακαλέσαι καταλιπεῖν τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπιγνῶναι· ἵν' ἴσως τὴν ἀγάπην πᾶσι παρακαλοῦντων καὶ τὴν πραότητα αἰδεσθέντες, ἀνασφήλωσι τὴν αἰχμαλωσίαν. D

Oportet mitis & pacifici Christi discipulos curam habere eorum qui se ab Ecclesiâ Catholicâ separarunt, & omnino studere cum lenitate & mansuetudine reducere, eosque Ecclesiæ iterum unire: non quidem suum tantum quærere, & aliorum salutem neglectui habere. Idcirco itaque & Donatistas, qui à Dominico corpore se abscíderunt, & errore detenti fuerunt, Synodus decrevit cum mansuetudine adire, & adhortari errorem deserere, & agnoscere veritatem; ut adhortantium charitatem & mansuetudinem forte reverentes, à captivitate liberentur.

ΚΑΝΩΝ ὁ'.

Περὶ γραμμάτων ὀφειλόντων τοῖς ἄρχουσιν Ἀφρικῆς ἀποσταλῆναι, ὥστε καταδηλα γενέσθαι τὰ μεταξὺ τῆς Δονατιστῶν καὶ Μαξιμιανιστῶν προαχθέντα. ἤρεσεν τοίνυν, ἵνα ἐκ τῆς ἡμετέρας συνόδου γράμματα πρὸς τοὺς τῆς Ἀφρικῆς ἄρχοντας δοθῶσιν, ἀφ' ὧν αἰτῆσαι ἁρμόδιον ἔδοξεν, ὅπερ τῇ βοηθῆσαι τῇ κοινῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν οἷς ἡ τῆς ἐπισκόπων αὐθεντία ἐν ταῖς πόλεσι καταφρονεῖται· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα ἀρχοντικῇ δυνάσει καὶ ἐπιμελείᾳ καὶ Χριστιανικῇ πίστει ἀναζητήσωσι τὰ γεγομένα ἐν ὅλοις τοῖς τόποις, ἐν οἷς οἱ Μαξιμιανισταὶ ἐκκλησίας κατέχουσι· ἔτι δὲ καὶ τὰς ἀπ' αὐτῆς ἀποστάσεις, καὶ δημοσίοις πεπραγμένοις τὴν περὶ τούτων γνῶσιν βεβαίαν πᾶσιν ἀναλαβεῖν ποιήσωσιν ἐντολῶν. E

Canon LXX.

De literis, quæ mitti debent magistratibus Africæ, ut clara sint quæ inter Donatistas & Maximianistas acta sunt. Placuit ergo, ut ex nostra Synodo literæ ad Africæ Magistratus dentur, à quibus petere consentaneum visum est, ut communi matri catholicæ Ecclesiæ opem ferant, eo quòd Episcoporum auctoritas in civitatibus contemnitur; id est, ut suâ potestate & auctoritate studióque & fide Christiana inquirant quæ in omnibus locis fiunt, in quibus Maximianistæ Ecclesias detinuerunt: præterea autem, ut qui ab ipsis abscissi sunt, omnibus firmam ac stabilem de iis cognitionem necessariò actis publicis inseri faciant.

ΒΑΛΣ. Τετύπωται ἐνταῦθα γράμματα γενέσθαι συνοδικὰ πρὸς τοὺς ἐν Ἀφρικῇ ἄρχοντας, ὡς ἂν βοηθήσωσι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν οἷς ἡ τῶν ἐπισκόπων αὐθεντία καταφρονεῖται· καὶ διὰ τῆς τούτων δυνάμεως διορθωθῶσι τὰ διὰ τῶν αἱρετικῶν τολμώμενα, ἢ διὰ ὑπομνημάτων δημοσίᾳ γραφομένων ἢ διὰ φανερᾶς ἐκδικήσεως. F

BALS. Hic statuitur, literas synodales ad magistratus qui sunt in Africa dari, ut Ecclesiæ opem ferant, ubi Episcoporum auctoritas contemnitur; & per eorum potestatem corrigantur audacia Hæreticorum incepta, vel per acta publicè scripta, vel per manifestam punitionem.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἐπίσκοποι ἐδίδασκον τὸν λαόν. εἰ δέ τινες εἶεν ἄτακτοι καὶ στασιώδεις, θορυβοῦντες καὶ ταράττοντες τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τῆς τοιούτων ἀρχοντικῆς ἐξουσίας ἐπεκαλοῦντο. τοῦτο τοίνυν καὶ ἐνταῦθα ποιῆσαι συντίθενται, καὶ γράψαι τοῖς ἄρχουσι βοηθῆσαι τῇ κοινῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. μήτηρ δὲ τῶν πιστῶν λέγεται ἡ ἐκκλησία, ὡς ἐν αὐτῇ ἀναγεννωμένων ἡμῶν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος γένησιν τὴν ἡμερινὴν καὶ ἐλευθέραν καὶ λυτικὴν πηδῶν, καὶ πρὸς τὴν ἄνω ζωὴν ἐπιφερόμενοι. βοηθῆσαι δὲ

ZONAR. Munus Episcoporum fuit populum erudire. Quod si qui essent seditiosi ac importuni, qui tumultus ac perturbationes in Ecclesia concitarent, ad eos coërcendos auxilium à Magistratibus implorabant. Idem igitur hoc loco statuitur, ad eosque Magistratus, ut Ecclesiæ Catholicæ communis omnium parentis patrocinium suscipiant, literæ decernuntur. Parens vero fidelium communis Ecclesia dicitur, quòd in ea divino baptismatis munere initium vitæ duxerimus, ac ejus quidem vitæ, quam in divina luce ac libertate perturbationum vinculis soluti degimus, cujusque beneficio ad cælestis vitæ felicitatem pervenimus. Patrocinari verò illos

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

illos in iis rebus maxime volunt, in quibus auctoritas Episcoporum contemnitur; ut Magistratuum opibus adjuti in ea, quæ à Maximianistis patrantur, inquirant. Maximianistæ porro quidam erant ex hæresi Donatistarum, qui à gregalibus suis hæreticis secessione facta Orthodoxorum Ecclesias occupaverant. De his ergo Synodi Patres, ut inquiratur à Magistratibus, rogant, ac in publicis actis, sive, commentariis publicè scriptis, horum cognitionem omnibus necessariam, id est, utilem, ex qua videlicet ad omnes utilitas perventura sit, inscribi atque inferi postulant.

A αὐτῶν ὁ οἷς ἀυθεντία τῆς ὑπατείας καταφρονῆται, ἵνα ἀφ' ἧς ἡ ἀρχικὴ δυνάμεως ἀξιεπαίνως τὰ ἡμέμπτα τῶν τῆς Μαξιμιανιστῶν. οἱ Μαξιμιανισταὶ δὲ τῆς Δοναπιστῶν ἔσπασαν αἱρέσεως, οἱ ἀποχίσαντες τῆς αἱρεσιώτιδος αὐτῆς μοίρας, καπήλων ὀρθοδόξων ἐκκλησίας. ἐφ' τούτων οὖν ζητῆσαι τὰς ἀρχοντας ἀξιοῦσιν οἱ τῆς συνόδου, καὶ ἐν πράξεσι δημοσίαις, ἤγουν ὑπομνήμασι δημοσίᾳ γραφομένοις, ἀναπόδραστον καὶ ἐγγράφων τῶν ἐφ' τούτων γνῶσιν, ἀναγκαίως πᾶσιν, ἀντὶ τοῦ λυσιτελοῦς, οἷς ὠφέλιμον δυναμένοις προσγενῆσαι.

Arist. *Literis Synodicis rogandum est magistratus, ut communi matri Ecclesiæ Catholicæ opem ferant, inter eos quibus Episcoporum auctoritas despectui habetur.*

B ΑΡΙΣΤ. Γράμμασι συνοδικοῖς ἀξιωτέον τοὺς ἄρχοντας βοηθῶν τῇ κοινῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν οἷς ἡ τῆς ὑπατείας ἀυθεντία καταφρονεῖται.

Qui ratione & canonicis constitutionibus non persuadeantur, Magistratûs iis manu ad correctionem opus est. Idcirco itaque & hæc Synodus ad Africæ Magistratus scribere congruum judicabant, eosque postulare communi matri Ecclesiæ catholicæ opem ferre, in quibus Episcopi potestate Sacerdotali uti non possunt; despectui forsitan habiti ab hæreticis, vel etiam à fidelibus immorigeris.

Οἱ μὴ πειθόμενοι λόγῳ καὶ τοῖς κανονικοῖς ὑπαγμασιν, ἀρχοντικῆς χρείας δέονται πρὸς διόρθωσιν. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ ἡ συνοδος αὕτη πρέπον τοὺς τῆς Αφρικῆς ἄρχοντας ἁρμόδιον ἔφυγε γράψαι, καὶ ἀξιῶσαι αὐτοὺς βοηθῶν τῇ κοινῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν οἷς οἱ ὑπίσκοποι τῇ ἱερατικῇ ἐξουσίᾳ οὐ δυνάμενοι χρήσασθαι, καταφρονούμενοι ἴσως παρὰ αἱρετικῶν, ἢ καὶ πιστῶν ἀνυποτάκτων.

C

Canon LXXI.

Ut Clerici Donatistarum in Catholicæ Ecclesiæ clerum recipiantur. Postea placuit, ut mittantur literæ ad fratres & Coëpiscopos nostros, & maximè ad Sedem Apostolicam, cui præsidet memoratus venerandus frater & Coëpiscopus noster Anastasius; quoniam scit Africam magnam habere necessitatem, ut propter Ecclesiæ pacem & utilitatem, & ipsorum quoque Donatistarum, qui quidem Clerici, mutato consilio, ad catholicam unionem transire voluerint, D secundum uniuscujusque catholici Episcopi voluntatem & consilium, qui in ipso loco Ecclesiam gubernat; si hoc Christianorum paci conferre visum fuerit, ipsi in propriis honoribus suscipiantur: quemadmodum in prioribus temporibus de eadem dissensione factum esse manifestum est; quod quidem multarum atque adeò ferè omnium in Africa Ecclesiarum, in quibus hic error exortus est, exempla testantur. Non ut Synodus, quæ de ea re facta est in transmarinis partibus, dissolvatur: sed ut illud maneat apud eos, qui sic volunt ad catholicam Ecclesiam transire, ut E nullam in eo unionis concisionem efficiat. Per quos autem omnibus modis effici & adjuvari Catholicam unionem, manifesto lucro fraternarum animarum, apparuerit, in iis locis in quibus degunt, ne eos impediat quod adversus eorum honores in transmarina Synodo constitutum est: quandoquidem salus nulli personæ exclusa est. Hoc est, ut qui fuerunt ordinati à parte Donatistarum, si ad Catholicam fidem correcti transire voluerint, non secundùm transmarinam Synodum non suscipiantur in propriis honoribus: sed ii magis suscipiantur, per quos catholicæ unitati providetur. F

ΚΑΝΩΝ οα'.

Περὶ τοῦ, τοὺς κληρικοὺς τῆς Δοναπιστῶν ἐν τῷ κλήρῳ τῆ καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναδέχεσθαι. εἰς ὕστερον πρέσεων, ἵνα γράμματα πεμφθῶσι πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, καὶ μάλιστα πρὸς τὸν ἀποστολικὸν καθέδραν, ἐν ᾗ προκάθηται ὁ μνημονευθεὶς προσκυνητὸς ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ανασάσιος· ὅπου γινώσκει τὸν Αφρικὴν μεγάλην ἔχειν ἀνάγκην, ὥστε διὰ τὴν ἐκκλησίας εἰρήνην καὶ χρησιμότητα, καὶ αὐτῆς τῆς Δοναπιστῶν, οἵ τινες δήποτε κληρικοὶ διορθουμένης τῆς βουλῆς πρὸς τὸν καθολικὸν ἑνότητα μεταθεῖν ἀπολύσειεν, κατὰ τὴν ἑνὸς ἑκάστου καθολικοῦ ὑπισκόπου προαίρεσιν καὶ βουλὴν, τῶν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ κυβερνώντων τὴν ἐκκλησίαν, ἐὰν τῶν συμβάλλεσθαι τῇ τῆς Χριστιανῶν εἰρήνῃ φέρειν, ἐν ταῖς ἰδίαις τιμαῖς αὐτοὺς ἀναδέχθηναι· καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν χρόνοις τοῦ τὸ αὐτὸ διάστασις γεγένθαι φανερόν ἐστιν· ὅπερ πολλῶν καὶ μάλιστα πασῶν τῆς ἐν τῇ Αφρικῇ ἐκκλησιῶν, ἐν αἷς ἡ ταραχὴ πλέον ἀνεφύη, τὰ παραδείγματα μαρτύρονται. οὐχ ἵνα ἡ σύνοδος ἡ ἐν τοῖς διαφανεστέροις μέρεσι περὶ τούτου τὸ προσκαιρὸν γεγομένη διακωλυθῇ, ἀλλ' ἵνα ὀκνηρὸν μείνῃ περὶ τοὺς οὕτως μεταθεῖν πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν βουλομένους, ὥστε μηδεμίαν ὅπι τούτων τὴν ἑνότητα σωζομένην διεργάζεσθαι. διὸ ὧν δὲ πρωτὶ τρόπῳ ἐκπλεόνως καὶ προσβοηθεῖσθαι ἡ καθολικὴ ἑνότης φέρειν κέρδη τῆς ἀδελφικῆς ψυχῶν φανείη ἐν τοῖς τόποις, οἷς διάγουσιν, μὴ ἐμποδίσῃ τούτους ὅ ὁρισθὲν καὶ τῆς τιμῆς αὐτῶν ἐν τῇ συναμπικῇ συνόδῳ, ὁπότερ ὅ σωθῆναι σύνεστι προσώπῳ ἀποκλεισθῆ, τοῦτ' ἔστιν, ἵνα οἱ χειροτονηθέντες ἐν τῷ τῆς Δοναπιστῶν μέρει, ἐὰν πρὸς τὴν καθολικὴν πίστιν διορθωθέντες μεταθεῖν θελήσωσιν, μὴ καὶ τὴν περαμπικὴν σύνοδον μὴ δεχθῶσιν ἐν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς. ἀλλὰ μᾶλλον οὕτω προσδεχθῶσιν, δι' ὧν τῇ καθολικῇ ἑνότητι ἡ πρόνοια.

Balsamon. Hic quoque canon est specialis. Placuit enim Patribus, ut qui ex Donatistis ad fidem orthodoxam accedunt, ita suscipiantur, ut suos sacros gradus obtineant: etiamsi aliter de eo visum sit in transmarina Synodo, seu in Italia.

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν ἰδικός ἐστιν. ἤρεσε γὰρ τοῖς πατράσι δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ τῆς Δοναπιστῶν προσερχομένους τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, ὥστε ἔχειν αὐτοὺς τοὺς οἰκείους ἱερατικοὺς βαθμούς, κἂν ἄλλως ἔδοξε τὸ περὶ τούτου ἐν τῇ περαμπικῇ συνόδῳ, ἤγουν τῇ ἐν Ιταλίᾳ.

Zonar. De Donatistis hic quoque canon statuit. Et quidem, quamobrem in Italia habitæ Synodo adversetur, qua Donatistas, si ad fidem orthodoxam re-

ΖΩΝΑΡ. Περὶ Δοναπιστῶν καὶ οὗτος ὁ κανὼν διατάττεται, πολλὰ μὴν διεξιὼν καὶ ἀπολογούμενος, ὅτι ἐνάντιος τῇ ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ιταλίας γενομένῃ συνόδῳ, καὶ ὁρισάσῃ μὴ δέ-

χέσθαι τοὺς ἐκ τῆς αἱρέσεως τῶν Δονατιστῶν προσερχομένους τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, ὥστε ἔχειν αὖθις αὐτοὺς τοὺς οἰκείους ἱερατικοὺς βαθμούς. τυπῶν δὲ καὶ διαταττόμενος τοὺς χειροτονηθέντας ὑπὸ Δονατιστῶν κληρικοὺς, ἐὰν προσέλθωσι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, δέχεσθαι ἐν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς, ὥστε δηλαδὴ ἔχειν ἐκείνους τοὺς οἰκείους βαθμοὺς, καὶ κατ' ἐκείνους τιμᾶσθαι, καὶ μὴ κατὰ τὴν πραματικὴν σύνοδον, μὴ δέχεσθαι τοὺς τοιούτους ἐν ταῖς τιμαῖς αὐτῶν. πραματικὴν δὲ σύνοδον λέγει τὴν ἐν Ιταλίᾳ γενομένην, ὡς εἴρηται. δεχομένων γάρ, φησι, τῶν Δονατιστῶν ἐν τοῖς οἰκείοις βαθμοῖς, πρόνοια γίνεται τῇ καθολικῇ ἑνότητι. πλειόνων δηλονότι οὕτω μελλόντων προσιέναι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ ἑνότητος γενομένης τῶν πιστευόντων.

A verterentur, in sacrorum ordinum gradibus permanere vetitum fuerat, multis exponit & excusationem contexit. Tum vero ut Clerici, qui à Donatistis ordines suscepêre, si ad Ecclesiam Catholicam se conferant, in suis ordinibus maneant, eorúmque prærogativis, pro cujusque ordinis ratione, fruantur; neque vero iis spolientur, quemadmodum in transmarina Synodo constitutum fuerat, decernunt. Transmarinam vero Synodum, eam quæ in Italia, ut diximus, coacta est, nominat. Cum enim Donatistas, inquit, in suo quemque ordine suscipimus, Catholicæ simul unitati prospicimus. Ex hoc namque fiet, ut plures B Orthodoxam fidem amplectantur, ac proinde magis ac magis in dies credentium unitas coalescat.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ ὑπὸ τῶν Δονατιστῶν κεχειροτονημένοι, εἰ καὶ τῇ πέραθεν συνόδῳ μεταμελόμενοι ἀποκέκληνται, ἀλλ' ἐπεὶ δὲ, σωθῆναι πάντας καλὸν, διορθούμενοι προσδεχέσθωσαν.

ARIST. *Qui à Donatistis ordinantur, etiamsi à Synodo transmarinâ resipiscentes exclusi sunt, cùm verò bonum sit ut omnes salventur, si se corrigant, recipiantur.*

Οὗτοι οἱ Δονατισταὶ μεταμελόμενοι, καὶ τὴν ἰδίαν ἀναθεματίζοντες αἵρεσιν, ὅπι τῆς ἰδίας τιμῆς μένειν συνεχωρήθησαν, καὶ τῷ κλήρῳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συντάττεσθαι, διὰ δὲ τὴν Αφρικὴν πολλὴν ἔνδειαν κληρικῶν ἔχειν.

Hi Donatistæ pœnitentia acti, & propriam anathematizantes hæresim, in proprio honore manere permittuntur, & in Catholicæ Ecclesiæ clero collocari; quia Africa multâ laborat Clericorum egestate.

C

ΚΑΝΩΝ οβ'.

CANON LXXII.

Περὶ τοῦ, πρεσβείαν πρὸς τοὺς Δονατιστὰς ἀποσταλῆναι χάριν τοῦ εἰς τὴν εἰρήνην συνθεῖναι. ἤρεσεν ἔπεντα, ὥστε τούτων πραχθέντων τοποτηρητὰς περὶ τοῦ κηρῦξαι εἰρήνην καὶ ἑνότητα, ἧς τινος χωρὶς ἡ τῶν Χριστιανῶν σωτηρία καθίστασθαι οὐ δύναται, πεμφθῆναι ἐκ τοῦ ἡμετέρου ἀριθμοῦ πρὸς τοὺς τῶν αὐτῶν Δονατιστῶν, εἴτε τινὰς ἔχουσιν ὀπισκόπους, εἴτε λαικούς· δι' ὧν τοποτηρητῶν πᾶσιν ἐν γνώσει γένηται, ὡς οὐδὲν ἔχουσιν εὔλογον κατὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· μάλιστα ἵνα φανερὸν πᾶσιν γένηται διὰ τῶν πολιχνιωτικῶν πεπραγμένων πρὸς πίστωσιν τῆς ἀποδείξεως, ὥσπερ αὐτοὶ περὶ τῶν Μαξιμιανιστῶν τῶν ἰδίων σχισματικῶν ἔπραξαν, ἔνθα αὐτοῖς θεόθεν ἀποδείκνυται, ἐὰν ὀπισκῆψαι θελήσοιεν, οὕτως ἀδίκως τότε αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἑνώσεως ἀποσχίσαντας, ὥσπερ κράζουσιν ἀδίκως ἀπ' αὐτῶν τοὺς Μαξιμιανιστὰς νῦν ἀποσχίσαι. ἐκ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ τούτων, οὓς τινὰς φανερᾷ τῆς οἰκείας βουλῆς αὐθεντείᾳ κατεδίκασαν, μετὰ ταῦτα ἐν ταῖς ἰδίαις τιμαῖς ἀνεδέξαντο, καὶ δὲ βάπτισμα, ὃ οἱ παρ' αὐτοῖς καταδεδικασμένοι καὶ ἐκβεβλημένοι δεδώκασι, προσεδέξαντο, πρὸς δὲ δειχθῆναι, πῶς μωρᾷ καρδίᾳ ἀντιτάσσονται τῇ εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησίας, τῆς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ διακεχυμένης. ταῦτα ποιοῦντες ὑπὲρ τοῦ μέρους τοῦ Δονάτου, καὶ μὴ λέγοντες ἑαυτοὺς μολύνεσθαι τῇ κοινωνίᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς οὕτως διὰ δὲ ἀκούσιον τῆς εἰρήνης ἀναδεχθέντων· ἡμῖν δὲ φιλονεικοῦντες, τοῦτ' ἔστι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔτι μὴν καὶ τῇ ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῆς γῆς καθεστώσῃ, διὰ τῆς μιασμένης τούτων κοινωνίας, ὧν τινων πρότερον κατηγτιῶντο πάντες, ἐλέγξαι αὐτοὺς οὐκ ἠδυνήθησαν.

Ut legatio mittatur ad Donatistas de componenda pace. Postea placuit, ut his actis ex nostro numero mittantur Legati pro prædicanda pace & unione, sine qua Christianorum salus non potest consistere, ad ipsorum Donatistarum, sive quos habent Episcopos, sive Laicos; per quos Legatos omnibus innotescat, quod nihil habent justum rationíve consentaneum, quod dicant adversus Catholicam Ecclesiam: maximè ut manifestum sit omnibus per acta municipalia, ad fidem demonstrationi astruendam, sicut ii de Maximianistis propriis schismaticis fecerunt; ubi ipsis divinitùs ostenditur, si considerare voluerint, eos tam injustè tunc ab Ecclesiastica unione abscissos, quàm ipsi clamant injustè Maximianistas à se esse divulsos. Ex eorum autem numero, quos aperta proprii consilii auctoritate condemnaverunt, postea in propriis honoribus susceperunt: & baptismum, quem dedêre ii, qui apud ipsos condemnati & ejecti sunt, admiserunt, ut ostendatur quomodo stulto corde paci Ecclesiæ adversantur, quæ in universo orbe diffusa est. Hæc agentes pro parte Donati, & dicentes seipsos non pollui communione eorum, qui à se propter pacis necessitatem suscepti sunt: nobiscum autem contendentes, hoc est, cum Catholica Ecclesia, quæ vel in extremis partibus orbis consistit, per pollutam eorum communionem, quos priùs omnes accusabant, ipsos coarguere non potuerunt.

D

E

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ παρὼν κανὼν περὶ τῶν Δονατιστῶν φησιν. ἔδοξε γὰρ σταλῆναι τινὰς πρὸς αὐτοὺς τοποτηρητὰς χάριν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως, καὶ χάριν τοῦ ἀποδεῖξαι, ὅτι οὐ καλῶς ἀντιτάσσονται τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὅτι καί τινες τῶν Μαξιμιανιστῶν τῶν ἀποσχισάντων ἀπ' αὐτῶν ἀδίκως, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, δέχονται καὶ συγκοινωνοῦσιν αὐτοῖς, καὶ οὓς αὐτοὶ ἐξ οἰκείας βουλῆς κατεδίκασαν, μετὰ ταῦτα ἐν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς ἐδέξαντο, καὶ ὅτι οὓς αὐτοὶ, οἱ παρ' αὐτῶν καταδεδικασμένοι καὶ ἐκβεβλημένοι τῆς παρ' αὐτοῖς ἱερωσύνης, ἐβάπτισαν, παρεδέξαντο, καὶ ὅτι οὐδὲ λέγουσι μολύνεσθαι ταῦτα ποιοῦντες.

F

BALS. Hic quoque præsens canon de Donatistis loquitur. Visum est enim ut aliqui ad eos mitterentur Legati pro pace & unione, & ad ostendendum, quòd ii non rectè adversantur Catholicæ Ecclesiæ; & quòd aliqui etiam eos ex Maximianistis, qui ab eis injustè, ut ipsi dicunt, desciverunt, suscipiunt, & cum illis communicant; & quos suo proprio consilio condemnarunt, postea in propriis honoribus susceperunt; & quòd eos, quos qui ab ipsis sunt condemnati, & ab eo quod illis est sacerdotio ejecti, baptizaverunt, suscepêre; & quòd hæc agentes non se pollui dicunt.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ZONAR. Hæc quoque de Donatistis. Ad eos namque mitti è synodali conventu Legatos placuit, qui ipsos ad pacem, unitatemque cum Ecclesia Catholica firmandam hortarentur. Doceant eos præterea, minime recte facere, quòd Ecclesiasticæ quieti constitutionis adversentur; neque jure propter divisam ipsorum communionem cum Ecclesia Catholica contentionem habere. Quòd verò etiam ex Maximianistis quosdam suscipiunt, qui ab iis, ut ipsi asserunt, immeritò defecere, & cum iis communicant, quosque antea sua sententia damnarunt, postmodum honoribus eorum conservatis admiserunt; quod etiam alios ab iis baptizatos, quos ipsimet condemnarunt, ac eo, qui apud ipsos est, sacro ordine moverunt, non repudiant, nec ullam se ex hoc labem contrahere arbitrantur; in his quoque ipsos non mediocriter peccare demonstrent.

ARIST. *Placuit, ut Legati mittantur ad pacem & unionem Donatistis ad fidem orthodoxam conversis prædicandam.*

Patres hi non tantum judicarunt Donatistas ad Ecclesiam Catholicam accedentes admittendos esse, sed & legatos ad eos mittendos ad pacem Ecclesiarum & unitatem prædicandam, si ad orthodoxam fidem convertantur.

CANON LXXIII.

Quinàm ex Clericis debeant ab uxoribus abstinere. Ad hæc autem dum de aliquorum Clericorum in suas uxores continentia mentio fieret, placuit, ut Presbyteri, Episcopi & Diaconi propriis terminis etiam à suis abstineant uxoribus; quod nisi fecerint, Ecclesiastico ordine moveantur: reliqui autem Clerici ad hoc non cogantur, sed debent uniuscujusque Ecclesiæ consuetudinem servare.

BALS. Quomodo debent se à suis uxoribus continere Episcopi & Presbyteri & Diaconi tempore vicis suæ, in xiii. can. Syn. in Trullo dictum est. Præsens quoque canon dicit eos deponendos, nisi tunc se continuerint. Hæc autem à reliquis Clericis non exigunt, ut qui sacramenta non contrectent, sed eos jubent servare Ecclesiæ consuetudinem. Lege & iii. canonem Archiepiscopi Alexandriæ Dionysii. Nota ergo, quòd tempore præsentis Syn. habebant Episcopi suas uxores sine præjudicio. Sic itaque hæc canone sancita sunt. Quomodo autem deponentur, qui forsitan non abstinent, cum res non sit manifesta. Quis enim contra sese confitebitur? vel quis eum convincere aggredietur? Quapropter mea est sententia, ut sacris initiati non perpetuo sacra celebrent. Propterea enim & in decimo Synodi in Trullo canone Patres de vicibus meminerunt. Et idcirco in magnis & Catholicis Ecclesiis sacratorum ministeria divisa sunt. Qui enim quotidie sacra celebrant canoni sunt obnoxii ex præsumptione, quod cum uxoribus cohabitant; & aperte populos offendunt. Propter hoc enim, ut mihi videtur; ne quis in multis Ecclesiis fiat Clericus prohibitum est, & etiam ne sacrorum celebratio & baptismata in oratoriis fiant, quæ sunt in domibus. Et hoc exolevit propter aliam rationem ex novellâ Domini Leonis Philosophi, quam etiam in diversorum canonum interpretationibus sitam legas vellem.

ZONAR. Hic etiam de continentia eorum, qui sacris initiati sunt, ab uxorum suorum commercio Patres decernunt. Episcopis ergo, Presbyteris & Diaconis, ab eis abstinendum esse præcipiunt; ac si qui con-

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ταῦτα περὶ Δονατιστῶν. τοποτηρητὰς γὰρ ἔδοξε σταλῆναι πρὸς αὐτοὺς ἐκ τῆς συνόδου, προσκαλουμένους αὐτοὺς εἰς τὸ εἰρηνεῦσαι καὶ ἑνωθῆναι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀποδείξοντας αὐτοῖς, ὅτι οὐ καλῶς ἀντιτάσσονται τῇ εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, οὐδὲ δικαίως φιλονεικοῦσι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τῆς μεμερισμένης αὐτῶν κοινωνίας. ἐλέγχουσι δὲ αὐτοὺς μὴ καλῶς ποιοῦντας, καὶ ὅτι καί τινας τῶν Μαξιμιανιστῶν, τῶν ἀποσχισθέντων ἀπ' αὐτῶν ἀδίκως, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, δέχονται καὶ συγκοινωνοῦσιν αὐτοῖς, καὶ οὓς αὐτοὶ ἐξ οἰκείας βουλῆς κατεδίκασθαι, μεταταῦτα ἐν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς ἐδέξαντο, καὶ ὅτι οὓς αὐτοὶ, οἱ παρ' αὐτῶν καταδεδικασμένοι καὶ ἐκβεβλημένοι τῆς παρ' αὐτοῖς ἱερωσύνης, ἐβάπτισθαι παρεδέξαντο, καὶ ὅτι οὐδὲ λέγουσι μολύνεσθαι ταῦτα ποιοῦντες.

ΑΡΙΣΤ. Ἤρεσε πρέσβεις ἀποσταλῆναι, κηρύξοντας τοῖς Δονατισταῖς εἰρήνην καὶ ἑνότητα, μετατεθεμένοις πρὸς τὸ ὀρθόδοξον.

Οὐ μόνον προσερχομένους τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τοὺς Δονατιστὰς δέον ἔκριναν οἱ πατέρες οὗτοι παραδέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρέσβεις πρὸς αὐτοὺς εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν καὶ ἑνότητα, εἰ μετατεθῶσι πρὸς τὸ ὀρθόδοξον.

ΚΑΝΩΝ ογ'.

Περὶ τοῦ, ποῖοι ὀφείλουσι τῶν κληρικῶν γαμετῶν ἀπέχεσθαι. πρὸς ἐπὶ τούτοις ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας τῆς περὶ τὰς οἰκείας γαμετάς τινων μνημονεύεσθαι κληρικῶν, ἤρεσεν, ὥστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους καὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἔτι μὴν ἀπέχεσθαι γυναικῶν, ὅπερ εἰ μὴ ποιήσαιεν, ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποκινηθῶσι τάξεως· τοὺς δὲ λοιποὺς κληρικοὺς πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκάζεσθαι, ἀλλ' ὀφείλειν κατὰ τὴν ἑκάστης ἐκκλησίας συνήθειαν παραφυλάττεσθαι.

ΒΑΛΣ. Πῶς ὀφείλουσιν ἐγκρατεύεσθαι ἀπὸ τῶν ἰδίων γαμετῶν οἱ ἐπίσκοποι οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι, κατὰ καὶ καιρὸν τῆς ἐφημερίας αὐτῶν, εἴρηται ἐν τῷ ιγ'. κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου. καὶ ὁ παρὼν δὲ κανὼν φησὶ καθαιρεῖσθαι τούτους εἰ μὴ τηνικαῦτα ἐγκρατεύωνται. τοὺς δέ γε λοιποὺς κληρικοὺς ταῦτα οὐκ ἀπαιτοῦσιν, ὡς μὴ ψηλαφῶντας τὰ ἅγια, ἀλλὰ παρεγγυῶνται αὐτοῖς φυλάττειν κατὰ τὸ τῆς ἑκάστης χώρας ἔθιμον. ἀνάγνωθι καὶ καὶ γ'. κανόνα τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Διονυσίου. σημείωσαι οὖν, ὅτι κατὰ καὶ καιρὸν τῆς παρούσης συνόδου εἶχον ἀποκριματίστως τὰς οἰκείας γαμετὰς οἱ ἐπίσκοποι. οὕτω μὲν οὖν κεκόνισται ταῦτα· πῶς δὲ καθαιρεθήσονται οἱ ἴσως μὴ ἐγκρατευόμενοι ἀδήλου τοῦ πράγματος ὄντος· τίς γὰρ ὁμολογήσει καθ' ἑαυτοῦ; ἢ τίς πρὸς καὶ τούτου ἔλεγχον ἀποδύσεται; διὸ γνώμην δίδωμαι μὴ δι' ὅλου ἱερουργεῖν τοὺς ἱερωμένους. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν τῷ ι'. κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ἐφημερίας ἐμνήσθησαν οἱ πατέρες. διὸ καὶ ἐν ταῖς μεγάλαις καὶ καθολικαῖς ἐκκλησίαις διῃρῆνται αἱ τῶν ἱερωμένων δουλείαι. οἱ γὰρ καθ' ἑκάστην λειτουργοῦντες ἔνοχοι γίνονται τῷ κανόνι, ἀπὸ προλήψεως διὰ τὸ συνοικεῖν γαμεταῖς· διόλου καὶ σκανδαλίζουσι τοὺς λαούς· οἶμαι γὰρ, ὅτι καὶ τὸ μὴ κληροῦσθαι τὴν αὐτὸν εἰς πολλὰς ἐκκλησίας διὰ τοῦτο ἐκωλύθη· ἔτι τε καὶ τὸ γίνεσθαι λειτουργίαν καὶ βαπτίσματα εἰς τὰ κατ' οἶκον εὐκτηρία. καὶ τοῦτο ἠπράκτησε δι' ἕτερον λόγον ἀπὸ νεαρᾶς τοῦ φιλοσόφου κυροῦ Λεόντος, ἣν καὶ ἀνάγνωθι καταστρωθεῖσαν ἐν ἑρμηνείαις διαφόρων κανόνων.

ΖΩΝΑΡ. Κἀνταῦθα οἱ πατέρες οὗτοι περὶ ἐγκρατείας τῆς πρὸς τὰς ἑαυτῶν γαμετὰς διατάττονται τοῖς ἱερωμένοις, καὶ φασὶ δεῖν τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἀπέχεσθαι καὶ ἐκ τῶν ἰδίων γαμετῶν κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, ἤγουν

Ψηφιοποιήθηκε από

ἤγουν κατὰ τὰς ὡρισμένας ἡμέρας τῆς ἑκάστου ἐφημερίας, τοὺς δὲ μὴ τοῦτο ποιοῦντας, καθαιρεῖσθαι. ὅπερ τοὺς λοιποὺς κληρικοὺς παραφυλάττειν οὐκ ἀπαιτοῦσι, ποιεῖν δ' ἐκείνους ὁρίζουσι κατὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ ἕκαστος ἐχειροτονήθη, συνήθειαν. ὅρα τοίνυν κἀνταῦθα τὸ ἔθος ὡς νόμον κρατοῦν. καὶ ὁ ιγ'. δὲ κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου πλατύτερον διέξεισι περὶ τῆς ἐγκρατείας τῶν ἰδίων γαμετῶν, ὥστε αὐτῶν ἀπέχεσθαι, κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα, τοὺς ψηλαφῶντας τὰ ἅγια, ἀλλὰ καὶ ὁ γ'. κανὼν τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Διονυσίου.

ΑΡΙΣΤ. Ἐπίσκοποι πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι τῶν ἰδίων γαμετῶν ἀπεχέσθωσαν, ἢ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποκινείσθωσαν τάξεως. οἱ λοιποὶ δὲ κληρικοὶ πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκαζέσθωσαν· ἀλλ' ἡ συνήθεια φυλαττέσθω.

Οὗτος ὁ κανὼν περὶ πάντων ἀδιαστίκτως διατάττεται, ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, κατὰ τοὺς ἰδίους ὥρους, τῶν ἰδίων ἀπέχεσθαι γαμετῶν· ὁ δὲ δωδέκατος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου οὐ συγχωρεῖ τοῖς ἐπισκόποις, μετὰ τὴν προελθοῦσαν ἐπ' αὐτοῖς τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν, ταῖς ἰδίαις συνοικεῖν γαμεταῖς· ἵνα μὴ πρόσκομμα τοῖς λαοῖς ἐντεῦθεν ὦσι τιθέντες καὶ σκάνδαλον. ὁ δὲ τρισκαιδέκατος τῆς αὐτῆς συνόδου κανὼν προστάττει τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους μὴ καθομολογεῖν, ἐν τῷ ἀξιοῦσθαι τῆς χειροτονίας, τῶν ἰδίων ἀφίστασθαι γαμετῶν, καθὼς ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος τοῦτο ἐκράτησε· ἀλλὰ συνοικεῖν αὐταῖς, καὶ μὴ ἀποστηρεῖσθαι τῆς πρὸς ἀλλήλους κατὰ καιρὸν καὶ προσήκοντα ὁμιλίας. κρατοῦσιν οὖν οἱ κανόνες ἐκεῖνοι, καὶ κατ' αὐτοὺς σήμερον ἡ ἐκκλησία πολιτεύεται.

ΚΑΝΩΝ οδ'.

Περὶ τῶν τοὺς ἰδίους λαοὺς ἐγκαταλιμπανόντων. πάλιν ἤρεσεν, ὥστε μηδενὶ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ, καταλειφθείσης τῆς αὐθεντικῆς αὐτοῦ καθέδρας, πρός τινα ἐκκλησίαν ἐν διοικήσει καθεστῶσαν ἑαυτὸν ἀποφέρειν· ἢ ἐν οἰκείῳ πράγματι, ὑπὲρ ὃ χρὴ, ἐπιπολὺ ἀπασχολουμένῳ ἀμελεῖν τῆς φροντίδος καὶ τῆς συνεχείας τοῦ ἰδίου θρόνου.

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἐπίσκοποι καταλιμπανόντες τὰς πρωτοτύπους καθέδρας αὐτῶν, ἀπήρχοντο καὶ προσεκάθηντο εἴς τινας ἑτέρας ἐκκλησίας παροικιῶν ἀνηκουσῶν αὐτοῖς, πολυανθρωποτέρας ἴσως οὔσας ἢ καὶ πολυειροδοτέρας. ὥρισε οὖν οἱ πατέρες, μηδενὶ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ μηδὲ χάριν ὑποθέσεως οἰκείας ἀπολιμπάνεσθαι ἐκ τῆς λαχούσης αὐτὸν ἐπὶ πολὺ, καὶ οὕτως ἀμελεῖν τοῦ συνεχῶς διδάσκειν καὶ οἰκεῖον λαόν. καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. ἐρωτήσει δέ τις, εἰ τὰ τοῦ κανόνος ἔχουσι χώραν καὶ εἰς τοὺς ἀπολέσαντας ἀρχιερεῖς τὰς πρωτοτύπους καθέδρας αὐτῶν, ὡς καταχεθείσας ὑπὸ ἐθνῶν· καὶ δύνανται οὗτοι ἀποκριματίσεως μεταπίπτειν εἰς ἐκκλησίας παροικιῶν αὐτῶν; λύσις. τινὲς εἶπον, δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν καὶ ἐπίσκοπον αὐτοθελῶς. ἕτεροι εἶπον, δέεσθαι τοῦτον καὶ συνοδικῆς διαγνώσεως. ἄλλοι καὶ διὰ προστάξεως βασιλικῆς τοῦτο γίνεσθαι εἶπον. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὡς εἰ μὲν ὁ τοιοῦτος μητροπολίτης βούλεται μεταπεσεῖν εἰς θρόνον ἐπισκοπῆς αὐτοῦ, διὰ δὲ καταχεθῆναι παρὰ ἐθνῶν τὴν πρωτότυπον ἐκκλησίαν τούτου, ὀφείλει μετὰ βασιλικῆς προστάξεως καὶ συνοδικῆς διαγνώσεως ἐν ταύτῃ ἀποκαθίστασθαι· ὥσπερ γέγονε τοῦτο εἰς καὶ μητροπολίτην Νεοκαισαρείας, ἀντὶ καθίσματος ἔχοντα τὴν οἰκείαν ἐπισκοπὴν τὸν Οἴναιον· εἰς καὶ μητροπολίτην Πισιδίας, Ἀντιοχείας τὴν Σωζόπολιν λαβόντα εἰς κάθισμα. καὶ εἰς ἑτέροις πολλούς. εἰ δὲ ἡ παροικία οὐ τετίμηται διὰ θρόνου ἐπισκοπικοῦ διὰ μόνης συνοδικῆς διαγνώσεως, ἵνα ἐγκαταστῇ εἰς αὐτὴν, καὶ οὐκ αὐτοθελῶς, ὥς τινες λέγουσιν· ἵνα μὴ ἐναντιωθῇ τῷ ἀποστολικῷ κανόνι, καὶ τοῖς λοιποῖς, τοῖς διοριζομένοις μηδέν τι καινοφανὲς ποιεῖν καὶ ἐπίσκοπον παρὰ γνώμην συνοδικήν.. ἔτι ἐρωτήσει τις, εἰ τοῦ κανόνος ταῦτα διορισαμένου δύναται ἐπίσκοπος,

A tra fecerint depositione puniendos. Ab aliis vero Clericis nequaquam id exigunt; sed ab unoquoque Ecclesiæ suæ consuetudinem in ea re servari jubent. Atque hic quoque consuetudinem vim Legis obtinere animadverte. De continentia porro à propriis uxoribus servanda, ne cum iis per tempus aliquod conveniens rem habeant, qui sacra tractant; tertius decimus sextæ Synodi, quin & tertius Dionysii Alexandrini Archiepiscopi Canon, uberiùs disserunt.

ARIST. *Episcopi, Presbyteri, & Diaconi à propriis uxoribus abstineant vel ordine Ecclesiastico dimoveantur. Reliqui verò Clerici ad idem ne compellantur: sed consuetudo observetur.*

Hic Canon de omnibus sine distinctione statuit, Episcopis, Presbyteris, & Diaconis secundum propria tempora à suis abstinere uxoribus. At duodecimus sextæ in Trullo Synodi Canon Episcopis non permittit, postquam ad Episcopatum ordinati fuerunt, cum suis uxoribus cohabitare: ne offensionem & scandalum exinde populis darent. At xiii. ejusdem Synodi Canon mandat Presbyteris & Diaconis, cum ordinatione habeantur digni, à suis uxoribus secedere non profiteri; quemadmodum in Romanorum Ecclesiâ Canonis ad instar illud obtinuerat: sed cum iis habitare, & mutuâ convenienti tempore conversatione non privari. Prævalent itaque isti Canones, & secundum eos Ecclesia hodie gubernatur.

CANON LXXIIII.

De iis, qui proprios populos relinquunt. Rursus placuit, ut nulli liceat Episcopo, relicta sua Sede principali, ad aliquam Ecclesiam in Diœcesi constitutam seipsum conferre; vel de re propria plusquam oportet sollicito, propriæ sedis curam & sollicitudinem negligere.

BALS. Quidam Episcopi suas primitivas Cathedras relinquentes, in aliquas alias Ecclesias Parœciarum ad se pertinentium, quæ erant fortè magis populosæ aut majoris redditus, se conferebant, & illic sedebant. Statuerunt ergo Patres, nulli licere hoc facere: sed neque proprii negotii gratia discedere ab ea, quæ illum diu sortita est, & sic populum assiduè docendi curam non gerere. Et in his quidem versatur Canon. Interrogaverit autem quispiam, an quæ hoc Canone dicuntur locum habeant etiam in Antistitibus, qui suas primitivas Ecclesias perdiderunt, ut quæ à gentibus occupatæ fuerint: an ii possint citra præjudicium migrare in Ecclesias suarum parœciarum? Solutio. Quidam dixerunt, Episcopum ex propria voluntate hoc facere posse. Alii dicebant, eum etiam Synodali cognitione opus habere. Alii etiam per mandatum Imp. hoc fieri dicebant. Mihi autem videtur, quòd si is quidem Metropolitanus vult in sui Episcopatus Sedem migrare, eo quòd à gentibus sit occupata primitiva eorum Ecclesia, debet cum mandato Imperiali & Synodali cognitione in ea constitui: quemadmodum in Neocæsareæ Metropolitano factum est, qui pro Sede accepit proprium Episcopatum Oenæum; in Metropolitano Pisidiæ Antiochiæ, qui Sozopolin pro Sede accepit; & in multis aliis. Sin autem Sede Episcopali non fuit honorata parœcia per solam Synodalem cognitionem, ut in ea constituatur: nec ex propria voluntate, quemadmodum quidam dicunt; ne Canoni Apostolico adversetur, & reliquis, qui statuunt Episcopum nihil posse innovare præter Synodalem sententiam. Præterea interrogaverit quispiam, si cùm Canon hæc decernat, potest Episcopus

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

per mandatum Imperiale & Synodalem cognitionem, à sua Primitiva Sede migrare, licèt non à gentibus occupata, in Cathedram sui Episcopatus, vel in Ecclesiam suæ parœciæ? Solutio. Cum Imperatoris mandato & Synodali cognitione utrumque Episcopo concedetur: aliàs autem, nullo modo. Propterea enim & Archiepiscopus Derci, cùm sæpe petivisset ut à Derco migrare liceret, in emporium quod dicitur Phileas, eò quòd id esset populosius, non est exauditus. Porrò & alii diversi Antistites, inopes quidem Ecclesias habentes, divites autem parœcias & populosas, cùm hoc petivissent, non fuerunt exauditi propter præsentem Canonem. Nota hæc & memoria tene propter translationes quæ petuntur, ab Antistitibus, & fiunt in aliquibus. Quære Chalced. Syn. Can. xii. & xvii. qui dicunt, debere Ecclesiasticos sequi ea, quæ decernuntur à potestate Imperiali. Quia autem præsens Canon statuit, non debere Episcopum peregrinari plusquam oportet, ab ea quæ illum sortitus est (est autem hoc incertum) lege decimum sextum Canonem Synodi quæ habita est in æde sanctorum Apostolorum, & interpretare præsentem Canonem secundùm leges quæ in ipso sunt positæ.

A Διὰ βασιλικῆς προστάξεως καὶ συνοδικῆς διαγνώσεως, μεταπίπτειν ἀπὸ τῆς πρωτοτύπου καθέδρας αὐτοῦ, καὶ μὴ καταχρεθείσης ὑπὸ ἐθνῶν, εἰς καθέδραν ἐπισκοπῆς αὐτοῦ, ἢ εἰς ἐκκλησίαν παροικίας τούτου; Λύσις. μετὰ βασιλικῆς προστάξεως καὶ συνοδικῆς διαγνώσεως καὶ ἀμφότερα τῷ ἐπισκόπῳ ἐγχωρηθήσεται· ἄλλως δέ πως, οὐδαμοῦ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος Δέρκου ζητέσας πολλάκις μεταπεσεῖν ἀπὸ Δέρκου εἰς τὸ ἐμπόριον τοῦ φίλον, διὰ τὸ πολυάνθρωπον εἶναι τοῦτο, οὐκ εἰσηκούσθη. καὶ ἄλλοι δὲ ἀρχιερεῖς διάφοροι πτωχὰς μὲν ἐκκλησίας ἔχοντες, πλουτοῦντες παροικίας πολυανθρώπους καὶ πλουσίας, καὶ ζητήσαντες τοῦτο, οὐκ εἰσηκούσθησαν, διὰ τοῦ παρόντα κανόνα. σημείωσαι ταῦτα, καὶ ἔχε ἐπὶ μνήμης, διὰ τὰς ζητουμένας μεταθέσεις καὶ γενομένας ἐπὶ ἀρχιερεῦσι τισί. ζήτει τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνας ιβ'. καὶ ιζ'. λέγοντας ὀφείλειν τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἕπεσθαι τοῖς διορίζομένοις παρὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας. ἐπεὶ δὲ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται, μὴ ἀποδημεῖν τοῦ ἐπίσκοπον, παρ' ὃ χρὴ, ἀπὸ τῆς λαχούσης αὐτὸν (ἔστι δὲ τοῦτο ἄδηλον) ἀνάγνωθι τοῦ ιϛ'. κανόνα τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συστάσης συνόδου, καὶ ἑρμήνευσον τοῦ παρόντα κανόνα κατὰ τὰ καταστρωθέντα νόμιμα ἐν αὐτῷ.

B

Zonar. Ab Episcopis cum ipsa rei natura, tum decreta Canonum ea de re sæpius edita, postulant, ut in sua Episcopali statione perpetuo degant, ac in populis erudiendis, atque ad rectam virtutis semitam dirigendis, laborent; non autem primaria sua Sede relicta, in aliam Ecclesiam se conferant. Multi namque Episcopi in aliis suæ Diœcesis locis Ecclesias habent, quæ & parœciæ à Canonibus vocantur: quibus nulli peculiares Episcopi præfici consuevêre. Igitur hic Canon in aliquam ejusmodi Ecclesiam Episcopum proficisci, ac in ea populi sui cura neglecta diutius morari, vetat; sed vel in ea Chorepiscopum constituere, vel Presbytero procurationem ejus loci rerum mandare, jubet: Episcopos vero in sua quemque Ecclesia continenter obdurare, ac ne proprii quidem negotii tractandi causa diutius, quam par est abesse, curámve sollicitè in Episcopali statione permanendi, populúmque salutari doctrina informandi, deserere. Atque illud quidem [diutius quam par est] hoc loco nulla circumscriptione definitur: decimosexto autem Canone in templo S. Apost. habitæ Synodi, quæ prima & secunda nominatur, ne ultra semestre tempus Episcopo à sua Sede abesse liceat, divini Patres, pœna depositionis proposita, constituerunt. Undecimus vero Sardic. Synodi Canon, brevius adhuc spatium Episcopi absentiæ, nisi necessaria causa aliqua intercedat, ut ex eo quod ibi affertur exemplo colligere est, videtur præfinisse. De discessu Episcoporum à suis Ecclesiis statuunt etiam diversæ Novellæ, quæ in tertio Basilic. libro titulo i. diversis in capitibus reperiuntur.

C ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τὸ δίκαιον αὐτὸ, καὶ ἡ τῶν θείων κανόνων ἀκρίβεια, ἀπαιτοῦσι προσμένειν τῆς ἰδίαις ἐπισκοπαῖς, καὶ διδάσκειν τοὺς λαοὺς, καὶ καταρτίζειν αὐτοὺς, ἀλλὰ μὴ καταλιμπάνειν τὰς αὐθεντικὰς αὐτῶν καθέδρας, ἤγουν τοὺς πρωτοτύπους θρόνους αὐτῶν, καὶ πρὸς ἄλλην ἐκκλησίαν ἀπέρχεσθαι. πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων ἔχουσιν ἐκκλησίας ἐν ἄλλοις τόποις τῶν ὑπ' αὐτῶν διοικήσεων, ἃς καὶ παροικίας οἱ κανόνες καλοῦσιν, ἐν αἷς οὐκ εἰώθασιν ἐπίσκοποι προχειρίζεσθαι. μὴ δῦν ἐν τοιαύτῃ ἐκκλησίᾳ ἀπιέναι, καὶ χρονίζειν, τοῦ ἐπίσκοπον ὁ κανὼν διατάττεται, καὶ ἀμελεῖν τῶν οἰκείου λαοῦ· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἢ χωρεπίσκοπον καθιστᾶν, ἢ διὰ πρεσβυτέρου ποιεῖσθαι τὴν διοίκησιν τῶν ἐκεῖ· τοὺς δ' ἐπισκόπους ταῖς οἰκείαις προσκαρτερεῖν ἐκκλησίαις, καὶ μηδὲ δι' οἰκεῖον πρᾶγμα ἀσχολεῖσθαι ὑπὲρ ὃ χρὴ, καὶ ἀποδημεῖν τῆς τοῦ ἰδίου χρόνου συνεχείας, ἤτοι τοῦ κατὰ συνέχειαν καὶ ἀδιακόπως παραμένειν τῇ ἰδίᾳ ἐπισκοπῇ, καὶ διδάσκειν τοῦ λαόν. τὸ δὲ, ὑπὲρ ὃ χρὴ, ἐνταῦθα μὲν ἀορίστως κεῖται· ἐν δὲ τῷ ἐκκαιδεκάτῳ κανόνι τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συστάσης συνόδου, τῆς λεγομένης πρώτης καὶ δευτέρας, μὴ πλέον μηνῶν ἓξ ἀποδημεῖν τοῦ ἐπίσκοπον τῆς οἰκείας ἐπισκοπῆς οἱ ἐν ἐκείνῃ θεῖοι πατέρες ὡρίσαντο, τὸ δ' ἐπιτίμιον τοῦ μὴ τοῦ κανόνα φυλάττοντος καθαίρεσις ἐστιν. ὁ ια'. δὲ κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, ἐκ τοῦ παραδείγματος, οὗ ἐπάγει, εἰς ἐλάττονα καιρὸν ἔοικε συστέλλειν τὴν τοῦ ἐπισκόπου ἀποδημίαν, εἰ μή τις αὐτῷ ἀνάγκη ἐπίκειται. περὶ ἀποδημίας ἐπισκόπων ἐκ τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν διατάττονται καὶ διάφοροι νεαραὶ, κείμεναι εἰς βιβλίον τῶν βασιλικῶν τρίτον τίτ. α'. ἐν διαφόροις κεφαλαίοις.

D

E

Arist. *Visum est, ut nullus Episcopus principali suâ relictâ Sede, in aliam se conferat, vel de re propriâ sollicitus, thronum suum negligat.*

ΑΡΙΣΤ. Ἔδοξε μηδένα ἐπίσκοπον καταλιπόντα τὴν αὐθεντικὴν καθέδραν, πρὸς ἑτέραν μεταχωρεῖν, ἢ ἐν οἰκείῳ πράγματι ἀσχολούμενον, τοῦ ἰδίου θρόνου ἀμελεῖν.

Non tantum hoc, à civitate ad civitatem migrare Episcopum, diversis Canonibus prohibetur: sed & illud, Eam, quæ proprie erat à principio, Cathedram Ecclesiæ ipsius relinquere, & ad aliam Ecclesiam in eâdem parœciâ transilire, & in eam transferre honorem, hic Canon non permittit. Sed nec in re propriâ ei plusquam oportet sollicito esse, & curam & instructionem populi negligere licet.

F Οὐ μόνον δὲ, ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἐπίσκοπον μεταβαίνειν, ἐκ διαφόρων κανόνων κεκώλυται· ἀλλὰ καὶ δὲ, τὴν κυρίως οὖσαν ἀρχῆθεν καθέδραν τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ καταλιπεῖν, καὶ πρὸς ἑτέραν ἐκκλησίαν ἐν τῇ αὐτῇ παροικίᾳ οὖσαν μεταπεσεῖν, καὶ τὴν τιμὴν ἐν αὐτῇ μεταθεῖναι ὁ κανὼν οὗτος οὐ συγχωρεῖ· ἀλλ' οὐδὲ ἐν οἰκείῳ πράγματι ἀσχολεῖσθαι αὐτὸν ὑπὲρ ὃ χρὴ ἀνέχεται, καὶ τῆς φροντίδος τῆς διδασκαλίας ἀμελεῖν τοῦ λαοῦ.

ΚΑΝΩΝ

Ψηφιοποιήθηκε από τη

A

ΚΑΝΩΝ οε'.

Περὶ νηπίων ὀφειλόντων βαπτίζεσθαι ὁσάκις ἀμφιβάλλεται περὶ αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐβαπτίσθησαν. ὁμοίως ἤρεσεν περὶ τῶν νηπίων, ὁσάκις μὴ εὑρίσκονται βέβαιοι μάρτυρες, οἱ ταῦτα ἀναμφιβόλως βαπτισθέντα εἶναι λέγοντες· καὶ οὐδὲ αὐτὰ διὰ τὴν κείραν περὶ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς μυσταγωγίας ἀποκρίνεσθαι ἐπιτηδείως ἔχουσι, χωρίς τινος προσκόμματος ὀφείλειν ταῦτα βαπτίζεσθαι· μήποτε ὁ τοιοῦτος δισταγμὸς ἀποστερήσῃ αὐτὰ τῆς τοιαύτης τῶν ἁγιασμοῦ καθάρσεως. ἐκ τούτου γὰρ οἱ τοποτηρηταὶ τῶν Μαύρων ἀδελφοὶ ἡμῶν τοῦτο ἐβουλεύσαντο, ὅτι πολλοὺς τοιούτους ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἐξαγοράζονται.

B

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κανόνα, καὶ εὑρήσεις τὴν τοῦ παρόντος κανόνος ἑρμηνείαν ἀπαραλλάκτως ἐκεῖ, καθὼς καὶ τὰ ῥήματα τοῦ κανόνος.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτον τὸν κανόνα ἄνευ ὀλίγων τινῶν ῥημάτων καὶ ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ σύνοδος, ἡ λεγομένη ἕκτη, ἔχει ἀπαραλλάκτως, καὶ ἐξηγήθη ἐκεῖ.

ΑΡΙΣΤ. Τοὺς ἀμφιγνοουμένους, εἰ ἐβαπτίσθησαν, ἢ μὴ, ἤρεσε βαπτίζεσθαι· μήποτε τῷ δισταγμῷ στερηθῶσι τῆς θείας καθάρσεως.

C

Τὸ μὲν δεύτερόν τινα βαπτισθῆναι, εἰ μὴ παρὰ ἀσεβῶν ἐβαπτίσθη, διάφοροι κανόνες ἀπαγορεύουσιν. εἰ δέ τις ἀμφιβάλλεται εἰ ἐβαπτίσθη, ὡς μήτε αὐτοῦ τοῦτο εἰδότος διὰ τὴν βρεφικὴν ἡλικίαν, μήτε ἑτέρων διαβεβαιουμένων καὶ μαρτυρούντων ἀναμφιβόλως αὐτὸν βαπτισθῆναι, χωρίς τινος ἀμφιβολίας βαπτισθῆναι ὀφείλει· ἵνα μὴ διὰ δὲ ἀμφίβολον στερηθῇ τῆς θείας καθάρσεως.

ΚΑΝΩΝ οϛ'.

D

Περὶ τοῦ, τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα ἐν τῇ ἡμέρᾳ συνόδου ἀγγέλλεσθαι. ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τὴν ἡμέραν τῶν προσκυνητοῦ πάσχα διὰ τῆς τῶν τετυπωμένων ὑπογραφῆς πᾶσιν ἐμφανίζεσθαι· ἡ δὲ τῆς συνόδου ἡμέρα ἡ αὐτὴ φυλαχθῇ, ἥτις ὡρίσθη ἐν τῇ ἐν Ἱππῶνι συνόδῳ, τοῦτ' ἔστιν, ἡ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων. ὀφείλει γὰρ καὶ γραφῆναι πρὸς τοὺς πρωτεύοντας πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν, ἵνα ὅτε παρ' ἑαυτοῖς συνόδον προσκαλοῦνται, ταύτην τὴν ἡμέραν φυλάττωσιν.

E

ΒΑΛΣ. Καὶ ἄλλοι διάφοροι κανόνες ὥρισαν, πότε ὀφείλει γίνεσθαι σύνοδον παρὰ τῶν ἐπαρχεωτῶν χάριν τοῦ λύεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα. φησὶ δὲ καὶ ὁ παρὼν κανὼν, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου (ἔστι δὲ τοῦτο, ὁ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων, ἤγουν κα'. τοῦ Αὐγούστου μηνός· καλάνδαι γὰρ αἱ πρῶτος τῶν μηνὸς λέγονται) τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα δηλοῦσθαι, ὥστε γινώσκεσθαι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ Αφρικῇ. καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. ἐπεὶ δὲ οὔτε ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος οὔτε ἀφ' ἑτέρου γινώσκεται ἡ ἐπιστασία τῆς ἡμέρας τοῦ πάσχα· (καὶ ὁ ζ'. γὰρ κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν διορίζεται τὸ πάσχα ἑορτάζειν ἡμᾶς, καὶ πλέον οὐδὲν) δέον εἶναι κατενοήσαμεν ἀναδιδάξαι τοὺς θέλοντας, διὰ τῆς τοῦ παρόντος κανόνος ἑρμηνείας, πῶς εὑρίσκεται ἡμέρα τῶν νομικοῦ ἤτοι Ἰουδαϊκοῦ καὶ τοῦ Χριστιανικοῦ πάσχα· ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ ἀποκρέα. εἰκὸς γάρ ἐστι παρατυχεῖν ὀρθόδοξόν τινα εἰς τόπους, ἔνθα τὰ τοιαῦτα οὐ πολυπραγμονοῦνται οὐδὲ γινώσκονται, καὶ ἐξ ἀγνοίας ἀποκρεῶσαι ἢ πασχάσαι παρὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν, ὅπερ ἐστὶν

Canon LXXV.

De infantibus qui debent baptizari, quoties de iis dubitatur, an baptizati fuerint. Similiter placuit de infantibus, quoties non inveniuntur firmi testes, qui eos sine controversia baptizatos esse dicant; & nec ipsi propter ætatem de tradito eis mysterio aptè possunt respondere; sine ulla offensione posse eos baptizari. Nec unquam hæc dubitatio eos tali sanctificationis lustratione privabit. Hoc enim Maurorum Legati, fratres nostri, ideo consuluerunt, quod multos ejusmodi à barbaris emant.

Bals. Lege Synodi in Trullo Can. & ibi præsentis Canonis interpretationem sine ulla immutatione, quemadmodum & verba invenies.

Zonar. Hunc Canonem, pauculis quibusdam exceptis verbis eundem prorsus apud Synodum in Trullo, quæ sexta dicitur, ac ibidem explicatum, reperias.

Arist. *Illi de quibus ambigitur, utrum baptizati sunt necne, placuit, ut baptizentur: ne propter ambiguitatem divinâ lustratione destituantur.*

Secundo quidem baptizari quempiam, nisi ab impiis baptizatus fuerit diversi Canones prohibent. Si quis autem ambigit, an baptizatus fuerit, utpote nec ipso ob infantilem ætatem illud sciente, nec aliis affirmantibus & testantibus eum haud dubie baptizatum fuisse; sine ullâ dubitatione baptizari debet: ne propter dubitationem divinâ purgatione privetur.

Canon LXXVI.

Ut dies Paschæ in die Synodi annuncietur. Hoc quoque similiter placuit, ut dies venerandi Paschæ per formatarum subscriptionem omnibus ostendatur: Dies autem Synodi idem servetur, qui in Hipponensi Synodo fuit constitutus, id est, ante decimum Calendas Septembris. Debet enim etiam scribi ad Primates omnium Provinciarum, ut quando apud se concilium congregant, ab eo die abstineant.

Bals. Alii quoque diversi Canones statuerunt, quando debeat fieri Synodus à Provincialibus, ut solvantur Ecclesiasticæ quæstiones. Dicit autem etiam præsens Canon, ut tempore Synodi (id est, ante x. Calend. Septembris, xxi. scilicet mensis Augusti; Calendæ enim sunt primus dies mensis) dies Paschæ declaretur, ut cognoscatur ab omnibus qui sunt in Africa. Ac in his quidem consistit Canon. Quia autem, nec à præsenti Canone, nec ab alio, cognoscitur diei Paschæ institutio: (Nam vii. Canon sanctorum Apostolorum statuit, ut nos post vernum æquinoctium Pascha celebremus, & nihil aliud) existimavimus oportere nos per præsentis Canonis interpretationem docere eos, qui velint, quomodo inveniatur dies Legalis seu Judaici & Christiani Paschæ; quin & Carnisprivium. Fieri enim potest, ut orthodoxus quispiam in loca, ubi hæc non curantur nec cognoscuntur, incidat, & per ignorantiam non convenienti tempore vel à carnibus abstineat vel Pascha celebret; quod non est condonandum. Ante omnia ergo sciendum est, quòd nisi quis Legalis Paschæ diem

F

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

noverit, non poteſt ſcire quando Chriſtianum Paſcha fieri debeat. Præterea ſciendum eſt, quòd Legale Paſcha fit à vigeſimo primo menſis Martii uſque ad decimum octavum Aprilis: Chriſtianum autem à vigeſimo tertio Martii uſque ad vigeſimum quintum menſis Aprilis. His autem ſic primùm conſideratis, ſi velis Judaici Paſchæ diem exactè ſcire, & itidem Chriſtiani, quære primùm & inveni Cyclum Lunæ, qui ſic invenitur. Numera annos à creatione mundi, & per novendecim eos divide, & qui remanſerint, Cyclum Lunæ declarabunt. Deinde etiam Cyclum Solis inveni hoc modo: Numera annos à creatione mundi, & eos divide per viginti octo, & qui reſtant dic eos Cyclum Solarem declarare. Cycli quidem Lunæ, qui ſunt novendecim, incipiunt à menſe Januario: Cycli autem Solis, qui ſunt viginti octo numero, incipiunt à menſe Octobri. Cùm ergo Cycli Lunæ & Solis ſic inveniantur, multiplica undecies tunc currentem Lunæ Cyclum; deinde adde uſque ad decimum ſextum Cyclum, pro ſeculis elapſis, ſex dies, qui Epactæ dicuntur; poſt decimum ſextum Cyclum uſque ad decimum nonum, adde ſimiliter ſeptem dies; Et poſtquam hos omnes dies in unam ſummam collegeris, divide eos per triginta, & cum veneris ad numerum triginta diebus minorem, eum ſume, & tot dies ex menſe Martio vel etiam Aprili illi adde, quot ſufficiant, ut fiat numerus quinquageſimus, & dic ſtatim in fine quinquagenarii debere eſſe Paſcha Legale. Ut autem quod dictum eſt, per exemplum fiat manifeſtius, labentis anni ſexies milleſimi ſexcenteſimi octogeſimi ſexti Paſchales dies quære, & dic ita; Cyclus Lunæ eſt eo anno ſeptendecim qui per undecim multiplicatus efficit dies centum octoginta ſeptem. Undecies enim ſeptemdecim ſunt centum octoginta ſeptem. His pro ſeculis, ut dictum eſt, diebus quoque ſeptem addictis, efficitur numerus dierum centum nonaginta quatuor. Quo quidem numero per triginta diviſo, relinquuntur dies quatuordecim: ſexies enim triginta ſunt centum octoginta. Ut ergo fiat numerus dierum quinquaginta, quò inveniatur dies Paſchæ Legalis, adde dictis quatuordecim diebus unum & triginta dies Martii & Aprilis dies quinque; & ſic cùm quinquaginta dierum numerum effeceris, dic debere fieri Paſcha Legale quinto die menſis Aprilis. Quia autem menſis quidem dies ſic comprehenditur; ſeptimanæ autem dies incertus eſt: opus eſt te quoque eam doceri. Et quoniam hoc anno Cyclus Solis eſt vigeſimus ſecundus, Cyclicum hunc numerum ſume, & pro unoquoque quadrienno propter Biſſextum diem unum ei adde, ſcilicet pro viginti duobus Cyclis dies quinque, qui etiam Epactæ dicuntur. Ita his adde, ſi quidem in menſe Martio Legale Paſcha invenitur, ratione præteritorum menſium, qui numerantur à menſe Octobri, dies undecim; ſcilicet pro Octobri dies tres, eo quòd habeat hic menſis dies triginta & unum; pro Novembri, duos dies, quòd is habeat dies triginta, & pro Decembri & Januario dies ſex, quòd unuſquiſque eorum habeat dies triginta & unum. Pro menſe autem Februario nihil addes, eo quòd ei deſit: Si autem invenitur Paſcha Legale menſe Aprili, ut fit in præſenti tempore: adde etiam tres alios dies pro menſe Martio; ut ſint pro menſibus dies quatuordecim. Legitimo ergo Paſchæ die invento, ut diximus, quinto menſis

A ἀσύγνωστον. ἰστέον οὖν πρὸ πάντων, ὅτι εἰ μὴ γινώσκῃ τις τὸ νομικὸν πάσχα ἢ ἡμέραν, οὐ δύναται εἰπεῖν πότε ὀφείλῃ γίνεσθαι ὁ Χριστιανικὸν πάσχα. ἔτι ἰστέον, ὅτι ὁ μὲν νομικὸν πάσχα γίνεται ἀπὸ τῆς κα'. τοῦ Μαρτίου μηνὸς μέχρι τῆς ὀκτωκαιδεκάτης τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. τὸ δὲ χριστιανικὸν ἀπὸ τῆ κγ'. τοῦ μαρτίου μηνὸς μέχρι τῆ κε'. τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. τούτων δὲ οὕτω προθεωρηθέντων, εἰ θέλῃς ἐξακριβώσασθαι πῶ ἡμέραν τοῦ Ἰουδαικοῦ Πάσχα καὶ τοῦ Χριστιανικοῦ, ζήτησον πρῶτον καὶ δύρι τὸν κύκλον τῆ σελήνης, ὃς καὶ διρέσκεται ἑνδεκα. ἀριθμησον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη, καὶ ὕφελε αὐτὰ ὅτι τοῦ ιθ'. καὶ τὰ ὑπομείναντα B εἰσὶ δηλωτικὰ τοῦ κύκλου τῆ σελήνης. εἶτα δύρι τὸν κύκλον τῶ ἡλίου ἔτους· ἀριθμησον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη, καὶ ὕφελε αὐτὰ ὅτι τῶν εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, καὶ τὰ περίλειμμα νόμιζε εἶναι δηλωτικὰ τοῦ κύκλου τοῦ ἡλίου. οἱ μὲν κύκλοι τῆς Σελήνης, δεκαεννέα ὄντες, ἄρχονται ἀπὸ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός· οἱ δὲ κύκλοι τοῦ ἡλίου, εἴκοσι καὶ ὀκτὼ ὄντες τὸν ἀριθμὸν, ἄρχονται ἀπὸ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός. τοὺς οὖν κύκλους τῆς σελήνης καὶ τοῦ ἡλίου ὄντως δυρισκομένους, ἑνδεκαπλασίασον τὸν πρέχοντα κύκλον τῆς σελήνης· εἶτα προσθὲς μέχρι μὲν τοῦ ς'. κύκλου, χρόνον τῶν προλελοιπότων αἰώνων, ἡμέρας ἓξ τῆς λεγομένης ἑπτάζης. μετὰ δὲ τὸν ις'. κύκλον μέχρι τοῦ ιθ'. προσθὲς ὑπὲρ ἑκάστου ἡμέρας ἑπτά· καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι τὸ τῶν πρώτων ὅλων ἡμερῶν ἕνωσιν, ὕφελε αὐτὰς ὅτι τὸ λ'. καὶ ὅταν καταλήξῃς εἰς πολλὰς ἢ ὀλίγας σε ταύτας καὶ ἕνωσον ἐπ' αὐτῇ ἀπὸ τῆ Μαρτίου μηνὸς ἢ καὶ τοῦ Ἀπριλλίου ἡμέρας ὅσας ἐξαρκέσουσιν εἰς τὸ συμπληρῶσαι πεντήκοντα. καὶ αὐτίκα εἶπε κῦ τὸ πέλ(ος). τῆς πεντηκοντάδος ὀφείλῃ γίνεσθαι τὸ νομικὸν πάσχα. ἵνα δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἀποδείγματος σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, ζήτησον πῶς τοῦ πρέχοντος ςχπς'. ἔτους Πασχαλίου ἡμέρας, καὶ εἰπὲ ὕτως, ὁ κύκλος τῆ σελήνης κῦ τὸ τοιοῦτον ἔτος ὄζιν ἑπτακαιδέκατος, ὅστις ἑνδεκαπλασιαζόμενος ἀποπλῆ ἡμέρας ρπζ'. ἑνδεκάκις γὰρ δεκαεπτὰ ρπζ'. προσπεθεμένων οὖν τούτοις χρόνον τῶν αἰώνων, ὡς εἴρηται, καὶ ἡμερῶν ἑπτὰ, ἀποπλῆται ποσότης ἡμερῶν ρῆδ'. ἧς δὲ πρότης(ος) ὑφελομένης ὅτι τῶν λ'. περιλειπόμενοι ἡμέραι ιδ'. ἐξάκις γὰρ πεντήκοντα, ρπ'. ἵνα τοίνυν ποσωθῶσι πεντήκοντα ἡμέραι, χρόνον τῆ δυρεθείσης πῶ ἡμέρας τῆ νομικοῦ πάσχα, ἕνωσον ταῖς ῥηθείσαις δέκα πρὸς ταῖς πεντάρσιν ἡμέραις ταῖς πεντήκοντα πρὸς τῇ μιᾷ ἡμέρᾳ τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἀπὸ τοῦ Ἀπριλλίου ἡμέρας πέντε καὶ οὕτω συμπεσοῦνται ἡμέραι ν'. λέγω ὀφείλῃ γίνεσθαι τὸ νομικὸν πάσχα κῦ τῇ πέμπτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. ὅτι δὲ ἡ μὲν τοῦ μαΐου ἡμέρα οὕτω καταλαμβάνεται, ἡ δὲ τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα ἄδηλός ἐστι· χρεών ἐστι καὶ ταύτην ἀναδιδαχθῆναί σε. καὶ ἐπεί ἐστι κῦ τὸ ζοιοῦτον ἔτος ὁ κύκλος τοῦ ἡλίου κβ'. κράτησον εἰς τὰς χεῖράς σου πῶ τοιαύτῃ κυκλικῇ ποσότητα, καὶ ἕνωσον ταύτῃ ὑπὲρ ἑκάστης τετραετίας, χάριν τοῦ βισέξτου, ἡμέραν μίαν, ἤγουν ὑπὲρ τῶν κβ'. κύκλων ἡμέρας ε'. αἳ καὶ ἐπακταὶ λέγονται. ὡσαύτως ἕνωσον ταύτας, εἰ μὲν τὸ νομικὸν πάσχα διρέσκεται εἰς Μάρτιον μῆνα, λέγω τῶν παρεληλυθότων μηνῶν τῶν ψηφιζομένων ἀπὸ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός, ἡμέρας ια'. ἤγουν ὑπὲρ τοῦ Ὀκτωβρίου, ἡμέρας γ'. ἀφ' ὧ τὸ ἔχειν αὐτὸν μῆνα λ'. πρὸς τῇ μιᾷ· ὑπὲρ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, ἡμέρας β'. ἀφ' ὧ τὸ ἔχειν τοῦτον ἡμέρας πεντήκοντα. καὶ ὑπὲρ τοῦ Δεκεμβρίου καὶ τοῦ Ἰανουαρίου, ἡμέρας ἓξ, ἀφ' ὧ τὸ ἔχειν τούτους ἀνὰ πεντήκοντα πρὸς τῇ μιᾷ ὑπὲρ ὃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς μηδὲν προσθήσῃς, ἀφ' ὧ τὸ ἐλλιπῆ τοῦτον εἶναι. εἰ δὲ τὸ νομικὸν πάσχα διρέσκεται κῦ τὸ Ἀπριλλίου μῆνα, ὥστε ἔχειν κῦ πῶ προσθῆναι ἐγχρονίαν, πρόσθες καὶ ἑτέρας ἡμέρας τρεῖς χάριν τοῦ Μαρτίου μηνὸς, ὡς εἶναι τὰς ὑπὲρ τριῶν μηνῶν ἡμέρας δέκα πρὸς τοῦ πόσχαρος. τοῦ γοῦν νομικοῦ πάσχα, ὡς εἴπομεν, δυρεσκόμενον εἰς ζῆς ε'.

τῦ Ἀφριλλίου μιυὸς, ἕνωσον ταύταις ταὶς κβ'. ἡμέρας ϛ' ἡ- A
λιακῦ κύκλου, ταὶς ἀπὸ τῦ βισέξτου πέντε, ταὶς καὶ ἐπα-
κταὶς λεγομέναις, καὶ ταὶς ιϑ'. τῷ μιυῶν, καὶ συμποσώσας
ὅλας εἰς ἡμέρας μϛ'. καὶ αὖθις ἀναλύσας αὐτὰς εἰς ἑβδομά-
δας ἕξ, ἅμα ϗ εἰπεῖν οὕτως, ἑξάκις ἑπτὰ τεσσεράκοντα δύο,
εὑρήσεις ὑπολειμπανομένας ἡμέρας τέσσαρας, ἥτις γίνεσθαι ὅ
νομικὸν πάσχα κῷ τῷ ε'. ϗ Ἀφριλλίου μιυὸς, τῷ οὖσῃ
ἡμέραν δ'. ϗ ἑβδομάδος. ὅτι οὖν παράδοσις ἐστὶν ἐκκλη-
σιαστικὴ μῷ ὅ νομικὸν πάσχα γίνεσθαι ὅ Χριστιανικὸν κῷ
μίαν κῇ τῷ αὐτῷ ἑβδομάδι εἰς κυριακὴν ἡμέραν, εἰπὲ ὀ-
φείλειν γίνεσθαι ὀξ ἀνάγκης ὅ Χριστιανικὸν πάσχα κῷ τῷ ϑ'.
ϗ Ἀπριλλίου μηνός. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἐὰν ὑφέλῃς B
ἀπὸ ϗ παραλίας ἡμέρας νϛ'. εὑρήσεις τῷ ἀποκρέαν. εἰ δὲ
μὴ τῦτο θέλεις, ἤγουν ὅ γνῶσαι τῷ ἀποκρέαν μῷ ὑφελ-
μῦ πεντήκοντα ἓξ ἡμερῶν, ἀλλὰ μῷ πλείονος διχολίας,
ἐπεὶ ἀρτίως ἐστὶ βίσεξτον, φορεῖσθαι ἡμέρας δ'. καὶ εἰπὲ ϑ'.
καὶ δ'. ιγ'. ὥστε ἓξ τῷ ἀποκρέαν Φεβρουαρίου ιγ'. τῦτο δὲ
γίνεται ὀξὲ ὅ βίσεξτον. εἰ γὰρ σὺ οὐκ ἔστι βίσεξτον, ὑ φορεῖ-
σθαι ἡμέραι δ'. ἀλλὰ τρεῖς. ἐπεὶ δὲ ἐμνήσθημεν βισέξ-
του ὀν ἀμφιβόλοις τόποις, ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι ἕκαστος χρό-
νος ἔχει ἡμέρας τξέ. ὥρας ς'. οἱ γοῦν τὰ τῷ ὀκταετῷ καὶ
τῷ μιυῶν συμποσώσαντες, ὥρισαν φορεῖσθαι τῷ Φε-
βρουαρίῳ μιυὶ ταὶς ὑστερλουσας, ἐπέκεινα τῷ τετρακο-
σίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν ἓξ ὥρας. διὸ καὶ ἔχει ὁ Φε-
βρουάριος μὴν μῷ ἑκάστου τετραετίαν ψηφιζομένου ἀπὸ
τῦ α'. ἡλιακῦ κύκλου, ἡμέρας κϑ'.

ZONAP. Τῷ ἡμέραν ϗ πάσχα δηλοῦσθαι παῖς ἐν
Ἀφρικῇ χώραις ὥρισται ἅμα ϗ μηνούσης γίνεσθαι ἐπισίας
συνόδου· τῷ δὲ ἡμέραν ϗ συνόδου ὥρισται ἓξ, τῷ πρὸ
δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων, ὡς ἓξ αὐτῷ ϗ κα'. ϗ Αὐ-
γούστου. καλάνδαι γὰρ, ὡς ἄνω που εἴρηται, λέγονται αἱ
πρῶται ϗ μιυὸς ἡμέραι. εἰ γοῦν ταὶς πρὸ πύντων δέκα
ἀφέλῃς, ὑπολειμπάνονται εἰς ϖ Αὔγουστον, ἔχοντα λ'. κῇ
μίαν ἡμέραν, εἴκοσι κῇ μία.

ARIST. Ηρεσε τῇ ἡμέρᾳ ϗ ἐτησίου συνόδου, ἤγουν τῇ
πρὸ δέκα καλανδῶν σεπτεμβρίου, τῷ ἡμέραν ϗ ἁγίου
πάσχα κηρύττεσθαι.

Διαφόρως κῇ τῦτο ἡ σύνοδος ὥρισε, ὅ ϗ ἡμέραν ϗ
πάσχα γνωρίζεσθαι ἐν τῇ κατ' ἔτος γινομένῃ συνόδῳ ἐν
Ἀφρικῇ.

KANΩN οζ'.

Περὶ ϗ, μὴ ὀφείλειν ἐπίσκοπον ἐπιξενούμενον καθέζεσθαι ἐν E
ᾗ καθέδρᾳ ἐπιξενοῦται. ὁμοίως ὥρισται, ὥστε μηδενὶ
ἐξεῖναι μεσίτῃ ϗ καθέδραν κατέχειν, ᾗ τινι μεσίτης δέ-
δοται, ἅμα οἱασδήποτε τῷ λαῶν σπουδῆς ἢ διχοστασίας·
ἀλλὰ σπουδάζειν ἐντὸς ἐνιαυτῦ τοῖς αὐτοῖς φροντίσαι
ἐπίσκοπον. εἰ δὲ πρὸ τῦτο ἀμελήσει, μῷ ϗ περαίωσιν ϗ
ἐνιαυτῦ ἕτερος ψηφισθῇ μεσίτης.

ΒΑΛΣ. Τὸ παλαιόν ποτε ἐπισκοπῆς, ἐσέλλετό
τις χάριν ϗ εἰρηνεύειν ϖ λαόν, ὃν κῇ ἐνόμαζον μεσίτην.
φησὶν οὖν ὁ κανών, μὴ ἰδιοῦσθαι τῦτον ϗ ἐπισκοπήν· ἀλλ' εἰ
μὴ σπουδάσῃ μᾶλλον ἡγεῖσθαι ἐπίσκοπον, μετακινεῖσθαι αὐ-
τὸν ἀπὸ ϗ μεσιτείας, κῇ ἕτερον ψηφίζεσθαι. πρὸ δὲ τῦ F
τοιούτου μεσίτου ἐπὶ σήμερον οὐκ ἐνεργοῦσιν, ἀλλ' ἀνάγκη
πᾶσα ἔστιν ἀπαντῆσθαι, εἰ δυνατὸν, ψηφίζεσθαι ταὶς ἐκ-
κλησίας· εἰδὲ πῶς ἡμῶν ἐγράφη πλέον τί. ὁ δὲ τοιῦτος
μεσίτης ἐπίσκοπος ἦν, ὡς φαίνεται ἀπὸ ϗ ἐπιπλώσεως ϗ
κανόνος.

ZONAP. Εἶθος ἦν πάλαι, εἴποτε ἐπισκόπου ἐχήρευεν ἐκκλησία, στέλλεσθαί τινα ὀν αὐτῇ, ὃν ὠνόμαζον
μεσίτην, καθιστῶντα ϖ λαὸν στασιάζοντα ἴσως, ἢ καὶ

A Aprilis, his adde xxii. dies ſolaris Cycli, & ex Biſ-
ſexto quinque, qui etiam Epactæ dicuntur, & xiv.
menſium; & eos omnes xlvi. dierum ſummam colli-
ge ac rurſus in ſex ſeptimanas reſolve, ſic dicendo,
ſexties ſeptem quadraginta duo, invenies reliquos dies
iv. fieri ſcilicet Paſcha Legale quinto die menſis A-
prilis, qui eſt quartus dies ſeptimanæ. Quia ergo tra-
ditio eſt Eccleſiaſtica, poſt Paſcha Legale fieri Chri-
ſtianum in una & eadem ſeptimana in primo die; dic
debere neceſſariò fieri Paſcha Chriſtianum, ix. die
April. His ergo ita ſe habentibus, ſi à die Paſchali
dies lvi. ſubduxeris, invenies Carnisprivium. Si au-
B tem nolis cognoſcere Carnisprivium ſubductione lvi.
dierum, ſed cum majori facilitate, quia nunc eſt Biſ-
ſextus, adde dies iv. & dic, ix. & iv. tredeciin: ut
ſit Carnisprivium Februarii xiii. Hoc autem fit pro-
pter Biſſextum. Si enim non eſt Biſſextus, non adji-
ciuntur dies iv. ſed tres. Quia autem in diverſis lo-
cis Biſſexti meminimus, debes ſcire, quòd unuſquiſ-
que annus habet ccclxv. dies horas vi. Qui ergo an-
nos & menſes in quantitatem redegerunt, ſtatuerunt ut
menſi Februario adjiciantur vi. ſuperabundantes horæ
ultra ccclxv. Et ideo habet menſis Februarius poſt
unumquodque quadriennium, numeratum à primo
C Cyclo ſolari, dies xxix.

ZONAR. Paſchæ diem, per eam quæ ſingulis an-
nis futura eſt ſynodum, Africæ regionibus declarari
ſtatutum eſt: Tempus autem Synodi habendæ ante de-
cimum diem Cal. Septembr. definivere, qui eſt Au-
guſti menſis primus & vigeſimus. Calendæ enim, ut
antea dictum eſt, primi cujuſque menſis dies appellan-
tur. Si ergo decem dies ante Calendas Septembris ab-
ſtuleris, Auguſto menſi, qui uno & triginta diebus ab-
D ſolvitur, unus & viginti nimirum reliqui fient.

ARIST. *Viſum eſt, ut Synodi anniverſariæ die, ſi-
ve decimo Kal. Septembrium, dies ſanctæ Paſchæ
prædicetur.*

Et illud Synodus variè decrevit, ut Paſchæ dies
in Synodo quotannis habitâ in Africâ ſignificaretur.

CANON LXXVII.

*Non debere Epiſcopum interventorem ſedere in Cathe-
dra, cui interventor datus eſt. Similiter placuit, ut
nulli liceat interceſſori tenere Cathedram, cui inter-
ceſſor datus eſt, propter quodcunque populorum ſtu-
dium vel diſſenſionem: ſed ſtudere eis intra annum
Epiſcopum providere. Si autem præter hæc fecerit,
poſt anni finem alius interceſſor eligatur.* E

BALS. Cùm olim vacaſſet Epiſcopatus, pro pa-
cificando populo mittebatur aliquis, quem etiam me-
diatorem nominabant. Dicit ergo canon eum non de-
bere Epiſcopatum ſibi vendicare: Sed niſi potiùs ſtu-
dium adhibuerit, ut fiat Epiſcopus, eum debere à me-
F diatoris munere removeri, & alium eligi. Quæ autem
de eo mediatore dicuntur quoniam hodie non ſunt in
uſu; ſed omnino neceſſe eſt, ut, ſi fieri poteſt, mox
eligant eccleſiæ: ideo nec nos plura ſcripſimus. Hic
autem mediator erat Epiſcopus, ut apparet ex titulo
canonis.

ZONAR. Antiqui moris fuit, ſiquando orbata E-
piſcopo Eccleſia vacaret, mitti ad eam quem inter-
ceſſorem appellabant, vel ut ſeditionem forte aliquam
populi

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

populi sedaret, vel alias etiam ob causas. Ergo nisi unius anni saltem non intervallo Episcopum populo, apud quem agebat, dandum intercessor curasset; ipse quidem ab intercessione amovebatur; tum alius, qui apud populum intercessoris munus ejus loco obiret, substituebatur.

A δὲ ἄλλας αἰτίας. εἰ οὖν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ὁ τοιοῦτος μεσίτης οὐκ ἐσπούδασεν ἐπίσκοπον γενέσθαι τοῖς αὐτοῦ, ἤγουν τῷ λαῷ, οὗ μεσίτης ἦν, μετεκινεῖτο τῆς μεσιτείας ἐκεῖνος, καὶ ἕτερος ἐδίδοτο τῷ λαῷ ἐκείνῳ μεσίτης.

ARIST. *Visum est, ut Episcopo ad intercessionem dato, qualicunque populorum studio aut dissensione, Cathedram, cujus est intercessor, tenere non liceat: sed intra annum Episcopum provideat, vel anno vertente, alius intercessor eligatur.*

ΑΡΙΣΤ. Ἔδοξε τῷ δοθέντι εἰς μεσιτείαν ἐπισκόπῳ, δι' οἵας δή ποτε τῶν λαῶν σπουδὰς ἢ διχοστασίας, μὴ ἐξεῖναι τὴν καθέδραν κατέχειν, ἧς ἐστι μεσίτης· ἀλλ' ἐντὸς ἐνιαυτοῦ προνοεῖσθαι ἐπίσκοπον, ἢ μετὰ ἐνιαυτὸν ἕτερον μεσίτην ψηφίζεσθαι.

B Si populo inter se dissidente & diviso, & ad dissensiones & pugnas accenso, mittatur ad intercedendum quispiam Episcoporum, ut eos reconciliet, non debet illius civitatis cathedram, cui datus fuit Intercessor, occupare. Sed conari intra annum seditionem coercere, & eos pacare, & persuadere Episcopum accipere. Si autem intra annum nihil omnino efficere posset, ad populi utilitatem, post elapsum annum alius Intercessor deligatur.

Εἰ πλήθους λαοῦ πρὸς ἑαυτὸν στασιάσαντος καὶ διαιρεθέντος, καὶ εἰς διχοστασίας καὶ μάχας ὑπαναφθέντος, σταλῇ τις τῶν ἐπισκόπων εἰς μεσιτείαν, ἐπὶ τῷ καταλλάξαι αὐτοὺς, οὐκ ὀφείλει κατέχειν καὶ τὴν καθέδραν τῆς πόλεως, ἧς ἐδόθη μεσίτης· ἀλλὰ σπουδάζειν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ καταπαῦσαι τὴν στάσιν, καὶ εἰρηνεῦσαι αὐτοὺς, καὶ πεῖσαι λαβεῖν ἐπίσκοπον. εἰ δὲ οὐδέν τι μέχρις ἐνιαυτοῦ ἀνύσαι ἴσχυσεν εἰς ὠφέλειαν τῶν λαῶν, ἕτερος μετὰ ἐνιαυτὸν ψηφιζέσθω μεσίτης.

CANON LXXVIII.

ΚΑΝΩΝ οη'.

De Defensoribus Ecclesiarum qui ab Imperatoribus peti debent. Omnibus visum est petere ab Imperatoribus, propter pauperum vexationem, quorum molestiis assiduè fatigatur Ecclesia: ut iis Defensores cum Episcoporum providentia eligantur adversus divitum tyrannidem.

C Περὶ ἐκδίκων τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ὀφειλόντων παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτηθῆναι. σύμπασιν ἔδοξεν αἰτῆσαι ἀπὸ τῶν βασιλέων διὰ τὴν τῶν πενήτων κάκωσιν, ὧν ταῖς ἐπαχθείαις ἀπαύστως ἡ ἐκκλησία παρενοχλεῖται· ὥστε ἐκδίκους τούτοις μετὰ τῆς τῶν ἐπισκόπων προνοίας ἐπιλέγεσθαι κατὰ τῆς τῶν πλουσίων τυραννίδος.

BALS. Necesse habent omnino Episcopi eos, qui injuria afficiuntur, defendere. Quia autem nonnulli, ut est verisimile, Episcopi, cùm de pauperibus & afflictis dicerent, non exaudiebantur: statuerunt Patres ut Imp. admonerentur, ut cum Episcoporum electione ab eis darentur Defensores pro reprimenda divitum tyrannide; ut sic cesset assidua Ecclesiarum perturbatio, qua ab eis afficiuntur qui ad eas accedunt, quòd à potentioribus injuria affecti sint. Ac in his quidem consistit canon. Tu autem scias, quòd Defensorum datio, qui ἔκδικοι Græcè dicuntur, sive à præsenti canone cœpit initium; sive etiam antea cognoscebatur, per uniuscujusque urbis incolarum electionem fiebat. Est autem etiam Justiniani Novella xv. quæ eorum electionem ac promotionem describat: & statuit, ut in unaquaque civitate ab Episcopis & Clericis & civibus paulo melioris existimationis, eligantur Defensores sufficientes ad quantitatem multitudinis civitatis, ut ipsi judicent usque ad quantitatem triginta numismatum, & criminales causas leviores; nec permittant potentibus ut imbecilliores & pauperes opprimant; & reprimant publicorum exactores, qui plus quàm par est exigunt. Quinetiam hæc quoque Novella, quæ eis alia privilegia largitur, adjicit, ut post biennium desistant qui hoc munus tanto tempore obierunt, & alii promoveantur. Hæc autem Novella hic sita non est, eo quòd non sit in usu: nec enim dicuntur esse in ulla civitate ejusmodi Defensores. A solo autem Constantinopolis Episcopo characterem suscipiunt Defensores, & qui Primi-defensores dicuntur. A reliquis autem Antistitibus soli Primi-defensores: atque ii quidem nullum habent privilegium ex iis quæ Novella continentur. Solus enim Primus-defensor sanctissimæ Dei magnæ Ecclesiæ, & qui ei subsunt Defensores, solas libertatum causas judicant. Ipse autem existimo, quòd ex dicta Novella Primus-defensor jus habet judicandi omnes, qui ad eum accedunt, de causis pecuniariis & criminalibus levioribus, cujuscunque sint status & conditionis actores & rei: & maximè

ΒΑΛΣ. Ἀνάγκη πᾶσα ἐπίκειται τοῖς ἐπισκόποις ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀδικουμένων. ἐπεὶ δέ τινες, ὡς ἔοικεν, ἐπίσκοποι, λέγοντες ὑπὲρ πτωχῶν καὶ καταπεπονημένων, οὐκ εἰσηκούοντο· τετυπώκασιν οἱ πατέρες ὑπομνησθῆναι D τοὺς βασιλεῖς, ὥστε δοθῆναι παρὰ τούτων μετὰ τῆς τῶν ἐπισκόπων ἐπιλογῆς ἐκδίκους χάριν τοῦ ἀναστέλλεσθαι τὰς τῶν πλουσίων τυραννίδας, καὶ οὕτω παυθῆναι τὴν ἐπηνενεγμένην ἄπαυστον ὄχλησιν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκ τῶν προσερχομένων αὐταῖς διὰ τὸ ἀδικεῖσθαι ὑπὸ τῶν παραδυναστευόντων. καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. σὺ δὲ γίνωσκε, ὅτι ἡ δόσις τῶν ἐκδίκων, τῶν καὶ δεφενσόρων λεγομένων, εἴτε ἀπὸ τῶν παρόντος κανόνος ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, εἴτε καὶ πρὸ τούτου ἐπεγινώσκετο, δι' ἐπιλογῆς τῶν κατοίκων ἑκάστης πόλεως ἐγίνετο. ἔστι δὲ καὶ νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ιε'. ὑποτυποῦσα τῶν τούτων ἐπιλογὴν καὶ πρόβλησιν, καὶ διοριζομένη εἰς ἅπασαν πόλιν ἐπιλέγεσθαι παρὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν κληρικῶν καὶ τῶν ἀξιολογωτέρων πολιτῶν ἐκδίκους πρὸς τὴν ποσότητα τοῦ πλήθους τῆς πόλεως ἀρκοῦντας, ὥστε δικάζειν αὐτοὺς μέχρι ποσότητος νομισμάτων τριακοσίων, καὶ ἐγκληματικὰς ὑποθέσεις ἐλαφροτέρας, καὶ μὴ παραχωρεῖν τοῖς δυνάσταις κατατρέχειν τῶν ἀσθενεστέρων καὶ πενήτων, ἀναστέλλειν δὲ καὶ τοὺς ἀπαιτητὰς τῶν δημοσίων παρεισπράττοντας. καὶ ἄλλα δὲ προνόμια ἡ αὐτὴ νεαρὰ ἐπιφιλοτιμουμένη τούτοις, προστίθησι, μετὰ διετίαν παραστέλλεσθαι τοὺς ἐπὶ τοσούτῳ καιρῷ τὸ λειτούργημα τοῦτο ἀνύσαντας, καὶ ἄλλους προβάλλεσθαι. ἡ τοιαύτη δὲ νεαρὰ οὐ κατεστρώθη ἐνταῦθα, διότι οὐδὲ ἐνεργεῖ· οὐ F γὰρ ἐπιλέγονται ἔν τινι πόλει ἔκδικοι τοιοῦτοι. παρὰ μόνου δὲ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως σφραγίζονται ἔκδικοι καὶ πρωτέκδικοι. καὶ παρὰ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων πρωτέκδικοι· καὶ οὗτοι μὲν οὐδὲν προνόμιον ἔχουσιν ἐκ τῶν περιεχομένων τῇ νεαρᾷ. μόνος γὰρ πρωτέκδικος τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν ἔκδικοι δικάζουσι μόνας τὰς περὶ ἐλευθεριῶν ὑποθέσεις. οἴομαι δὲ, ὅτι ἀπὸ τῆς ῥηθείσης νεαρᾶς ὁ πρωτέκδικος δικαιοῦται δικάζειν πάντας τοὺς προσερχομένους αὐτῷ περὶ χρηματικῶν ὑποθέσεων καὶ ἐγκληματικῶν ἐλαφροτέρων, κἂν οἵας ἂν ὦσι τύχης καὶ καταστάσεως οἱ ἐνάγοντες καὶ οἱ ἐναγόμενοι· καὶ μᾶλλον ὅταν οὐχ ὑπερβαίνῃ

Ψηφιοποιήθηκε από την

ὅ ποσὸν τ ὑποθέσεως τὰ πεντήκοντα νομίσματα. οἱ δὲ τῶν ἐφέσιν αὐτῷ ἀναστέλλειν τῆς τ βιαζομένων ἀδικίας, καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ δίκαια· ἐλπὶς δὲ καὶ εἰς ὅ κατ' αὐτὸν δικαστήριον πέμπειν τοὺς λεγομένους ἀδικεῖν τοὺς προσφύγας τ ἐκκλησίας, καὶ οὐκ ἀναγκασθήσεσθαι αὐτοὺς εἰς πολιτικὸν δικαστήριον πέμπειν, ὡς νῦν σήμερον. ἀλλὰ καὶ ὅ πρωτεκδικικὸν βιβλίον, πολλὰ προνόμια δίδωσιν αὐτῷ· πλὴν οὐκ οἶδ' ὅπως τὰ πλείω ἀθετοῦνται.

A quando cauſæ quantitas non excedit xxx. numiſmata. Et licet ei jure Eccleſiaſtico reprimere potentiorum injurias: quin & in ſuum forum trahete omnes, qui dicuntur injuria afficere eos qui ad Eccleſiam confugiunt; nec cogentur eos ad civile forum mittere, ut fit hodie. Sed & liber, qui πρωτεκδικικὸς (ſeu de Primo-defenſore) dicitur, dat ei multa privilegia: verum neſcio quomodo pleraque negliguntur.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἐπίσκοποι οὐ μόνον διδάσκειν ὀφείλουσι τοὺς ὑπ' αὐτοὺς λαοὺς, ἀλλὰ καὶ προΐστασθαι τύπτων ἀδικουμένων, καὶ κατ' ὅ δυνατὸν ἐκδικεῖν. ἐπεὶ δέ τινες διὰ δυναστείαν τ ἐπισκόπων οὐκ ἐφορῶντιζον, αἰτοῦσιν οἱ τ συνόδου ταύτης τὸν βασιλέα, ἐκδίκους τινὰς ἐκδίκους, ὥστε μετὰ τῶν ἐπισκόπων ἀναστέλλειν τοὺς τ πλουσίων τυραννίδας, ἵνα μὴ ταῖς ἐπαχθείαις τ πενήτων, τουτέστι ταῖς ἐπενηνεγμέναις αὐτοῖς βαρείαις ἀδικίαις, διὰπαντὸς ἀπενόχλητος ἡ ἐκκλησία, ἤγουν ἀχλήστως ἔχῃ τ ἀδικουμένων προσιόντων καὶ ζητούντων ἐκδικεῖσθαι.

B

Zonar. Epiſcopi non tantum populos ipſorum curæ commiſſos docere, ſed eorum quoque patrocinium, ſi injuſtè lædantur, ſuſcipere, ac illos pro viribus tueri debent. Quoniam vero aliqui, pollentes opibus, Epiſcoporum quoque auctoritatem contemnebant, poſtulant ab Imperatore hujus Synodi Patres, ut Defenſores aliqui conſtituantur, qui ſimul cum Epiſcopis potentiorum tyrannidem reprimant, ne pauperum oppreſſionibus, hoc eſt, gravibus injuriis, quæ ipſis inferuntur, aſſiduè Eccleſia perturbetur; hoc eſt, ob pauperes ad ipſam confugientes, atque ab ea ſibi opem imploran-tes, aſſiduis perturbationibus implicetur.

ΑΡΙΣΤ. Ἵνα μὴ ὁ ἐπίσκοπος τ ἀπρενοχλήτως, ἔστωσαν ἔνδικοι.

Arist. *Ut Epiſcopus moleſtiâ non afficiatur, Defenſores conſtituantur.*

C

Τῶν πενήτων ὑπὸ τ δυνατωτέρων κακώσει ὑφισαμένων, καὶ ὑπ' αὐτῶν διὰ ταύτας τ ἐπισκόπων ὀχλουμένων, ἔδοξε τῇ συνόδῳ ὑπὸ βασιλέως αἰτῆσαι, μετὰ τ τῶν ἐπισκόπων προνοίας, ἐπιλεγῆναι ἐκδίκους, ἵνα καὶ τ τῶν πλουσίων τυραννίδι ἀντιστῶνται, καὶ οἱ ἐπίσκοποι ὅσον ἐπὶ τούτοις ἀνενόχλητοι μένωσιν.

Pauperibus à potentioribus vexatione affectis, & Epiſcopis ab iis propter eas vexationes perturbatis, viſum eſt Synodo ab Imperatore petere, ut cum Epiſcoporum providentiâ eligantur Defenſores, ut divitum tyrannidi reſiſtant, & Epiſcopi, quantum ad eos, ſine moleſtiâ permaneant.

ΚΑΝΩΝ οθ'.

Canon LXXIX.

In hac Synodo præcedentia decreta confirmantur, sub gloriosissimis Imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis consulibus, A. D. vi. Cal. Septembris, in civitate Milevitana, in secreto Ecclesiæ. Aurelius Episcopus Carthaginensis Ecclesiæ, præsidens in universa Synodo, adsistentibus Diaconis, dixit; Quoniam sanctissimæ Ecclesiæ corpus unum est, & omnium membrorum unum est caput, accidit, Deo volente & nostram infirmitatem corroborante, ut nos ad hanc Ecclesiam accederemus, dilectionis & fraternitatis gratia persuasi: Et ideo vestram dilectionem adhortor (quoniam ita credendum est, nostrum ad vos adventum neque supervacaneum esse, neque omnibus lætum) ut nostrûm omnium consensus veterum decretorum placitis, quæ sive in Hipponensi Synodo confirmata, sive postea in Carthaginensi Synodo meliore definita, similiter autem & nunc nobis ordine lecta sunt, concordare manifestetur. Tunc enim vestræ fraternitatis consensus luce clarior apparebit, si ea, quæ à nobis in superioribus Synodis legitimè definita sunt, non solùm vestris in præsentibus actis consensibus, sed etiam subscriptionibus declarata fuerint. Xantippus primæ sedis Numidiæ Episcopus dixit; Credo, quod universæ fraternitati placuit: nos etiam nostro signo subscribentes placere confirmamus.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Et quæ decreta fuerant, propria manu confirmarunt. Nicetius Episcopus primæ cathedræ Mauritaniæ Sitifensis dixit; Statuta recitata, quoniam non carent ratione, & ab omnibus confirmata sunt, meæ quoque præterea parvitati placent, quæ propria subscriptione confirmabo.

A

καὶ τὰ ὁρισθέντα ἰδιοχείρως ἐβεβαίωσαν. Νικήτιος ἐπίσκοπος τῆς πρώτης καθέδρας Μαυριτανίας Σιτιφένσης εἶπεν· τὰ ἀναγνωσθέντα ψηφίσματα, ἐπεὶ λογισμοῦ οὐκ ἐστέρηνται, καὶ ἀπὸ πάντων ἐκυρώθησαν, ἔτι μὴν καὶ τῇ ἐμῇ βραχύτητι ταῦτα ἀρέσκουσι, ἅπερ τῇ οἰκείᾳ ὑπογραφῇ βεβαιώσω.

Bals. Cùm Aurelius Episcopus Carthaginensis æquum censuisset, ut omnes Episcopi iis, quæ decreta erant, consentirent, vel se consentire ostenderent; dixerunt omnes se ea recipere, quæ in diversis Synodis constituta sunt: & propterea propriis subscriptionibus ea confirmaverunt.

B

ΒΑΛΣ. Τοῦ Αὐρηλίου τοῦ ἐπισκόπου Καρχηδόνος ἀξιώσαντος συναινέσαι πάντας τοὺς ἐπισκόπους τοῖς ὁρισθεῖσι, καὶ δεῖξαι ὡς ὁμονοοῦσιν, εἶπον ἅπαντες ἀποδέχεσθαι τὰ θεσπίσματα ἐν διαφόροις συνόδοις· καὶ διὰ τοῦτο βεβαίωσαν αὐτὰ διὰ οἰκείων ὑπογραφῶν.

Zonar. Hoc loco Synodi Præses Aurelius ab Episcopis postulat, ut iis, quæ ante in Synodis, sive in Hipponensi urbe, sive Carthagine habitis, constituta fuerant, assensum ipsi præberent, & ostenderent, quòd unanimes illis consentiunt, & decreta subscriptionibus confirmant; quæ & suscribendo confirmârunt.

ΖΩΝΑΡ. Ἐνταῦθα ὁ προέχων τῆς συνόδου Αὐρήλιος ἀξιοῖ τοὺς ἐπισκόπους συναινέσαι τοῖς πάλαι δόξασιν ἐν συνόδοις, εἴτε ἐν Ἱππῶνι τῇ πόλει, εἴτε ἐν Καρχηδόνι γενομένοις, καὶ δεῖξαι ὡς ὁμονοοῦσιν ἐκείνοις συναινοῦντες, καὶ ὑπογραφαῖς βεβαιοῦντες τὰ ψηφισθέντα, ἃ καὶ ὑπογραψάντες ἐβεβαίωσαν.

Canon LXXXIX.

ΚΑΝΩΝ πθ'.

De ordine Episcoporum. Ut qui posteriùs ordinati sunt prioribus se non audeant præponere. Valentinus Episcopus dixit; Si vestræ patientiæ bonum permittat, ordine narrabo quæ priori tempore in Carthaginensium Ecclesia facta, & etiam dum fratrum subscriptionibus apertè confirmata sunt, & nos servaturos profitebor. Illud itaque scimus, inviolatam Ecclesiasticam semper servari disciplinam, ita ut nullus ex fratribus audeat unquam se iis præponere, qui ante ipsum fuerunt: sed & quæ charitatis ordinibus semper prioribus præbita sunt, ea consequentes libenter susceperunt. Hunc ergo ordinem jubebit vestra sanctitas meliùs nostris interlocutionibus roborari. Aurelius Episcopus dixit; Non oportebat nos hæc quidem repetere, nisi fortè minus intelligibiles quorundam cogitationes exortæ essent, quæ nostros sensus ad hæc decreta excitarent. Sed quia hæc communis causa est, quam nunc ostendit frater & coadjutor noster, ut unusquisque nostrum cognoscat ordinem sibi à Deo decretum, & ut posteriores prioribus deferant, & non audeant præter eorum sententiam aliquid unquam agere, propterea dico, quemadmodum mihi venit in mentem, qui contemnunt illos qui ante se sunt, & aliqua temere audent, eos convenienter ab omni Synodo coercendos esse. Xantippus Episcopus primæ cathedræ Numidiæ dixit; Audivit omnium fratrum præsentia prosecutionem fratris & Consacerdotis nostri Aurelii: quid ad hæc respondetur? Diatimius Episcopus dixit; Quæ ab antiquorum suffragio definita sunt, ea vestro consensui tradentur: ut quæ continentur in actis priorum Synodorum in Carthaginensi Ecclesia, vestro consensu plenè firmata apud omnes serventur. Omnes Episcopi dixerunt; Ipse ordo à Patribus & ab antiquis servatus est: & à nobis Dei permissione servabitur, servato utique jure Primatum Numidiæ & Mauritaniæ ex indice & matricula Numidiæ. Deinde placuit omnibus Episcopis, qui in hac Synodo subscripserunt, ut matricula & archetypum Numidiæ sit etiam in prima cathedra, & in Metropoli Constantinâ.

C

D

E

F

Περὶ τάξεως ἐπισκόπων. ὥστε τοὺς μεταγενεστέρως χειροτονηθέντας μὴ τολμᾷν ἑαυτοὺς προτιμᾷν τῶν προτέρων. Βαλεντῖνος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὃ ἀγαθὸν τῆς ὑμετέρας ἀνεξικακίας ἐὰν ἐπιτρέπῃ, ἀκολούθως ἐξηγήσομαι τὰ ἐν ᾧ προλαβόντι χρόνῳ εἰς τὴν Καρχηδονίων ἐκκλησίαν πραχθέντα, καὶ ταῖς τῶν ἀδελφῶν ὑπογραφαῖς φανερῶς κυρωθέντα, καὶ ἡμᾶς ἔτι νῦν φυλάξοντας ὁμολογήσω. ἐκεῖνο τοίνυν ἐπιστάμεθα, ἀμιάντον ἀεὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν φυλάττεσθαι κατάστασιν οὕτως, ὡς μηδένα τῶν ἀδελφῶν τολμᾷν ἑαυτὸν προτιμᾷν ποτε τῶν πρὸ αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ ἃ ταῖς τῆς ἀγάπης τάξεσιν ἀεὶ παρεσχέθη τοῖς προτέροις· ἅπερ οἱ ἐπακολουθοῦντες χαριέντως κατεδέξαντο. ταύτην οὖν τὴν τάξιν κελεύσει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη κρειττόνως ταῖς ἡμετέραις διαλαλιαῖς βεβαιῶσαι. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ ἐχρῆν μὲν ταῦτα ἡμᾶς ἐπαναλαμβάνειν, εἰ μὴ τυχὸν ἀκατανόητοι διάνοιαί τινων ἀνεφύησαν, αἱ πρὸς τοὺς ὅρους τούτους τὰς ἡμετέρας αἰσθήσεις ὀξυνοῦσαι. ἀλλ' ἐπεὶ αὕτη κοινή ἐστιν αἰτία, ἣν νῦν ἐνεφάνισεν ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν, ὥστε ἕκαστον ἡμῶν ἐπιγινώσκειν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ψηφισθεῖσαν αὐτῷ τάξιν, καὶ ἵνα οἱ μεταγενέστεροι τοῖς προτέροις ἀναφέρωσιν, καὶ μὴ τολμήσωσιν παρὰ γνώμην τούτων τί ποτε πράττειν· διὰ τοῦτο λέγω, καθὼς καὶ ἐμὸν ὑποτρέχει λογισμὸν, τοὺς καταφρονοῦντας τῶν πρὸ αὐτῶν, καί τινα ἀποτολμῶντας, κωλυτέους ἁρμοδίως εἶναι ἀπὸ πάσης τῆς συνόδου. Ξάγκτιππος ἐπίσκοπος τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμηδίας εἶπεν· ἤκουσεν ἡ πάντων τῶν ἀδελφῶν παρουσία τὴν ἐξακολούθησιν τῶν ἀδελφοῦ καὶ συνιερέως ἡμῶν Αὐρηλίου, τί πρὸς ταῦτα ἀποκρίνεται; Διατίμιος ἐπίσκοπος εἶπεν, τὰ παρὰ τῆς ψήφου τῶν ἀρχαίων ὁρισθέντα τῇ ὑμετέρᾳ συναινέσει ἐκδοθήσεται· ἵνα τὰ περιεχόμενα τοῖς πεπραγμένοις τῶν προτέρων συνόδων ἐν τῇ ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίᾳ κατὰ τὴν ὑμετέραν συναίνεσιν πεπληρωμένως βέβαια παρὰ πᾶσι φυλαχθῶσιν. σύμπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἡ τάξις αὕτη ἀπὸ τῶν πατέρων καὶ ἀπὸ τῶν ἀρχαίων ἐφυλάχθη, καὶ ἀφ' ἡμῶν κατὰ συγχώρησιν θεοῦ φυλαχθήσεται, σωζομένου ἔτι μὴν τῶν δικαίου τῶν προτευόντων τῆς Νουμηδίας καὶ Μαυριτανίας, ἐκ τοῦ χαρτοθεσίου καὶ ματρικίου τῆς Νουμηδίας. ἔπειτα ἤρεσεν πᾶσιν τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ ὑπογράψασιν, ἵνα τὸ ματρίκιον καὶ ἀρχέτυπον τῆς Νουμηδίας, καὶ εἰς τὴν πρώτην καθέδραν ᾖ, καὶ εἰς τὴν μητρόπολιν Κωνσταντίναν.

Bals. Ut videtur, nondum erant ordinati, nec tunc temporis constituti throni Ecclesiarum: & propterea statuerunt Patres eos præponi, qui priùs ordinati fuerant.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν, οὐκ ἐτάχθησαν ἔτι, οὐδὲ ὡρίσθησαν κατὰ καὶ τότε καιρὸν οἱ θρόνοι τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ διὰ τοῦτο ὥρισαν οἱ πατέρες προτιμᾶσθαι τοὺς προγενεστέρως χειροτονηθέντας.

σήμερον

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

σήμερον δὲ τοῦτο ἐκ ἐνεργεῖ· ἀλλὰ κ τῷ νῦν γνωσθέντι ὑποτύπωσιν παρὰ τοῦ βασιλέως Κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ, τὴν κ ἐν τῷ Χαρτοφυλακίῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἀποκειμένῳ, οἱ θρόνοι τιμῶνται τῶν ἐκκλησιῶν. ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου ἡμῶν ἀναφαινόμενον δίκαιον τῆς προεδρείας ἐνεργεῖ εἰς τὰ τῆς κληρικῆς τάγματα. τιμᾶται γὰρ ἕκαστος κ τῷ προεδρείαν τοῦ χρόνου τῆς οἰκείας χειροτονίας. ὅπερ ἡ τῷ βαθμῷ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχοντικίων πῶς τοῦτο ὐ φυλάττεται, ἀλλὰ κ τὸ προαίρεσιν τῶν ὀφειλόντων ἀρχιερέων ἡ τάσις φιλοτιμεῖται, κ ὁ μᾶλλον ἐστὶν προτιμᾶται τοῦ προγενεστέρου, θαυμάζω.

A Hoc autem hodie locum non habet: ſed ſecundùm declarationem factam ab Imperatore domino Leone ſapiente, quæ in ſanctiſſimæ magnæ Dei Eccleſiæ Chartophylacio repoſita eſt, Eccleſiarum throni honorantur. Jus autem prioritatis, in præſenti Canone declaratum, in Clericorum ordinibus locum habet. Honoratur enim unuſquiſque, prout ordinatio ipſius eſt prior tempore. In gradu autem omnium Eccleſiaſticorum officiorum quomodo hoc non ſervatur: ſed ex voluntate Antiſtitum, qui eos ordinant, ſtatus eorum honoratur, & poſterior præferatur antiquiori, miror.

B

ΖΩΝΑΡ. Οὔπω τότε πάσαις τ ἐκκλησίαις βαθμὸς κ τάξις ἐπέκειτο, μόναις δὲ τ προκαθημέναις, ὡς ἔστιν εὑρεῖν ἐκ τοῦ πίναξ τ θρόνου ἡμῶν· οἱ δὲ τ ἄλλων ἐκκλησιῶν ἐπίσκοποι πρὸς τὴν ἡλικίαν τῶν χειροτονιῶν αὐτῶν προετιμῶντο. τοῦτο οὖν οἱ τῆς συνόδου φυλάττεσθαι προστάττοντα, ὥστε τὸν πρεσβυτέρους ἐπισκόπους τῶν μεταγενεστέρων προτετιμῆσθαι· τὰς δὲ πρωτευούσας ἐκκλησίας τῆς Νουμιδίας κ Μαυρετανίας φυλάττεσθαι δίκαιον ἐκ τοῦ χαρτοθεσίου κ τοῦ ματρικίου τῆς Νουμιδίας. ἦν γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐν τῇ Νουμιδίᾳ ἀπογραφή τις, (αὕτη γὰρ ἔξεστι τὸ ματρίκιον) περιέχουσα τινὰ περὶ τάξεως κ βαθμοῦ τῶν εἰρημένων ἐκκλησιῶν. ἀκούειν δὲ ἔδοξε τὸ ματρίκιον τὸ ἀρχαίοτυπον εἰς τὸν πρῶτον καθέδραν, κ εἰς μητρόπολιν Κωνσταντίναν.

C

ZONAR. Nondum omnibus Eccleſiis tunc temporis dignitatis locus & ordo præfinitus erat, ſed præcipuis ſolis; ut ex fine hujus Canonis facilè apparet: in aliarum verò Eccleſiarum Epiſcopis, ut quiſque prius ad Epiſcopatus honorem electus fuerat, ita dignitate cæteris anteponebatur. Idem ergo Synodi Patres ſervari jubent, ut antiquiores ſcilicet Epiſcopi honore iis, qui poſt creati ſunt, præferantur: Eccleſiis vero Primatibus Numidiæ Mauritaniæque ſua jura in indice & matricula Numidiæ deſcripta ſervari volunt. Extabant enim, ut eſt veriſimile, in Numidia commentarii (eos enim matriculæ nomine intelligimus) quibus aliqua de ordine inter eas Eccleſias retinendo continebantur. Servari porro matriculæ archetypum in prima Cathedra, & in Conſtantini Metropoli decreverunt.

ΑΡΙΣΤ. Οὐ προτιμήσεις τῷ πρό σε σαυτόν· ἀλλ' ἐπακολουθήσεις. ὁ δὲ παραφρονῶν τοὺς πρώτους, διὰ τοῦτο φρονήσει.

ARIST. *Teipſum ei, qui te præceſſit, non antepones: ſed ſequeris. Qui autem priores contemnit, ipſe magis eſt contemnendus.*

Ἐν τῇ Ἀφρικῇ τῇ τότε, οὐδὲ ἀλλαχοῦ, εἶχον αἱ ἐπισκοπαὶ διαφορά τινα εἰς τὸν τοῦ θρόνου τιμὸν, ἀλλὰ πᾶσαι ἴσης ἐσέμνυον. ὁ δὲ πρῶτος χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος, τοῦ μετ' αὐτὸν χειροτονηθέντος, ἦν τῇ καθέδρᾳ κ ὃν τ λοιπαῖς ζητήσεσι ταῖς κανονικαῖς προετιμᾶτο· κ ὅτων οἱ ἑφεξῆς κ τοὺς θρόνους τῶν χειροτονιῶν αὐτῶν ἐπηκολούθουν. Θ γοῦν μὴ κ τ τύπων τοῦτον ποιούμενα ἐπίσκοπον ἐν τῇ τῶν Ἀφρων χώρᾳ, ἀλλ' ἀπαυθαδιζόμενον, κ τοὺς πρώτους παρεφρονοῦντα, ὥρεσεν ἡ σύνοδος διαφέρειν ἅπ κ ἀπὸ πάσης συνόδου.

D In Africâ tunc temporis, nec alibi, habuerunt Epiſcopatus ullam in throni honore differentiam, ſed omnes æquales erant honoris. Qui autem primus ordinatus fuit Epiſcopus, ei qui poſt ipſum ordinatus eſt, & in Cathedrâ & in aliis quæſtionibus canonicis prælatus fuit: Et ſic reliqui deinceps juxta ordinationum ſuarum tempora ordine ſequebantur. Epiſcopum itaque, qui non fecerit ſecundum hanc formam in Afrorum regione, ſed arroganter ſe geſſerit, & illos qui ante ſe ſunt contemptui habuerit, decrevit Synodus inprimis contemptui eſſe etiam toti Synodo.

ΚΑΝΩΝ ϟ'.

CANON XC.

Περὶ Κυοδβυλτδέου ἐπὶ μιᾶ τῶν Κεντυριάτων, ὅπερ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ αἰτήσαντος Θ τὴν ἡμέραν εἰσενεχθῆναι συνόδῳ, ἐρωτηθεὶς, εἰ ἄρα βούλεται μετ' αὐτοῦ παρὰ τοῖς ἐπισκόποις ἀποπειραθῆναι, προθύμως ὑπέσχετο, τῇ δ' ἄλλῃ ἡμέρᾳ τοῦτο μὴ ἀρέσκειν αὐτῷ ἀπεκρίνατο, κ ἀνεχώρησεν· ἤρεσεν πᾶσι τοῖς ἐπισκόποις, ἵνα μηδεὶς τῷ αὐτῷ Κυοδβυλτδέῳ κοινωνήσῃ, ἕως ἂν ὁ κατ' αὐτὸν πρᾶγμα περατωθῇ· τ γὰρ ἐπισκοπὴν ἀπ' αὐτοῦ ἀφαιρεθῆναι, πρὸ τῆς ἐκβάσεως ὃ κατ' αὐτὸν προάγματος, οὐδενὶ Χριστιανῷ δίκαιον δοκεῖν.

De Quod-vult-deo etiam Centuriato, quoniam, cùm adverſarius ejus petiviſſet, ut ad noſtram Synodum introduceretur, interrogatus, an velit cum ipſo apud Epiſcopos experiri, primum quidem eſt pollicitus; alio autem die hoc ei non placere reſpondit, & receſſit; placuit omnibus Epiſcopis, ut nemo ipſi Quod-vult-deo communicet, donec ejus negotium finem acceperit. Ei enim auferri Epiſcopatum, ante ſui negotii exitum, nulli poteſt Chriſtiano jure videri.

E

ΒΑΛΣ. κ ΖΩΝ. Κατηγορήσέ τις τοῦ ῥηθέντος ἐπισκόπου, κ ἐρωτηθεὶς ὁ κατηγορηθεὶς, εἰ βούλεται παρὰ τῇ συνόδῳ μετὰ τοῦ κατηγόρου δικάσασθαι, ὁ δὲ ὑπεχώρησε μετὰ μικρὸν παρητήσατο, κ ἀνεχώρησε· κ ἡ σύνοδος ἐψηφίσατο μηδένα αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἕως οὗ δικασθῇ· πρὸ δὲ ἐπισκοπὴν ἀπὸ τοῦ κατηγορηθέντος μὴ ἀφαιρεθῆναι. δείκνυται οὖν κἀκ τούτου, ὅτι κἂν ὑπὸ κατηγορίαν ᾖ τις ἢ κ ὑπὸ ἀφορισμόν, ἕως ἂν λυθῇ ὃ κατ' αὐτοῦ δικαστήριον, ἐπίσκοπός ἐστι, κ τῆς ἐπισκοπῆς οὐκ ἐξώθηται.

F

BALS. & ZONAR. Accuſavit quiſpiam dictum Epiſcopum, Et accuſatus interrogatus eſt, an velit cum adverſario apud Synodum litigare. Is autem pollicitus, paulo pòſt recuſavit, & receſſit: & Synodus decrevit neminem ei communicare, donec fuerit judicatus; Epiſcopatum autem ei accuſato non auferri. Hinc itaque conſtat, quòd & ſi quis ſub accuſatione ſit, vel etiam ſub ſegregatione, donec fuerit ſolutum adverſus eum judicium, Epiſcopus eſt, nec ex Epiſcopatu detruditur.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ARIST. *Quandoquidem Quod-vult-Deus, cum adversarius ejus, ut ad nostram Synodum introduceretur, petiisset, primò quidem venire pollicitus est, postea vero illud sibi displicere dicens, recessit, excommunicetur, usque dum causa determinetur. Ut enim ante sententiam latam deponatur, non est justum.*

Non oportet sacratos facile deponi & ob quamlibet causam. Licet enim Quod-vult-Deus hic Episcopus, à Synodo illâ judicari promisit, adversario ejus illud postulante, deinde recessit, utpote cui à Synodo eâ judicari displicuit; excommunicatus quidem erit, usquedum judicetur, & negotia ejus terminentur: Episcopatus tamen ei non auferetur; sed eam possidebit; quia non est justum, ut ante condemnationem quispiam deponeretur.

A ΑΡΙΣΤ. Επειδὴ Κουοδϐουλτδαΐϑ., τῦ ἐνδυτίν αὐτῷ αἰτήσαντος ϖρὸς τῇ ἡμετέρᾳ συνόδῳ εἰσενεχθῆναι, ϖρῶτα μὲν εἰσελθεῖν κατέθετο, ὕστερον δὲ ἀπαρέσκεσθαι εἰπών, ἀνεχώρησεν· ἕως ἀκοινώνητος, ἕως ὃ ϖρᾶγμα ϖερατωθῇ. καθαιρεῖσθαι γὰρ ϖρὸ δίκης, οὐ δίκαιον.

B Οὐκ ἀκόλως δεῖ τὺς ἱερατικὺς καθαιρεῖσθαι, ἐπ' ἀπὸ τυχούσης ϖροφάσεως· κᾶν γὰρ ὁ Κουοδϐουλτδαΐϑ. ἔτοιος ὑπέσχητο. παρὰ τῇ συνόδῳ ταύτῃ κριθῆναι καταθέτο, τῦ αἰτιάσεως αὐτῷ ταύτου αἰτήσαντος., εἶτα ἀνεχώρησεν, ὡς ἀπαρεσθεὶς ϖρ' αὐτῇ τῇ συνόδῳ κριθῆναι, ἀκοινώνητος μὲν ἔσται, ἕως ἂν κριθῇ, τὰ δὲ κατ' αὐτὸν ϖέρας δέξηται, τὸ δὲ ἐπισκοπὸν αὐτῦ οὐκ ἀφαιρεθήσεται, ἀλλὰ καθέξει ταύτῳ, ὅτι μηδὲ δίκαιον ϖρὸ καταδίκης καθαιρεθῆναί τινα.

CANON XCI.

De Maximiano autem Episcopo Bagajensi, placuit literas dari ex Synodo, & ad ipsum, & ad populum, ut & ille cedat Episcopatu, & illi alium sibi quærant.

BALS. Hic Canon est personalis, & interpretatione non eget. C

ZONAR. Hic Canon est personalis.

ARIST. *Maximianus Bagensius Ecclesiâ expellatur, & alius illius loco substituatur.* Perspicuus.

ΚΑΝΩΝ ϛα'.

Περὶ Μαξιμιάνου δὲ τῦ Βαγηνσίου, ἤρεσεν ἐκ τῆς συνόδου γράμματα δοθῆναι καὶ ϖρὸς αὐτὸν καὶ ϖρὸς τὸν λαόν, ἵνα καὶκεῖνος. ὁκ τῦ ἐπισκοπῆς ἀναχωρήσῃ, καὶκεῖνοι ἑαυτοῖς ἄλλον ἐπιζητήσωσιν.

ΒΑΛΣ. Οὗτος ὁ κανὼν ϖροσωπικός ἐστι, καὶ ἑρμηνείας οὐ δεῖται.

ΖΩΝΑΡ. Οὗτος ὁ κανὼν ϖροσωπικός ἐστιν.

ΑΡΙΣΤ. Μαξιμιάνος ὁ Βαγήνσιος ἐξωθήτω τῆ ἐκκλησίας, καὶ ἄλλος ἀντικαθιστάσθω. Σαφής.

CANON XCII.

Ut Episcopi qui ordinantur, ab iis qui ipsos ordinant, epistolas accipiant, in quibus dies & Consul proferatur. Deinde placuit, ut qui posthac ordinantur per Africæ Provincias, ab iis qui illos ordinant literas accipiant, ipsorum manu subscriptas, Consulem & diem continentes: ut nulla de posterioribus vel prioribus controversia exoriatur.

BALS. Hic quoque Canon est inutilis, eo quòd prior creatio non adjuvet Episcopos: in aliis autem gradibus Ecclesiasticis est utilis. Fiunt enim, ut hoc Canone comprehenditur, iis qui ordinantur, pittacia cum mensium ac dierum supputatione ad prioris creationis declarationem. E

ZONAR. Ut Episcopis pro temporis ratione quo creati sunt, suus cuique locus assignetur, hoc est, ut antiquiores dignitate cæteris præferantur, paulo ante constitutũ est. Ergo ne qua controversia de tempore, quo quisque renuntiatus fuit, existeret, Syn. placuit, ut Episcopi singuli ab iis, à quibus creati sunt, Episcopis literas subsignatas acciperent, quibus & Consulis nomen & dies adscriberetur. Quippe ex Consulibus tempora indicabantur, cum publicis monumentis consignata atque testata singulorum Consulum nomina extarent.

ΚΑΝΩΝ ϛβ'.

Ωστε τὺς τῶν χειροτονημένων ἐπισκόπους δύο τῶν χειροτονούντων αὐτὺς ἐπιστολὰς λαμϐάνειν, ἐν αἷς ἥτε ἡμέρα καὶ ὁ ὕπατος. ϖροσφέρεται. ἔπειτα ἤρεσεν, ἵνα οἵτινες δήποτε μετὰ ταῦτα χειροτονῶνται ἀνὰ τὰς τῆς Αφρικῆς ἐπαρχίας, γράμματα λαμϐάνωσι ϖαρὰ τῶν χειροτονούντων αὐτὺς, τῇ χειρὶ αὐτῶν ὑπογεγραμμένα, ϖερέχοντα καὶ ὕπατον καὶ τὸν ἡμέραν, ὥστε μηδεμίαν ἀμφισϐήτησιν ϖερὶ ὑστέρων ἢ ϖροτέρων, ἀναφυῆναι.

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν ἀλυσιτελής ἐστι, φησὶ δὲ τὴν ϖροηγησίαν μὴ ὠφελεῖν τὺς ἐπισκόπους· εἰς δὲ τὺς ἄλλους ἐκκλησιαστικὺς ϐαθμὺς χρησιμεύει. γίνονται γὰρ κατὰ τύτου ϖρόληψιν τοῖς χειροτονημένοις πιττάκια μετὰ μηνολογήματος εἰς δήλωσιν τῆς ϖροηγησίας.

ZONAR. Ut Episcopis pro temporis ratione quo creati sunt, suus cuique locus assignetur, hoc est, ut antiquiores dignitate cæteris præferantur, paulo ante constitutũ est. Ergo ne qua controversia de tempore, quo quisque renuntiatus fuit, existeret, Syn. placuit, ut Episcopi singuli ab iis, à quibus creati sunt, Episcopis literas subsignatas acciperent, quibus & Consulis nomen & dies adscriberetur. Quippe ex Consulibus tempora indicabantur, cum publicis monumentis consignata atque testata singulorum Consulum nomina extarent.

ZΩΝΑΡ. Εἶπεν ἀνωτέρω τὺς ἐπισκόπους καὶ τὺς χρόνους, καθ' οὓς ἐχειροτονήθησαν, πιττάκια, ἤτοι ϖροσημάδας τὺς ϖροηγουμένους. ἵνα οὖν μή τινες ἀμφιϐολίαν φύωνται ϖερὶ τῦ καιροῦ τῆς ἑκάστου χειροτονίας, ὥρισεν ἡ συνόδος ἕκαστον τῶν χειροτονουμένων ϖαρὰ τῶν χειροτονούντων γράμματα λαμϐάνειν ὑπογεγραμμένα, ϖερέχοντα καὶ ὕπατον καὶ τὸν ἡμέραν. καὶ ὁπ τῦ ὑπάτου γὰρ ὁ καιρὸς ἐδείκνυτο, ὃν δημοσίαις ἀπογραφαῖς ἑκάστου τῶν ὑπάτων δηλουμένων πότε ὑπάτευσεν.

F ΑΡΙΣΤ. Ο εἰς τὸν Αφρικὸν χειροτονημένος, ἐπιφερέτω τῦ ἐπιτηδειοτάτου χάρτα γραφὸν ἰδιόχειρον, τὸν ἡμέραν ἔχουσαν, καὶ τὸν ὕπατον.

Διὰ δὲ μή τινα ὑπάρχῃ ἀμφιϐολίαν ϖερὶ τῶν ϖρώτων ἢ ὕστερον χειροτονηθέντων ἐπισκόπων ἐν Αφρικῇ, δεῖ τὺς χειροτονοῦντας αὐτὺς γράμματα διδόναι αὐτοῖς οἰκειόχειρα, δηλοῦντα τὸν ἡμέραν καθ' ἣν ἐχειροτονήθησαν, καὶ τὸν ὕπατον τῆς τότε ἄρχοντα.

ΚΑΝΩΝ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

ΚΑΝΩΝ ϟγ'.

Περὶ τοῦ, τοὺς κἂν ἅπαξ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγνῶντας, μὴ δύνασθαι ὑπὸ ἄλλων προχειρίζεσθαι. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε ἐν ἐκκλησίᾳ κἂν ἅπαξ ἀναγνῷ, ἀπ' ἄλλης ἐκκλησίας πρὸς κλήρωσιν μὴ κατέχηται. καὶ ὑπέγραψαν· Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας τῷ παρόντι ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

ΒΑΛΣ. Τινὲς μὲν λέγουσι περὶ τοῦ κανόνος τούτου, ὅτι βούλεται καὶ καταταγέντα κληρικὸν εἰς ἐκκλησίαν μὴ δέχεσθαι μηδὲ χειροτονεῖσθαι παρ' ἑτέρου ἐπισκόπου, κἂν ἅπαξ ἀνέγνω εἰς ἣν κατετάγη ἐκκλησίαν. προεβάλλοντο γάρ τινες, ὡς δικαιολόγημα, τὸ μὴ λογίζεσθαι κληρικὸν ἐκκλησίας καὶ ἅπαξ ἐν αὐτῇ ἀναγνόντα. ἕτεροι δὲ λέγουσιν, ὅτι τὸ τοιοῦτον δικαιολόγημα σαθρόν ἐστιν. ἀπὸ μόνου γὰρ τοῦ καταταγῆναι καὶ σφραγισθῆναι κληρικός τις γίνεται, κἂν ἐπ' ἐκκλησίας οὐκ ἀναγνῷ. καὶ ἑρμηνεύουσι καὶ κανόνα εἰς τοὺς δεξαμένους μόνην ἐπικουρίδα παρὰ ἀρχιερέως, καὶ κατὰ τὴν συνήθειαν εἰπόντας, ὡς ἐν εἴδει ἀναγνώσματος, τὴν πρὸς Τιμόθεον ἀποστολικὴν ἐπιστολὴν, ἤγουν τὸ, τέκνον Τιμόθεε νῆφε ἐν πᾶσι· καὶ λέγουσι μηδὲ τούτους δύνασθαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ σφραγίσαντος αὐτοὺς διὰ μόνης ἐπικουρίδος ἐπισκόπου μεταπίπτειν χωρὶς γνώμης ἐκείνου, καὶ εἰς ἑτέραν ἐκκλησίαν μεταβαίνειν. κἂν γὰρ οὐκ ἔφθασαν καταταγῆναι εἰς κλῆρον, ἀλλ' ὅμως σφραγῖδα ἐπισκοπικὴν ἐδέξαντο, καὶ λογίζονται μέρη τῆς ἐκκλησίας τοῦ χειροθετήσαντος αὐτούς. καὶ δοκοῦσί μοι μᾶλλον οὗτοι ἀκριβέστερον τὸν κανόνα ἑρμηνεύειν.

ΖΩΝΑΡ. Μυρίοι κανόνες εἰσὶν, οἱ κωλύοντες τοὺς κληρικοὺς μὴ καταλιμπάνειν τὰς οἰκείας ἐκκλησίας, καὶ προσέρχεσθαι ἄλλαις. τοῦτο οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν μετὰ προσθήκης ὁρίζει. ἡ δὲ προσθήκη ἐστὶ τὸ, κἂν ἅπαξ ἀνέγνω ἐν ἐκκλησίᾳ, ὡς ἐκεῖσε καταταγεὶς, μὴ παραδέχεσθαι παρ' ἑτέρας ἐκκλησίας. ἔοικε γὰρ, ὅτι προεβάλλοντο τοῦτό τινες ὡς δικαιολόγημα, ὅτι οἱ κανόνες περὶ τῶν χρόνων τινὰ διαρκῆ ποιησάντων ἐν κλήρῳ φασίν· εἰ δέ τις ἅπαξ ἐν ἐκκλησίᾳ ἀνέγνω, ἐξέσται αὐτῷ, ὡς μηδενὸς καιροῦ γεγονότος, ἀναχωρεῖν ἐκεῖθεν. τοῦτο οὖν ἡ συνόδος, ἀνατρέπουσα ἔφη, ὅτι κἂν ἅπαξ ἀνέγνω ἐν ἐκκλησίᾳ, ἀπρόσδεκτος ἔσται ἐκκλησίᾳ ἑτέρᾳ.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ κἂν ἅπαξ εἰς ἐκκλησίαν ἀναγνοὺς, ὑπ' ἄλλης μὴ δεχέσθω εἰς κλήρωσιν.

Τὸ ἀλλότριον κληρικὸν ὑφ' ἑτέρου παραδέχεσθαι ἐπισκόπου πᾶσαι αἱ σύνοδαι διεκώλυσε· κἂν γοῦν ἅπαξ εἰς ἐκκλησίαν ὁ κληρωθεὶς ἐν αὐτῇ τὰς ἱερὰς βίβλους τῷ λαῷ ὑπανέγνω, ὑφ' ἑτέρας εἰς κλῆρον παραδεχθῆναι οὐ συγκεχώρηται.

Ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ ἐμφανίζονται τὰ πραχθέντα ὑπὸ τῶν πέραν τῆς θαλάσσης ἀποσταλέντων τοποτηρητῶν ἐπισκόπων, ἐπὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ Αὐγούστου, καὶ Ρουμορίδου τοῦ λαμπροτάτου ὑπάτου, τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Σεπτεμβρίων ἐν Καρχηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν Σεκουνδου.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος ἐν πάσῃ τῇ συνόδῳ προκαθίσας παρεστώτων τῶν διακόνων εἶπεν· Λόγου ἀπαιτήσαντος ἡ ὑμετέρα ἀδελφότης παρὰ τῆς ἐμῆς μετριότητος εἰς ταύτην τὴν σύνοδον προετράπη. ἔκπαλαι γὰρ, ὡς μέμνηται ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, συνόδου λεχθείσης ἀπεστείλαμεν ἀδελφοὺς ἡμῶν πρὸς τὰ πέραν τῆς θαλάσσης τοποτηρητὰς, οὓς ἐχρῆν ἐν τῇ συνελεύσει τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης τὴν κίνησιν τὴν διηγήσασθαι τῆς ἐξανυθείσης πρεσβείας· καὶ κἂν ἐν τῇ χθεσινῇ ἡμέρᾳ περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος καθεσθέντες ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐπιμελῶς ἃ ἔπραξαν

Canon XCIII.

Ut qui vel semel in Ecclesia legerunt, non possint ab aliis promoveri. Similiter placuit, ut quicunque in Ecclesia vel semel legerit, ab alia Ecclesia ad Clericatum non detineatur. Et subscripserunt, Aurelius Episcopus Ecclesiæ Carthaginensis præsenti decreto consensi, & lecto subscripsi. Similiter & reliqui Episcopi subscripserunt.

B Bals. Nonnulli dicunt de hoc Canone, quòd vult Clericum, qui in Ecclesia aliqua constitutus est, non admitti nec ordinari ab alio Episcopo, si vel semel tantùm in Ecclesia, in quâ constitutus est, legerit. Ad suam enim causam defendendam allegabant, quòd non existimaretur Clericus Ecclesiæ, qui in ea semel legit. Alii autem dicunt, hanc non esse satis firmam rationem. Ex eo enim quòd ordinatus fuerit & characterem susceperit, fit quispiam Clericus, etiamsi in Ecclesia non legerit. Et interpretantur Can. de iis, qui solam tonsuram ab Antistite acceperunt, & ex consuetudine, tanquam pro forma lectionis, dixerunt Apostolicam ad Timotheum Epistolam, seu, C Fili Timothee sis sobrius in omnibus: & dicunt, ex præsenti Can. non posse eos, à manu ejus qui ipsos ordinavit, propter solam Episcopi tonsuram, sine ejus voluntate transire, & ad aliam Ecclesiam transilire. Etsi enim non sunt in Clerum ordinati, sed tamen Episcopalem tonsuram susceperunt, & existimantur esse pars Ecclesiæ ejus, qui illis manus imposuit. Et ii videntur mihi Canonem accuratiùs interpretari.

D Zonar. Innumerabiles extant Can. quibus Clerici suas Ecclesias relinquere, & ad alias se conferre prohibentur. Idem hic quoque Can. non sine aliquo etiam auctario, decernit. Auctariũ vero illud est, ut si vel semel tantũ in Ecclesia aliqua quispiam, quasi ejus Clero adscriptus, legerit, in alia ne admittatur. Videntur enim nonnulli eam excusationem veluti justam prætexuisse, Can. videlicet de iis, qui multum temporis in Clero egissent, esse intelligendos: si quis vero semel tantum in Ecclesia legisset, nihil obstare quominus illi, utpote nullo tempore ibi ab illo transacto, ab ea secedere liceret. Quamobrem hoc improbato, Synodus eum, qui vel semel tantum in una Ecclesia lectoris munus obierit, in alia recipi omnino vetat.

E Arist. *Qui etiam semel tantum in Ecclesiâ legit, ab aliâ in Clerum ne admittatur.*

Alienum Clericum ab altero admitti Episcopo omnes Synodi vetant. Quamvis itaque semel qui in Ecclesiâ Clericus fit, in eâ sacros libros populo legat, ab aliâ in Clerum recipi non permittitur.

In hac Synodo referuntur gesta Episcoporum, qui Legati ultra mare missi sunt, sub clarissimo Imperatore Theodosio Augusto, & Rumorido illustrissimo Consule, A. D. octavo Calendas Septembris Carthag. in Ecclesia Secundi.

F *Aurelius Episcopus toti Synodo præsidens, adstantibus Diaconis dixit; Ratione exigente vestra fraternitas à mea mediocritate in hanc Synodum deducta est. Jam olim enim, ut vestra meminit sanctitas, habita Synodo misimus fratres nostros ultra mare Legatos, quos oportebat in vestræ sanctitatis conventu perfunctæ legationis progressum narrare: Nam etsi hesterno die de re eadem sedentes, ex rebus Ecclesiasticis diligenter ea, quæ fecerunt,*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

tractavimus : oportet tamen hodie hesternæ diei tractatum actis Ecclesiasticis confirmare, propter Episcopos Provinciarum Africæ, qui in præsenti Synodo non aderant. Rerum itaque ordo exigit, ut in primis à fratribus & consacerdotibus nostris, qui ad hanc Synodum, sive ex Bizacio, sive ex Mauritania, accesserunt, quæramus, quomodo conferre statuant præsenti Synodo. Et cùm attulissent Philologius, Geta, Venustianus, Felicianus, Episcopi Byzacenæ Provinciæ, literas legationis, quæ & lectæ sunt; præterea autem cùm attulissent Lucianus & Silvanus, Legati Mauritaniæ regionis Sitifensis, literas legationis, eaque lectæ essent: Aurelius Episcopus dixit; Horum scriptorum contextus actis conjungatur. De Byzacii Episcopis Numidius Episcopus dixit; Animadvertimus Confratres & Coëpiscopos nostros Byzacenorum Provinciæ & Mauritaniæ Sitifensis ad Synodum Legatos misisse: nunc quæramus an Legati Numidiæ accesserunt, vel Tripolitanæ scilicet regionis, vel etiam Cæsarianæ Mauritaniæ. De Mauritaniæ Sitifensis Episcopis Lucianus & Sylvanus Episcopi Mauritaniæ Sitifensis regionis Legati dixerunt; Sero ad Fratres nostros Cæsarianæ Synodica Epistola pervenit, postquam illi venturi erant; omnino tamen venient: & de eorum animis confidimus, quòd si quid unquam in hac Synodo fiet, ipsi quoque sine dubio assentientur. De Numidiæ Episcopis Alipius Numidiæ Ecclesiæ Episcopus dixit; Nos quidem ex Numidia venimus, ego & sanctissimi fratres, Augustinus & Posidius: Sed & Legati è Numidia mitti non potuere, quòd maximos Tyronum tumultus Episcopi, propriis necessitatibus in suis civitatibus impediti, occupare præstolantur. Nam & vestræ sanctitatis Synodalem sanctissimo seni Xantippo postquam detuli, statuit pro præsenti quæstione Synodum indicere, ut plena legatio mitteretur ad hanc Synodum: Sed cùm ego binis ei literis id in memoriam revocassem, respondit per proprias literas de impedimento Tyronum, ut dixi. Aurelius Episcopus dixit; Non est dubium, quin prædicti Fratres & Coëpiscopi nostri ex Numidia, quando Synodi acta acceperint, statim quoque proprios consensus præbebunt, & ad finem reducere studebunt, quæcunque placuerint. Necesse est ergo hujus Sedis sollicitudine provideri, ut hoc prædictis fiat manifestum. De Fratribus nostris ex Tripoli cognoscere potui, quòd Dulcitium fratrem nostrum miserunt Legatum. Sed quia se sistere non potuit, quidam ex nostris filiis hoc affirmarunt, qui ex prædicta regione venerant, quòd prædictus Dulcitius navem ingressus est; & credendum est aliquam ei moram ex tempestate evenisse, quæ cogit eum tardiùs venire: tamen de eo quoque, si vestræ dilectioni placeat, eadem forma servetur, ut quæ Synodo visa fuerint ad eos mittantur. Ab omnibus Episcopis dictum est; Quæ à tua sanctitate definita sunt omnibus placent.

A ἐψηλαφήσαμεν· ὅμως πρέπει σήμερον τὴν ἀναζήτησιν τῆς χθεσινῆς ἡμέρας τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πεπραγμένοις ἐμβεβαιῶσαι, διὰ τοὺς ἐπισκόπους τῶν ἐπαρχιῶν τῆς Ἀφρικῆς, τοὺς μὴ παραγενομένους ἐν τῇ παρούσῃ συνόδῳ. ἡ τάξις οὖν ἀπαιτεῖ τῶν πραγμάτων, ἵνα ἐν πρώτοις παρὰ τῶν ἀδελφῶν, καὶ συνιερέων ἡμῶν, τῶν πρὸς ταύτην τὴν σύνοδον, εἴτε ἐκ τοῦ Βυζακίου εἴτε ἀπὸ Μαυριτανίας, παραγενομένων, ζητήσωμεν, πῶς συμφέρειν ψηφίζονται τῇ παρούσῃ συνόδῳ. καὶ προσενεγκόντων Φιλολογίου, Γέτα, Βενουστιανοῦ, Φιλικιανοῦ, τῶν ἐπισκόπων τῆς Βυζακινῆς χώρας, τὰ γράμματα τῆς τοποτηρησίας, τὰ καὶ ἀναγνωσθέντα, ἔτι δὲ προσενεγκόντων Λουκιανοῦ
B καὶ Σιλβανοῦ, τῶν τοποτηρητῶν τῆς Μαυριτανίας χώρας τοῦ Σιτιφένσης, τὰ γράμματα τῆς τοποτηρησίας, καὶ τούτων ἀναγνωσθέντων, Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τούτων τῶν ἐγγράφων ἡ ὑφὴ τοῖς πεπραγμένοις συζευχθείη. περὶ τῶν τῶν Βυζακίου ἐπισκόπων Νουμηδίας ἐπίσκοπος εἶπεν· προσέχομεν τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους, ἡμῶν τοὺς τῆς Βυζακηνῶν χώρας καὶ Μαυριτανίας Σιτιφένσης εἰς τὴν σύνοδον τοποτηρητὰς ἀποστεῖλαι· νῦν ζητήσωμεν, ἐὰν τοποτηρηταὶ τῆς Νουμηδίας παρεγένοντο, ἢ δηλαδὴ τῆς Τριπολιτανῆς χώρας, ἢ τῆς Καισαριανῆς Μαυριτανίας. περὶ τῶν τῆς Μαυριτανίας Σιτιφένσης ἐπισκόπων Λουκιανὸς καὶ Σιλβανὸς ἐπίσκοποι τοποτηρηταὶ τῆς
C Μαυριτανίας Σιτιφένσης χώρας εἶπον· βραδέως πρὸς τοὺς τῆς Καισαριανῆς ἀδελφοὺς ἡμῶν ἡ συνοδικὴ ἦλθεν, ἐπεὶ κἀκεῖνοι λοιπὸν εἶχον φθάσαι, ὅμως πάντως ἐλεύσονται· καὶ θαρροῦμεν περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν, ὅτι εἴτι δήποτε ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ πραχθήσεται, καὶ αὐτοὶ ἀναμφιβόλως τὰς ἰδίας συναινέσεις παρέξοιεν. περὶ τῶν τῆς Νουμηδίας ἐπισκόπων Ἀλύπιος ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας Νουμηδίας εἶπεν· ἡμεῖς μὲν ἀπὸ τῆς Νουμηδίας ἤλθομεν, ἐγώ τε καὶ οἱ ἁγιώτατοι ἀδελφοὶ Αὐγουστῖνος καὶ Ποσείδιος· ἀλλ' οἱ ἀπὸ τῆς αὐτῆς Νουμηδίας τοποτηρηταὶ πεμφθῆναι οὐκ ἠδύναντο, ὅτι ἀκμὴν τῶν θορύβων τοῦ Τυρωνάτου οἱ ἐπίσκοποι ἰδίαις ἀνάγκαις ἐν
D τῶν πόλεσιν αὐτῶν ἀπασχολοῦνται ἐμποδιζόμενοι. ἐπεὶ καὶ τῶν συνοδικὴν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης τῷ ἁγιωτάτῳ γέροντι Ξαντίππῳ ὡς ἀνήγαγον, συνεῖδεν περὶ τῆς παρούσης ζητήσεως σύνοδον καταμηνυθῆναι, ὅπως καταρτηθεῖσα τοποτηρησία πρὸς ταύτην ἀποσταλῇ τὴν σύνοδον· ἀλλὰ δευτέροις γράμμασιν ἐμοῦ καὶ αὐτὸν ἀναμνήσαντος, ἀπελογήσατο δι' οἰκείων γραμμάτων περὶ τοῦ ἀπὸ τῶν Τιρώνων ἐμποδισμοῦ, ὡς ἀνωτέρω εἶπον. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ ἔστιν ἀμφίβολον, ὅτι οἱ προλεχθέντες ἀδελφοὶ καὶ συνεπίσκοποι ἡμῶν, οἱ ἐκ τῆς Νουμηδίας, ὅτε τὰ πεπραγμένα τῆς συνόδου λάβωσιν, εὐθέως καὶ τὰς ἰδίας παρέξουσιν συναινέ-
E σεις, καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν σπουδάσουσιν, ὁσαδήποτε ἀρέσουσιν. ἀνάγκη τοίνυν ἐστὶ τῇ φροντίδι τῆς καθέδρας ταύτης προνοηθῆναι, τοῦτο αὐτὸ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐμφανὲς καταστῆναι. περὶ τῶν ἀπὸ Τριπόλεως ἀδελφῶν ἡμῶν τοῦτο ἠδυνήθην γνῶναι, ὅτι Δουλκίτιον ἀδελφὸν ἡμῶν ἀπέστειλαν τοποτηρητήν. ἀλλ' ἐπεὶ ἀπαντῆσαι οὐκ ἠδυνήθη, τοῦτό τινες τῶν τέκνων ἡμῶν διεβεβαιώσαντο ἐλθόντες ἐκ τῆς προλεχθείσης χώρας, ὅτι ὁ μνημονευθεὶς Δουλκίτιος εἰς πλοῖον εἰσῆλθεν· καὶ δεῖ πιστεῦσαί τινα παρολκὴν ἐκ τοῦ χειμῶνος αὐτῷ συμβῆναι, τὴν αὐτὸν ἀναγκάσασαν βραδύναι· ὅμως καὶ περὶ τούτου, ἐὰν ἀρέσκῃ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ὁ αὐτὸς τύπος φυλα-
F χθείη, ἵνα τὰ ἀρέσαντα τῇ συνόδῳ πρὸς αὐτοὺς ἀποσταλῶσιν. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· τὰ ὁρισθέντα ὑπὸ τῆς σῆς ἁγιωσύνης πᾶσιν ἀρέσκει.

BALS. Multa quidem hæc scriptura persequitur de iis, qui Legatos ad Synodum non miserunt. Cùm autem aliqui pro eis respondissent, visum est eis veniam esse dandam, si illi quoque ea susceperint, quæ placent Syn.

ΒΑΛΣ. Πολλὰ μὲν ἡ γραφὴ αὕτη διέξεισι περὶ τῶν μὴ στειλάντων εἰς τὴν σύνοδον τοποτηρητάς. ἀπολογισαμένων δὲ ὑπὲρ ἐκείνων τινῶν, ἔδοξε συγγνωμονηθῆναι αὐτοὺς, εἰ κἀκεῖνοι δέξωνται ὅσα τῇ συνόδῳ ἀρέσκει.

ΖΩΝΑΡ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΖΩΝΑΡ. Πολλὰ μὲν ἡ γραφὴ αὕτη διέξεισι περὶ τῶν μὴ στειλάντων εἰς τὴν συνόδον ταύτην τοποτηρητάς. ἀπολογησαμένων δὲ ὕστερον ὑπὲρ ἐκείνων τινῶν, ἔδοξε συγγνωμονηθῆναι αὐτοὺς, εἰ κἀκεῖνοι δέξονται ὅσα τῇ συνόδῳ ἀρέσει καὶ ψηφισθήσεται.

ΚΑΝΩΝ ϛδ'.

Περὶ τῶν, τοῖς Δονατισταῖς συνελθεῖν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὃ εἰς ψηλάφησιν ἐλθὸν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, λογίζομαι ὀφείλειν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πεπραγμένοις βεβαιωθῆναι. ἡ γὰρ ὑπόχεσις πάντων ὑμῶν τοῦτο προεβάλετο, ὀφείλει ἕνα ἕκαστον ἡμῶν ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει καθ' ἑαυτὸν συνελθεῖν τοῖς ἀρχηγοῖς τῶν Δονατιστῶν, ἢ προσζεῦξαι ἑαυτῷ γείτονα ἕτερον, ἵνα ὁμοίως τοῖς τοιούτοις ἐν ἑκάστῃ πόλει καὶ τόπῳ διὰ τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν πρῶτα φερόντων ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις συνέλθωσιν. τοῦτο ἐὰν ἀρέσκῃ πᾶσι παραγγηθείη. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· πᾶσιν ἀρέσκει· καὶ πάντες τοῦτο τῇ ἡμετέρᾳ ὑπογραφῇ ἐκυρώσαμεν. αἰτοῦμεν ἔτι μὴν, ἵνα ταῖς ἐπιστολαῖς, ταῖς ὀφειλούσαις ἐκ τῆς συνόδου πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἀποπεμφθῆναι, ὑπὲρ πάντων ἡ σὸ ὑπογράψῃ ἁγιωσύνη. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐὰν δοκῇ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ὁ τύπος τῆς πρὸς ἐκείνους συνελεύσεως ἀναγνωσθείη, ὅπως τοῦτον ὡς τόνον τῆς ἐπακολουθήσεως πάντες, ἐὰν ἀρέσκῃ, κρατήσωμεν. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἀναγνωσθείη. Λαϊτὸς νοτάριος ἀνέγνω.

ΒΑΛΣ. Ο τύπος τῆς πρὸς τοὺς Δονατιστὰς συνελεύσεως, καὶ τὰ ἐν τῇ παρούσῃ συνελεύσει λαληθέντα, ἰδικά εἰσι περὶ τῶν Δονατιστῶν.

ΖΩΝΑΡ. Εδοξε τῇ συνόδῳ, ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει τοῖς προέχουσι τῶν Δονατιστῶν ὁμοῦ γενέσθαι, ἢ καὶ ἕτερον ἐπίσκοπον προσλαβέσθαι, καὶ ὁμιλῆσαι αὐτοῖς καὶ διαλεχθῆναι, ἢ διὰ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν πρωτευόντων ἐν ταῖς χώραις προσκαλεῖσθαι αὐτούς· τουτέστιν εἰ μὴ ἑκόντες συνέρχοιντο.

ΑΡΙΣΤ. Εκαστος τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει τοῖς ἀρχηγοῖς τῶν Δονατιστῶν συνελθέτω, ἢ προσλαβέσθω καὶ ὡς γείτονα, ἵνα τοῖς αὐτοῖς συνέλθωσιν.

Σπεύδοντες οἱ θεῖοι πατέρες προσενῶσαι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τοὺς Δονατιστὰς, οἵ τινες ἐξ αὐτῆς κακῶς ἑαυτοὺς ἀπέχησαν, οὐ διέλειπον παρακαλοῦντες αὐτοὺς ἀποστῆναι τῆς παλαιᾶς πλάνης, καὶ τὴν ἀλήθειαν παραδέξασθαι. διὰ τοῦτο γοῦν ἔδοξεν αὐτοῖς καὶ ἔτι δέον εἶναι ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει καθ' ἑαυτὸν τοῖς τῶν Δονατιστῶν ἀρχηγοῖς προσελθεῖν, ἢ καὶ ἕτερον προσλαβέσθαι γείτονα, καὶ μετ' αὐτοῦ συνελθεῖν αὐτοῖς, καὶ πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν τὰ ἐν τῷ ἐφεξῆς κανόνι ῥητῶς γεγραμμένα· καὶ εἰ μὴ πεισθῶσιν οὕτω παρακαλούμενοι, διὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας ἀπελασθῆναι τῶν ἐκκλησιῶν, ὧν ἐπέβησαν.

ΚΑΝΩΝ ϛε'.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· ὃ παρὰ τῆς αὐθεντείας ἐκείνης τῆς μεγίστης καθέδρας ἡμῖν ἐπιτραπὲν αἰτοῦμεν τὴν ὑμετέραν τιμιότητα ἀναγνωσθῆναι, καὶ εἰς πέρας ἀχθῆναι κελεῦσαι. ἀναγνωσθείσης δὲ τῆς κελεύσεως καὶ τοῖς πεπραγμένοις συντεθειμένης, ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἶπεν· ὃ διὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος πρὸς τοὺς Δονατιστὰς ὀφεῖλον ἀπενεχθῆναι ἐντολικὸν, ἀκοῦσαι, καὶ πεπραγμένοις ἐμβαλεῖν, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀποκομίσαι καταξιώσατε, καὶ τὴν τούτων ἀπόκρισιν πάλιν διὰ τῶν ὑμετέρων πεπραγμένων ἡμῖν ἐμφανίσαι. συνερχόμεθα ὑμῖν αὐθεντικῶς ἀποσταλέντες ἐκ τῆς ἡμετέρας αὐθεντικῆς συνόδου, ἐπιθυμοῦντες χαρῆναι περὶ τῆς ὑμετέρας διορθώσεως.

ZONAR. Multa quidem superiore scripto de iis, qui Legatos ad hanc Synodum non miserant, disseruntur. Sed cum illorum patrocinium quidam suscepissent, id ita eis condonari placuit; si modo Synodi decreta omnia ipsi quoque admitterent.

CANON XCIV.

De conveniendis Donatistis. Aurelius Episcopus dixit; Quod venit ad vestræ dilectionis tractationem, existimo debere Ecclesiasticis actis confirmari. Vestrum enim omnium promissio hoc proposuit, debere unumquemque nostrum in propria civitate per se cum Donatistarum principibus congredi, vel sibi alium vicinum adjungere, ut pariter eos in unaquaque civitate & loco per magistratus, vel eos qui primas partes ferunt, in iisdem locis conveniant. Hoc, si omnibus placet, edicatur. Ab omnibus Episcopis dictum est; Omnibus placet: & hoc omnes nostra subscriptione confirmavimus. Petimus præterea, ut Epistolis, quæ debent à Synodo mitti ad magistratus, tua pro omnibus sanctitas subscribat. Aurelius Episcopus dixit; Si videatur vestræ dilectioni, forma congressionis cum illis legatur, ut hunc prosecutionis tenorem omnes, si placet, teneamus. Ab omnibus Episcopis dictum est; Legatur. Lætus notarius legit.

BALS. Forma congressionis cum Donatistis, & quæ in præsenti Synodo dicta sunt, Donatistis specialiter conveniunt.

ZONAR. Synodo item placuit, ut Episcopi omnes, in sua quisque urbe, adhibito etiam altero, si videretur, Episcopo, eos, qui se Donatistarum primos ferebant, convenirent; vel magistratuum, aut eorum, qui in regionibus præsidebant, auctoritate advocandos curarent, hoc est, nisi ipsi sponte suâ conveniant.

ARIST. *Unusquisque Episcoporum in suâ civitate Donatistarum ductores conveniat: vel adsumat etiam vicinum, ut eos conveniant.*

Omnem navantes operam divini Patres Donatistas Ecclesiæ Catholicæ adunare, qui se ab eâ pessimè absciderunt, non cessabant eos adhortari, ut ab antiquo errore desisterent, & veritatem amplecterentur. Idcirco visum est iis & adhuc necessarium esse, ut quisque Episcoporum per seipsum in propriâ civitate Donatistarum ductores adiret, vel etiam alium adjungeret vicinum, & cum eo istos conveniret, iisque indicaret quæ in sequente canone disertè scribuntur: & si sic admoniti non persuadeantur, per regiam potestatem ab Ecclesiis illis, quas invaserunt, abigantur.

CANON XCV.

Aurelius Episcopus dixit; Quod ab auctoritate amplissimæ illius sedis nobis permissum sit, petimus à vestra veneratione ut legatur, eáque id ad effectum deduci jubeat. Lecta autem jussione, & actis conjuncta, dixit Episcopus universalis Ecclesiæ; Quod per vestram venerationem debet ad Donatistas deferri mandatum, audire, & actis inserere, & ad ipsos deportari curare velitis, & eorum rursus responsionem per vestra acta nobis ostendere. Convenimus eos authenticè, missi à nostra authentica Synodo, cupientes de vestra correctione lætari. Scimus enim dilectionem Domini, qui dixit; Beati pacifici, quoniam ipsi

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ipſi filii Dei vocabuntur. Nos quoque per prophetam admonuit, ut iis etiam, qui nolunt dici fratres noſtri, dicamus; Fratres noſtri eſtis. Hanc ergo noſtram ex pacifica dilectione ad vos proficiſcentem admonitionem pro nihilo ducere non debetis; ut ſi quid nos veritatis habere exiſtimatis, id aſſerere ne dubitetis: id eſt, ut veſtra coacta ſynodo eligatis ex vobis ipſis, quibus veſtræ ejuſmodi cauſæ probandæ negotium committi debeat; ut nos quoque hoc ipſum facere poſſimus, & ex noſtra ſynodo eligantur, qui debent cum iis, qui ex vobis electi fuerint, ſtatuto loco & tempore, quidquid ex controverſiæ, quod noſtram à vobis communionem ſeparat, pacificè examinare; & tandem aliquando auxilio Domini Dei noſtri antiquus error finem accipiat, ne utique propter hominum perſuaſionem imbecillæ animæ, & imperiti populi ſacrilega aliqua ſeparatione pereant. Si hoc enim fraternè admiſeritis, veritas facilè apparebit: Sin id facere nolueritis, infidelitas veſtra ſtatim cognoſcetur. Et cùm recitata eſſet hæc forma, ab omnibus Epiſcopis dictum eſt; Hoc valde placet; fiet. Et ſubſcripſerunt; Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis Eccleſiæ, præſenti decreto conſenſi, & lecto ſubſcripſi. Similiter & reliqui Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Hæc Synodus adverſus Donatiſtas legatos ad Imperatores miſit: clariſſimo Imperatori Honorio Auguſto ſextùm conſuli A. D. vi. Cal. Julias Carthagine in Eccleſia Baſilicæ Secundæ. In hac Synodo legationem ſuſceperunt Theaſius & Evodius adverſus Donatiſtas. In qua Synodo compoſitum eſt commonitorium.

Bals. Nec ea, quæ ſunt in præſenti collocutione, interpretatione indigent. De Donatiſtis enim ſpeciatim ſunt.

Zonar. Poſtulatum eſt, ut ea, quæ per legatos Donatiſtis erant denuntianda, in Synodo legerentur; quæ quidem, prout à legatis propoſita, erant ejuſmodi. Ad vos, inquiunt, authenticè, hoc eſt, auctoritate à Synodo accepta, proficiſcimur, vos convenire cupientes, ut de veſtra emendatione lætamur. Scimus namque beatos, Domini voce, pacis conciliatores nominari. Et quamvis fratres noſtri dici nolitis, à nobis ſeparantes; fratres ipſi nihilominus vos appellamus. Quamobrem noſtram hanc à dilectione profectam admonitionem, qua ſcilicet ea, in quibus decepti eſtis, memoriæ veſtræ ſubjicimus, ne contemnite; verum ſi à vobis ſtare veritatem intelligitis, ejus vos quoque ſectatores ac propugnatores fieri ne dubitetis. Aliquos porro ex veſtro numero deſignate, qui cum delectis à noſtra Synodo congrediantur, déque iis, quorum cauſa à noſtra communione ſeparati eſtis, colloquantur; ut ſerò quamvis, aliquando tamen finem antiquus error accipiat; ne propter aliquos, ſtulte nimis ac præfracte ſuæ ſententiæ retinentes, imbecillæ animæ populíque innumerabiles exitioſe perdantur (quamvis illud, *ἄπειροι λαοὶ*, vel ob multitudinem innumerabiles, vel ob ſimplicitatem ac rerum imperitiam intelligi liceat) ab Eccleſiæ Catholicæ conſortio ſacrilega ſeparatione disjuncti. Animorum namque jacturam, qui ſacroſancti ſunt, divinóque munere homini dati, propter illud ab Eccleſia Catholica diſſidium, ſacrilegii nomine jure appellavere; quod ſacræ animæ ab illis, qui eas decipiunt, quaſi furto ſubtrahantur: vel etiam, quia contra Eccleſiaſticæ traditionis inſtitutum res ſacras invadentes, eáſque pro arbitrio contrectantes & adminiſtrantes, ſacra diripiunt; cum nequaquam ex Domini voluntate ipſis utantur. Quicunque enim præter domini voluntatem alterius re utitur, eum Leges quoque civiles furti reum eſſe decernunt.

Ἐπαίμθα γὰρ πὼ ἀγάπῳ τῦ κυρίου εἰπόντ@, μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτῶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται. ὑπέμνησεν δὲ ⳋ ἀφ᾽ ⳋ ⳋ προφήτου, ὥστε ἔτι μὼ ⳋ τοῖς μὴ βουλομένοις λέγεσθαι ἀδελφοῖς ἡμῶν, λέγειν ἡμᾶς, ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐστέ. ταύτῳ τοίνυν ⳋ ἐξ ἀγάπης εἰρηνικῆς ἐρχομένην ἡμετέραν ἀνάμνησιν ἐξουθενῆσαι σὺκ ὀφείλετε, ἵνα ἐάν τί ποτε ἀληθείας ἔχειν ἡμᾶς οἴεσθε, ἀντιλαβέσθαι τούτου μὴ ἀμφιβάλητε· τῦτ᾽ ἔστιν, ἵνα σωαχθείσης συνόδου ὑμῶν ἐκλέξωσιν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν τὺς ὀφείλοντας ⳋ πρᾶγμα ἐμπεδωθῆναι ⳋ τοιαύτης ὑμῶν διχομολογίας· ὅπως ⳋ ἡμεῖς δυνηθῶμεν ⳋ αὐτὸ ποιῆσαι· τῦτ᾽ ἔστιν, ἵνα ὲκ ⳋ ἡμετέρας συνόδου ἐκλεγῶσιν οἱ ὀφείλοντες μῦ πῶς ἐξ ὑμῶν ἐκλεγέντων, ἐν ὡρισμένῳ τόπῳ ⳋ καιρῷ, πᾶν ⳋ ⳋ ζητήσεως ἐχόμενον, ⳋ ⳋ ἡμετέραν ἀφ᾽ ὑμῶν κοινωνίαν χωρίζον, εἰρηνικῶς ἐξετάσαι· ⳋ κἂν ὀψέ ποτε τῇ βοηθείᾳ ⳋ κυρίου ⳋ θεοῦ ἡμῶν τέλος ἡ παλαιὰ δέξηται πλάνη, μήποτε ἀφ᾽ πεῖσμα ἀνθρώπων ἀδύνῳς ψυχαὶ ⳋ ἄπειροι λαοὶ ἱεροσύλῳ τινὶ χωρισμῷ ἀπόλωνται. ἐὰν γὰρ τῦτο ἀδελφικῶς καταδέξησθε, ἐύχερῶς ἡ ἀλήθεια ἀφαφανίσεται· εἰ δὲ τῦτο ποιῆσαι μὴ θελήσητε, ἡ ἀπιστία ὑμῶν δῆθεν γνωρισθήσεται. ⳋ ἀναγνωσθέντος ⳋ τοιούτου τύπου, ἀπὸ πάντων τῶν ὑπατικῶν ἐλέχθη, πάνυ ἀρέσκει· τῦτο ψηφίσαντο. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ὑπίσκοπος ⳋ Καρχηδόνων ἐκκλησίας, τῷ πρόντι ψηφίσματι συνήνεσα, ⳋ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως ⳋ οἱ λοιποὶ ὑπίσκοποι ὑπέγραψαν.

Αὕτη ἡ συνόδος ⳋ ⳋ Δοναπιστῶν πρεσβεύσας πρὸς τὺς αὐτοκράτορας ἀπέστειλε· τῷ ἐνδοξοτάτῳ βασιλεῖ Ὁνωρίῳ Αὐγούστῳ τῷ ἕκτῳ ὑπάτῳ, τῇ πρὸ ἐξ καλανδῶν Ἰουλίων ἐν Καρχηδόνι εἰς ⳋ ἐκκλησίαν ⳋ βασιλικῆς Σεκουάδης. ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρησίαν ἀνεδέξαντο Θεάσιος ⳋ Εὐόδιος ⳋ ⳋ Δοναπιστῶν. ἐν ᾗ συνόδῳ συνετάχθη κομμονιτώριον.

ΒΑΛΣ. Οὔπω τὰ ἐν τῇ προύσῃ ὁμιλίᾳ ἑρμηνείας δέονται. ἰδικὰ γάρ εἰσι περὶ Δοναπιστῶν.

ΖΩΝΑΡ. Ἐξητήθη ἀναγνωσθῆναι τῇ συνόδῳ, ἃ ἐνετάλησαν εἰπεῖν οἱ ἀποσταλέντες πρὸς τὺς Δοναπιστάς. τὰ δὲ ἦσαν τοιαῦτα, ὡς ἀπὸ τῆς πρεσβειῶν λεγόμενα, ὅτι συνερχόμεθα ὑμῖν αὐθεντικῶς, ἤγουν ἐξουσίας λαβόντες πρὰ ⳋ συνόδου, πρεσμελῆσαι ὑμῖν ἐπιθυμοῦντες, χαρᾶναι ἐπὶ τῇ ὀρθοδοξίᾳ ὑμῶν. οἴδαμεν γὰρ ⳋ κύριον μακαρίζοντα τὺς εἰρηνοποιούς, ⳋ μὴ θέλοντας ὑμᾶς καλεῖσθαι ἀδελφοὺς ἡμῶν, ἀλλὰ ἀποχίζοντας ἀφ᾽ ἡμῶν, ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐστέ. ἐξ μὲν ἐξουθενήσητε τὴν ἐξ ἀγάπης εἰρηνικὴν ἀνάμνησιν ἡμῶν, τουτέστιν ὅτι ἀναμμνήσομεν ὑμᾶς τῆς σφαλμᾶς ὑμῶν. ἀλλ᾽ ἐὰν οἴεσθε ἀληθείας ἔχειν, ἀντιλαμβάνεσθαι ταύτης, ἤγουν ὑπαγορεύεσθαι τὴν νομιζομένην ὑμῖν ἀληθείας μὴ ἀμφιβάλητε. ἐκλέξασθε δέ τινας ἐξ ὑμῶν, τὺς ⳋ ⳋ ἐκλεγομένους τοῖς ἐκλεγομένοις ἐκ ⳋ ἡμετέρας συνόδου, περὶ τῆς χωριζόντων ὑμᾶς ἐκ ⳋ ἡμῶν κοινωνίας· ἵνα κἂν βραδέως πλάνη ⳋ παλαιὰ δέξηται πλάνη, μήποτε ἀφ᾽ πεῖσμα ἤτοι ἀφ᾽ ματαίαν ἔνστασιν ἀνθρώπων ἀπόλωνται ἀδύνῳς ψυχαὶ ⳋ ἄπειροι λαοὶ (ἄπειροι ἢ ⳋ πλῆθος, ἢ δι᾽ ἁπλότητα ⳋ ἄγνοιαν τῦ καλῦ) χωριζόμενοι ⳋ καθολικῆς ἐκκλησίας ἱεροσύλῳ χωρισμῷ. ⳋ γὰρ ψυχὰς ἀνθρώπων, ἱερὸν οὖσας ⳋ θεῖον ῥῆμα, ἀπόλυσθαι ἐκ τῦ χωρισμοῦ ⳋ καθολικῆς ἐκκλησίας ἱεροσυλίαν ἐκάλεσεν, ὡς συλωμένων τῶν ἱερῶν ψυχῶν πρὰ τῶν ἁπάντων αὐτὰς, ἢ ὅτι μὴ ⳋ τῷ πρὸ παράδοσιν ⳋ ἐκκλησίας τὰ ἱερὰ μεπόντες, ὡς δὲ αὐτοῖς δοκῶ αὐτῶ ψηλαφῶντες ⳋ μεταχειριζόμενοι, συλῶσιν αὐτὰ, μὴ χρώμενοι αὐτοῖς ⳋ ⳋ ὃ ⳋ θεσπίτης θέλημα· ὁ γὰρ πρὸ γνώμῃ τινὸς ψηλαφῶν σῶμα αὐτῦ, κλέπτης κρίνεται τοῖς τῆς πολιτείας θεσμοῖς.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΑΡΙΣΤ. Ἡτω τὰ πρὸς τὴν Δοναπισπὰς λεχθησόμενα, τάδε. ὅπι συμφυμεθα χαρίσαι ὅπι τῇ ὑμῶν διορθώσει· ἐκειλόμεθα γὰρ καὶ πρὸς τὸν μὴ διαφερομένους εἰ ἡμῶν ἀδελφοὺς λέγειν, ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐστέ. διὸ συνερχόμενοι ὑμῖν, καὶ ὑπομιμνήσκομεν, ὡσὰν εἴ τινα δικαιολογίαν ἔχειν οἴεσθε, ὅπι λέξηται τοῖς ταύτῃ πεπιστευμένοις, ἀπέμπειν ὀφείλοντας ἐν ὡρισμένῳ τόπῳ καὶ καιρῷ· εἰ δὲ μή, ἡ ἀπιστία ὑμῶν ἐντεῦθεν γνωρισθῇ. Σαφής.

A

ARIST. *Quæ ad Donatistas legenda, hæc sunt. Vestrâ gaudere correctione nobis in votis est: in mandatis enim accepimus, ut iis etiam qui nostri esse fratres ægre ferunt, dicamus, fratres nostri estis. Vos itaque convenimus, & admonemus, ut, si qua causæ vestræ defensio vobis supereſſe videatur, deligatis aliquos, quibus committatur, qui in dicto loco & tempore prodire debeãt: Alioquin infidelitas vestra exinde pateat.* Perſpicuus.

ΚΑΝΩΝ ϛ΄.

Τὸ Κομμονιτόριον, ὅταν ἔλαβον οἱ κτ΄ τῆς Δοναπιςῶν πρεσβυταί. Κομμονιτόριον τοῖς ἀδελφοῖς, Θεασίῳ καὶ Εὐοδίῳ, πεμφθεῖσι πρεσβυταῖς ἐκ τῆς ἐν Καρχηδόνι συνόδου, πρὸς τὸν ἐνδοξότατον καὶ θρησκευτικωτάτους αὐγούσπους. ἡνίκα τὴν θείαν βοήθειαν τοῖς εὐσεβεσάτοις πρώτοις βασιλεῦσι, τούτοις ἀμφοτέροις, ποίῳ τρόπῳ τελείᾳ καὶ ἐλευθέρᾳ κτ΄ τὰ δημόσια κτ΄ τὰ ἴδια ἑαυτῶν συνόδου οἱ πρωτεύοντες τῆς Δοναπιςῶν τοῖς πολιτειωτικοῖς πεπραγμένοις συνελθεῖν προτραπῆναι, ἵνα εἰ ἐνδοιάζοιτο τὸ οἰκεῖον δογματος δόκιμον, ὑπὸ ἐλευθέρων τινῶν ἱκανῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ, μετ' ἠρεμοῦς εἰρηνικῆς ἀμφιβάλλοιτο, καὶ ἡμερότητι χριστιανικῇ ἀναμφιβόλως εἴη ὑμῖν δεδειγμένον, εἴ τι ποτ' ἀληθείας μέτεστιν, ὅπως ἐκ τούτου ἡ καθολικὴ εἰλικρινότης, ἣ ἔκπαλαι τοῖς ἀνωτέρω χρόνοις, καὶ νῦν ὁμοίως διὰ τῆς ἀπειρίας καὶ μωρολογίας τῶν ἀντιλεγόντων ἐγνωρίζετο. Ἀλλ' ὅπερ δ' μὴ θαρρεῖν συνείχετο τὸ δεῖν, ὑδὲν ἀπόλμησαν ἀποκρίνασθαι. διὸ, ὅπερ ὑπόσχεσις καὶ εἰρηνικὴ τάξις τοῦτο τοὺς τοιούτους πεπλήρωκεν, καὶ οὗτοι τῇ ἀληθείᾳ μὴ δυνηθέντες ἀποκριθῆναι, εἰς αὐτόπτους βίας μετεσχεδάσθησαν, ὡς πολλοὺς ὑπισκόπους καὶ πολλοὺς κληρικοὺς, ἵνα δ' ὑπὲρ τῶν λαϊκῶν σιωπήσωμεν, ὑπὸ βιαίᾳ συχεῖν, καὶ ποσὶ δὲ ἔτι μὴν ἐκκλησίαις ἐπέβησαν, καὶ ἄλλαις ἐπελθεῖν ὁμοίως ἐπειράθησαν, τῆς αὐτῶν φιλανθρωπίας λοιπὸν δεῖ προνοῆσαι, ἵνα ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, ἣ αὐτοὺς θρησκόυτικῇ χειρὶ ἠμπίσασα γαστρὶ, καὶ τῇ βεβαιώσει τῆς πίστεως ἐκθρέψασα, τῇ αὐτῶν ἔτι μὴν προνοίᾳ ὀχυρωθῇ· μήποτε προπετεῖς ἄνθρωποι ὄντι τὸ εὐσεβῶν αὐτῶν χρόνων φόβῳ τινὶ τὸ ἀθανῶν λαῶν καταδουλεύσωσιν. ὅπερ ὑποπτεύοντες τοῦτοι, ἀποφαυλίσαι δ' δύνηνται· ἔγνωσται γὰρ καὶ πολλάκις τοῖς νόμοις ἐκβοᾶται τὸ συναγόντων ἡ βέλτιστη πλῆθος, ποῖα πραττέτω, ἃ τινα καὶ πολλάκις τοῖς θεσπίσμασιν αὐτῶν τῶν προλεχθέντων εὐσεβεσάτων αὐτοκρατόρων κατεδικάσθησαν. καὶ διὰ τῆς ἐκείνων μωρίας δυνάμεθα συμμαχίαν θείαν τυχεῖν, ἐκ ἀήθους δὲ, ἐκδὲ ἀλλοτρίας, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἁγίων γραφῶν· ὁπόταν Παῦλος ὁ ἀπόστολος, ὡς τῶν ἀληθινῶν πράξεσι τῶν ἀποστόλων δεδήλωται, τῷ συμπνοιαν τῶν ἀθίκτων στρατιωτῶν ἀπεκινήσεν βοηθείᾳ. ἡμεῖς ζητοῦμεν τοῦτο αἰτῆσαι, ἵνα ταῖς καθολικαῖς πάσῃ τὸ ἐκκλησιῶν, ἀνὰ ἑκάστην πόλιν ἀνὰ διαφόρους τόπους τὸ γειτνιώντων ἑκάστῳ κτήσεων, ἀνυποθέτως ἀσφαλακὴ ἀσφαλισθῇ. ἅμα καὶ τοῦτο δεῖ αἰτῆσαι, ὥστε τὸ νόμον τὸ ἐκτεθέντα ἀφ' ἅπαξ τῆς δυσεβοῦς μνήμης πατέρος αὐτῶν Θεοδοσίου, τὸ περὶ τῶν δέκα τὸ χρυσίου λιτρῶν, τὸ κτ΄ τὸ κρατυνόντων καὶ κρατυνομένων αἱρετικῶν φυλάξωσιν, ἔτι μὴν καὶ κτ΄ τὸ κτητόρων ἀφ' οἷς ἡ ἐκείνων διαίρεσις συναγωγή· εἶτ' ἔτι βεβαιωθῆναι καὶ τοιοῦτον νόμον κελεύσωσιν, ὡς ἰσχύειν κτ΄ τούτων, ὧν ἀφ' ὧν ὑπὸ βιαίων οἱ τῆς καθολικῆς στρατηγήσαντες ἀφ' μαρτυρίαν ἀπέβενθο· ἵνα κἂν τούτῳ τῷ φόβῳ ἐκ τοῦ ποιεῖν σχίσματα καὶ ἀπὸ τῆς τὸ αἱρετικῶν φαυλότητος παύσωνται, οἱ τῇ καταμονῇ τῆς αἰωνίας κολάσεως καθαρθῆναι καὶ διορθωθῆναι ὑπερτιθέμενοι. καὶ ἐκεῖνο ἔτι μὴν αἰτῆσαι δεῖ, ἵνα τῇ αὐτῶν δυσεβείᾳ ὁ καὶ μέχρι τοῦ πρόσθεν νόμος ἐπαναληφθείη, ὁ τῷ διαχέρειαν τὸ αἱρετικῶν ἀφαιρούμενος, τοῦ εἴτε ἀπὸ χειροτονιῶν, εἴτε ἀπὸ ἀφιδικῶν τούτους δύνασθαι λαμβάνειν τί ποτε, ἢ καταλιμπάνειν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τοῦ εἴτε καταλιμπάνειν τι, εἴτε

B

C

D

E

F

CANON XCVI.

εἰς ἱερωσύνην φησί. καὶ οἱ πατέρες δὲ οὕτω ὁρίζουσιν ἐλευθέρᾳ προαιρέσει τοὺς ἐξ αἱρέσεων τὴν πίστιν προσιέναι, ἀλλὰ μὴ βίᾳ, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης· τὸν Χριστιανισμὸν δὲ εἶπε τὴν ἄσκησιν, ἐμφαίνων, ὅτι Χριστιανὸς, ὁ μὴ ἀσκήσας πάσην ἀρετὴν, ὀνόματι μόνῳ Χριστιανὸς λέγεται, ἀλλ' οὐ πράγματι.

A ad ſacerdotium dicit. Hi quoque Patres decernunt, ut hæretici ſponte liberáque electione ad fidem accedant; non autem vi, nec neceſſitate. Chriſtianitatis vero dixit exercitationem, indicans, quòd Chriſtianus, qui virtutem omnem non exercuit, nomine ſolo dicitur Chriſtianus; ſed non re.

ΖΩΝΑΡ. Αἱρετὴν δεῖ χρὴ τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ βιασμένην, οὐ δ' ἀκούσιον, ἀλλ' ἑκούσιον. δεῖ γὰρ τοὺς ἀναδεχομένους τὸν Χριστιανισμὸν, ἐλευθέρᾳ προαιρέσει καὶ αὐτεξουσίως ὁπωσοῦν προσιέναι τῇ πίστει, ἀλλὰ μὴ βίᾳ, μηδ' ἐξ ἀνάγκης. τὰ γὰρ ἀναγκαστικῶς καὶ βιαίως γινόμενα, οὐ βέβαια οὐδὲ μόνιμα. δεῖ γὰρ ἐν τῷ ιϛ'. κανόνι Νεοκαισαρείας συνόδου ἡμῶν φησὶ, τὸν κινδυνῷ ἡμόμενον, καὶ οὕτω βαπτισθέντα, μὴ προάγεσθαι εἰς ἱερωσύνην. τὸν Χριστιανόν τε εἶπε τὴν ἄσκησιν ὁ ἡμῶν, ἐμφαίνων, ὅτι τὸν Χριστιανὸν πάσην δεῖ ἀσκεῖν ἀρετὴν, καὶ ἐγκρατῆ εἶναι, καὶ σώφρονα, καὶ ἀληθῆ, καὶ μετριόφρονα, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀγάπην πρὸς ἀπάντας ἐπιδεικνύμενον, ὡς ὅ γε μὴ ταῦτα ἀσκήσας, ὀνόματι μόνον Χριστιανὸς λέγεται, ἀλλ' οὐ πράγματι.

Zonar. Virtutem libere & ex animo, non vi aut neceſſitate ſuſceptam eſſe decet, ſed voluntariam. Quicunque ergo Chriſtiani religione initiandi forent, niſi ſua ſponte ac voluntate, non vi aut neceſſitate adacti accederent, nequaquam recipi decrevêre. Quæ enim vi ac neceſſitate ſuſcepta ſunt, nec firma, nec diuturna eſſe poſſunt. Quamobrem Neocæſariana quoque Synodus, duodecimo canone, eum qui periculo demum urgente baptizatus eſt, ſacro ordine inſigniri vetat. Chriſtianæ porro religionis exercitationem dixit, quaſi in omnium virtutum exercitatione, continentiæ, temperantiæ, veritatis, modeſtiæ, ac in primis charitatis erga omnes, Chriſtianum hominem occupatum eſſe oporteat; ut qui hæc neglexerit, nomine tenus Chriſtianus, non re cenſendus ſit.

ΑΡΙΣΤ. Ἐλευθέρᾳ προαιρέσει ἕκαστος τὴν ἄσκησιν ἀναδεχέσθω.

Aristy. *Liberâ quiſque voluntate pietatis exercitationem ſuſcipiat.*

Τὸ ἀγαθὸν ἑκουσίως τις ἐργάζεται, οὐ μὴν ἀναγκαστικῶς. διὰ τοῦτ' ἕκαστος τὴν τοῦ ἄσκησιν, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν, οὐ χρὴ βίαν ἀπαιτοῦντα ἀναδέχεσθαι, ἀλλ' αὐτοπροαιρέτῳ γνώμῃ καὶ ἐλευθέρᾳ.

Bonum voluntariè quiſpiam operari debet, non autem coactè. Propterea unuſquiſque & pietatis exercitationem & Chriſtianiſmum per vim amplecti non requiretur; ſed ſponteneâ ſuâ & liberâ voluntate.

ΚΑΝΩΝ ριβ'.

Canon CXII.

Σύνοδος κατὰ τῆς αἱρέσεως Πελαγίου καὶ Κελεστίου. ὅτι τῷ ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ονωρίου Αυγούστου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῷ ὑπάτων, καλάνδαις Μαΐαις, εἰς Καρχηδόνα ἐν τῷ σπηλαίῳ τῆς Φαύστου ἐκκλησίας, Αὐρηλίου τοῦ ὁσιωτάτου συμπάσῃ τῇ συνόδῳ προκαθημένου, ἀρεσάντων τῷ θεῷ τῶν ἁγίων, ἤρεσεν πᾶσι τοῖς ὁσιωτάτοις τοῖς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, ἀλλὰ συνόδῳ καθεζομένοις, ὧν τὰ ὀνόματα καὶ αἱ ὑπογραφαὶ ἐνετέθησαν, ὅτι Ἀδὰμ θνητὸς ἀπὸ τοῦ θεοῦ οὐκ ἐπλάσθη· ἵνα ὅστις δήποτε λέγῃ τὸν Ἀδὰμ τὸν πρωτόπλαστον ἄνθρωπον θνητὸν γεγενῆσθαι οὕτως, ὡς εἴτε ἁμαρτήσει, εἴτε μὴ ἁμαρτήσει, πεθνήξεσθαι τῷ σώματι, τοῦτ' ἔστιν ἐξελεύσεσθαι ἐκ τοῦ σώματος, μὴ τῇ ἀξίᾳ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τῇ ἀνάγκῃ τῆς φύσεως, ἀνάθεμα ἔστω.

Synodus adverſus hæreſin Pelagii & Celeſtii. Sub glorioſiſſimis Impp. Honorio Auguſto xii. & Theodoſio viii. conſulib. Cal. Maiis, Carth. in ſecreto Fauſti Eccleſiæ, Aurelio Epiſcopo univerſæ Syn. præſidente, adſtantibus Diaconis: Placuit omnibus Epiſcopis Eccleſiæ Carthaginenſis, in ſanctâ Synodo conſtitutis, quorum nomina & ſubſcriptiones inſertæ ſunt, quòd Adam mortalis à Deo factus non eſt: ut ſi quis dixerit Protoplaſtum Adam ita hominem factum eſſe mortalem, ut ſive peccaſſet, ſive non, eſſet in corpore moriturus, id eſt, è corpore exceſſurus, non propter meritum peccati, ſed per naturæ neceſſitatem, ſit anathema.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝ. Τὸν Ἀδὰμ ὁ θεὸς οὐ θνητὸν ἔπλασεν, οὐδὲ μὴν ἀθάνατον, μέσον δὲ μεγέθους καὶ ταπεινότητος, καὶ αὐτεξούσιον ποιήσας αὐτὸν, εἴασεν, ὥστε ὁποτέρωσε νεῦσαι εἴτε πρὸς ἀρετὴν εἴτε πρὸς κακίαν, κληρώσασθαι αὐτὸν ἢ τὴν ἀθανασίαν ἢ τὴν θνητότητα. κἂν γὰρ σάρκα εἶχε καὶ τότε ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐχ οἵαν νῦν. καὶ τοῦτο φησὶν ὁ θεόλογος Γρηγόριος, λέγων· καὶ τοὺς δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας, ἴσως τὴν παχυτέραν σάρκα καὶ θνητὴν καὶ ἀντίτυπον. ὥστε πρὸ τῆς παραβάσεως οὔτε παχεῖα ἦν ἡ σὰρξ τοῦ Ἀδὰμ, οὔτε φύσει θνητή. ἦσαν δ' οἱ λέγοντες, ὅτι θνητὸς ἐξ ἀρχῆς ἐπλάσθη καὶ θανεῖν ἔμελλε, κἂν μὴ παρέβη τὴν ἐντολὴν, καὶ οὐχὶ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπεισῆλθεν ὁ θάνατος, ἀλλὰ διὰ τὴν φύσιν παιδιόθεν γεγονυῖαν ἀρχῆθεν. τοὺς οὖν ταῦτα φρονοῦντας οἱ τῆς συνόδου ταύτης πατέρες καταψηφίσαντο ὡς ἀνάθεμα.

Bals. & Zonar. Deus Adam nec mortalem fecit, nec immortalem, ſed medium inter magnitudinem & humilitatem, & cùm eum ſuæ poteſtatis liberíque arbitrii compotem feciſſet, dimiſit: ut utrolibet, ſive ad virtutem, ſive ad vitium inclinaſſet, vel immortalitatem, vel mortalitatem ſortiretur. Etſi enim carnem tunc quoque habebat homo: non tamen qualem nunc. Et hoc ait Gregorius Theologus, cùm dicit; Pelliceas quoque veſtes induit, forte denſiorem carnem & mortalem & reſiſtentem. Quare ante transgreſſionem nec denſa erat caro Adami, nec natura mortalis. Fuerunt autem qui dicerent eum, & mortalem ab initio factum eſſe, & moriturum fuiſſe, etiamſi mandatum non eſſet transgreſſus: & non propter peccatum ingreſſam eſſe mortem, ſed propter naturam, quæ fuit talis ab initio. Eos ergo, qui ita ſentiunt, hujus Syn. Patres anathemate damnarunt.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ τὸν πρωτόπλαστον δογματίζων καὶ δίχα τῆς ἁμαρτίας παραξάμενον, διὰ ἀνάγκην τῆς φύσεως, ἤτω ἀνάθεμα.

Aristy. *Qui protoplaſtum etiam ſine peccato per naturæ neceſſitatem moriturum fuiſſe aſſerit, Anathema ſit.*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Canon CXII.

Quòd infantes in peccatorum remiſſionem baptizantur. Similiter placuit, ut quicunque parvos & recèns natos infantes ab utero matris baptizandos eſſe negat; vel dicit in remiſſionem peccatorum baptizari, non autem ex primi parentis Adam peccato quidquam trahere, quod debeat lavacro regenerationis purgari (unde eſt conſequens, quòd in his forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non vera, ſed ficta intelligitur) ſit anathema: quoniam non aliter intelligere oportet quod ab Apoſtolo dictum eſt, Per unum hominem peccatum introivit in mundum, & per peccatum mors, & ſic in omnes homines pervaſit, in quo omnes peccaverunt; niſi quemadmodum catholica Eccleſia, quæ ubique diffuſa eſt & ſimplex, ſemper intellexit. Propter hanc enim fidei regulam infantes quoque, qui nullum ex ſe peccatum committere potuerunt, verè in peccatorum remiſſionem baptizantur; ut per regenerationem in eis verè mundetur, quod ab antiqua origine contraxerunt.

Bals. & Zonar. Dicebant quidam, recèns natos infantes in remiſſionem peccatorum non baptizari: eos enim non habere peccatum, cùm per naturam adhuc peccare non poſſint, ut qui bonum & malum diſcernere nequeant. Hoc ergo prohibet Syn. & eos, qui ita ſentiunt, & dicunt illos, qui ab ipſo deſcenderunt, nihil ex primi Parentis Adam peccato trahere, ut infantes ex ſancto baptiſmi lavacro mundatione opus habeant, anathemati ſubjicit; dicens, quòd ex hoc conſequens eſt intelligere, quòd forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non eſt vera, ſed ficta, in his ſcilicet infantibus. Deinde ſuam quoque rationem confirmat, ex magno Paulo ſententiam adducens. Quomodo enim, inquit, aliter eſt intelligendum, quòd peccatum per unum hominem ingreſſum eſt in mundum, & per peccatum mors, & ſic in omnes homines pervenit, in quo omnes peccaverunt; niſi quemadmodum hoc intellexit catholica Eccleſia, quæ ubique diffuſa eſt & ſimplex, in toto ſcilicet mundo diſperſa fidelium multitudo?

Arist. *Qui infantes recens natos & baptizatos nihil ex Adami peccato trahere, quod baptiſmate mundari debet, aſſerit, execrandus eſt: per unum enim & mors & peccatum univerſum mundum invaſit.*

Canon CXIII.

Quòd Dei gratia non ſolùm largitur remiſſionem peccatorum, ſed etiam præbet auxilium, ut non ampliùs peccetur. Similiter placuit, ut quicunque dixerit Dei gratiam, qua juſtificatur homo per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, valere ad ſolam jam commiſſorum peccatorum remiſſionem, & non præbere præterea auxilium, ut non deinceps peccetur, ſit anathema. Quòd Dei gratia non præbet ſolam cognitionem eorum quæ oportet facere; ſed dilectionem præterea nobis inſpirat, ut quod cognoſcimus, etiam implere valeamus. Similiter, quicunque dixerit eandem Dei gratiam, quæ eſt per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad hoc ſolum nos adjuvare, ne peccemus, quia per eam revelatur nobis & manifeſtatur cognitio peccati, ut ſciamus quæ quæri & quæ vitari oporteat: non autem per eam præberi, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere diligamus & valeamus, ſit anathema. Cùm enim dicit Apoſtolus; Scientia inflat, charitas autem edi-

ΚΑΝΩΝ ριβ'.

Οτι τὰ μικρὰ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζονται. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁσπιδήποτε τὰ μικρὰ καὶ νεογνὰ τῶν γαστέρων τῆς μητέρων βαπτισμα ἄρνηται, ἢ λέγῃ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτὰ βαπτίζεσθαι, μηδὲν δὲ ἐκ τοῦ τοῦ Ἀδὰμ ἕλκειν προγονικῆς ἁμαρτίας ὃ ὀφείλον καθαρθῆναι τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας (ὅθεν ἔπεται ἀκόλουθον, ὅτι ἐν αὐτοῖς ὁ τύπος τοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίσματος οὐκ ἀληθὴς, ἀλλὰ πλαστὸς νοῆται, ἀνάθεμα εἴη· δεῖ γὰρ οὕτω ἄλλως δεῖ νοῆσαι ὃ εἰρημένον τοῦ ἀποστόλου, δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος· καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους διῆλθεν, ἐν ᾧ πάντες ἥμαρτον, εἰ μὴ ὧν τύπον ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἡ παντοχοῦ διακεχυμένη καὶ ἁπλωμένη αἰεὶ ἐνόησεν. διὰ γὰρ τὸν κανόνα τοῦτον τῆς πίστεως καὶ οἱ μικροὶ, οἱ μηδὲν ἁμαρτημάτων εἰς ἑαυτοὺς ἵνα μὴ πληρωθῶσιν δυνάμενοι, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἀληθινῶς βαπτίζονται· ἵνα καθαρθῶσιν ἐν αὐτοῖς διὰ τῆς παλιγγενεσίας, ὅπερ ἥλκωσθαι ἐκ τῆς ἀρχαιογονίας.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝ. Ἔλεγον τινὲς τὰ νεογνὰ παιδία μὴ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζεσθαι· μηδὲ γὰρ ἔχειν αὐτὰ ἁμαρτίας, ἐπεὶ μηδὲ πεφύκασιν ἁμαρτάνειν, ἕνα μὴ ἔχωσι διάκρισιν τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ χείρονος. τοῦτο οὖν ἀπαγορεύει ἡ συνοδος, καὶ τοὺς φρονοῦντας οὕτω, καὶ λέγοντας μή τι ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ προγονικῆς ἁμαρτίας ἐφέλκεσθαι τὰ ἐξ ἐκείνου, ὥστε καθάρσεως δέεσθαι τῆς ἐκ τοῦ θείου λουτροῦ τοῦ βαπτίσματος τὰ παιδία, ποιεῖται ὑπὸ ἀνάθεμα, λέγουσα, ὅτι ἐκ τούτου ἀκόλουθόν ἐστι νοεῖσθαι, ὡς ὁ τύπος τοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίσματος οὐκ ἀληθὴς ἔστιν, ἀλλὰ πεπλασμένος, ὄν τούτοις γοῦν τοῖς νεογνοῖς δηλαδή. εἶτα καὶ καταισχύζει τὸν οἰκεῖον λόγον, χρησάμενος ἐκ τοῦ μεγάλου Παύλου φθέγγουσα. πῶς γὰρ, φησιν, ἄλλως νοητέον ἐστὶ, δι' ἑνὸς ἀνθρώπου εἰσῆλθεν ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους διῆλθεν, ἐν ᾧ πάντες ἥμαρτον, εἰ μὴ ὡς ἐνόησε τοῦτο ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, ἡ παντοχοῦ διακεχυμένη τε καὶ ἁπλωμένη, ἤγουν ἡ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ἐσκεδασμένη πληθὺς τῶν πιστῶν.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ τὰ νεογνὰ καὶ βαπτιζόμενα λέγων μηδὲν ἕλκειν ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας ὀφεῖλον καθαρθῆναι τῷ βαπτίσματι, ἐπάρατος· διὰ γὰρ τοῦ ἑνὸς καὶ ὁ θάνατος καὶ ἡ ἁμαρτία παγκόσμιος.

ΚΑΝΩΝ ριγ'.

Οτι ἡ τοῦ θεοῦ χάρις οὐ μόνον ἄφεσιν χαρίζεται ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ βοήθειαν παρέχει τοῦ μηκέτι ἁμαρτάνειν· ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁσπιδήποτε εἴπῃ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἢ τινι δικαιοῦται διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, πρὸς μόνην ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἰσχύειν τῶν ἤδη πεπλημμελημένων, καὶ μὴ παρέχειν ἔτι μὴν βοήθειαν πρὸς τὸ μὴ ἔτερα πλημμελεῖσθαι, ἀνάθεμα εἴη. ὅτι ἡ χάρις τοῦ θεοῦ οὐ μόνον γνῶσιν παρέχει, ὧν δεῖ πράττειν, ἀλλὰ καὶ ἀγάπην ἔτι μὴν ἐμπνέει ἡμῖν, ἵνα ὃ ἐὰν ἐπιγινώσκωμεν, καὶ πληροῦν ἰσχύσωμεν. ὁμοίως, ὁσπιδήποτε εἴπῃ τὴν αὐτὴν χάριν τοῦ θεοῦ, τὴν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, εἰς τοῦτο μόνον ἡμῖν βοηθεῖν, πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ὅτι διὰ ταύτης ἡμῖν ἀποκαλύπτεται καὶ φανεροῦται ἡ γνῶσις τῶν ἁμαρτημάτων, ὥστε γινώσκειν ἃ δεῖ διώκειν καὶ ἃ δεῖ ἐκκλίνειν, οὐ μὴν δὲ αὐτῆς ἡμῖν παρέχεσθαι, ἵνα ὅταν γνῶμεν ποιητέον, καὶ ποιῆσαι ἔτι μὴν ἀγαπήσωμεν καὶ ἰσχύσωμεν, ἀνάθεμα εἴη. ἡ γὰρ ἀποστόλου λέγοντος, ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ, ἀσεβὶς πᾶν

ἔξι πεφύσθαι, φρὸς μὴν ὃ φρονεῖν ἡμᾶς ἔχειν πλὴν A
χάριν τοῦ Θεοῦ, φρὸς δὲ οἰκοδομὴν μὴ ἔχειν· ὁπότερον ἑκάτερον δωρόν ἔξι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὃ εἰδέναι τί ποιεῖν δεῖ, καὶ ὃ ἀγαπᾶν ὃ ἀγαθὸν ὃ δεῖ ποιεῖν· ἵνα ἡ ἀγάπη οἰκοδομήσῃ, ἡ γνῶσις φυσιοῦν μὴ δύνηται. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ γέγραπται, ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν· οὕτως ἔστι μὴν γέγραπται, ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἔξιν.

ficat; valde impium est credere, ad nos quidem inflandos habere nos Dei gratiam, ad ædificationem autem non habere: quando utrumque est donum Dei, & scire quid facere oporteat, & amare bonum quod facere oportet; ut charitate ædificante, scientia inflare non valeat. Quemadmodum enim de Deo scriptum est, Qui docet hominem scientiam: sic etiam scriptum est, Charitas ex Deo est.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι χορηγουμένην ἡμῖν χάριν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πιστεύομεν μὴ μόνον ἄφεσιν δίδοναι τῶν πεπραγμένων ἡμῖν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ δύναμιν φρὸς τὸ μὴ πάλιν ἡμᾶς ἁμαρτάνειν, εἰ μὴ ἡμεῖς διὰ ῥᾳθυμίαν ἐκδῶμεν ἑαυτοὺς ἁμαρτίαις· τοὺς δὲ μὴ οὕτω δοξάζοντας, ἀλλὰ μόνην τὴν ἀμαρτημάτων λέγοντας ἄφεσιν δίδοναι τὸ θεῖον λουτρόν, μὴ μέντοι καὶ φρὸς τὸ μέλλον βοήθειαν, ἀναθέματι κατεδίκασαν οἱ πατέρες. καὶ τοῦτο τινές ἔλεγον, ὅτι ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ εἰς τοῦτο ἡμῖν βοηθεῖ, εἰς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν· (διὰ αὐτῆς γὰρ γνῶσιν λαμβάνομεν τίνα δεῖ ποιεῖν καὶ τίνα φεύγειν) οὐ μὴν καὶ εἰς τὸ ἀγαπᾶν τὴν καλὴν καὶ τὴν ἀρετὴν ἐμποιεῖν ἡμῖν, ἵνα ὅταν γνῶμεν καλὸν, τοῦτο καὶ ἀγαπήσωμεν καὶ ποιῆσαι ἰσχύσωμεν. νῦν οὖν τοιαῦτα δοξάζοντας ἀναθεματίζει ἡ συνοδος, λέγουσα, ὅτι καὶ ἄμφω δῶρα εἰσὶ τοῦ Θεοῦ, ἥτε γνῶσις καὶ ἡ ἀγάπη, καθὼς γέγραπται, ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν, καὶ πάλιν, ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἔξιν. καὶ ἄλλως δὲ ἀσεβές ἔξι τὸ λέγειν, ὅτι γινώσκειν μὲν τὸ καλὸν δίδωσιν ἡμῖν ἡ θεία χάρις, ἀγαπᾶν δὲ αὐτὸ οὐκ ἐντίθησιν, οὐδὲ ἐνδυναμοῖ ἡμᾶς εἰς τὸ ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν ἐν ἀγάπῃ αὐτοῦ. καὶ φερφέρη τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ εἰς τὸν τοῦ λόγου κατασκόλιον, τοὺ λέγοντας, ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. πῶς οὖν οὐκ ἀσεβὲς τὸ λέγειν, φρὸς μὲν τὸ φυσιοῦν, ἤγουν τὸ οἴεσθαι ἐμποιεῖν, συνεργεῖν ἡμῖν τὴν θείαν χάριν· φρὸς δὲ τὸ οἰκοδομεῖν μὴ ὑπισχνεῖσθαι.

B

ΑΡΙΣΤ. Ὁ δοξάζων τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν μόνην ἄφεσιν τῶν ἤδη πεπλημμεληκότων ἔχειν, ἀλλὰ μὴ καὶ τὴν μελλόντων βοήθειαν· διεσπάσθω.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ λέγων, ὅτι ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν μόνον ἡμῖν βοηθῇ, τὸ εἰδέναι, τί δεῖ ποιεῖν, καὶ τί ἐκκλίνειν· ἀλλ' οὐχὶ καὶ εἰς τὸ ἀγαπᾶν τὸ ὑπογινωσθὲν, καὶ ποιεῖν δυνάσθαι, ἤτω ἀνάθεμα.

Bals. & Zonar. Gratiam quæ nobis in baptismate per Dominum nostrum Jesum Christum suppeditatur, credimus non solùm dare nobis remissionem peccatorum jam factorum; sed etiam potestatem ne ampliùs peccemus, nisi nos ipsos per socordiam peccatis tradiderimus: eos autem, qui non sic existimant, & dicunt peccatorum tantùm remissionem divinum dare lavacrum, non autem etiam auxilium ad futurum, anathemate condemnarunt Patres. Hoc quoque dicebant nonnulli, quòd Dei gratia nobis fert auxilium ad non peccandum, (Per eam enim cognitionem accipimus eorum quæ facere & fugere oportet) non autem etiam ad ingenerandam honesti virtutisque dilectionem, ut bonum quod cognoverimus, id & amemus & facere valeamus. Eos ergo, qui hæc opinantur, Synodus anathematizat, C
dicens, utrunque esse donum Dei, & scientiam & charitatem; quemadmodum scriptum est, Qui docet hominem scientiam; & rursus, Charitas ex Deo est. Alioqui impium est dicere, quòd bonum quidem nosse dat nobis Dei gratia, charitatem autem ejus non immittit, nec nobis dat vires nósque confirmat, ut bonum in ejus dilectione faciamus. Affert autem & in dicti sui confirmationem quod dicit Apostolus; Scientia inflat, charitas verò ædificat. Quomodo ergo non est impium dicere, ad inflandum quidem, seu ad vanam ingenerandum opinionem, divinam nobis gratiam conferre; sed ad ædificandum nihil dare auxilii. D

Arist. in Can. cxii. *Qui Dei gratiam solam eorum, quæ jam commisimus, peccatorum remissionem exhibere opinatur, non vero contra futura auxilium: hic execrandus est.*

Arist. in Can. cxiii. *Qui dicit, quòd Dei gratia ad hoc tantum nobis opitulatur, ut sciamus, quid facere oporteat, & quid effugere; sed non etiam ut cognitum amemus, & perficere valeamus: sit Anathema.*

KANΩN ριδ'.

Ὅτι οὐδὲ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τὸ εὐκόλως ἀγαθὸν δυνάμεις πληροῖ. ὁμοίως ἦρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε εἴπωσι, διὰ τοῦτο ἡ χάρις ἡμῖν ἡ δικαιοσύνης δεδόθαι, ἵνα ὅσῳ ποιῆσι διὰ τῆς ἀυτεξουσίου δυνάμεως, δυσχερεστέρως πληρώμεν διὰ τὴν χάριτος· ὡσανεὶ καὶ εἰ ἡ χάρις μὴ ἐδίδοτο, οὐκ δυσχερῶς μέν, ἀλλ' ὅμως ἐδυνάμεθα καὶ ταῦτα ἐκείνης ἄτερ μιᾶς πληρῶσαι τὰς Θείας ἐντολάς· ἀνάθεμα εἴη. εἰ γὰρ τὸ καρπῶν τὴν ἐντολὴν ὁ κύριος εἶπεν, χωρὶς ἐμοῦ δυσχερῶς δύνασθε ποιεῖν· ἀλλ' εἶπεν, χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν.

E

Quòd sine Dei gratia nihil possumus perficere. Similiter placuit, ut quicunque dixerit, propterea datam esse nobis justificationis gratiam, ut quod per liberum arbitrium facere possumus, facilius per gratiam peragamus; perinde ac si, quamvis non data esset gratia, difficulter quidem, sed tamen etiam sine illa, divina præcepta exequi possumus: sit anathema. De fructibus enim mandatorum Dominus non dixit, sine me difficilius potestis facere: sed, sine me nihil facere potestis.

ΒΑΛΣ. Μυρίαι δόξαι διεστραμμέναι ἦσαν, ὧν μία καὶ αὕτη ἡ λέγουσα, ὅτι αὐτεξουσίους ἡμᾶς ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἵνα δυνώμεθα καὶ τὴν Θείαν χάριτος ἄνευ πληροῦν τὰς ἐντολάς· ἡ δὲ Θεία χάρις εἰς τὸ δυσχερέστερον αὐτὰς πληροῦσθαι φῶς ἡμῖν ποιεῖ. δυνώμεθα γὰρ καὶ τὴν Θείαν χάριτος. μὴ συνεργούσης πληροῦν ταύτας, δυσχερέστερον δέ. τοῖς οὖν ταῦτα λέγουσιν ἀνάθεμα ἐπάγει ἡ συνοδος.

F

ΖΩΝΑΡ. Μυρίαι δόξαι διεστραμμέναι ἦσαν, ὧν μία καὶ αὕτη ἡ λέγουσα, ὅτι αὐτεξουσίους ἡμᾶς ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἵνα δυνώμεθα καὶ τὴν Θείαν χάριτος οὐκ πληροῦν τὰς ἐντολάς. ἡ δὲ Θεία χάρις εἰς τὸ δυσχερέστερον αὐτὰς πληροῦσθαι φῶς ἡμῖν συνεργεῖ. δυνώμεθα γὰρ καὶ τὴν Θείαν χάριτος μὴ

Bals. Innumerabiles erant perversæ opiniones, quarum una erat etiam quæ dicebat, quòd Deus dedit nobis liberum arbitrium, ut possemus etiam sine divina gratia Dei mandata complere: divina autem gratia ad ea faciliùs perficienda suum nobis præbet auxilium. Possemus enim illa etiam sine divina opem ferente gratiâ, sed difficiliùs, exequi. Iis ergo, qui hæc dicunt, anathema inducit Synodus.

Zonar. Innumerabiles erant perversæ opiniones, quarum una erat etiam quæ dicebat, quòd Deus dedit nobis liberum arbitrium, ut possemus etiam sine divina gratia Dei mandata complere: divina autem gratia ad ea facilius perficienda suum nobis præbet auxilium.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Possemus enim illa etiam sine divina opem ferente gratia, sed difficilius, exequi. Iis ergo, qui hæc dicunt, anathema inducit Synodus, asserens, totum gratiæ esse divinæ, ac sine illa nihil à nobis recte agi posse. Profert autem & testimonium Domini, dicentis; Sine me nihil omnino potestis facere: neque dixit, inquit, facile facere non potestis; sed, nihil potestis facere.

ARIST. *Qui prædicat, quod & sine gratiâ difficilius quidem, sed tamen explemus mandata; ter execrandus est: Dicit enim Dominus, sine me nihil omnino facere potestis.*

Pelagio & Celestino & Nestorio absurda sapiente, consentientibus, & impiorum Manichæorum dogmata & ea quæ Synodus anathematizat sentientibus & prædicantibus, qui eadem sentit inter Christianos non collocatur; sed ex Ecclesiâ relegatur ut alienus, & ab eâ pariter & Deo segregabitur. Dicunt autem quidam impios illos, nempe Celestinum & Pelagium, nec Episcopos nec Presbyteros nec omnino de ordine Sacerdotali fuisse; sed quasi Monachos existentes, & civitates pertranseuntes & consentientes contra veritatem, in Ecclesiam autem insurgentes sub Theophilo Alexandriæ Episcopo & Innocentio Romæ, & post multa certamina ab ipsis etiam Episcopis scriptis fuisse condemnatos. Quicunque ergo Adamum à Deo mortalem factum fuisse docet, & per naturæ necessitatem moriturum, sive peccasset, sive non; aut infantes non in peccatorum remissionem baptizatos dicit, ut nihil à primitivo Adami peccato attrahentes; cùm Apostolus hæc clamet, quod per unum hominem peccatum in mundum venit, & per peccatum mors; vel etiam sentit baptismum peccatorum quidem remissionem largiri, non autem & præbere auxilium ne amplius peccetur, sed nostro solo conatu illud emendari; vel illud etiam admittit, & Dei gratiam nos ad mandata ipsius explenda adjuvare arbitratur; sed docet, quod & sine gratiâ ea perficere possumus, sed cum difficultate: sit anathema. Nec enim dixit Dominus, quod sine me ea difficulter potestis facere; sed quod sine me nihil potestis facere.

CANON CXV.

Quòd non solùm humilis, sed etiam vera est hæc vox sanctorum; Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Similiter placuit, ut quod dixit sanctus Joannes Apostolus; Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est; quicunque sic accipiendum existimaverit, ut dicat per humilitatem non debere dicere nos non habere peccatum, non quòd verè ita est, sit anathema. Prosequitur enim Apostolus, & sic subjungit; Sin autem peccata nostra confessi fuerimus, fidelis est & justus qui peccata nobis remittet, & purgabit nos ab omni injustitia. Ubi planè ostensum est, hoc non solùm humiliter, sed etiam verè dici. Poterat enim Apostolus dicere; Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipsos extollimus, & humilitas non est in nobis: Sed cùm dixit, Nos ipsos seducimus, & non est in nobis veritas; apertè ostendit eum qui dicit, se non habere peccatum, non verum dicere, sed mentiri.

BALS. & ZONAR. Quidam id quod dicit Apostolus; Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipsos seducimus; sic acceperunt, quòd per humilitatem hoc oportet dicere, non per veritatem. Eos ergo, qui Apostoli dictum sic interpretantur, anathemate con-

A συνεργούσης πληροῦν ταύτας, δυσχερέστερον δέ. τοῖς οὖν ταῦτα λέγουσιν ἀνάθεμα ἐπάγει ἡ σύνοδος, λέγουσα δὲ πᾶν τῆς θείας χάριτος εἶναι, καὶ ἄνευ ἐκείνης μηδὲν ἡμᾶς κατορθοῦν. φέρει δὲ καὶ μαρτυρίαν ἐκ τοῦ κυρίου, λέγοντος, χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν, καὶ οὐκ εἶπε, φησιν, οὐ δύνασθε εὐχερῶς ποιεῖν· ἀλλὰ οὐδὲν δύνασθε ποιεῖν.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ κηρύττων, ὅτι καὶ δίχα τῆς χάριτος δυσχερεστέρως, ἀλλὰ οὖν ἐκπληροῦμεν τὰς ἐντολὰς, τρισκατάρατος· χωρὶς γὰρ ἐμοῦ, φησὶν ὁ κύριος οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

B Τοῦ Πελαγίου, καὶ Κελεστίνου, καὶ Νεστορίου τῶν ματαιόφρονος, ὁμοφρόνων γεγονότων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν δυσσεβῶν Μανιχαίων φρονούντων καὶ δογματιζόντων, καὶ ταῦτα ἅπερ ἡ σύνοδος ἀναθεματίζει, οὔ ποτέ τις ταῦτα φρονήσας τοῖς χριστιανοῖς συνταχθήσεται, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας ἐξοστρακισθήσεται ὡς ἀλλότριος, καὶ χωρισμὸν ἀπὸ ταύτης καὶ τοῦ θεοῦ κληρώσεται. φασὶ δέ τινες τοὺς ἀνοσίους τούτους, τοῦ Κελεστῖνον δηλαδὴ, καὶ Πελάγιον, μήτε ἐπισκόπους, μήτε πρεσβυτέρους, μήτε ὅλως τῶν ἱερατικοῦ γενέσθαι τάγματος· ἀλλὰ ὡσανεὶ μονάζοντας ὄντας, καὶ διερχομένους τὰς πόλεις, καὶ συμφωνοῦντας κατὰ τῆς ἀληθείας, ἐπαναστάντας δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ Θεοφίλου τῶν ἐπισκόπου Α-
C λεξανδρείας, καὶ Ἰνοκεντίου τῶν Ῥώμης, καὶ μετὰ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπ' αὐτῶν δὴ τῶν ἐπισκόπων ἐγγράφως κατακριθέντας· ὅστις γοῦν ἢ τοῦ Ἀδὰμ θνητὸν ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ θεοῦ γενέσθαι δογματίζει, καὶ διὰ ἀνάγκη τῆς φύσεως τεθνηξόμενον, κἄν τε ἥμαρτε, κἄν τε μή· ἢ τὰ νήπια λέγει μὴ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζεσθαι, ὡς μηδὲν ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ προγονικῆς ἁμαρτίας ἕλκοντα· καὶ ταῦτα τῶν ἀποστόλου βοῶντος, ὡς δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τοῦ κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος· ἢ πάλιν φρονεῖ τὸ βάπτισμα τῶν μὲν ἤδη ἡμαρτημένων δωρεῖσθαι ἄφεσιν, μὴ παρέχειν δὲ βοήθειαν καὶ εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτεῖσαι, ἀλλ' ἐξ ἡμετέρας μόνης σπουδῆς τοῦτο καθορθοῦσθαι·
D ἢ καὶ τοῦτο μὲν παραδέχεται, καὶ τὴν τῶν θεοῦ χάριν δοξάζει ἐνισχύειν ἡμᾶς εἰς τὸ τὰς ἐντολὰς ἐκπληροῦν· διδάσκει δὲ, ὡς καὶ δίχα τῆς χάριτος κατορθοῦν αὐτὰς ἠδυνάμεθα, πλὴν μετὰ δυσχερείας, ἤτω ἀνάθεμα. οὐδὲ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος· ὡς χωρὶς ἐμοῦ, δυσχερῶς δύνασθε ποιεῖν αὐτὰς ἀλλ', ὅτι, χωρὶς ἐμοῦ οὐδὲν δύνασθε ποιεῖν.

ΚΑΝΩΝ ριε'.

Ὅτι οὐ μόνον ταπεινὴ, ἀλλὰ καὶ ἀληθινὴ ἡ φωνὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν αὕτη, ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς
E πλανῶμεν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅπερ εἶπεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν· ὅστις δήποτε οὕτως παραληπτέον νομίσει, ὡς εἰπεῖν διὰ ταπεινοφροσύνην μὴ ὀφείλειν λέγεσθαι ἡμᾶς μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, οὐχ ὅτι ἀληθῶς οὕτως ἔστιν, ἀνάθεμα εἴη. ἐπακολουθεῖ γὰρ ὁ ἀπόστολος καὶ προσζεύγνυσιν οὕτως, ἐὰν δὲ ὁμολογήσωμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ὅστις ἀφήσει ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. ἔνθα πάνυ δεδήλωται τοῦτο μὴ μόνον ταπεινοφρόνως, ἀλλ' ἔτι μὴν ἀληθινῶς λέγεσθαι. ἠδύνατο γὰρ ὁ ἀπόστολος εἰπεῖν, ἐὰν εἴπωμεν, οὐκ ἔχομεν ἁμαρτίαν,
F ἑαυτοὺς ἐξυψοῦμεν, καὶ ταπεινοφροσύνη ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν· ἀλλ' εἰπὼν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστι, πάνυ ἀπέδειξεν τοῦ λέγοντα ἑαυτὸν μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, μὴ ἀληθεύειν, ἀλλὰ ψεύδεσθαι.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝ. Τινὲς τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν, τὸ λέγον ἐὰν εἴπωμεν, ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, οὕτως ἐξελαμβάνοντο, ὅτι διὰ ταπεινοφροσύνην δεῖ τοῦτο λέγειν, καὶ οὐ πρὸς ἀλήθειαν. τοὺς οὖν οὕτως ἑρμηνεύοντας τὰ εἰρημένα τῷ ἀποστόλῳ ἀναθέματι καταδικάζουσιν οἱ πατέρες, λέγοντες·

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

λέγοντες· ὅτι ὁκ ἦν ἐξῆς ῥημάτων τῆς ὑποστολῆς δείκνυται σαφῶς τοῦ ἀποστόλου ἡ ἔννοια ἐπάγοντος· ἐὰν δὲ ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ ὅσα ἑφεξῆς. καὶ ὁ Δαβὶδ δὲ λέγει, ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσησέ με ἡ μήτηρ μου. εἰ μὴ γὰρ ὁ νόμος ἐπεκύρου τῇ γαμῳ, ἁμαρτία ἂν ἐλογίζετο ἡ μίξις, φιλοτεκνίαν καὶ ὄρεξιν σαρκικὴν ἔχουσα κινοῦσθαι εἰς αὐτὸ, κἂν διὰ παιδοποιΐαν γίνηται. διὸ καὶ ἐν ἁμαρτίαις, εἶπεν ὁ Δαβὶδ, ἐκίσησέ με ἡ μήτηρ μου. εἰ γὰρ αἰτίαν ἔχει τὸ τῆ σαρκὸς ἐπιθυμίαν τῆς σωμάτων ἡ γένεσις, τοιαῦτα πάντως καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γεννώμενα.

A demnant Patres, dicentes, quòd ex proximè sequentibus Epistolæ verbis clarè ostenditur Apostoli sententia, subjungentis: Sin autem confiteamur peccata nostra, & quæ deinceps sequuntur. Jam verò David quoque dicit; In peccatis concepit me mater mea. Nisi enim lex nuptiis opem ferret, coitus peccatum existimaretur, libidinem carnisque appetitionem habens, quæ ipsum incitaret, etiam si liberorum gratia fieret. Et ideo, In peccatis, dixit David, concepit me mater mea. Si enim carnis cupiditatem causam habeat corporum generatio, talia sunt omnino & quæ ex ipsis generantur.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ, τῷ θεολογοῦντι λέγοντι· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν ὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀποπλανῶμεν, ὑπερμεμψίων, ὅτι οὐκ ἀληθῶς, ἀλλὰ ταπεινοφρόνως εἶρηκε τοῦτο· ἀνάθεμα.

B Aris t. *Qui, Theologo dicente, Si dixerimus, quod peccatum in nobis non est, nosmetipsos seducimus; interpretatur, ut non verè, sed humiliter hoc dixit: Anathema sit.*

Ἐπειδὴ πάντες ὐν ἁμαρτίαις ἐσμὲν, καὶ οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου οὐδὲ ἂν μία ἡμέρα ὅλος ὁ βίος αὐτοῦ ἔζηται· ἀναθέματι ἔοικε ὁ λέγων, ταπεινοφρόνως, καὶ μὴ ἀληθῶς ταῦτα τοῦ ἀποστόλου εἰρηκέναι δοκῶ, ἐὰν γὰρ διὰ ταπεινοφροσύνην τοῦτ' εἴρηκεν, οὐκ ἂν εἶπεν, ὅτι ἑαυτοὺς ἀποπλανῶμεν, ἀλλὰ ὑψοῦμεν· ὀκεῖνο γὰρ ἀπατᾷ ἑαυτὸν ὁ πλανώμενος καὶ ψευδόμενος, οὐ μὴν ὁ τὰ ἀληθῆ λέγων.

Quandoquidem omnes sumus in peccatis, & nemo purus à sordibus, etiamsi unus dies tota sit illius vita: anathemati obnoxius est, qui dicit, humiliter & non verè, ab Apostolo dici; Quòd si dicimus, quòd peccatum non est in nobis, nosmetipsos seducimus. Si enim per humilitatem illud dixerit, non dixisset, quod nosmetipsos seducimus sed exaltamus: Ille enim seipsum seducit, qui hallucinatur & mentitur; non ille qui C veritatem dicit.

ΚΑΝΩΝ ριϛ'.

Ὅτι ὀφείλομεν τῇ δεσποτικῇ δυνάμει οἱ ἅγιοι ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγουσιν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφλήματα ἡμῶν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε εἴπῃ, ὀφείλομεν τῇ δεσποτικῇ δυνάμει διὰ τοῦτο λέγειν τοὺς ἁγίους, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφλήματα ἡμῶν, μὴ ὅτι ὑπὲρ ἑαυτῶν τοῦτο λέγουσιν, ὅπερ αὐτοῖς λοιπὸν οὐκ ἔστιν ἀναγκαία αὕτη ἡ αἴτησις, ἀλλ' ὅτι ὑπὲρ ἄλλων τῶν ὄντων ὀφειλόντων τῷ λαῷ αὐτῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ μὴ λέγῃ ἕνα ἕκαστον τῶν ἁγίων, ἄφες μοι τὰ ὀφειλήματά μου, ἀλλ' ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· ὡς ὑπὲρ ἄλλων τοῦτο μᾶλλον ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὸ δίκαιον αἰτούμενα νοεῖσθαι· ἀνάθεμα εἴη. ἅγιος γὰρ καὶ δίκαιος ἦν Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος, ὅτε ἔλεγε, ὀφείλομεν γὰρ ἁμαρτάνομεν πάντες. ἐπεὶ διὰ τί προστέθειται ὅ πάντες, εἰ μὴ ἵνα ἡ ἔννοια αὕτη ἁρμοσθῇ καὶ τῷ ψαλμῷ, ὅπου ἀναγινώσκεται, μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν· καὶ ὀν τῇ βίβλῳ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος· θεός ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐχ ἥμαρτεν· καὶ ὀν τῇ βίβλῳ τοῦ ἁγίου Ἰωβ, ὅ ὀν χειρὶ πάντὸς ἀνθρώπου, σημαίνῃ, ὥστε εἰδέναι πάντα ἄνθρωπον τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ. ὅθεν ἔτι μείζων ὁ ἅγιος Δανιὴλ, ὀν τῇ προσευχῇ πληθυντικῶς λέγων ὅ ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, καὶ τὰ λοιπὰ, ἃ ὀκ ἦν ταπεινοφρόνως καὶ ἀληθινῶς ὁμολογῶν· ἵνα μὴ νομισθείη, ὡς τινες νοοῦσι, τοῦτο μὴ περὶ τῶν ἰδίων, ἀλλὰ περὶ τῶν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ μᾶλλον λέγειν ἁμαρτιῶν, μὴ ταῦτα εἶπεν, ὅτι δικαίως καὶ ὁμολογούμενος τοῖς ἁμαρτίαις μου καὶ ταῖς ἁμαρτίαις τοῦ λαοῦ μου κατέφυγε τοῦ θεοῦ μου. οὐκ ἠθέλησεν εἰπεῖν τοῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, ἀλλὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ εἶπεν καὶ ἑαυτοῦ· ὅπερ μέλλοντας τοῦτο οὕτως κακῶς νοεῖν ὡσανεὶ προεῖδεν ὁ προφήτης.

Canon CXVI.

Quòd in oratione Dominica sancti pro seipsis dicunt; Dimitte nobis debita nostra. Similiter placuit, ut quicunque dixerit; In oratione Dominicâ propterea dicere sanctos, Dimitte nobis debita nostra, non quòd pro seipsis hoc dicant, quandoquidem ipsis deinceps non est necessaria talis petitio, sed quòd pro aliis peccatoribus, qui sunt in suo populo; & non dicat unusquisque sanctus, dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, tanquam pro aliis hoc magis quàm pro se justus intelligi postulet; sit anathema. Sanctus enim & justus erat Jacobus Apostolus, quando dixit; In multis enim offendimus omnes. Cur enim additum est illud, Omnes, nisi ut ea sententia psalmo quoque conveniat? ubi legitur, Ne introeas in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens; & in oratione sapientissimi Solomonis, Non est homo qui non peccaverit; & in libro quoque sancti Job, illud, In manu omnis hominis significat, ut omnis sciat homo imbecillitatem suam. Unde præterea sanctus quoque Daniel, cùm in oratione pluraliter diceret illud, Peccavimus, iniquè egimus, & reliqua, quæ illic humiliter & verè confitetur; ne existimaretur, ut quidam sentiunt, hoc non de propriis, sed de populi potiùs dicere peccatis, postea dixit; Oravi & confessus sum peccata mea, & peccata populi mei, Domino Deo meo. Noluit dicere peccata nostra, sed ipsius populi dixit & sua; quoniam futuros, qui illud sic malè intelligerent, veluti prævidit propheta.

ΒΑΛΣ. Ἀπόνοιά ἐστι τὸ λέγειν, ὅτι οἱ ἅγιοι δυνάμενοι, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν τοῦτο λέγουσιν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. διὸ καὶ τοὺς τοῦτο φρονοῦντας ἀναθεματίζουσιν οἱ πατέρες, λέγοντες, οὐχ ὑπὲρ τῶν ἄλλων μόνον τοὺς δικαίους αἰτεῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν· καὶ μαρτυρίαν ἐπιφέρουσι γραφικὴν, μίαν μὲν ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἀδελφοθέου Ἰακώβου· τὰς δὲ λοιπὰς ἐκ τῆς παλαιοτέρας γραφῆς.

Bal s. Arrogantia est dicere, quòd sancti precantes, Dimitte nobis debita nostra, non pro seipsis hoc dicunt, sed pro populo. Et ideo eos, qui ita sentiunt, Patres anathemate feriunt; dicentes, justos non pro aliis solis petere remissionem peccatorum, sed etiam pro se ipsis: & adducunt testimonia sacræ Scripturæ; unum quidem ex epistola Jacobi fratris Domini; reliqua autem ex veteri testamento.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τοῦτο τῆς αὐτῆς ἀπονοίας ἐστὶ, τὸ λέγειν, ὅτι οἱ ἅγιοι δυνάμενοι, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν τοῦτο λέγουσιν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. διὸ καὶ τοὺς ταῦτα φρονοῦντας ποιοῦνται ὑπὸ ἀνάθεμα οἱ τῆς συνόδου ταύτης, λέγοντες, οὐχ ὑπὲρ τῶν ἄλλων μόνον

Zonar. Hoc etiam est arrogantiæ dicere, quòd sancti precantes, Dimitte nobis debita nostra, non pro seipsis hoc dicunt, sed pro populo. Et ideo eos, qui ita sentiunt, hujus Synodi Patres anathemate feriunt, dicentes, justos non pro aliis solis petere

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

remissionem peccatorum, sed etiam pro seipsis: & adducunt testimonia sacræ scripturæ; unum quidem ex Epistola Jacobi fratris Domini; reliqua autem ex veteri testamento.

A τοὺς δικαίοις αἰτεῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν. καὶ μαρτυρίας ἐπιφέρουσι γραφικὰς, μίαν ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἀδελφοθέου Ιακώβου, τὰς δὲ λοιπὰς ἐκ τῆς παλαιοτέρας γραφῆς.

ARIST. *Qui illud; Dimitte nobis debita nostra; quæ multorum sunt dicere, & non quæ singulorum & propria, exponit, Anathema sit: cum Danielem etiam cum multis dicentem videat; Confessus sum peccata mea, & peccata populi mei.*

ΑΡΙΣΤ. Ὁ παραφράζων δὲ, (ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν) τὰ τῶν πολλῶν λέγειν, καὶ οὐχ ἑκάστου καὶ τὰ οἰκεῖα, ἀνάθεμα· μετὰ πολλῶν καὶ Δανιὴλ βλέπων λέγοντα, ἐξωμολογούμην τὰς ἁμαρτίας μου, καὶ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ μου.

Qui perperam interpretatur, quòd sancti illud, Remitte nobis debita, dicentes, non pro seipsis precantes illud dicunt, ut non habentes peccatum, ac ideo precatione istâ non indigent; sed pro peccatoribus orationem istam Deo offerunt, anathema sit. Sanctus enim & justus erat Apostolus Jacobus, quando dixit, In multis enim peccamus omnes: & Daniel in oratione ejus numero plurali dicens, peccavimus, legem transgressi sumus & cætera; deinde & singulariter addens, Confessus sum peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo meo.

B Ὁ παρερμηνεύων ὡς οἱ ἅγιοι δὲ, (ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα, λέγοντες, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν εὐχόμενοι τοῦτο λέγουσιν, ὡς μὴ ἔχοντες ἁμαρτίας, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ δεόμενοι τῆς αἰτήσεως ταύτης. ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν ἱκεσίαν ταύτην προσφέρουσι τῷ θεῷ, ἤτω ἀνάθεμα· ἅγιος γὰρ καὶ δίκαιος ἦν Ιάκωβος ὁ ἀπόστολος, ὅτε ἔλεγεν· ἐν πολλοῖς γὰρ ἁμαρτάνομεν πάντες. καὶ ὁ Δανιὴλ ἐν τῇ προσευχῇ αὐτοῦ πληθυντικῶς λέγων. ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, καὶ τὰ λοιπά· εἶτα καὶ ἰδικῶς ἐπάγων, ἐξωμολογούμην τὰς ἁμαρτίας μου, καὶ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ μου κυρίῳ τῷ θεῷ μου.

CANON CXVII.

ΚΑΝΩΝ ριζ'.

Quòd à sanctis verè dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Similiter placuit, ut quicunque hæc verba orationis Dominicæ, ubi dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sic volunt dici à sanctis, ut ea humiliter, non verè dicta sint; sint anathema. Quis enim ferat precantem, & non hominibus, sed Deo mentientem: qui labris dicat, velle sibi remitti; sed corde dicat, se non habere peccata, quæ sibi dimittantur?

C Ὅτι ἀληθῶς ἀπὸ τῶν ἁγίων λέγεται, δὲ, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα οἵ τινες δήποτε αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς δεσποτικῆς εὐχῆς, ὅπου λέγομεν, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, οὕτως βούλονται ἀπὸ τῶν ἁγίων λέγεσθαι, ὡς ταπεινοφρόνως καὶ οὐκ ἀληθῶς ταῦτα λεχθῆναι, ἀνάθεμα εἴη. τίς γὰρ ὑπενέγκοι καὶ εὐχόμενον καὶ μὴ ἀνθρώποις, ἀλλ' αὐτῷ τῷ κυρίῳ ψευδόμενον, καὶ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ λέγοντα, θέλειν ἀφεθῆναι· τῇ δὲ καρδίᾳ λέγοντα, τὰς ὀφειλούσας ἀφεθῆναι ἁμαρτίας αὐτῷ, μὴ ἔχειν;

BALS. Præsens quoque canon est ejusdem sententiæ, cùm dicit, Quis enim eum feret, qui verbis quidem petit remissionem peccatorum, corde autem se non habere peccata existimet; & non hominibus, sed Deo mentitur?

D ΒΑΛΣ. Καὶ ὁ παρὼν κανὼν τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἐστὶ, λέγων, τίς γὰρ ἀνέξεται καὶ τοῖς ῥήμασι μὲν ἄφεσιν σφαλμάτων αἰτοῦντα, τῇ δὲ καρδίᾳ μὴ ἔχειν λογιζόμενον ἁμαρτίας, καὶ οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ ψευδόμενον;

ZONAR. Præsens quoque canon est ejusdem sententiæ, & anathemati subjicit eum, qui ita sentit, dicens; Quis enim eum ferat hoc est, quis sustineat, & patiatur eum, qui verbis quidem petit remissionem peccatorum, corde autem se non habere peccata existimet; & non hominibus, sed Deo mentitur?

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ παρὼν κανὼν τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἐστὶ, καὶ ἀναθέματι ἔνοχον ποιεῖται καὶ τὰ αὐτὰ δοξάζοντα, λέγων, τίς γὰρ ὑπενέγκοι, ἀντὶ τοῦ, τίς γὰρ ὑπομείνοι καὶ καταδέξηται καὶ τοῖς ῥήμασι μὲν ἄφεσιν σφαλμάτων αἰτοῦντα, τῇ δὲ καρδίᾳ μὴ ἔχειν λογιζόμενον ἁμαρτίας, καὶ οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ ψευδόμενον;

CANON CXVIII.

ΚΑΝΩΝ ριη'.

E

De populis, qui à Donatistis convertuntur. Similiter placuit, quoniam ante aliquot annos in hac Ecclesia plena Synodo definitum est, ut quæcunque Ecclesiæ, in diœcesi sitæ, ante leges de Donatistis editas catholicæ factæ fuerint, ad illas sedes pertinerent, per quarum Episcopos persuasæ catholicæ unioni communicarunt; post leges autem, quæcunque communicarunt, ad illas pertinerent, ad quas tunc quoque pertinebant, cum stabant à parte Donati; Et quoniam multæ contentiones de diœcesibus inter Episcopos postea exortæ sunt & exoriuntur, quibus tunc non perfectè provisum esse videtur: nunc huic sanctæ Synodo placuit, ut ubicunque fuit Catholica, & pars Donati, & ad diversas sedes pertinebant, quocunque tempore illic facta est vel erit unio, sive ante sive post leges, ad illam sedem pertineant, ad quam olim pertinebat, cùm esset Catholica.

F Περὶ τῶν λαῶν τῶν ἀπὸ τῶν Δονατιστῶν ἐπιστρεφόντων. ὁμοίως ἤρεσεν, ἐπεὶ πρό τινων ἐνιαυτῶν ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ πεπληρωμένῃ τῇ συνόδῳ ὡρίσθη, ἵνα οἱαιδήποτε ἐκκλησίαι, ἐν διοικήσει καθεστῶσαι, πρὸ τῶν νόμων τῶν περὶ τῶν Δονατιστῶν ἐντεθέντων καθολικαὶ γένωνται, ἐκείνοις τοῖς θρόνοις ἀνήκωσιν, ὧν τινῶν διὰ τῶν ἐπισκόπων προτραπεῖσαι τῇ καθολικῇ ἑνότητι ἐκοινώνησαν· μετὰ δὲ τοὺς νόμους οἱαιδήποτε ἐκοινώνησαν, ἐκείνοις ἀνήκωσιν, οἷς καὶ ὅτε ἦσαν εἰς δὲ μέρος τοῦ Δονάτου· καὶ ἐπεὶ πολλαὶ φιλονεικίαι ὕστερον μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων περὶ τῶν διοικήσεων ἀναφύησαν καὶ ἀναφύονται, οἷς τότε οὐ τελεία δοκεῖ γενέσθαι πρόνοια, νῦν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἤρεσεν, ἵνα ὁπουδήποτε καθολικὴ ἐγένετο, καὶ δὲ μέρος τοῦ Δονάτου, καὶ διαφόροις θρόνοις ἀνήκουσαι ἦσαν, ἐν οἱῳδήποτε καιρῷ ἕνωσις ἐκεῖ ἐγένετο ἢ ἔσται, εἴτε πρὸ τῶν νόμων, εἴτε μετὰ τοὺς νόμους, ἐκείνῳ τῷ θρόνῳ ἀνήκωσιν, ᾧ τινι ἡ ἔκπαλαι ἐκεῖ ὑπάρξασα καθολικὴ ἀνῆκεν.

ΚΑΝΩΝ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΚΑΝΩΝ ριθ'.

Περὶ τ, πῶς μεταξὺ ἀλλήλων μερίζονται τὰς διοικήσεις οἱ ἐπίσκοποι, τοῦτο μὲν οἱ καθολικοὶ, τῶν δὲ οἱ ἐκ τ Δονάτου ἐπιστρέψαντες· οὕτω δηλαδὴ, ἵνα εἴτε ἐπίσκοποι ἀπὸ τῆς Δοναπιστῶν τρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα ἐπέστρεψαν, ἐξίσου τρὸς ἀλλήλους διέλωσι τὰς οὕτως διαιρουμένας διοικήσεις, ἔνθα ἦσαν ἀμφότερα τὰ μέρη· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα ἄλλοι τόποι τρὸς ἐκεῖνον, καὶ ἄλλοι τρὸς ἐκεῖνον ἀνήκωσιν οὕτως, ἵνα ὁ παλαιότερος ἐν τῇ ἐπισκοπῇ μερίζῃ, καὶ ὁ ἥττων ἐκλέγηται. εἰ δὲ τυχὸν εἷς ἔσται τόπος, ἐκείνῳ τροσχωρήσῃ ᾧ τινι μᾶλλον γειτνιάζων διαίσκεται· ἐὰν δὲ ἀμφοτέροις τοῖς ἐγγὺς ἴσως γειτνιάζῃ, ἐκείνῳ τροσχωρησάτω, ὃν ὁ πλῆθος ἐκλέξηται. εἰ δὲ τυχὸν οἱ ἀρχαῖοι καθολικοὶ τὸν ἴδιον ἐκλήσουσι, καὶ οἱ ἐκ τ μέρους τ Δονάτου μεταστρέψαντες τὸν ἴδιον, τῆς πλείονος ἡγωμένης τροτιμᾶσθαι τῆς ὀλιγωτέρων· εἰ δὲ τὰ μέρη εἰσὶν ἴσα, τῷ παλαιοτέρῳ ἐπισκόπῳ καταλογιάσθω. ἐὰν δὲ οὕτως πλῆθοι οἱ τόποι διαιρεθῶσιν, ἐν οἷς ἀμφότερα καὶ μέρη εἰσὶν, ὡς μὴ δύνασθαι ἐξ ἴσου μερισθῆναι, τῷ ἀριθμῷ τ ἀνηκόντων τόπων ἀνίσου ὑπαρχόντος, τροῶτον μεριθῶσιν οἱ ἴσοι ἀριθμοὶ, καὶ τῇ ἀπομένοντι τόπῳ τοῦτο φυλαχθήτω, ὅσῳ ἀνωτέρω λέλεκται, ὅτι τοῦ τ ἑνὸς ἐζητεῖτο τόπου.

ΒΑΛΣ. Ἐξηγεῖσθαι τοὺς δύο τούτους κανόνας οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον, ὡς μηδὲν εἰς κοινὴν ἀφορῶντας οἰκονομίαν, ἀλλ' εἰς τοὺς ἐν Αφρικῇ ἀπὸ τῆς Δοναπιστῶν τροσελθόντας ἐπισκόπους τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ τ Δονάτου αἱρεσιῶται πολλοὶ ἐγένοντο, καὶ εἰς πλῆθη συστάντες ἐν διαφόροις διοικήσεσιν ἥρπασαν ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ ἐνορείας, καὶ τούτων κατῆρχον, καὶ οἰκειοῦντο. ἐπιστρεφόντων δὲ αὐτῶν τρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἀμφιβολίαι ἐγίνοντο τοῖς τ ἐνορειῶν τῆς ὑπ' ἐκείνων τροϊόντων κατοχῆς, τῆς ἐπισκόπων φασιαζόντων τρὸς ἀλλήλους, καὶ ἑκάστων εἰς ἑαυτοὺς ταύτας μεθελκόντων. τοῖς τόπου οὖν τοῦ κεφαλαίου καὶ ἄμφω οἱ κανόνες οὗτοι ἐξεφωνήθησαν, τυποῦντες, πῶς χρὴ τοῖς ἐπισκόποις μερίζεσθαι τοὺς τόπους, οὓς κατῆρχον οἱ Δοναπισταί. ἐξηγεῖσθαι δὲ τοὺς κανόνας καθ' μέρος οὐκ ἀναγκαῖον, ὅτι τε οὐκ ἀσάφειαν ἔχουσι, καὶ ὅτι μηδ' εἰς κοινὴν ὠφέλειαν οἰκονομίαν, ἀλλὰ τοῖς ἐν Αφρικῇ μόνοις τροσήκουσιν, κἀκείνοις καθ' ὃν τότε καιρόν.

ΑΡΙΣΤ. Αἱ ὁτιδήποτε γενόμεναι τῆς Δοναπιστῶν ἐπιστροφαὶ καὶ ἑνώσεις, ἐκείνῳ τῷ θρόνῳ ἀνηκέτωσαν, ᾧ καὶ ἡ ἔκπαλαι ἐκεῖσε καθολική.

Ἐπειδὴ πολλαὶ γεγόνασιν ἀμφιβολίαι τοῖς τῆς Δοναπιστῶν ἐπιστρεφόντων, τίνι θρόνῳ ἕκαστοι τροσκυρωθήσονται· τρὸ μὲν γὰρ τῆς νόμων τῆς βασιλικῆς, τῆς τοῖς τ ἑνώσεως τῆς ἐκκλησιῶν διαπατουμένων, ἐκείνῳ τῷ ἐπισκόπῳ ὑπετάσσοντο, διὸ οὗ τ πλάνης ὑπέστρεφον, καὶ τῇ καθολικῇ ἐκοινώνησαν ἐκκλησίᾳ. μετὰ δὲ τοὺς νόμους, ἐκείνοις τῆς ἐπισκόπων ἦσαν ἀνήκοντες, τοῖς πλησίον οὖσι τῆς τόπων, τῆς ἀπ' αὐτῆς δὴ τῆς Δοναπιστῶν κατοχουμένων. ὥρισεν ἡ σύνοδος, ἵνα μεταξὺ τῆς ἐπισκόπων ἀναφυομένας ἀμφιβολίας λύουσα, ἐκείνῳ τῷ θρόνῳ τόπους ἀνήκειν, ᾧ τινι καὶ ἡ ἔκπαλαι ἐκεῖσε ὑπαρξαῖα καθολικὴ ἐκκλησία διαφέρει.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ ἐπιστρέψαντες ἀπὸ Δονάτου, διελέσθωσαν τὰς διοικήσεις, καὶ ὁ μὲν παλαιότερος ἐπιμερίζοι, ὁ δὲ νέος ἐκλέγοιτο.

Ἐὰν οἱ τῆς Δοναπιστῶν ἐπίσκοποι τρὸς τὴν καθολικὴν ἐπιστρέψωσιν ἐκκλησίαν, καὶ μεταξὺ αὐτῆς, ἢ καὶ ἑτέρων καθολικῆς ἐπισκόπων, τροικίαι τινὲς ὦσιν, ἐν αἷς καὶ ἀμφότεροι ἐπισκοπικὰ δίκαια εἶχον· γνώμη ἡ διαίρεσις τῆς ὅλων ἀνακεκοινωμένων τροικιῶν καὶ διοικήσεων μεταξὺ αὐτῆς ἐπίσης, πλὴν οὕτως, ὥστε τὸν μὲν παλαιότερον

CANON CXIX.

Quomodo inter se diœceses dividant Episcopi, partim quidem catholici, partim verò qui à Donato conversi sunt; sic videlicet, ut si quidem Episcopi à Donatistis ad Catholicam unionem conversi fuerint, ex æquo inter se invicem dividant, quæ sic inveniuntur diœceses, in quibus erant utræque partes; id est, ut alii loci ad illum, & illi ad hunc pertineant, sic ut antiquior in Episcopatu dividat, minor autem eligat. Sin autem unus fortasse fuerit locus, ad illum pertinebit cui vicinior reperitur: quòd si utrisque sedibus ex æquo sit vicinus, illi cedat quem populus elegerit. Sed si antiqui fortè catholici proprium vocluerint, & qui erant ex parte Donati, conversi, proprium; plurium sententia præferatur sententiæ pauciorum: Sin autem sint partes æquales, antiquiori Episcopo adscribatur. Quòd si ita plurima loca inventa fuerint, in quibus sint utræque partes, ut non possint ex æquo dividi, cùm numerus ipsorum locorum sit inæqualis; primùm quidem dividantur æquales numeri; & in loco, qui restat, servetur id, quod superiùs dictum est, quando de uno loco quærebatur.

BALS. Exponere hos duos canones non est necessarium; ut qui nec ad communem œconomiam conferant, sed ad Episcopos, qui in Africa à Donatistis ad catholicam Ecclesiam accesserunt.

ZONAR. Cum eorum, qui ad Donati errores appulerant, ingens esset multitudo, conspiratione inter se facta, in multis diœcesibus Ecclesias, quin & ipsas quoque regiones invaserant, eásque quasi suæ ditionis effectas detinebant. Postea cum fidem orthodoxam denuò amplecterentur, controversiæ de iis, quas antea occupaverant, regionibus oriebantur, cum eas ad se trahere diffidentes Episcopi pro se quisque niterentur. In hanc ergo sententiam hi duo canones editi, ac per eos loca, quæ Donatistæ invaserant, dividendi forma Episcopis præfinita. Illos porro sigillatim exponere haud necessarium; tum quia nihil obscuritatis habent; tum quia ad communem œconomiam non conferunt; sed eorum tantum, qui in Africa per id tempus degerent, proprii sunt ac peculiares.

ARIST. in Can. cxviii. *Quandocunque factæ sunt Donatistarum conversiones & uniones, ad illum pertineant thronum, ad quem & Catholica Ecclesia, quæ olim ibidem fuit.*

Quandoquidem multæ controversiæ ortæ sunt de Donatistis conversis, cuinam throno illi adjudicarentur. Nam ante leges Imperatorias Ecclesiarum unionem præcipientes, illi Episcopo subjecti erant, per quem ab errore conversi sunt, & Catholicæ Ecclesiæ communicabant. At post leges, ad eos Episcopos pertinebant, qui proximi erant locis ab ipsis Donatistis detentis. Decrevit Synodus, controversias inter Episcopos ortas dirimens, ad illum thronum eos pertinere, ad quem & olim ibi constituta Ecclesia Catholica pertinebat.

ARIST. in Can. cxix. *Qui à Donato conversi sunt, diœceses dividant, & antiquior quidem distribuat, junior autem eligat.*

Si Donatistarum Episcopi ad Ecclesiam Catholicam redeant, & inter eos, vel etiam alios Catholicos Episcopos, quædam sint parœciæ, in quibus ambo jura habent Episcopalia; fiat divisio parœciarum sive diœcesium ita communicatarum, æqualiter inter eos; sed ita, ut antiquior Episcopus

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Episcopus divisionem faciat, at qui post eum factus fuit electionem habeat. Si autem fortasse sit locus, in quo & Donatistæ habitabant & Orthodoxi, si vicinus sit Episcopo à Donatistis converso, ei integrè concedatur: Sin vero Episcopo Catholico vicinior sit, & pristini, qui in eo sunt, orthodoxi proprium habere vellent Episcopum; qui autem à Donato conversi sunt, etiam suum; plurium sententia prævaleat. Quòd si partes sint æquales, antiquiori Episcopo locus totus adjudicetur.

A ἐπίσκοπον ποιεῖσθαι ⸋ μερισμὸν, ⸋ δ' ὑστέρως μετ' ἐκεῖνον γλυόμενον ἔχειν τ' ἐπιτροπή. εἰ δὲ εἰς ἔτι τύπ⊖. εἰς ὃν ἦσαν ⸗ Δονατισταὶ οἰκοῦντες ⸗ ὀρθόδοξοι, εἰ μὴ γειτνιάζει τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἀπὸ τῶν Δονατιστῶν ἐπιστρέψαντι, ἐκείνῳ ⸗ δ' ἀκέραιον ⸋ χωρηθῆ· εἰ δὲ μᾶλλον τῷ καθολικῷ ἐπισκόπῳ πλησιάζει, ⸗ οἱ ἐν αὐτῷ ὄντες ἀρχαῖοι ὀρθόδοξοι ⸋ ἴδιον διελήσουσιν ἔχειν ἐπίσκοπον, οἱ δὲ ὀκ τῶ Δονάτου μεταστρέψαντες πάλιν ⸋ ἴδιον, τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος κρατείτω. εἰ δὲ τὰ μέρη ἴσα εἰσι, τῷ ἀρχαιοτέρῳ ἐπισκόπῳ ὁ τύπ⊖. ἅπας ⸋ προσκυρωθήσεται.

Canon CXX.

B

Ut si aliquam diœcesin ab hæresi Episcopus liberaverit, & triennio possederit, nemo eam repetat. Similiter placuit, ut si quis post leges locum aliquem ad catholicam unionem converterit, eúmque triennio, nullo repetente, detinuerit, deinceps ab eo ne repetatur; si quidem intra ipsum triennium fuerit Episcopus qui debebat repetere, & quievit: Sin autem non erat in matricula, præjudicium ei non afferatur; sed quando vacans locus Episcopum acceperit, liceat ei ab ipso die intra triennium repetere. Similiter autem & si à partibus Donati ad catholicam Ecclesiam conversus fuerit Episcopus, nullo præjudicio afficiatur in matricula de tempore præfinito; sed à quo die conversus est, facultatem habeat intra triennium repetendi loca, quæ ad suam sedem pertinent.

ΚΑΝΩΝ ρκ'.

Περὶ ⸋, ἐάν τινα διήκωσιν ὀξ αἱρέσεως ἐλευθερώσῃ ἐπίσκοπ⊖, ⸗ ⸋ τριετίαν κατάσχῃ, μηδένα ταύτῃ ἀναζητεῖν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐάν τις μὴ πρὸ νόμου τόπον τινὰ ⸋ τῇ καθολικῇ ἑνότητα μεταστρέψῃ, ⸗ τὴν ἐπὶ τριετίαν, μηδενὸς ἀναζητοῦντ⊖., κατάσχῃ, τῷ λοιπῷ ⸋ αὐτὸ μὴ ἀναζητηθῇ· ἐὰν μέντοι ὄντος τ' αὐτῆς τριετίας κατῆρχεν ἐπίσκοπ⊖. ὁ ὀφείλων ἀναζητῆσαι, ⸗ ἡσύχασεν. εἰ δὲ μὴ ἦν, μὴ ⸋ προκριμαπαθῇ ἐν τῇ μάτρικι, ἀλλ' ὅπ ὁ χηρεύων τόπ⊖. λάβῃ ἐπίσκοπον, ἐξὸν εἶη αὐτῷ ἀπ' αὐτῆς τ' ἡμέρας ὄντος τριετίας ἀναζητῆσαι. ὁμοίως δὲ ⸗ ἐὰν ἐπίσκοπος ὀκ ⸋ τῶ Δονάτου μερῶν ⸋ τῷ καθολικῷ ἐπιστρέψῃ, μὴ ⸋ προκριμαπαθείη ἐν μάτρικι ⸋ τῷ ὡρισθέντ⊖. χρόνου, ἀλλ' ἐξ ἧς ἡμέρας ἐπέστρεψεν, ἐχέτω ἐξουσίαν ἀναζητεῖν ὄντος τριετίας τοὺς τόπους τῇ αὐτῷ ἀνήκοντας καθέδρᾳ.

C

D

E

F

verus Deus, & quod Filius creatus sit, & factus, & quòd fuit aliquando tempus, quando ille non esset. Sanctus autem Alexand. Patriarcha Alexandrinus, qui & ejus Patriarcha erat, eum antehac ob improbam ejus opinionem admonuerat, eique prava ejus fidei professione sæpius interdixerat, eumque rogaverat ut ab eâ recederet. Cum autem hoc respuisset, & illi morem non gereret, nec à pravitate opinionis suæ rediret, Ecclesia eum abscindebat, & segregabat. Quocirca maledictus Arius ad Imperatorem Constantinum profectus est, auxilium ab eo implorans contra Alexandrum Patriarcham Alexandrinum, eique commemorans, ut injuria ipse affectus fuerat. Ob hanc igitur aliasque rationes congregata est hæc Synodus: & interea dum Arius unà cum sancto concilio supradicto coram Imperatore Constantino conveniret, dicebat Imperator Ario, Tu ad nostrum imperium venisti, opem implorans; nos autem neminem, qui ad nos venit de accepta injuria conquerens, dimittere solemus, nisi injuriam ei illatam prius inspexerimus. Quapropter explica nunc sententiam tuam, ut viri hi judices eam audiant, & quid inter vos intersit, perspectum habeamus. Arius igitur illico surgebat, & fidem suam enunciabat, sententiamque suam explicabat, dicens, Dico quod Pater fuit cum non esset filius, & deinde quod ipse postea de novo produxit filium, qui fuit illi verbum, nisi quod creatus sit & de novo productus; Deinde tradidit imperium huic filio, qui verbum ejus vocatur per concessionem, & ipse fuit conditor cœlorum, & terræ, & omnium quæ inter ea sunt; quemadmodum dicit ille, cujus potens est in sancto suo evangelio (cui sit gloria) verbum, Data est mihi hodie potestâs super cœlos & terram. *Et ipse fuit eorum conditor ex eâ quæ ipsi data fuerat potestate. Deinde quod illud verbum corpus postea assumpsit ex Spiritu Sancto & ex Virgine Mariâ; factusque est per illud unus Christus. Christus autem duas nunc habet significationes, verbum & corpus, quæ tamen ambo creata sunt. Tum respondebat illico Alexander Patriarcha Alexandrinus, eique coram concilio dicebat, Dic modo nobis, quem nos oportet ex tua sententia potius colere, eum qui nos creavit, an eum qui nos non creavit; Resp. Arius, certe eum colere oportet qui nos creavit. Tum dixit ei Alexander Patriarcha, si Filius sit creatus, ut tibi videtur, nos autem ille creavit, & tamen ipse juxta te ex utraque parte creatus est, ut tu dixisti, tunc magis tenemur filium colere qui creatus est, quam colere patrem qui non est creatus, sed & cultus patris creatoris infidelitas erit, & cultus Filii creati fides; quæ omnium opinionum est absurdissima. Sancta igitur Synodus hæc à Papa Alexandrino dicta approbavit; Arii autem professionem fœdam judicarunt, ejusque opinio iis absurda visa est. Et unâ sententiâ sancta synodus in anathematisationem ejus ac segregationem consentiebat, ac proinde eum anathemate percusserunt, & segregarunt, & maledixerunt, & excommunicarunt. Et necessarium modo effecerunt, ut hæretici pravis de religione opinionibus imbuti amoveantur, & anathemate percutiantur, & segregentur, non autem occidantur. Eum igitur Imperatoris jussu segregabant, & usque ad interitum ejus segregatus manebat. Interiit autem & mortuus est ex delapsu viscerum ejus, quæ in ventre erant,*

A وحدة الاله الحق وان الابن مخلوق مصنوع وقد
كان ان لم يكن وكان الاكسندرس
القديس بطرك الاسكندرية الذي هو بطركه يعاتبه
علي سو مقالته قبل ذلك وينهيه عن سو معتقده
كثيرا ويساله النزول عنها فلما لم يشا ذلك
ولم يطيعه ولم يرجع عن سوارايه قطعه وافرزه
وخرج اريوس اللعين الي قسطنطين الملك
B مستعديا علي الاكسندرس بطريرك الاسكندرية ذاكرا
له انه مظلوم فلهذا السبب وغيره اجتمع هذا المجمع
فعند ما اجتمع اريوس مع المجمع المقدس المذكور
قيمن يدي الملك قسطنطين قال الملك لاريوس
انت اتيت الي ملكنا مستعديا وليس سمعنا
فيمن جاء الينا متظلما الان ننظر في ظلامته
ولكن الان اشرح مقالتك حتي تسمعها القوم
C الحكام وننظر فيما بينكم وقام اريوس عند ذلك
وقال امامته شرح مقالته قايلا اقول ان الاب
كان ان لم يكن الابن ثم فيما بعد انه احدث
الابن فكان كلمة له الا انه مخلوق محدث ثم فوّض
الامر الي ذلك الابن المسمي كلمته بالموهبة فكان
هو خالق السموات والارض وما بينها كما قال عز قوله
في انجيله المقدس له المجد وهب لي اليوم سلطانا علي
D السموات والارض فكان هو الخالق لهما بما اعطيه
من الموهبة ثم ان تلك الكلمة تجسدت بعد ذلك
من الروح القدس ومن مريم العذري وصار بذلك
مسيحا واحدا فالمسيح الان علي معنايين كلمة
وجسد الا انهما جميعا مخلوقين فاجابه عند
ذلك الاكسندرس بطريرك الاسكندرية وقال له
بيمين يدي الجماعة اخبرنا الان ايما اوجب علينا
عندك عبادة من خلقنا اوعبادة من لم يخلقنا
قال اريوس بل عبادة من خلقنا قال له
E الاكسندرس البطريرك ان كان الابن المخلوق
كزعمك انه خلقنا وهو عندك مخلوق من كل
جهتيه كما زعمت انت فعبادة الابن المخلوق اذن اوجب
من عبادة الاب الذي ليس هو بمخلوق بل يصير عبادة
الاب الخالق كفرا وعبادة الابن المخلوق ايمانا وهذا
اشنع من الاقاويل وان فاستحسنت الجماعة المقدسة
F ذلك من البابا الاكسندرس وشنعوا معتقد اريوس وسمج
عندهم مقالته فاجتمع راي الجماعة المقدسة علي حرمه
وقطعه فاحرموه وقطعوه ولعنوه ونفوه وكانوا قد اوجبوا
علي المخالفين النظارين في الدين الابعاد والحرم
والنفي لا القتل فانفوه بامر الملك فاقام منفيا حتي
هلك وكان هلاكه وموته بنزول احشاه الذي في جوفه
وكان

A وكان موته بعد حرمه بيسير بقد امدة تسعتين من
ذفية ثم انهم من وقتهم وساعتهم كلك اعلنوا
كارزين بتاديد من الروح القدس الامانة الصحيحة
المقدسة التي مضمونها ان الابن من طبيعة الاب ومن
جوهره وقالوا هكذا نومن بالاه واحد اب ماسك
الكل صانع السماء والارض وكلما ايري وما لايري وبرب
واحد يسوع المسيح ابن الله الوحيد المولود من الاب
B قبل كل الدهور نور من نور الاه حق من الاه حق
مولود ليس بمخلوق المساوي الاب في الجوهر الذي
به خلق كل شي الذي منجلنا نحن معشر البشر ومن
اجل خلاصنا نزل من السماء وتجسد من الروح القدس
ومن مريم العذري وتانس وصلب عنا علي عهد بيلاطس
البنطي وتالم وقبر وقام في اليوم الثالث كما هو
مكتوب وصعد الي السموات وجلس عن يمين الاب
C وايضا ياتي بمجده ليدين الاحيا والاموات الذي ليس
لملكه فناء وبروح القدس الي هاهنا انتهوا ولم يذكروا
غير هذا لان لم يكن هناك ذكر شي من الخلاف عن
الروح القدس ثم انهم اتفقوا بتاديد الروح القدس علي
قول واحد واحرموا ولعنوا كل من لا يقول ان الابن
كان اذ لم يكن ؛

A *erant. Mors autem istius post anathema ei inflictum accidit: viz. post duos propemodum annos à quo segregatus fuerat. Deinde ab istâ eorum horâ ac tempore Spiritus Sancti ope prædicantes, divulgarunt veram sanctamque fidei professionem, quâ continetur, Filium ex essentiâ patris esse, & è substantiâ ejus: sic enim dixerunt,* Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, cœli & terræ, & omnium quæ videntur, & quæ non videntur, creatorem: & in unum Dominum Jesum Christum, unicum Dei filium, genitum ex patre ante omnia secula, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum non creatum, æqualem patri in substantiâ, per quem omnia creata sunt: qui propter nos hominum cœtum, & propter nostram salutem, de cœlo descendit, & corpus assumpsit ex spiritu sancto, & ex virgine Mariâ, & homo factus, & crucifixus est pro nobis tempore Pontii Pilati, & dolorem passus est, & sepultus: & tertiâ die resurrexit, sicut scriptum est, & ascendit ad cœlos, & sedit ad dextram patris, atque iterum in gloria sua veniet, ut vivos & mortuos judicet, cujus regni nullus erit finis; & in Spiritum Sanctum. *Hucusque pervenerunt, nec alia præterea commemorarunt: propterea quod nulla adhuc controversiæ de Spiritu sancto facta fuisset mentio. Tum demum in unam Spiritus Sancti ope sententiam convenerunt, & anathemate percusserunt, & maledixerunt omnes qui dicunt, quod ad filium, fuisse quando non erat.*

وفي هذا المجمع رتبوا هولاء الاباء علي مدينة
D القسطنطينية مثروفانوس بطريرك لانه لم يكن عليها
حينيذ بطريرك فعمل عليها هذا مثروفانوس بامر
الملك وفي هذا المجمع ايضا نظروا في امر الفصح فقال
بعضهم ينبغي ان يصنع الفصح في اربعة عشر ليلة من
الهلال وهو الشهر الاول الذي يقال له نيسان في
اليوم الذي يفصحوا فيه اليهود علي سنة العتيقة
وقال بعضهم لا يكون كذلك لان هكذا يقول
E في العتيقة اذا كان ايام الفطير لا يوجد فيكم
شي من الخمير ومن وجد عنده شيا من
الخمير فتهلك تلك النفس من ساعتها الي الابد
وانما عني بذلك فطرة المسيح الاتي الذي هو
خروف ذبح الفصح والسنة الجديدة المختارة التي
تكون في ايامه واتفقوا جميعا ايضا بعد المفاوضات
الجزيلة والدرس الشديد والحجج الواضحة بان يكون
F الفصح المسيح في اليوم الذي قام فيه ربنا ايسوع
المسيح مخلصنا من بين الاموات وهو يوم الاحد
الذي بعد فصح اليهود الذي مثاله في الحساب
الذي اسسوه بروح القدس انه اذا كان فصح اليهود في
يوم الاحد الذي هو احد عيد الزيتونة المعروف
بالبابية الذي تفسيرها الشعنينة كان فصح

In hoc etiam Concilio Patres hi Metrophanem Patriarcham super urbem Constantinopolim ordinabant: quoniam nullus tunc temporis super eam Patriarcha erat. Dictus autem Metrophanes Imperatoris jussu super eam constitutus est. In hâc etiam synodo controversiam de Paschate discutiebant. Nonnulli enim eorum dicebant, necessarium esse, ut pascha celebretur decimâ quartâ die à novilunio, & quidem primo mense, qui vocatur Nisan, ipso nimirum die, quo Judæi juxta veterem legem pascha suum peragunt. Alii autem dicebant, non ita faciendum esse, propterea quod in veteri testamento legimus, cum dies Azymorum ineunt, nihil inter vos fermenti invenietur, & apud quemcunque aliquid fermenti inveniatur, ista anima ab eo demum tempore usque ad æternum pereat: Per hoc autem significabatur infermentata natura Christi venturi, qui erat agnus paschalis manducandus; & lex nova selecta, quæ ejus diebus esset. Et omnes etiam post disertas rei explicationes, & disceptationes vehementes, & post perspicuas probationes, in hoc demum consentiebant, ut Pascha Christi ipso celebretur die, quo Dominus & Servator noster Jesus Christus è mortuis resurrexit; is autem est feria prima sive dies Dominicus qui Judaicum pascha sequitur, cujus etiam exemplar videre est in computo, cujus ipsi per Spiritum Sanctum jecerunt fundamentum, ut quando pascha Judaicum incidit in diem dominicum qui terminus est festi olivæ, dicti Βαΐων, hoc est, Festi Palmarum, pascha Christianum peragetur dominico

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

proximè ſequenti, vel cùm paſcha Judaicum in iſtâ hebdomade alio quovis die à Dominico olivæ uſque ad magnum Sabbatum celebratur, paſcha Chriſtianum peragetur dominico qui proximè eum ſequitur, quo Chriſtus, qui eſt paſcha noſtrûm qui credimus, reſurrexit. In illud itaque Synodus conſenſit: & juxta hoc præſcriptus paſchatis celebrandi ordo ſemper procedit. Hoc autem nobis per Spiritum Sanctum vitæ auctorem conſtituerunt. Quare Domino, Deo, & ſervatori noſtro Jeſu Chriſto ſit gloria, majeſtas, & honor nunc & in æternum Amen.

المسيح الحد الذي بعده او اذا كان فصح اليهود A
في هذه السبعة ايام من يوم الحد الزيتونة
والي يوم السبت الكبير يكون فصح المسيح في
يوم الحد الذي يليه الذي هو قيام المسيح فيه
الذي هو فصحنا نحن المومنين واتفقت
الجماعة علي ذلك وعلي هذا يجري رسم الفصح
ابدا ورتبوه لنا بروح القدس المحيي ولربنا والاهنا
ومخلصنا ايسوع المسيح المجد والتسبحة والوقار الان B
والي ابد امين ،،

Porro hîc ſequitur explicatio decretorum quæ conſtituerant Sancti patres, & Spirituales doctores, ſive ſynodus trecentorum octodecim Epiſcoporum, qui in urbe Nicæâ congregati ſunt ad impium & maledictum Arium expellendum, poſtquam iſtum anathemate percuſſerint, & ſegregarint, & expoſitionem ſanctæ & divinæ fidei inſtituerint, quæ in omnibus ſacris per totum mundum recitatur, omnibus qui Chriſtianiſmo initiantur, & ritu baptiſmi. Et modò commemoravimus eos tres compoſuiſſe Canonum & ſtatutorum libros ex iis, quibus opus eſt fidelibus; & ſic quidem ſe res habet. Primus eſt, magnus iſte liber, qui ad hanc Synodum refertur, quique hunc librum ſequitur, propterea quod multi ſunt in eo Canones, iique ex iis quibus opus eſt Chriſtianis orientalibus, & tractant de terminis, intra quos præſules & ſacerdotes, & monaſteria eorumque monachi & religioſi, & Eremitæ ſe continere debent, & de omnibus quibus conſtringuntur ſacerdotes, in Matrimonio eorum, &c. & de conſtitutione Eccleſiarum, & quomodo ipſi adminiſtrari, & fideles in iis ſe gerere debent. Liber ſecundus hic præſens eſt quem ſub manibus habemus, quo ſtatuta quædam definiuntur, ſuntque viginti Canones. Tertius autem liber ad Reges refertur, eo quòd omnia, quibus opus eſt Regibus, aliiſque qui iis ſimiles ſunt & æquales, in eo continentur. Congregabantur autem hi patres anno ſexcenteſimo tricceſimo ſexto æræ Alexandri, menſe Haziran, anno decimo ſeptimo Imperii Conſtantini Imperatoris, qui in Epochâ à Patre noſtro Adamo computatâ cum anno quinquies milleſimo octingenteſimo octavo convenit: idque in præſentiâ beati Imperatoris Conſtantini, qui etiam conventui eorum præerat. Propitius ſit ei Deus per ipſorum preces. Amen. Hæc autem ſpiritus ſancti ope facta ſunt. Porro menſis hîc commemoratus HaZiran, idem eſt qui Græcè vocatur Julius. Gloria Domino noſtro in æternum. Amen.

وهذه هي تفسير الحدود التي وضعتها الاباء
القديسين والمعلمين الروحانين اعني مجمع الاباء
الثلثماية وثمانية عشر اسقفا الذين اجتمعوا بمدينة
نيقية علي نفي اريوس الكافر الملعون بعد ان
احرموه وقطعوه وشرعوا في شرح الامانة المقدسة الالهية
التي تقال في جميع القدسات بكافة الدنيا لكل C
متقلدين النصرانية ودين المعمودية وقد كنا
ذكرنا انهم وضعوا ثلثة كتب قوانين واحكام
مما يحتاج اليها المومنين وذلك حقيقة فالكتاب
الاول هو الكتاب الكبير المنسوب الي مجمعهم
وهو الذي يلي هذا الكتاب لان فيه قوانين كثيرة
وهي مما يحتاج اليها نصاري اهل المشرق وهي
عن حدود الروساء والكهنة والديارات ورهبانها D
والحبسا وسكان البراري وكلما يحتاج اليه الكهنة
في زيجتهم وغيره وعن صلاح الكنايس وكيف تكون
اقامتها وقيام المومنين فيها والكتاب الثاني وهو
هذا الذن فيه حد محدود وهي عشرون قانونا
والكتاب الثالث وهو المنسوب الي الملوك لان فيه
كلما يحتاج اليه الملوك وغيرهم ممن هم تحتهم وفي
شرعهم وكان اجتماعهم في سنة ستماية وستة وثلثون E
سني الاسكندر في شهر حزيران في السنة السابعة عشر
من تملك قسطنطين الملك الجارية في سني تاريخ
ابينا ادم سنة خمسة الاف وثمان ماية وثمانية وذلك
بحضور الملك المغبوط قسطنطين وهو الذي تولا مجمعهم
رضي الله عنه بصلواتهم امين وكان ذلك بتاديس من
الروح القدس وهذا الشهر الذي هو حزيران المذكور
فهو يدعا باليوناني يولس ولربنا المجد دايما امين ،، F

القانون

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

CAN. I.

De Caſtratione & circumciſione.

QUicunque ſe caſtraverit aut circumciderit propter morbum qui iſto in loco ei accidit, & medici hoc ei præcipiunt, aut hoſtis aliquis eum vicit, & vi caſtravit vel circumcidit, in miniſterio altaris conſtituatur, ſi ſponte hoc cupiat, aut ab aliis eligatur, & eo dignus ſit, quin & ad gradum etiam præſulatûs evehatur: nihil enim in eo mali, nihil impedimenti eſt. Sin hoc ſponte fecerit, iſtud eligens, ſibique gratum habens, cum ſano ſit corpore; de hujuſmodi quidem viro præcipimus, quòd ſi ex altaris ſit miniſtris, ſacerdotio ſuo deponatur: & ſi ſit Laicus fidelis, ſegregetur, & nunquam omnino fiat ſacerdos, quamdiu vixerit; propterea quod ſibimet ſit hoſtis in eo quod Deus eum creavit. Et hoc de iſto dicimus, qui circumciſionem aut caſtrationem ſibimet machinatus eſt, eamque ſuâ voluntate cupit. Qui autem aliam antea quàm noſtram religionem coluit, & hoc vita inſtitutum elegit, illudque ſuâ ipſius voluntate factum eſt, ac poſtea baptizatus fuerit, & conſtans in eo pietas apparuerit, unà cum abſtinentiâ à vetito, & bonis operibus, & dignus fuerit ſacerdotio, ordinetur, nemine impediente, cùm in eo orthodoxa fides & bona opera eluceſcant, eoque dignus videatur: quod enim ab eo factum eſt, in priore ipſius religione falſa fuit.

القانون الاول

في الاخصاء والختانة

ايما رجل اخصا نفسه او اختتن لعلة وجع عرض له في ذلك الموضع فامروه الاطبا بذلك او قهره قاهرا من الاعدا فاخصاه او ختنه فليصير في خدمة المذبح ان احب ذلك B من نفسه او اختير من غيره وكان لذلك اهلا فليصير الي حال الرياسة ولا باس عليه ولا مانع وان كان فعل ذلك بنفسه اختيارا منه ورضاء وهو صحيح الجسم فقد امرنا فيمن كان هذا شانه ان كان من خدام المذبح فليقطع من كهنوته وان كان علمانيا مؤمنا فلينفا ولا يصير كاهنا البتة ما عاش حياته لانه صار عدوا لنفسه فيما خلقه C الله وذلك نقوله فيمن احتال الختان والخصا وهوي ذلك بمشيته ومن كان فيما مضي من غير مذهبنا واختار هذه السنة وبمشيته صارت ثم انه اعتمد وكان قد ظهر منه بر وتقاء مع عفة وصلاح واستحق الكهنوت فليصير بغير مانع اذا هو تبين منه رشدا وصلاحا وكان لذلك اهلا لان ما كان منه انما هو في دينه الاول الغير مستقيم.

D

CAN. II.

De eo qui recens factus eſt Chriſtianus, & fit ſacerdos.

QUandoquidem nonnullos vidimus, qui neceſſitate ex ſe vel ex populo Eccleſiæ coacti, ſacerdotes faciunt, illoſque ſacerdotii gradum ſtatim ingredi urgent, cùm ſanam noſtram fidem vix-dum ingreſſi ſunt, & ſic etiam cùm baptizati fuerunt, poſtquam exiguo tempore eruditi ſunt, priuſquam voluntas eorum ac intentiones exquiſitè cognoſcantur: Mandamus ut ab hoc demum tempore nihil iſtiuſmodi fiat: Oportet enim ut longo certoque tempore admoniti ſint, & ad religionem excitati, uſque dum fidei eorum ac intentionum integritas cognita fuerit: Et cum illi poſt admonitionem & excitationem baptizati ſunt, & id quod requiritur, ab iis cognitum eſt, oportet etiam ut converſatio eorum perſpicua experientia probetur. Divinus enim Apoſtolus ille Paulus ſic dicit, F Non oportet ut ſacerdos fiat, qui recens eſt in religione ſuâ, aut in lege, ne ſui admiratione ſuperbiâ infletur, & ſit è ſociis Satanæ, *(quem ex præfecturæ ejus magnitudine ſuperbia ac inſolentia ſubierunt)* & in malum ejus laqueum incidat. *Si verò multo ei temporis elapſo, tunc demum peccatum animale, non corporale, in eo perſpicuè deprehendatur, veluti infirmitas religionis, aut neglectus ipſi incumbentis officii, aut hæreticorum, id eſt, contradicentium opinionis con-*

القانون الثاني

فيمن تنصر حديثا

وصار كاهنا

اذا لما راينا من الناس من صير كاهنا بالضرورة منه او من اهل كنيسة فاعجلوهم بالدخول في رتبة الكهنوت حديثا وما كانوا دخلوا في امانتنا الصحيحة وكذلك اذا اعمدوا من بعد ما وعظوا زمينا يسيرا قبل E ان يستقصا معرفة رغبتهم ونياتهم امرنا منذ الان ان لا يكون من ذلك شيا لانه قد ينبغي ان يكون الموعوظين المخوضين علي الدين زمانا طويلا معلوما حتي يعرف صحة ايمانهم ونياتهم فاذاهم فيما بعد العظة والاختاض عمدوا وعلم منهم ذلك المطلوب فقد ينبغي ان يختبر سيرتهم اختبارا شافيا لان الرسول الالهي بولس قال هكذا لن ينبغي ان يكون كاهنا من كان حدثا في دينه او في سنة ليلا يداخله العجب والعجرفة فيصير من حرب الشيطان الذي تداخله العجرفة والكبريا من عظم ولايته ويقع في مصيدته الخبيثة فان كان قد مضي عليه زمانا طويلا ثم اتضح عليه خطية نفسانية لا جسدانية مثل ضعف دين او تهاون بما يجب عليه او متابع لقول الرؤساء اي

conſectatio, in nullo prorſus è ſacerdotii gradibus conſtituatur, vel ſi in eo recens modo conſtitutus eſt, eo deponatur. Quicunque autem noſtro hac in re decreto contradixerit, & præter ea quæ conſtituimus facere auſus fuerit, aut ſancto huic magnoque Concilio ſe oppoſuerit, injuriam quidem ſacerdotio fecit, eique detrimentum attulit. Et cùm hoc iſti crimen adhæreat, propterea condemnatur, & à Synodo noſtra expellitur, iſtique in poſterum nihil erit nobiſcum prorſus commercii in religionis noſtræ myſteriis, & ſancta hæc noſtra Synodus eum in perditionis foveam detruſit.

المخالفين فلا يصير في شيء من درجات الكهنوت البتة وان كان قد صار فيها حديثا فليسقط منها وكلمن خالف امرنا في هذا وجسر علي ما حددناه وقاوم هذه الجماعة المقدسة الكبيرة فقد ابباء بالكهنوت وقصر بها فورر ذلك لازم له ومدان منجله وقد نفي من جماعتنا ولا شركة له معنا في اسرار ديانتنا البتة وجماعتنا المقدسة قد حرته الي هوتة الهلاك ؛

CAN. III.

De cohabitatione cum mulieribus.

PRæcipit magna Synodus, ut quicunque fidelis eſt, & cum extranea ſibi muliere innuptâ ſine marito aut virgine cohabitat, ſegregetur, cum quod iniquum eſt ſibi propoſuerit, vel concupiſcentia in eam laboraverit, & eidem ſe expoſuerit. Iſtud autem nequaquam licitum eſt: quoniam nos præcipimus, ut tales unà cum ſegregatione etiam prohibeantur: & prohibemus conſortium eorum, & confabulationem, & familiaritatem cum iis: atque etiam ut nec Epiſcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, nec monachus, nec qui cœlibatum profeſſus eſt [hæc faciat,] niſi ſit mater ejus, aut ſoror ejus, aut matertera ejus, aut amita ejus, aut filiæ earum cùm ipſis priventur, nempe filiæ fratris, aut filiæ ſororis ejus, nec aliæ ab iis ex proximis cognatis, aut quæ illis propinquitate ſimiles ſunt, quæ propinquis ſuis prohibentur, quarum conſortium averſatur animus ob arctam, quæ inter illos eſt, cognationem: ut ſint immunes ab omni ſuſpicione, & fides fidelium per ſacerdotes non diminuatur, nec multi ab iis ipſorum cauſa diſcedant. Et ſic commatres etiam ab iis longius abſint, nec prorſus ad eos appropinquent. Maledictus enim ſatanas hujuſmodi rebus pugnare ſolet, propterea quod bene novit eam [commatrem] in Deo propinquam eſſe, eoſque tam ab illo, quam à ſacerdotali ipſorum gradu, removere flagitat.

القانون الثالث

منجل مساكنة النساء

امرت الجماعة الكبيرة بنفي كل من كان مومنا ويساكن امراة غريبة منه عزبة بلا زوج او بكر اذا كان غرضه للباطل او مطموع فيها وعرض نفسه لذلك فلا يجوز ذلك لانا امرنا مع نفية جمنه ايضا ومنعنا خلطتهم اومحادثتهم والانس بهم وايضا لا اسقف ولا قسيس ولا شماس ولا راهب ولا اعزب ما خلا ان تكون امه او اخته او خالته او عمته او بنيهما اذا كانا ايتاما منهم اعني بنات اخيه او بنات اخته لا غيرهم من اقرب الاقارب او ما اشبه ذلك من قرابة تحرم علي قريبها مما نقف النفس من الخلطة بهم للرحم المتصل بينهم ليكونا بريين من كل تهمة ولا يقل ايمان المومنين بالكهنة وتكثر الاقالة منهم بسببهم وكذلك الاشبينات ايضا يبتعد منهما ولا يقربهما البتة لان الشيطان اللعين موكل بالقتال في هذه الاشياء لانه يعلم انها قريبة من الله فيلتمس ابعادهم منه ومن رتبتهم الكهنوتية ؛

CAN IV.

De eo qui Epiſcopus fieri cupit.

CUm quiſpiam Epiſcopum conſtituere animo habuerit, quando is ſuper regionem, aut civitatem, aut pagum ſub Metropolitano conſtitui petit, Oportet ut ad conſtitutionem illius ſynodus Epiſcoporum provinciæ, qui circa eum ſunt ſub poteſtate metropolitæ ejus, aut Patriarchæ, congregetur: vel ſi illud iis difficile fuerit, ob notam aliquam neceſſitatem, aut res iis moleſta fuerit ob viæ timorem, aut locorum diſtantiam, tres omnino Epiſcopi ad eum conveniant, vel duo, vel unus ſaltem neceſſario. Cum autem Patriarcha eſt qui eum ordinat, ille his omnibus ſuperior erit, ut qui magnus eſt ille Pater, quem nulla obtrectatio attingat. Poſtquam Epiſcopi provinciæ

القانون الرابع

منجل من يريد ان يصير اسقفا

قد ينبغي ان يكون اذا اهتم في تصيير اسقف اذا اراد يصير علي كورة او مدينة او قرية من عمل مطروبوليط ان يجتمع لتصييره جماعة اساقفة ابرشيته الذين حوله من تحت يدي مطروبوليطه او بطريركه فان عسر ذلك عليهم لضرورة معلومة او اضطرهم الامر لخوف الطريق او بعد الامكنة فليجتمع له ثلثة اساقفة او اثنين او واحد لا محالة فاما اذا كان البطرك الذي يصلحه فهو فوق هذا كله لانه هو الاب الكبير الذي لا يلحقه طعن ان يكتب اساقفة الابرشية الي

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A الي المطرويوليط او البطريرك بانهم راضيين به وان
الذي يصلح معروفا قديم الكهنوت وجميع اساقفة
الابرشية عارفين به انه ليس في ديانته طعن ولا هو من
عبد صنم ولا ذبح للشياطين كما ذكرنا انفا
قبل هذا فعند ذلك يصيره اسقفا كاملا فاما اذا
رضوه اهل بلده علي انفسهم فجايز للطاران ان
يصلحه لهم فاما اصلاح البطريرك فالاختيار فيه الي
B اهل كرسيه وجماعة مطارنته واساقفته ان يحضروا
اصلاحه كلهم فمن لم يحضر منهم وانقطع عن
الجماعة فليكتب خطه بالرضا بمن يصلح عليه ومن
كانت هذه صفته فلا يخالف عليه احد من الشعب
ولا الكهنة لانه قد صار برضاهم وليكون ذلك له
بعد اختبار صحة دينه والشرط علي نفسه بقيام الحقوق
الواجبة عليه وسنن البلد الذي يليه ولا يغير عليهم
C سنة قد اسسها غيره قبله ممن تقدم من الروساء
فان السابقين الخيار انما احترزوا في صحة
الدين والاباء القدما مثل ذلك ليلا يعودوا
الشعب الي الاديان النابية عنا الذي ذكرناها
انفا فانه قد كان ذلك وعلمناه ورايناه وليفتقد
وليفتش عنه في كل وقت

ad Metropolitam, aut Patriarcham ſcripſerunt, quòd ipſi eum ſibi gratum habent, & quòd, qui ordinatur, notus ſit in presbyteratu olim fuiſſe, & omnes provinciæ Epiſcopi nihil mali de religione ejus dici poſſe, eumque idololatram non eſſe, nec diabolis ſacrificaſſe cognoſcunt, ut paulo ante diximus: & ab eo tempore illum Epiſcopum perfectum conſtituat. Cùm autem populus provinciæ eum ſibi præponi poſtulent, Metropolitano licet illum iis ordinare. Quinetiam cùm patriarcha conſtituendus eſt, electio ejus ad thronſui populum pertinet, & ad omnes Metropolitanos & Epiſcopos ſuos, qui ad conſtitutionem ejus præſentes adeſſe debent: & quicunque ex iis non adfuerit, & à Synodo ſe ſeparaverit, literas ſcribat indicantes quem ipſe ſibi præponi velit. Et cum quocunque ita ſe res habuerit, nullus è Laicis, nec è Sacerdotibus ei adverſetur, propterea quòd ipſorum voluntate conſtitutus eſt. Hoc autem ei ſit poſt probatam ſinceram ipſius religionem, & conditionem de ſe præfinitam, quòd jura ad ſe pertinentia, & provinciæ cui præficitur inſtituta conſervabit, & alia non introducet inſtituta eorum loco, quæ aliis è præſulibus præcedentibus ante eum ſtabilivit. Siquidem Apoſtoli electi de integritate religionis caverunt, & antiqui Patres ſimiliter, ne populi ad extraneas à nobis religiones, quas ante commemoravimus, redirent; & iſtud quidem ita aliquando fuit, noſque illud cognovimus & vidimus, ſed inſpiciatur in poſterum, & in iſtud omni tempore inquiratur.

D

القانون الخامس

منجل الذين يمتنعون من دخول الكنيسة من الكهنة والعلمانيين وينتقلون من بلد الي بلد

Can. V.

De iis è Sacerdotibus aut Laicis, qui Eccleſiam ingredi prohibentur, & ab unâ provinciâ ad aliam migrant.

E ايما رجل امتنع من دخول الكنيسة وخلطة المومنين او كاهن يمتنع من دخول المذبح فليعاتب علي ذلك وليمنع من ذلك غاية المنع ويختبر امره علي ما ينبغي حتي يوقف علي رايه في ذلك فان يكون من علة شر بينه وبين انسان فليتوسط بينهم ويصلح امرهم ولا يترك علي رايه ليلا يكون في ذلك شك في الدين ولا يقبلن احد من الاساقفة رجل قد احرمه اسقف غيره بل ليسال عن علته وعسي ان يكون المحك حمله علي ذلك او من ضغاين الشرور حملته علي ذلك اي ترك الكنيسة او ادبه الاسقف عليه فيما يغم قلبه او الحاج الاسقف عليه في خدمة لا يطيقها او لما يجري من قلة خبر ذلك الاسقف وكثرة شره او من قلة

SI quis abſtinuerit ab Eccleſiæ ingreſſu & fidelium conſortio; aut ſi quis ſacerdos abſtinuerit ab ingreſſu ad altare, ob iſtud objurgetur, & ab eo, quantum fieri poteſt, cohibeatur, & in rem, ut par eſt, inquiratur, donec ejus hac in re animus perſpectus fuerit. Et ſi quis controverſiæ prætextus inter eum & alium hominem fuerit, arbiter inter eos intercedat, remque eorum componat; in ſua autem ſententia non relinquatur, ne ob illud ſit ſcandalum in religione. Unus autem Epiſcopus ne recipiat virum, quem alius Epiſcopus excommunicavit, ſed in cauſam ejus inquirat; fortaſſis enim obſtinatio eum ad hoc impulit, aut improba quædam ſimultas eum huc incitavit, ut Eccleſiam nimirum derelinqueret: vel Epiſcopus ei præpoſitus eum caſtigavit, quòd corde ſuo ægre tulit; aut Epiſcopus eum ad miniſterium aliquod obeundum coegit, cui impar fuit: aut poſtquam parum boni & multum mali in iſto Epiſcopo, aut parum religionis in eo, ſed multum contemptûs ejus in ſe ipſum viderit, procul eo abeſſe cupivit: Cùmque Epiſcopus

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

eum hoc modo se gerere intellexisset, praetextum in negotio ipsius efficere voluit, eumque Ecclesiâ expulit, ne ipsum ob peccatum suum reprehenderet, aut propter aliam, quæcunque ex omnibus istiusmodi rebus accidat, causam; hæc enim ab hominibus sæpe fiunt. Cumque rem ita se habere viderimus, statuimus ut omnes provinciæ Episcopi ad Metropolitanum, aut ad Patriarcham suum congregentur, idque bis in quovis anno: cumque congregati sunt, in omnes istiusmodi res inquirent, atque etiam in alias, quæ coram ipsis in synodo producentur; ut negotium ab illis unanimi consensu peragatur. Quoniam Dominus noster Christus, cui sit gloria, dicit, Quando duo è vobis aut tres in meo nomine congregati sunt, Ego etiam ibi sum. *Cumque congregati fuerint, juxta quod statuimus, & manifesto res contra unum eorum, sive Episcopum, sive adversarium probata fuerit, si adversarius injuriâ affecit Episcopum, summè & exquisitè castigetur, & ab ingressu in Ecclesiam, & à fidelium consortio repellatur. Sin Episcopus hominem injuria affecerit, seque supra eum extulerit, eumve oppresserit, statu quo est ne relinquatur, neque hoc in ejus sit potestate, & propterea castigetur secundum quod nos definivimus, & synodus eum reprehendat, eumque de peccato suo admoneat. Et si ipse istud confessus fuerit, ei condonetur; sin id malevolentia & vehementi indignatione fecerit, quo mentem suam sedet; gradu suo i. e. præsulatu, omnino decidat. Termini autem quibus anno quovis currente celebrandæ sunt hæ synodi, hi sint, Prima nimirum Synodus habeatur ante sanctum jejunium post festum φῶτα dictum, hoc est, festum Epiphaniæ: Secunda autem Synodus celebretur, post festum glorioſæ crucis, viz. in autumno. Eas autem istis temporibus fieri hic constituitur, ea quidem ratione, ut pax & concordia inter præsules, & sacerdotes, & populum conservetur, ut omnis transgressor, ac hæreticus, qui orthodoxæ religioni, contradicit, puniatur. Et prima quidem tempestas, quæ est ante magnum sanctumque jejunium constituitur, ut pax sit atque amicitia inter cœtum, quemadmodum diximus, sintque in cordibus suis à diabolicis cogitationibus puri, & Angelorum ad instar cordibus purorum sanctificati, & odia in sancto jejunio ex Ecclesia dei tollantur, & sic puras Deo oblationes offerant. Secunda autem tempestas, quæ est post festum crucis, synodo celebrandæ idcirco destinatur, quia tunc autumnum, & hyemem, & multos morbos, & pestilentiam lethalem futuram expectant, & hæc amicitia, & pax, & munera, & malorum amputatio ante mortem erunt, ut Christo obviam eant, cùm ipsi puri sunt cordibus, & corporibus impolluti: ut digni sint qui misericordiam ab eo & remissionem accipiant, atque à judicio, gravique supplicio liberentur.*

A ذنبه ومن كثرة محقرته به فاحب ان يتباعد منه
فلما راه الاسقف على مثل هذا احب ان يصير في امره
علة وينفيه من الكنيسة ليلا يبكته بخطاه او لاجل
ما يعرض من هذه الاشيا كلها فان هذا يكون
في الناس كثيرا ولما راينا الامر علي هذا راينا ان
تجتمع اساقفة كل صقع الي مطرويوليطهم او الي
بطريركهم ويكون ذلك في كل سنة مرتين فاذا اجتمعوا
B ينظروا في هذه الاشيا كلها وفيما يحدث قبلهم في
الجماعة من الاشيا ليكون الامر منهم مشترك بالراي
لان سيدنا المسيح له المجد يقول اذا اجتمع اثنان
منكم او ثلثة علي اسمي فاذا اكون هناك فاذا اجتمعوا
على ما حكمنا وظهر علي احدهم اما الاسقف اما
الخصم ان لان الخصم اساء بالاسقف فليودب الادب الجيد
البليغ ويمنع من دخول الكنيسة وخلطة المومنين
C فان كان الاسقف اساء بالانسان واستعلا
عليه اق ظلمه فلا يترك علي ما هو عليه ولا يمكن
من ذلك وليودب علي ذلك حسبما حددناه ولتبكته
الجماعة وتعظه علي خطاه فان هو اعترف بذلك
غفر له وان هو استعمل ذلك بالحقد والحنق
الشديد للتشفي به فلينزل عن رتبته اعني الرياسته
قول بت وليكون حدود هذه المجمعين في السنة
D المجمع الاول قبل الصوم المقدس بعد عيد الغوطا الذي
هو عيد الجيم والمجمع الثاني بعد عيد الصليب المجيد
اعني في الخريف والسبب في تصيير هما في هذه
الاوقات اولا للصلح والسلامة بين الرووساء والكهنة
والشعب ليتادب كل متعدي او المخالف يخالف
في امر الديانة المستقيمة اما المرة الاولي التي هي قبل
الصوم الكبير المقدس فليكون الصلح والمودة بين
E الجماعة كما ذكرنا ويكونوا انقيا القلوب من
افكار الشيطان ويكونوا مطهرين مثل الملايكة
النقيين القلوب ويرتفع عن كنيسة الله الضغاين
في الصوم المقدس ويقربون لله قرابين نقية واما المرة
الثانية التي هي بعد عيد الصليب فلاجل انهم مستقبلون
خريف وشتاء وكثرة الامراض ووبا الموت فتكون
تلك الالفة والسلامة والمواهب وقطع الشرور قبل الموت
حتي يلقوا المسيح وهم انقيا القلوب والاجسام
F ابرارا فيستحقون ويستوجبون منه الرحمة والمغفرة
ويخلصوا من الدينونة والعذاب الشديد ؛

القادون

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

القانون السادس

في ترتيب المدن والابرشيات وتقديم بعضها علي بعض

ولتلزم العادة الاولي التي ذكرناها وذكروها الابا الاولين ليجمع من كان بمصر ولوبيا وبنطابولس اعني برقة والجبل وبقية مدنها الداخلة تحت حكم اسقف الاسكندرية ويجب ان يطيعوه وليكن له السلطان عليهم كلهم لانه هو الحاكم علي الجماعة كما ان اسقف رومية ايضا لازم لهذه العادة ويلتزم له ايضا ان يكون مستوليا علي كورها وصقعها وما والاها ايضا فان له الرياسة علي الجماعة في الكلام والامر فوق الروسا كلهم والجلوس فوقهم ايضا وكذلك ايضا لصاحب انطاكية ان يكون مستوليا علي اصقاعه كلها ويكون تحت يده مائة وثلثة وخمسون اسقفا ومطرانا لانه متوليا عمل فارس والمشرق كذلك يقدم المطرانة علي الساقفة كلهم ولا يصير اسقفا بغير امر مطروبوليطه وهواه ورضاه فان صار علي غير هذه الحال فقد امرنا ورات الجماعة ان لا يصير البتة وان ينفا عن الجماعة الا يكون النطريرك متولي امره فان له الرياسة علي الجماعة وايما رجل صار اسقفا علي ما امرنا به برضاء من المطروبوليط ورضاء الجماعة وكان في امره شغب او مقاومة في الشعب او نفر من الناس فلينظر الي الجمهور الاكثر والاجل من الناس فليقبل قولهم في امره وتركه علي الكرسي او عزله عن الكرسي اذا لم يرضوه اذا قاوم اهل ابشيتة او غير سننهم وذلك سنة دايمة ابدا ؛؛

B C D E F

Can. VI.

De ordine civitatum & provinciarum, atque primatu aliarum ex iis super alias.

Antiqua consuetudo, quam nos memoramus, quamque antiqui nostri patres commemorârunt, obtineat apud omnes qui sunt in Ægypto, & Libyâ, & Pentapoli, sive Barca, & Giebala, & reliquis istius civitatibus, quæ Episcopi Alexandrini potestati subjiciuntur: & necesse est ut ei morem gerant, & ipse super omnes eorum potestatem habeat, propterea quod ille præses est super Synodum. Quemadmodum etiam Episcopus Romæ huic consuetudini adhæret, & ei quoque necessarium est, ut potestatem habeat super regiones, ac provincias ejus, & quicquid etiam ei (Romæ) adjacet: ut ei sit principatus super synodum in loquendo & præcipiendo super omnes istos præsules, atque in sedendo etiam supra eos; & sic etiam ad præfectum Antiochiæ pertinet, ut ipse præfecturam habeat super universas ipsius provincias, & sub ejus sint potestate centum quinquaginta tres Episcopi, & Metropolitani, quoniam præfectus est regioni Persiæ & orientis. Sic etiam Metropolitani præferantur omnibus suis Episcopis: & Episcopus ne fiat sine jussu Metropolitani, & desiderio ipsius ac voluntate. Quod si quis aliter factus fuerit, modo præcepimus, & visum est synodo, ut omnino non sit, & ut Synodo ejiciatur, nisi Patriarcha negotium ejus susceperit, ut cui principatus est super synodum. Et quicunque Episcopus fiat juxta quod præcepimus, voluntate Metropolitani, & voluntate synodi, & de negotio ejus tumultus aut controversia in populo, & hominum turbâ oriatur, respectus habeatur ad majorem & illustriorem hominum partem, & eorum in negotio ejus sententia admittatur: & supra thronum relinquatur, aut throno moveatur, cum eum sibi non gratum habet populus provinciæ, & ei adversatur, aut aliter se gerit. Et hoc institutum semper obtineat.

القانون السابع

منجل كرامة اسقف اورشليم

منجل ان العادة تقدمت في تعظيم اسقف اورشليم وكرامته وتبجيله فليدوم له ذلك ان هو حفظ المطروبوليط الذي كان الكرسي له كرامته وتقدمته وسلطانه وتوقيره لانه هو احق الرياسة وهي كانت له وهو الكسرخس واناصير علي الكرسي بطريرك واكرم بهذا الاسم ايضا منجل شرف المواضع المقدسة التي هي تحت يده فليعلم ذلك ؛؛

Can VII.

De honore Episcopi Hierosolymitani.

Quandoquidem antiqua obtinuit consuetudo de magnificiendo Episcopo Hierosolymitano, eoque honorando; hoc ei permaneat, dummodo ipse Metropolitano ad quem thronus pertinet, honorem, & primatum, & potestatem, & reverentiam suam conservet: quoniam ille dignior est principatu: quem etiam habuit, utpote qui ἐξαρχὼ fuit. Siquidem Patriarcha super istum thronum constitutus est, atque eo etiam nomine honoratur, ob nobilitatem locorum, quæ sub ejus sunt potestate. Et hoc notum fiat.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

CAN. VIII.

De hæreſi imbutis, qui vocantur Hæretici; ſuntq; certi quidam homines, qui pœnitentiam ab eo, qui à peccato ſuo convertitur, non admittent. Et ſunt iſti, quos vocant ſegregatores eorum, quibus nulla eſt ſpes.

B

NOn admittetur iſtorum, qui ſegregatores dicuntur, pœnitentia, niſi ſit ſub conditione ab ipſis ſignata; quoniam nonnulli ex iis, ad ſanctam Eccleſiam accedere, & in populi ejus cenſum referri cupiunt: & quoniam ſtem remiſſionis peccatorum à Deo excîderunt, ſuntque diſcipuli Satanielis, nobis propterea de iis viſum eſt, ut ſacras ſcripturas confiteri perpetuò cogantur, & omnia Eccleſiæ Catholicæ dogmata recipiant. Et recipient etiam pœnitentiam ab eo, qui duas uxores duxit, & cum iis congreſſus eſt, modo ab opere ſuo redeat, & ab iſto revertatur, ſive per mortem unius ex uxoribus, ſive per ejus repudiationem unius earum, & conſortium cum ejuſmodi viris inibunt, cùm ſinceram agunt pœnitentiam; & ſocietatem etiam conjungent cum iis, qui religionem perſecutionis & diſperſionis temporibus propter infirmitatem ferre non poterant, & ab eo revertuntur, idque confitentur, & in communionem venient cum iis qui fidem non denegârunt. Iſti enim dixerunt, nemini remiſſionem fore peccatorum quæ commiſit; ſeque puros eſſe, atque à peccato conſervatos. Deum etiam prædicárunt, non eſſe condonatorem peccatorum. Hoc autem ſignum eſt blaſpheniæ & infidelitatis, ſiquidem hæc ſunt nomina Dei, Miſericors, propitius, condonans peccata, & acceptam habens pœnitentiam: & ſub his nominibus ſe honoremque ſuum deſcripſit, cui ſit gloria & laus. Sin hi confeſſi fuerint quodcunque Eccleſia vult, deſiderat, & facit; tunc qui ex iis Presbyter fuit, aut Diaconus, ordinationem denuò recipiat: Si autem in vicis, aut in locis quibuſlibet ad eos pertinentibus, in quibus conveniunt, aut etiam in Eccleſiis ipſorum conſtituti fuerint, in iiſdem permaneant, ſtatu quo fuerant, dummodo Epiſcopo iſtius loci obedientiam præſtent. Qui autem ex iis Epiſcopus fuit, gradu ſuo decidat, hoc eſt, à gradu Epiſcopali ad Presbyterialem deponatur, niſi loci iſtius Epiſcopo viſum fuerit eum nomine Epiſcopi honorare, & ſuper iſtos Presbyterum præfectum conſtituere. Sin hoc non voluerit, nec admiſerit, eum Chorepiſcopum, hoc eſt, Epiſcopum vici conſtituet, ne opinio de nobis concipiatur, quòd præcepimus ut duo eſſent ſuper unam civitatem, aut unam Eccleſiam, aut unum populum Epiſcopi, quorum uterque poteſtatem habeat.

C

D

E

F

القانون الثامن

منجل الراسس الذين يقال لهم الهراطقة وهم قوم لم يكونوا يقبلوا التوبة ممن يتوب من الخطاه وهم الذين يقال لهم القاطعين الذين ليس لهم رجاء

لا يقبل توبة هولاي الذين يقال لهم القاطعين الا ان يكون بشرط معروف بهم لان منهم من يشتهي ان ياتي الكنيسة المقدسة ويدخل في عداد اهلها فلاجلهم كانوا منقطعين الرجا من مغفرة الذنوب من الله وهولاء هم تلاميذ سطانايل فانا راينا فيهم ان يومروا ابدا بالاقرار بالكتب المقدسة ويقبلون ايضا كلما تعالم الكنيسة الكثوليكية ويقبلون توبة من تزوج مرتين وجمع بينهم ورجعوا عن فعلهم وتابوا عن ذلك اما بموت احد المرتين او تنجليه احدهما واستعمال الخلطة مع مثل هولاء اذا تابوا توبة حسنة وخلطة ايضا مع من ضعف عن حمل الدين في ازمنة الطرد والتشريد ورجعوا عن ذلك واعترفوا به واستعمال شركتهم مع من لم يكفر لان هولاء كانوا يقولوا انه ليس لاحد مغفرة من ذنب يعمله وكانوا اتقيا ومحترزين من الذنوب وكانوا ينسبوا الله الي انه ليس يغفر الذنوب وهذا هو الخبر التجديف والكفر لان هذه اسماء الله الرحمن الرحيم غفار الذنوب وقابل التوبات وبهذا وصف نفسه وكرمه فله المجد والتسبحة وان يقرون بكلما ارادته الكنيسة وهوته واستعملته ومن كان من هولاء قسيس او شماس فليعطا الشرطودية كاذية وان كانوا في قرا او في مواضع لهم مجتمعين فيها او في كنايس لهم ايضا فليقيموا بها كماهم علي ان يودوا الطاعة لاسقف ذلك الموضع ومن كان من هولاء اسقفا فلينحط من درجته اي درجة الاسقفية التي القسيسية الا ان يري ذلك الاسقف ان يكرمه بالاسم الاسقفية ويصيره علي اولايك قسيسا مروسا فان لم يحب ذلك ولم يقبله فليصيره خوري ابسكوبس اي اسقف القري ليملا يظن بنا انا امرنا بان تكون اسقفين علي كورة واحدة او كنيسة واحدة او شعب واحد لكل واحد منهم حكم

القانون

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

A

Can. IX.

De eo qui fit Presbyter sine inquisitione in eum, nec fuit antea ordinatus in diaconatu, aut alio Cleri gradu.

Quicunque Presbyter constituitur, sine exa-
mine, aut disquisitione in eum, aut fuit
B *extraneus, sive incognitus in istâ provinciâ,*
nec priorem habuit ordinationem ante istud tem-
pus, quo constitutus est, & de diversis crimi-
nibus magnisque peccatis suspectus, priora sua
peccata confessus fuerit, eaque ex iis sunt pec-
catis, quæ ipsorum reos excommunicati-
oni subjiciunt, & pro quibus severâ illi
opus est pœnitentiâ, cujusmodi sunt, duas vel
tres uxores ducere, aut eam quæ à viro discessit,
vel qui Deum blasphemavit, aut hæreticus an-
tea fuit, aut etiam Idolis sacerdos fuit, aut qui
C *sacrificia iis immolavit, aut oblationes obtulit,*
aut suffimenta iis adolevit, aut Astrologus fuit,
aut hariolus, aut divinator, aut incantator, aut
etiam qui magia, augurio, & divinatione usus
est, vel aliâ aliquâ re à nobis prohibitâ. Qui
igitur hoc modo factus fuerit Presbyter, statu-
ta nostra eum non admittent; quoniam sancta
Apostolica Ecclesia nullum admittit, nisi qui in-
teger vitæ sceleriscque purus, & à culpis, omni-
busque hisce criminibus immunis est: nisi for-
D *sitan hujusmodi peccata ab eo perpetrata fue-*
rint, priusquam religionem atque ordinatio-
nem amplexus est; & hæ res de novo consti-
tutæ sunt.

Can. X.

De eo è sacerdotibus, qui metu pœnæ ab infidelibus Christum abnegavit, & postea reversus ad sacerdotium suum restitui cupit.

E

Quicunque sacerdos Christum abnegavit, sive
quòd statuta Ecclesiastica ignoravit, vel quòd
infirmus fuit, vel etiam religionem vilipendit,
aut despectui habuit eum, qui ipsum in gradu
isto ordinavit, sive is novit istum, sive igno-
rans eum non repudiavit, hoc Canonibus & le-
gibus detrimentum non affert, verùm depone-
tur, cùm hæc, quæ commemoravimus, de eo
cognita fuerint. Si autem religiosus fuerit, ex-
cusatione dignus in istâ re apud Deum & apud
homines, in statu suo relinquatur.

Can. XI.

De Laicis qui Christum abnegarunt.

Quandoquidem nonnulli è Laicis sine duritie,
& sine oppressione, & sine violentiâ, & sine
facultatum suarum ablatione, & sine commina-

القانون التاسع

منجل من صير قسيسا من غير بحث عنه ولم يكن له شرطودية قديمة في الشماسية او غيرها

ايما رجل صير قسيسا من غير بحث او فحص عنه وكان غريبا او غير معروفا في تلك البلدة ولم يكن له شرطودية متقدمة قبل ذلك الوقت الذي اصلح فيه واقرف بذنوب شتا وخطاياه كبار واقر بخطاياه القديمة وكانت خطايا مما ينغي صاحبها ويلزمه منها التوبة لشدتها مثل تزوجه مرتين او ثلثة او ايضا تزوجه مرة ذيب او ممن كان قد جدف علي الله وكان ارايس قبل ذلك او كان كاهنا للاصنام او كان ممن ذبح لها الذبايح او قرب لها القرابين او فخر لها البخورات او منجما او عراقا او قاسوما او ساحرا او ممن ايضا يستعمل الرقا والزجر والفال وغير ذلك مما نهينا عنه فمن صير قسيس علي هذه الحال فلن تقبله حدودنا لان الكنيسة المقدسة الرسولية لا تقبل الا كل من كان مهذبا بريا بعيدا من اللوايم وكل هذه الذنوب الا ان يكون له سابقة قبل ذلك في الدين والشرطودية وهذه الاشيا فهي محدثة حدث

القانون العاشر

منجل من كفر من الكهنة مخافة من العقاب من الكفار ثم احب ان يقيم علي كهنوته في رجعته ذلك

ايما رجل كاهن كان قد كفر اما جهلا منه بحدود الكنيسة او لتواني او لتهاون منه بالدين او استخفافا لمن صيره في ذلك اما ان يكون عالما به او يجهل منه فليس قطعة ما يقصر بالحدود ايضا والسنة ولكنه يقطع اذا هو عرفت منه هذه الحالات التي ذكرناها وان كان دينا معتبرا عن ذلك عند الله وعند الناس فليترك علي حاله

القانون الحادي عشر

منجل من كفر من العلمانيين

منجل ان قوما كانوا قد كفروا من العلمانيين من غير شدة ولا اضطهاد ولا غصب ولا بطش لاموالهم

tione pœnæ, & ſine metu etiam alicujus damni, Chriſtum abnegarunt, quemadmodum Licinii Imperatoris tempore factum eſt, viſum eſt nobis ut hoc iis interdicamus, eoſque recipiamus, cùm ſincerè reſipiſcunt, & pœnitentiâ facti manifeſtò ducuntur: & quamvis non digni ſint qui recipiantur, & vix congruum nobis videatur, ut eos recipiamus, tamen miſericordia in eos commoti mandamus, ut tres annos inter laicos audientes tranſigant, & ſi fideles fuerint religione ſani, ſeptem etiam annos cum ſubſtratis, tunc duos annos communionem habebunt cum populo in Eccleſiam introeundo, & in precibus, ita tamen ut ſancta myſteria non participent: poſtea autem inter veros, puros, proboſque fideles recenſebuntur.

ولا تهدد عقاب ولا مخافة الضرورة ايضا مثل A
ما كان في زمان ليكينيوس الملك راينا ان
ننهاهم عن ذلك ونقبلهم اذاهم صحوا التوبة
واظهروا الندامة علي ذلك وان لا كانوا
يستوجبون ان يقبلوا ولا يحسن بنا ان
نقبلهم بل نرحمهم ونامر ان يكونوا مع العلمانيين
السماعين ثلثة سنين وان كانوا مومنين اصحا الدين
فسبع سنين مع البوابين ثم يشاركون الجماعة في B
دخول الكنيسة والصلات سنتين من غير ان
ياخذون السرايرالمقدسة ثم انهم فما بعد يحسبون مع
المومنين المحققين الاطهار الاخيار ¶

CAN. XII.

De eo, qui abſtinentiam à mundo profeſſus eſt, eique renunciavit, & Monachus factus eſt, poſtea C autem retroverſus, religioſam vitam relinquit, & ad mundum redit.

القانون الثاني عشر

منجعل من زهد في الدنيا
وخلاها وترهب ورجع بدالة وقلع
الرهبانية ورجع في
الدنيا

QUicunque, Deo ei propitio adſiſtente, mundum reliquit, & ad abſtinentiam ab eo properè ſe contulit, eique renunciavit, & omnes cupiditates ejus, & lucra etiam atque opera abdicavit, & monaſticam vitam agere, Deoque ſervire, & ſe ab aliis ſeparare expetivit: Poſtea autem, relicto Dei cultu, ad eadem in mundo regreſſus eſt, à quibus priùs abſtinuerat; quemadmodum canis ad vomitum ſuum redit: uſque adeo ut nonnulli eorum pecuniâ demulſerunt, & muneribus magnates provinciæ cò corruperunt, ut non punirentur ob ea quæ fecerant: utique nos mandamus, ut in grada ſubſtratorum ſint decem annos; at ante illud cum audientibus tres alios annos manebunt; & poſt illud oportet, ut in res ipſorum & converſationem etiam inquiratur, & ipſi examinentur, & ſi ſinceram, bonam, puramque pœnitentiam egerint, & malum exitum timuerint, & duritiem, atque expulſionem iis impoſitam patienter tulerint, cum intentione ad priſtinum abſtinentiæ ſtatum reverà, & non verbo tantùm redeundi, poſtquam ita caſtigati fuerint, recipiantur, & cum fidelibus conſortium habeant in precibus. Totum autem hoc negotium Epiſcopo provinciæ, cui ipſi ſubjacent, committimus, ut clementiâ & miſericordiâ eos tractet, & ſi eos dignos viderit, aliquid de tempore definito iis detrahat: ſin res aliter ſe habuerit, antequam reſipuerint, idque hypocriticè fecerint, ſine intentione aut adhibitâ pœnitentiâ, cum ſubſtratis & audientibus tredecim annos maneant, juxta quod præcipimus.

اما رجل انعم الله عليه بترك الدنيا والمسارعة الي
زهد فيها وتركها ورفض بجميع شهواتها ومكاسبها
ايضا واعماله ورغب في الرهبنة وعبادة الله والتفرد
بنفسه ثم رجع فيما كان قد زهد فيه من الدنيا وعبادة
الله كرجوع الكلب في قيه حتي ان بعضهم يصانع D
